

Del Colegio de la Compañia de Jesus de Gran^a R^a 8/7811

LEGENDA, V T VOCANT, SAN- CTORVM.



NVNC demum summa cura diligentiaque Fr. Claudij à Rota, sacrae Theologiae professoris, ordinis Prædicatorum, recognita, infinitisque mendis repurgata: adiectis denuò, præter historiam Lombardicam, aliquot Sanctorum Sanctarumque vitis, antehac non excusis.

INDEX præterea geminus: quorum alter singularum legendarum materiam continet, alter uniuscuiusq; legenda paginam numero demonstrat.

No añade nada el Expuratorio de No. 1.

*Provision
Corrigi este libro conforme al Expuratorio del año de 1618. en 14 de Abril de 1619.*



Pedro de Opedag

L V G D V N I,
Apud Eustathium Barricatum,
M. D. LIII.

/costo doze reales



2 400 40 Safa MADE IN SPAIN

Del Colegio de la Compañia de Jesus de Gran^a RR. 8/7811

LEGENDA, V T
VOCANT, SAN-
CTORVM.



NUNC demum summa cura diligentiaque Fr. Claudij à Rota, sacrae Theologiae professoris, ordinis Prædicatorum, recognita, infinitisque mendis repurgata: adiectis denuò, præter historiam Lombardicam, aliquot Sanctorum Sanctarumque vitis, antehac non excusis.

INDEX præterea geminus: quorum alter singularum legendarum materiam continet, alter uniuscuiusq; legenda paginam numero demonstrat.

No añade nada el Expuratorio de No. 1.

Provision
Corregi este libro conforme al Expuratorio del año de 1613. En la de Abril de 1619.



Pedro de Pedra

LVGDVNI,
Apud Eustathium Barricatum,
M. D. LIII.

I N C I P I T T A B V L A

S I V E R E P E R T O R I V M S V -
per legēdas sanctorum secundū ordinem alphabeti
collecta. Et primò præmittitur prologus extendens
modum reperiendi materias contentas in
diuersis locis huius Vo-
luminis.

PROLOGVS IN repertorium.

QUONIAM sicut dicit Isidorus in libro de summo bono ad conuersionem & correctionem mortalium multum profunt exempla sanctorū, idcirco cogitavi ordinare ad utilitatem peccatorum & consolationem prædicatorum vnā tabulam per ordinem alphabeti super legēdas sanctorum compilatas per fratrem Iacobum de Voragine Ianuensem ordinis fratrum Prædicatorum ad hoc quod prædicatores in suis prædicationibus exempla magis cōuenientia citius & leuius inueniant. Nam multæ pulchræ legēdæ sunt in eis legēdis quæ nunquam vel rarè leguntur: tamen sunt valdè bonæ & inductiue ad pœnitentiam. Ordinavi autem eam sic. Quoniam in ea ponuntur omnia notabilia quæ de legēdis collegi secundū ordinem alphabeti. Et post quodlibet notabile ponitur numerus, qui demonstrat legēdam de qua sumptum est illud notabile & post numerum ponitur litera quæ demonstrat capitulum legēdæ illius de qua sumptum est notabile quod queritur. Deinde ponitur si opus sit in qua particula illius capituli ponitur illud notabile: puta vel in principio, medio, vel in fine: vel circa. Et plerunque nominatur paragraphus: verbi gratia: Accipe primum notabile quod dicit Abscondita diuinitus manifestantur quod signatur. lxxxii. B. Deinde quere que legēda hoc numero designatur: & inuenies quod est legēda sanctorum Ioannis & Pauli: postea quere in corpore dictæ legēdæ literam B. quæ significat secundum capitulum, quod incipit sic. Post hoc filius terentiani. Et sic reperies legēdæ & partem seu capitulum legēdæ de qua sumptum sit notabile: videlicet abscondita diuinitus manifestantur. Exemplum aliud. Absolutio ab excommunicatione defunctis facta valet: quod signatur. xlvi. Quere legēdam hoc numero designatam: & inuenies quod est sancti Gregorii. Postea in corpore dictæ legēdæ quere hanc lite

ram K. ut in hoc registro designatur qua signat capitulum ex quo sumptum sit illud notabile. Deinde quere. s. Legitur quoque & reperies quod queres. Et sic consequenter faciendum est cum aliis.

NOTA quod aliquando post notabile sequuntur plures numeri: & hoc est quia illud notabile in pluribus legendis reperitur: quia in tot legendis quod sunt numeri. Item aliquando plures littere diuersae sequuntur numerum, & hoc est quia illud notabile pluries in vna & eadem legenda inuenitur: sed in capitalis diuersis.

INCIPIT A-
B V L A A L P H A B E T I -
C A N O V I T E R I M E N -
D A T A .



A B S C O N D I T A diuini
rus manifestantur. Le-
genda. lxxxij. capitul. B.
in principio.
Absolutio ab excommuni-
catione defunctis facta
valet. xlvi. K. §. legitur
quoque.
Abstinentia sanctorum du-
ra fuit. lv. E. cviiij. B. c.
lxxxliij. C. D. cxlj. B
Abstinentia licet maxima libidinem non extinguit
itus poenitus. cxlj. B
Abstinentia poenitentium debet esse magna. cxv. D
cxliij. B. C. D
Abstinentia impetrat optata. cxliij. E
Accedentes ad altare sex debent habere. clxxviiij. C
Accusatores peccatorum tres. j. K
Addiscenda sunt tria. v. circa finem. lvj B
Aduentus christi est quadruplex. j. B
Aduentus christi opportunus fuit tripliciter. j. A
Aduentus christi vtilitas multiplex. j. C
Aduersitatem iniuste patienter portare magni meri-
ti est. cxlvj. in medio.
Afflictio corporis continenda est. cxliij. D
Agyos quare dicitur. lj. B. post medium.
Alemani innumeros romanos occidunt. clxxvij. P
Ale quatuor habende. lix. A
Alma redemptoris quos instituit. clxxvij. k. in medio.
Altare consecratur ad tria. clxxvij. A
Altare spoliantes incurrunt poenam temporalem. lxj
I. §. vir quidam,
Amabilem faciunt tria. xli Interpretatione,
Amatores mundi sunt fatui. clxxvj. D. E
Ambrosius tria docuit Augustinum. cxix. E. in prin-
cipio.
Amicitia huius mundi cito dissoluitur. cx. B
Amici luctantur ut vnus pro alio moriatur. lx. D
Amici hominis tres sunt. clxxvj. E
Amor proximi est complementum mandatorum dei.
ix. B.
Amor signatur per ignem triplici ratione. lxviiij. F. in
medio.
Amor habet triplicem vim. lxviiij. F. post medium.
Amor duplex. cxix. G. §. Eo tempore.
Angelus ad custodiam hominis deputatur. clx. E. §.
Quarto hæc.
Angelus Dei adiuvat seruos Dei in tribulationibus
& consolatur Dei seruos. lxxxliij. A. lxxv. B. xliii. B
Angeli ab infidelibus inuenturi visibiliter. cxxxi. B
Angeri dicuntur caelum. lxvii. E
Angeli apparent in ecclesia. lxxxj. A. circa finem.

Angeli apparent in passionibus sanctorum lxxxliij.
F. circa medium.
Angeli sunt famuli & promotores hominum. ciiij. A
Angeli sanctorum animas deferunt. cxl. E. §. Quarto
hæc. F. §. Quarto honorandi.
Angeli cum demonibus pro animabus pugnant. cxl. E
Angeli quot & quomodo animam defendunt. cxl. E
Angelorum nouem ordinum nomina & officia. cxl.
C. §. Quarta apparitio.
Anima plus est diligenda quam corpus. xvij B
Anima in tribus locis corporis principaliter sedem vi-
detur habere. lj.
Anime exeuntes a corpore quo vadunt. xxj. F. §. Cum
quadam.
Anime pro diuersis causis apparent. clix. B. per totum.
Anima salus est fuga hominum. clxxvj. A
Animalia mortua a seruo dei vocata resurgunt.
cij. c. D.
Animalia siluestria beneficia recognoscunt. cxlj. c. in
princi.
Antiphona & psalmi quando & a quo incœperunt can-
tari. xxxvj. A. in fine.
Antichristus omnes conatur decipere quatuor modis
j. E. in principio.
Apostate pessime finiunt. cxviiij. A. per totum.
Apostolus thomas diuersa sustinuit. v. F
Apostoli potius elegerunt suum martyrium quam ido-
latrarum interitum. clv. D. in principio.
Apostoli omnes sanctos in quatuor excedunt. cviiij. D
Apostolorum persecutio facta est a romanis imperato-
ribus causa multiplici. lxxv. A. circa finem.
Aqua benedicta expellit demonem. clxxviiij. D
Aqua manuum seruorum dei cœcos illuminauit. xli. B
Aqua sanctos sustinet. xcviij. B. in medio.
Aqua libros sancti balneare non potuit. cviiij. D. §. cū
partibus.
Aquila quatuor habet proprietates. clij. B. in medio.
Arrij officium fides & obitus. ciiij. A
Arrianorum & fidelium dura concertatio. ciiij. A. in
principio. B. in fine.
Arbor perfida que virgini marie inclinauit. x. B. in
fine.
Arma seruorum dei qualia sunt. lv. B. in fine.
Ars malefica super bonos nihil potest. cxxxv. A
Ascensionis christi nouem vtilitates. lxxvij. E. in me-
dio.
Ascendit christus quadrupliciter. lxxvij. C
Ascendere distulit christus quadragesimo die triplici
ratione. lxxvij. B
Ascendere volens indiget schala habente quatuor gra-
dus. clxxvij. A
Aspectus mundanus est periculosus. ix. D
Auaritia abominabilis est abijcienda. iij. B. lv. E
Auaritia & luxuria excecant hominem. vij. A
Aues bonos non timent viros, sed eis obediunt. cxliij.
E. in fine.
Audiuit christus opprobria & blasphemias quadru-
pliciter. lj. A. §. Quinto ex eo.
Audire cantum quandoque inducit ad peccatum. cxix.
c. post medium.

De litera

B

Baculus sancti viri à dæmone defendit. cxv. H. §. apud. H
 Baptismus ad sanitatem corporis inducit. xxij. D
 Benedictio sponſis danda. v. B. circa finem.
 Beneficia recognoscuntur animalibus silueſtribus. cxlj. c
 Bernardus cum fratribus cisterciensium ingreditur. cxv. c. D
 Bernardus videns natiuitatem Christi sapiens est effectus. cxv. B
 Bibens sine licentia & signo crucis demoniacus efficitur. cvij. D. §. existente beato. c
 Bona pro malis reddenda sunt. lv. c
 Bonus potest dici quiuis tripliciter. cxvij. A
 Boni viri quandoque futura prædicunt. cvij. G. §. Cum in.
 Boni viri quicquid à deo petunt impetrant. cvij. B. §. existente.
 Bonis recentibus sit vindicta à deo in malos. lv. E
 Bonitatis signum est velle libentius vituperari quam laudari. cxliij. F. in fine.
 Bonitatis signum est velle libentius subesse quàm preesse. cxliij. F

De litata.

C

Celix fractus oratione reintegratur. cx. B. §. cum autem. cxij. D. §. in ecclesia.
 Campanæ quare pullantur tempeſtate inſurgente. lxvj. E
 Candelarum oblatio à sanctis acceptatur. lx. l. §. quedam comiſſe.
 Caritas mirabilis. viij. D. §. cum autem.
 Caritas pauperes nutrit. lxvij. A. §. post hoc.
 Charitatis ſchedula à pluuiâ balneari non potuit. cxv. H
 Charitatem odit diabolus. xlviij. A. D
 Carnis tentatio per pœnam corporis fugatur. xv. ij. A. B
 Carnis motus accidit triplici de causa. xxj. E
 Carnis cruciatio est animæ ſaluatio. xxv. D. lxxxvij. B. post medium.
 Carnis ſtimulus oratione sancti viri remouet. cxliij. A. in fine.
 Carnis tentatio à dæmone in foris dei excitat. xlviij. B. cxliij. D
 Caroli magni formæ deſcriptio. clxxvij. K. post medium.
 Caſtitas à ſententia mortis liberat. ij. D. §. quidam iuuenis.
 Caſtitas eſt amplectenda. liij. c
 Caſtitas à ſpiritu ſancto cuſtoditur. vij. A
 Caſtitas in quinque periculis ſolet. clxxvij. F. §. quarto.
 Cauſas amicorum audire eſt periculolum, ſed extraneorum eſt ſecurum. cxix. G. in principio.

Cella omnia docet. clxxvij. A
 Celebrare pro defunctis diabolo diſplicet. clix. B. in medio.
 Cælum multiplex. lxij. c
 Cælum triplicem habet proprietatem. clxv. A
 Ciborum corporalium non multum eſt curandum. cxix. E
 Cicatrices corporis christi ſeruare quinque de cauſis. lxvi. D. in medio.
 Cicatrices reſeruauit christus & inſignia paſſionis in iudicio triplici de cauſa. j. H
 Claus petri diabolum ab anima repellit. cv. D. in ſi.
 Clauorum dominici corporis inuentio. lxliij. E. §. verum cum.
 Clauſis ianuis domum quandoque bonus homo intrat. cvij. D. §. cum quoddam.
 Clemens dicitur quatuor modis. clxvj. A
 Cogitationes impediunt ad ſalutem. xxj. F. §. antonius.
 Cogitatio hominem inſenſibilem facit. cxix. M
 Cognoscere cupiens christum ſe contemnit & humiliat. cxliij. A. §. quedam igitur.
 commendata ſanctis feliciter gubernantur. iij. F
 complexiones hominum ſunt quatuor. xxxv. A. §. quinta ratio.
 concordia inter fratres ſemper eſt habenda. lxxxv. A
 concupiſcentiâ qualiter eſt reſrenanda. cxv. D. in fine.
 concupiſcentia carnis a ſigno crucis ſuperatur. cxxxvij. B. ante medium.
 confeſſio cordis non ſufficit ſine confeſſione oris qua druplici ratione. clx.
 conſiteri bonum eſt quia occulta diuinitus omnibus reuelantur. xlix. A
 conſitentem christum in preſentia diaboli reſpicit imago christi. clxv. E
 conſidere de ſeipſo nullus debet. clxxij. A
 conſidere in operibus ſuis nullus debet. clxxv. A
 conſideranda ſunt prius peccata propria quam aliena. clxxij. A
 conſilium non eſt contra dominum. clxxvij. M. post medium. & xxxix. E
 Conſiliatores mali puniuntur grauiſſe. xlvi. M. in fine. lix. A. post medium.
 conſolator qualis habere debet in guerriſ peccatorum. cxij. E
 conſortium peccatorum eſt vitandum. ix. G. §. legitur.
 conſtantia maxime in tribus apparetur. lv. H
 conſtantia magna in fide & ſeruitio dei eſt habenda. lv. H
 conſuetudo quedam circa mortuos eſt obſeruata. xliij. D
 contraria contrarijs curantur. lxij. F. post medium.
 conuerſatio fratrum debet eſſe. ſicut prima diſ. clxv. A
 conuerſio ad deum debet fieri totaliter. xlvi. B
 conuerſio peccatoris demonem contriſtat. cxlv. A. in ca ſinem.
 Conuertentes ad Christum ab infirmitate & morte

draconis vel merſu liberantur. lxij.
 Conuerti volentem Chriſtus multipliciter conſolatur. liij. A. post medium.
 Conuertitur aliquando malum in bonum. clxxvj. E
 Conuertuntur aliquando multi exemplo vnus. cxliij. B
 Conuicia vitare eſt tutum. cxix. E
 Corona clericorum quomodo inuenta ſit & quid ſignificat. xliij. E
 Corpus proprium reunitum eſt animæ. ij. G. cxliij. D
 Corpus noſtrum affligendum eſt. xlvi. B. in medio.
 Corpus domini cum reiciendis dari non debet. clxxvij. O
 Corpus Chriſti verum eſt quod in miſſa conſecratur. xlvi. k
 Corpus Chriſti reduxit ad pacem quendam nolentē. xlvi. I.
 Corporis flagellatio à ſeruo Chriſti eſt appetenda. cxliij. D
 Corporis afflicto existimari debet. cxliij. D
 Corpora ſanctorum bene in patria reuerentur. lvij. E
 Correctio à malis auditur. cxxxj. A
 Crux christi venerari debet. xxx. C. xlix. A
 Crux christi eſt odorifera. lxliij. A. & cxxx. c
 Crux christi mortuos ſulcavit. lxliij. D
 Crux christi multos curauit. cxxx. E
 Crux christi qualiter ab imperatore laudatur. cxxx. C
 Crux christi percussa multum ſanguinem effudit. cxxx. D
 Crucis ſignum demones odiunt & fugiunt. xlvi. k. & cxv. B. cx. c
 Crucis ſignum effudit venenum. xlviij. B
 Crucis ſignū carnis concupiſcentiam fugat. cxxxvij. B
 Crucis ſigno muniri debet omnis cibus. cxxx. C. §. reſert.
 Crucis ſigno dracones humiliantur. lvij. A. post medium.
 Crucis ſignaculo obediunt elementa & infirmitates. lxj. c
 Crucis deuotio inimicos ſuperat. cxxv. B
 Crucis inuentor epiſcopus ordinatur. lxliij. E. ante medium.
 Crucis ſignum ante christum ſex habuit defectus. cxxx. A
 Crucis lignum post christum ſex habuit bonas conditiones. cxxx. A
 Crucis inuentor martyrio conſecratur. lxliij. E. post medium.
 Cruce inuenta diabolus lamentatur. lxliij. E. in prin.

De Litera

D.

Decius quomodo imperium obtinuit. cxij. B
 Defunctis profunt quatuor genera ſuffragiorum. clix. C
 Defunctis orationes viuorū gratæ ſunt. clix. E. §. quam gratiæ.
 Defunctis indulgentiæ valent. clix. A. in fine.
 Defunctis qualiter ſeptimum triceſimum & anniuſarium dantur. clix. E. post medium.
 Defunctis ſuffragia à bonis facta profunt. clix. F

Defunctis non profunt ſuffragia facta à malis. clix. F
 Defunctis qualiter ſint ſuffragia facta pro eis. clix. E. §. de quarto.
 Defunctorum genus triplex. clix. E
 Defunctos oratio amicorum & fidelium à pœnis liberat. clix. C. in principio.
 Defunctis pœnitentia pro eis facta valet. clix. A. ante finem.
 Deridentes bonos viros grauiſſe puniuntur. cxxxj. E
 Dæmon ſub ſpecie humana decipere conatur. ij. H. ij. D. §. cum autem.
 Demō nititur impedire deuotionem ad ſanctos. iij. F. §. Vir quidam.
 Dæmon fornicationis ſe victum viſibiliter conſtitetur. xxj. B
 Dæmon ſe excuſans culpam fratribus imponit. xxj. A
 Dæmon fugatur per tria. xliij. A. clxxvij. A
 Dæmon in figura angeli aliquando tentat. xliij. A
 Dæmon à muliere vituperatur. xliij. A. circa finem.
 Dæmon cuius formæ apparet. cvij. G
 Dæmonis mala malitia. ij. D. §. cum autem apoſtolus. cxxxvij. B. §. vir quidam.
 Dæmones viris ſanctis nocere non poſſunt. xlvi. k. lv. C. xliij. A
 Dæmones ſanctos viros timent. lv. V
 Dæmones ſanctis apoſtolis obediabant. v. F. cxvij. C
 Dæmones ſanctos viros infeſtant. xvij. B. xxj. B. C. D
 Dæmones ad luxuriam iocitant. xxvj. B
 Dæmones plus manifeſtant diebus dominicis & feſtiuis. lxj. l. §. mulier quædam.
 Dæmones inuocantes ab eis affliguntur. xliij. A. x. j. R. §. vir quidam.
 Dæmones pœnitentiam agentes multum moleſtant. lxxxvij. B
 Dæmones in morte pœnitere non permittunt. xciiij. E
 Dæmones in morte etiam ſanctos viros viſitant. cxv. F. clxij. N
 Dæmones animam exutam à corpore ſequuntur. cxxxix. A
 Dæmones contriſtantur de conuerſione peccatoris. cxlv. A
 Dæmones ſide iuſſerunt quod ad hominem non redirent. cvij. §. vltimo.
 Deſperatio eſt hominis tentatio. lxxxv. D
 Detractores punit deus. lv. C. in principio.
 Detractores iuſti patienter ſuſtinent. clxij. N. circa finem.
 Detractores & infideles non ſunt audiendi. cxix. A. ante finem.
 Deus de maximis peccatoribus ſanctos magnos facit. liij. D
 Deus in tribulationibus & morte ſemper eſt requirendus. lxj. E
 Deuoti ſanctis ab eiſdem iuuantur in morte. iij. C
 Deuoti ſanctis ab eiſdem in morte viſitantur. cxix. L. §. apud.
 Diabolus à bonis perſonis vincitur. lxxxvij. c
 Diabolus plures perſonas necat. cv. c
 Diabolus decepit & ad præcipitium inducit. cv. C
 Diabolus eſt ad nihilum redactus. xxj. D

T A B V L A.

Diabolus de quibus fratres tentat. cviiij. H
 Diabolus poenitentiam agētes multum infestat. xxj. B. C. D.
 Diabolus transfiguratur se in formam. Christi. clxij. D. §. quedam.
 Diabolus vifitat morientes. lxij. E
 Diabolus poenitenti aduersatur. clxij. B
 Diabolus multa que videntur mira operatur. lxxxiiij. C. D. E.
 Diabolus expellunt tria. xliij. A
 Dies perditur in qua nullum bonum agitur. lxiiij. H circa finem.
 Dies peccatorum non sunt in vita hominis computandi. clxxv. F. Ante finem.
 Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. xciiij. C
 Dionysius suum deuotum liberat de iudicio. clxxvij. H. §. circa.
 Discordia ciuium facit demones exaltari. cxliij. C §. cum.
 Dispensatores voluntatem defunctorum non cōplentes puniuntur. clxiiij. F. §. Miles.
 Diuitias spernere magni meriti est. xlvi. G. in principio.
 Diuitias seruis dei recusat. cl. B. circa principium.
 Diuites & nobiles de quatuor sunt specialiter instruendi. cvj. B. circa principium.
 Dominarum regula virtutum fuit paula. xxix. A
 Dominica die laborantes quandoque puniuntur. xxx. B. §. cum quidam. cxxxvj.
 Draco terribilis a sancta muliere occiditur. c. A
 Draco serui dei spūto interficitur. cv. C. §. Narrat.

De Litera E.

Ecclēsia consecratur quintuplici ratione. clxxvij. B
 Ecclēsia prophanatur propter tres. clxxviiij. E
 Ecclēsia qualiter consecratur. clxxvij. D
 Ecclēsia quedam ab arrianis miraculo est catholicis restituta. xxvj. A. in fine.
 Ecclēsia solenniter sanctos aliquos veteris testamenti quadruplici ratione. ciiij. A
 Ecclēsia romana quando fuit ordinata caput ecclesiarum. clxxvij. D
 Ecclēsia spiritualis quando & qualiter consecratur. clxxvij. F
 Ecclēsię reparatio multum deo placet. xij. D. F. Greg. quoque.
 Ecclēsię per orationem serui dei aperte sunt. cxiiij. A
 Ecclēsiam consecratam immundi intrantes quandoque puniuntur. xxiiij. F
 Ecclēsia dum missa cantatur exire non est bonum. xxvij. F
 Ecclēsiarum raptores & eas offendentes puniuntur a sanctis earundem. xxx. B
 Ecclēsiās destruentes sancti grauiter puniunt. clvij. F
 Ecclēsijs adiutorium impendendum est ne aliquid mali contingat. xxx. C
 Elementa habent quatuor loca in humano corpore. xxxiiij. A. §. Tertiam assignat.

Eleemosyna pauperibus nō diuitibus est danda. vij. A. ante finem.
 Eleemosyna prelatorum pauperibus scriptis datur. B
 Eleemosyna etiam furore facta facilliter ad sanctitatem perducit. xxvij. A. §. volens homines.
 Eleemosyna libera cum manu larga esse debet. xxvij. C
 Eleemosyna diuitem vindemiauit. xxvij. C. circa medium.
 Eleemosyna que pro christo datur ab angelo recipitur. xlvi. F. §. Quadam.
 Eleemosyna in morte demones fugat. cxij. E
 Eleemosyna temporalia augmenta. xlviij. F. in fine.
 Eleemosyna pauperi data a Christo recipitur. xlvi. F. clxxij. A
 Eleemosyna largiendo glorificat. cxij. A
 Eleemosyne defuncto profunt. clx. C
 Eleemosyne exemplo. xlvi. F
 Eleemosynas a diuitibus acceptas dare pauperibus licet. xxvij. E
 Eleemosynas facere contemnentis aliquando grauiter puniuntur. clx. F
 Eleemosynarum dominus per angelum suum quando consolatur. xlvi. F
 Episcopalis dignitas est veneranda. cxxvj. F
 Epistola episcopi fuit magne virtutis. clv. A. B
 Euangeliste quatuor per quatuor facies designantur. clij. B
 Excommunicatio etiam pena est defunctis. xlvi. x
 Excommunicatio muscas occidit. cxv. H. §. Cum quoddam.

De Litera F.

Feria sexta apparet visiones quandoque veraces. cvij. A
 Festa non celebrantes puniuntur. cxiiij. C. §. Buholcus.
 Festiuitates sanctorum sunt ordinate multiplici ratione. clvij. B
 Fides esse vera igne probatur. cj. A. cxxxix. circa finem.
 Fides socijs non seruata meritum itineris dissoluit. xciiij. D. §. Tringinta viri.
 Fidem in sanctis habentes ab eis dem adiuuantur. ij. H. iij. F
 Fiducia est genitrix omnium passionum. clxxvj. A
 Filius dicitur quatuor modis. lxxvj. A
 Filij patribus in omnibus obedire debent. x. C
 Flatus quadruplicem habet virtutem. lxviiij. B. §. Tertio monstratus.
 Fratri offendentis & poenitenti compatiendum est. clxxj. A. §. Cum quidam.
 Fratres sancte viuentes raro loqui debent. xxj. E. F.
 Fratres patientes esse debent. xxj. G
 Fratres aliquid proprium retinere non debent. xxj. F
 Frater quidam. xlvi. x. §. legitur.
 Fratres seruari volentes quatuor facere debent. xxj. E
 Fraudem proximo facientes puniuntur. iij. E. §. vis quidam.

A L P H A B E T I C A.

umentum famelicis distributum multiplicatur. iij. §. Quodam tempore. E
 Fur quidam mirabiliter comprehensus fuit. xlix. A. §. quidam vir.
 Furantes de altari poenam incurrunt temporalem. lxj. I. §. vir quidam.

De Litera G.

Gaudium mundi in lucrum conuertitur. clxvij. M.
 Gaudium non est de ruina malorum. clvij. C. post medium. lv.
 Gaudere de ruina inimici est peccatum. xlviij. C
 Gentes diuerse quales deos adorabant. clxxvj. H. ante medium.
 Gloria mundi cito finitur. cv. A
 Gloria laus & honor quomodo institutum fuit. clxxvij. K. in fine.
 Gloria patri & filio & spiritui sancto: quidam simoniacus dicere non potuit. clxxvij. N. in fine.
 Gula & luxuria inducunt pestem pessimam. lxvj. A

De Litera H.

Hereditas quomodo est dispēdanda. clxxiiij. B
 Herodes quomodo punitus fuit: de nece Innocentium. x. D
 Herodes antipas impunitus non abiit: sed ex hoc damnatus fuit. cxx. B
 Herodis agrippę finis malus fuit. cv. A
 Hierusalem destructio quomodo facta fuit. lxiiij. E. F. G. H.
 Hierusalem fames pessima. lxiiij. G
 Hierusalem quo tempore a christianis recuperata fuit. clxxvij. N. §. Sub hoc tempore.
 Homo tres habet proprietates. clj. post medium.
 Homo qualiter debet esse ordinatus ad deum proximum & ad seipsum. clj. C. D.
 Homines cogitant: sed deus aliud facit & ordinat. xxx. C
 Homo velle se fieri angelus faruum est. clxxvj. A
 Honores huius mundi sunt fugiendi. xlvi. D
 Honores impiorum cito finiunt. cxxxv. B
 Hore diei qualiter dicuntur. clxxvij. B. §. quarto consecretur.
 Hospitio peregrinas recipientes exaltantur. clj. C. §. dum in Britannia.
 Humilitas est a deo multum accepta. cxxx. C
 Humilitas honorum in morte fulget. lxxxij. F
 Humilitas honores reuict. lv. B. lvij. C
 Humilitas aduersus demones pręualet. xviiij. B. §. dum aliquando.
 Humilitas diaboli laqueos euadit. xxj. C. §. quadam vice.
 Humilitas conuicia patienter sustinet. xxvij. E. F.
 Humilitas non vult laudari. xlvi. E. in principio.
 Humilitas verbis & factis manifestatur. xlvi. F
 Humilitas peccatores sanctificat. lxxxvij. A

Humilitas obedientię multa miracula operatur. cxliij. D
 Humilitas exaltari meruit & non credens a fulmine perijt. cxxxvj. C. in fine.
 Humilitas in celo exaltatur. cxliij. F. §. Frater quidam.
 Humilitas in seruis dei maxime lucere debet. clj. D
 Humilitas in innocentia semper augmentatur. lxxxiiij. E
 Humilitas christi septem fecit de sanguine suo effusio nes vel virtutes. clxxvij. E

De Litera I.

Iacobi minoris sanctitas & excellentia. clxiiij. C
 Ieiunabant iudei quater in anno. xxv. A
 Ieiunium triplici ratione obseruatur. xxxv. A
 Ieiunium ante pascha obseruatur quadruplici ratione. xxxiiij. A
 Ieiunium quatuor temporum obseruatur multiplici ratione. xxxiiij. B
 Ieiunia quatuor temporum quare illis tribus ferijs obseruantur. xxxv. A. in fine.
 Ignis excellit omnia elementa in tribus. lxviiij. F
 Ignis quatuor habet proprietates. lxviiij. F
 Ignis sanguinem sanctorum comburere non potuit. cxvij. in fine.
 Ignes quatuor qui mundum succendunt. cxxxix. A. in fine.
 Ignes quinque qui superari debent. cxij. I
 Imperator primus Christianus. cxij. B. §. eodem tempore.
 Insolgentie valent defunctis. clx. D. in fine.
 Infamare aliquem est magnum peccatum. lxxxvij. B
 Infamata fraudulenter per beatam virginem ab incendio liberantur. cxxxvj. I
 Infamantes aliquem poenam incurrunt temporalem. lxxxix. A. in fine. cxxxix. B
 Infamia purgatur per os infantis. clv. C. §. post hoc.
 Infamia diuinitus purgatur. lxxxvij. B. post medium.
 Infamię pena patienter a sanctis mulieribus sustinetur. lxxxix. A
 Infernus octo pedes habet. ix. E. post medium.
 Infideles videntes sanctorum miracula conuertuntur. lxj. G. §. Quidam iuuenis. & §. apud.
 Infirmetas corporis sanitas est anime. lxxxiiij. A
 Infirmetas corporis vitam in melius mutare videtur. lxxxiiij. A
 Infirmos ad mortem demones poenitere impediunt. xc. §. Dum tres.
 Infirmis memoriale faciendum est. cxix. C
 Ingratitudo ab animalibus videtur naturaliter abominari. cxlj. C
 Inimici hominis domestici eius. clxxvij. C
 Iniurias patienter sustinentes merentur. clxvj. A
 Iniurias serui dei patienter sustinent. clxxv. A
 Ionocens per os infantis ab infamia liberatur. clv. C. §. post hoc. clxiiij. A. §. Anno autem.
 Inobedientia generat peccatum. clxiiij. A
 Inuidia homicidium procurat. xlviij. C. §. presbyter. A

T A B V L A.

Inuidia malitias excogitatas facit. xlviii. c
 Inuidia proximum occidit. l. j. G
 Inuidia inuidentem interficit. xlviii. C. §. Presbyter.
 Inuidia dæmones torquet. lv. C. §. Erant &.
 Inuidia insidiatur prosperitatem habenti. clxxvij. C
 Ioannes baptista quare sic vocatur. lxxx. A
 Ioannes baptista quare plusquam propheta dicitur.
 lxxx. C
 Ioannes baptista nouem privilegijs claruit. lxxx. C
 in principio.
 Ioannes baptista defensor est longobardorum. lxxx
 G. in fine.
 Ioannis baptiste laus ex quinque comprehenditur.
 lxxx. c. §. Secundum Ambrosium.
 Ioannis baptiste sanctitas triplex habuit testimo-
 nium. lxxx. D
 Ioannis euangelistæ vestimentum punctum sangui-
 nem emisit. xlvj. x. §. Quibusdam.
 Ioannis euangelistæ mater quomodo migravit. lxxv.
 A. circa finem.
 Ioseph ducis euasio à morte. lxxij. I
 Iracundia displicet deo & hominibus. clxxv. A. §. di-
 xit iterum.
 Iratus alteri dormire non debet. clxxv. A. in fine.
 Irasci est bonum & malum. clxxj. B
 Iudicare de occultis alieni cordis non est bonum.
 clxliij. A
 Iudicare aliquam de suspicionem malum est. xxvij. B
 Iudicandum quatuor erunt ordines. j. G
 Iudicium antecedentia sunt tria. j. G
 Iudicium concomitantia sunt plura. j. F
 Iudicium habebit insignia passionis christi & cicatri-
 ces in corpore triplici de causa. j. H
 Iuliani apostate origo vita & finis. cxx. C. D. E
 Iuliani apostate natiuitatis & sublimatio. lxxxij. A
 §. verum.
 Iuliani apostate subleuatio & mors. xxx. E
 Iuramentum dare iuranti falsum est peccatum. cxx. B
 Iuramento facto petrus pro testimonio veritatis vo-
 luntarius expirauit. xlvj. L. circa finem.
 Iurantes fraudulenter puniuntur grauiter. iij. E. §.
 vir quidam.
 Iurare falsum volens grauiter punit. lxx. j. A. §. Ad eius.
 Iustitia contra quecumque seruanda. lv. D. G. H
 Iustitia etiã proprio filio non pepercit. xlvj. §. Fertur.
 Iustitia quomodo seruari debent. cx. c. §. cam quidã.
 Iuuenes qui à principio penitentem bene incipiunt be-
 ne finiunt. l. j. B. lxxxix. A
 ¶ De Litera. L.
Achrymas deficere non debet. lv. E
 Lachryma triplex. l. j. A. lv. G. post me.
 Lachrymatu fuit christus tribus vici-
 bus. l. j. A. §. Quinto ex eo.
 Laudari velie nulli debet. xlvj. E. in pr.
 Laurus habet quatuor virtutes. cxij. A
 Legentes & audientes seculari apuntur. cxlj. B
 Leo quatuor habet proprietates. clij. B. in fine.
 Leo triplicem habet proprietatem. clij. B. in fine.
 Leo virginem quandam in virginitate defendit. clij.
 A. post medium.
 Letania duplex. lxxvj. A

Letania prima nomen triplex. lxxvj.
 Letania secunde nomen triplex. lxxvj.
 Letania in processione qualis ordinis seruant. lxxvj. AC
 Letania qualiter sunt institute. lxxvj. A. B
 Liber in quo magis est studendum. cxij. H
 Liber diaboli continet peccata hominum. cxix. L. in
 fine.
 Libido & auaritia excœcant hominem. vij. A. post
 medium.
 Libidine expellit consideratio alienę vitę. clxxij. A
 Liliu triplicem habet proprietatem. clxv. A
 Lingua tertia inter sanctos seditione facit. cxxxj. D
 Linguam retrahens à bono conuincit malū. lxxij. C
 Linguam non refrenantes puniuntur. xlvij. F
 Loca sanctorum visitandi mentaliter modus opti-
 mus. lxxj. K
 Loca sanctorum non reuerentes puniuntur. cxj. A. in
 fine.
 Longobardorum aduentus in lombardiã. clxxvij. A
 Longobardorum regis finis. clxxvij. I
 Loquela mala eiam vera & manifesta non est bona.
 xxvij. F
 Loqui malū de sanctis periculū est corporis. lxxj. F. GH
 Lucis proprietates. lxxj. A. clij. A
 Lumen oculorū plorādo amittitur. cxij. C. §. erat aut.
 Lumen oculorum per baptismum recuperatur. cxij. C
 Lysor quidam quomodo religionem exiuit & redijt.
 cxv. G. §. monachus quidam.
 Lufores à dæmonibus agitantur. lxxj. K. §. vir quidam
 Luxuria oratione & penitentia sanatur. ij. D
 Luxuria penitentia duorum in vno purgatur. ij. D
 Luxuria grauiter punitur. ij. D. §. Quidam iuuenis.
 vij. A. xxij. F
 Luxuria expellitur per visionem paradisi & inferni.
 clxxv. j. post medium.
 Luxuria & comestiones incurrunt pestem pesti-
 mam. lxxvj. N
 Luxuriosus pessime moritur. cxxxv. B
 ¶ De litera M
Machometus. clxxvij. D
 Magnus dicitur tribus modis. xliij. B
 Magister nō debet esse nimis durus. xix. A
 Male gentes à dracone subito occiduntur.
 lxxij. A
 Mala de bonis dicta credi non debent. xxvij. B
 Maledictio parentum timenda est. vij. F
 Maleficia seruis dei nocere non possunt. clv. C
 Manus sacerdotis in missa otulata peccatorem sa-
 nat. cvij. E
 Margaritę proprietates & virtus. lxxxvij. A
 Maritus non natalibus sed moribus est eligendus.
 cxxxix. A
 Martyrium est triplex sine sanguine. clvij. D. §. secun-
 da differentia.
 Martyrium affectant sancti. lxxxvij. A
 Martyres imitandi sunt in tribus. cx. B. post medium
 Mater Ioannis euangelistę quomodo migravit. lxxv.
 A. in fine
 Matres debent inducere filios ad seruendum Deo.
 xcvij. B
 Matres in seruitio dei filio cōfortare debent. xcvij. B

ALPHABETICA.

Matres filios semper prouocare debent ad bonum.
 lxxxvij. A
 Matres qualiter filios ab infantia educare dicunt.
 cxl. B
 Matrimonia facere non est laudabile. cxix. E
 Medicina datur ab angelo contra vomitum. cxl. D
 Medicina verborum indiget habitans in curijs ma-
 gnatorum. clxxvj. B
 Memoria mortis habenda est. xxvij. D. §. audiens.
 Memorare preterita peccata cum steru. clxvij. A
 Mens perfecta tria debet habere. clxvj. A
 Mentiri sanctis periculosum est. xxx. c
 Mentiri nemo debet blanditijs indutus. lxxij. D
 Michael multa mira opera facit. cxl. A
 Missa in tribus linguis cantatur. clxxvij. A. §. Se-
 cundo.
 Misse pro defunctis celebrate eos liberant. clx. B. c
 Misse viuus & mortuis profunt, & à periculis libe-
 rant. clx. D
 Missę inceptio tres varietates habuit. clxxvij. K
 Missam libenter audiens magnifice honoratur. c-
 xxvj. F
 Missas pro defunctis dicendas diabolus impedit.
 clx. c
 Misericordia virginitatem conseruat. iij. D
 Misericordia temporalia multiplicat. iij. c
 Misericordia quomodo apparuit bono ioanni ele-
 mosynario. xxij. N
 Misericordia dei immutat hominem. xxvij. A. §. eius
 enim.
 Misericordia in morte demonem fugat. xciiij. F. §.
 Dum tres.
 Misericordię septem operibus iusdare debemus.
 clxiiij. D
 Miracula quę apparuerunt diuersis temporibus. clxx
 vij. H. N. O. P.
 Modus deceptionis sarracenorum. clxxvij. c
 Monacho volenti monasterium exire male cessit.
 cvij. D
 Mons oliueti dicitur mons trium luminum. lxxvij. A
 Mors propria à viris sanctis preuidetur. xlvij. H
 Mors sanctorum ploranda est triplici de causa. lv. E. §.
 Tantę pietatis.
 Mors sanctorum personis reuelatur. xlvij. G. lv. F. lxxj.
 L. §. In florentia. cvij. I. §. Frater quidam.
 Mors sanctorum quare dicitur natalis. cx. A
 Mors sanctorum est pretiosa. xvij. C. xix. B
 Mors sanctorum est multum fructuosa. lxxj. E
 Mors a sanctis desideratur. l. j. E. F. lxxxij. A
 Mortis tempore recordatur christus amicorum. ix. I
 Moritur homo citius quam credat. cxliij. G. §. inui-
 tatus.
 Mori potius eligitur quam inimicis dari. lxxij. F
 Moriendi desiderium debet esse in viris bonis. cxix.
 E. §. Laudabat.
 Morientes à demonibus visitantur. cxv. E. §. Infirmi-
 tur. clxij. E
 Moriuntur serui dei dulciter. clxiiij. K
 Morientibus compassionem non detractionem im-
 pendere bonum est. xlvj. M
 Mortuus seruus dei iurgere non curat. cij. c

Mortuus surgere vocatus reddita ratione quieuit. cx.
 G. §. Cum quidam.
 Mortua vacata respondit. cx. B. §. Vir quidam.
 Mortui vocati in Christo respondent. cij. C. §. quidam
 vice.
 Mortui meritis sanctorum ad eorum ecclesias portati
 suscitantur. cvij. E
 Mortui aliquando apparent viuus. lxxvj. L. §. vnde.
 Mortui immediate ad iudicium rapiuntur. xlvj. M
 Mortui qualiter sciunt suffragia pro eis facta. clx. E.
 in fine.
 Mortuorum triplex genus. clx. c
 Mortuorum tribus generibus aperitur regnum celo-
 rum. clx. E
 Mortuorum status quandoque viuus reuelatur.
 xxij. E
 Mortuus oratio amicorum a pœnis liberat. clx. c
 Mortuis profunt quatuor genera suffragiorum.
 clx. c
 Mortuis orationes viuorum grate sunt. clx. c
 Mortuis quare dies septimus & tricesimus & anni-
 uersarius dantur. clx. E
 Mortuis suffragia facta à bonis tamen profunt. clx. F
 Mulier sapiens multa & gloriosa operatur. cxxxix. A
 Mulier plus mali potest quam diabolus. lxx xvij. A.
 clxxvj. I
 Mulieres cum personis sanctis sanctificatur loquen-
 do. cxv. F
 Mulieres in habitu virili duram penitentiam fece-
 runt. lxxix. A. lxxxvij. A
 Mulieres aliquam penam infamie portauerunt. c-
 xxix. B. clxj. A. D. clxvij. B
 Mulieres plus alijs creaturis iuuenes seducunt. c-
 lxxvj. E
 Mulieres offendere non est bonum. clxxvij. E
 Mulieres leniter decipiuntur. lxx xvij. A
 Mulierum consortia sunt vitanda à bonis. clxiiij. A.
 clxx. I. post medium.
 Mulieribus serui dei loqui nolunt. clxxiiij. A. cxv. F
 Mundus habet quinque mala. xxj. A

¶ De litera N.

Nardus habet duplicem virtutem. cxv. F
 Natiuitas quadoque reuelatur. vj. c. c.
 cxvij. A
 Natiuitatem Christi videns sapiens est
 effectus. cxv. B. §. in sacratissimo.
 Natiuitas tres corporales significant tres spirituales.
 cx xvj. E. §. Et nota.
 Nautis obedit seruo dei. cij. B. in principio.
 Nobilis conuersus duram penitentiam facit. cij. A
 per totum.
 Nobiles de quatuor sunt specialiter instruendi.
 lvj. B
 Nomen domini nostri iesu Christi inuocantes adiu-
 uat de omnibus angustijs. clx. B
 Nomen domini nostri iesu Christi dulce est ad nomi-
 nandum. clxxxv. B. in fine.
 Nomen domini nostri iesu Christi ab infideli inuoca-
 tum liberat ab omni infirmitate. cxlix. A. xcv. D
 Nomen domini nostri iesu Christi ab infideli prolatur

coecum illuminat. xcv. D. in medio.
 Nouitius de ordine recedere volens in oratione reuocatur cviiij. D
 Nouitij in principio quid facere debeant. cxv. E. in fine.
 Nouitij debent resistere parentibus eos tentantibus. clxxxv. G
 Nubes tres habet proprietates. lxxvij. B. §. Monstratus.

De litera. O.



Obedientia debet fieri solo verbo praelati. cxviiiij. A
 Obedientia perfectio magna. clxiiiij. C.
 §. Accedit. D. G
 Obedientia obediunt elementa. lxxvij. C.
 §. placidus.

Obedientiam non seruantes a demonibus grauius puniuntur. lxxvij. D. §. Clericus quidam.
 Obediunt elementa sanctis viris. lx. C. in medio. ix. H. in fine.
 Obediunt praeferat ori aues. cxliiiij. G in fine.
 Obediunt sanctis viris serpentes. cx xxxv. A. circa medium.
 Obediunt deo serpentes & non homines. clxij. C. in fine.
 Obdure nolentes sanctis in visione apparentibus puniuntur. xlvi. L. §. post mortem.
 Obedere contra deum nullus debet. clxxxvj. G
 Ociositas fugienda est & oratio assumenda & labor xxj. F. §. Antonius dum.
 Octavianus augustus antronium expugnat. cv. C. in principio.
 Odio vel amore vtrum dignus sit nescit homo. clxxxv. in fine.
 Offensionis verba referre periculum est. cxx. E.
 Officium ecclesiae a quo & quomodo ordinatum fuit. cxlj. D. in principio.
 Officium ambrosianum dimissum & gregorianum sollempniter diuulgatum. clx xvij. K. & .xlviij. N. in principio.
 Officij gregoriani vel ambrosiani disceptatio & sententia lata cum miraculo. xlvi. N. in principio
 Oleum quo reges francie inunguntur miraculose mittitur. cvij. B. §. cum autem.
 Opera hominum qualia sunt. clxxv. A. in fine.
 Opera vtrum deo placent nescitur. clxx. A. in fine.
 Opera hominis astant in iudicio ante deum. cv. D. §. Quod autem.
 Oratio ab infirmitate liberat. ij. C. §. Post.
 Oratio cum poenitentia a luxuria seruat. ij. D. in principio.
 Oratio debet precedere opera hominis. ix. H. §. refert helinandus.
 Oratio precedens predicationem expellit infirmitatem corporalem. lxj. I. §. frater.
 Oratio debet esse discreta vtilisque anime. ix. E
 Oratio de potestate diaboli eripit. xxvj. B
 Oratio de mones expellit. cviiij. D. §. existente.
 Oratio male loquentem mutum facit. lxj. L. §. cum quidam.

Oratio clausas ianuas aperit & clausis ianuis intrat facit. cviiij. D. §. cum ad.
 Oratio vas fractum reinte grat. xlviij. A. in principio.
 Oratio hominem tristem consolatur. cxvj. B
 Oratio in aduersitate facienda est. xix. B. §. in diebus
 Oratio exaudita est a poenitente peccatrice. cxvij. A
 Oratio est maioris laboris ceteris virtutibus. clxxv. A
 Oratione noua lingua loqui impetratur. xcv. C. in medio.
 Oratione in necessitate acquiritur pecunia. cviiij. F. §. quadam.
 Oratione panis multiplicatur. cviiij. F. in ecclesia.
 Oratione pluuia descendit. xlviij. H. §. quadam.
 Oratione sanantur infirmitates. v. D
 Oratione sanctorum delentur peccata. C. cxv. B
 Oratione & compassione pestis cessauit. xlvi. D
 Oratione & compassione fiunt miracula. xlviij. A. B. C.
 Orationes sanctorum sanant corpus & animam peccatoris. xlviij. A
 Orationem seruorum suorum deus exaudit. lv. C
 Orationes peregrinorum a deo exaudiuntur. xc. iij. H
 Orandum tempore tribulationis est. xlvi. D
 Orantes diabolus tentat. xlviij. B
 Orans mulier pro pulchritudine excoecatur. xj. D. in fine.
 Orat auis & exauditur. xj. E. in medio.
 Orant sancti in patria pro nobis. cxlviiij. F.
 Orare nullus debet pro damnato. xlvi. I. §. dum igitur.
 Orare debemus pro inimicis. lxiiij. D
 Oratur ab oriente triplici ratione. clxxvij. B. §. Tertio consecratur.
 Ordinatur homo secundum se quantum ad tria. lxxvj. B. clij. B. D
 Ordinatur homo quantum ad proximum in tribus. lxxvj. C. clij. C. §. secundo fuit.
 Ordinationi dei non potest obuiari. clxxvij. M. post medio.
 Originis librorum damnatio. cxv. D
 Originale peccatum lauunt quinque remedia ad hoc instituta. xxxviij.
 Oris custodia diligenter est seruanda. xxj. E
 Oscitantes quare se signo crucis muniunt. lxxvj. A

De litera. P.



Patiētia est magni meriti. xxvj. C. xxxvj. C. lxxix.
 Patientia magna vel boni optimi. ij. F
 Patientia triplex genus per tria exempla probatur. cxv.
 Patientia exemplum. cxiiij.
 Patientiam poenitentes habere debent. lxxxix. A
 Panis sanctorum meritis multiplicatur. iij. C. §. quodam cviiij. F.
 Papa liberius arrianae fidei consentit. xcviij. A
 Papae electio & episcoporum confirmatio conceditur Karolo. clxxvij. I. in medio.
 Papae nomen mutatur triplici de causa. cxlxij. L. §. Ha

ius tempore.
 Paradisi & inferni cogitatio libidine expellit. clxxvij. I. Post medium.
 Paradisi terrestris proprietates. cxxxv. A. Post medium.
 Parentes fideles bonum filium generant. iij. B. lxxvij. A. xxx. A. lxxx.
 Parentes mali quandoque bonum filium generant. lxj. A
 Parentes boni plus debent animas filiorum diligere quam corpora. xvij. B. §. Cum filia. lxxvij. A. xvij. A. clxxj. A.
 Parentes filium suum volentes retrahere a seruitio dei. ij. D. §. Quidam inuenis.
 Parentes sunt aliquando causa filiorum damnationis. xxiiij. B
 Parentibus contra deum obedire non debemus. clxxvij. B. in fine.
 Paruulus qualis futurus sit quandoque per visionem reuelatur. cviiij. A. cxv. B
 Passionem christi fuisse voluntariam quinque rationibus probatur. ij. E
 Passio christi ignominiosa tribus rationibus fuit. lj. A
 Passio christi dolorosa fuit propter quinque. lj. A
 Passio christi fuit fructuosa. lj. C
 Passio christi iniusta fuit. lj. C
 Passio christi fuit in omnibus membris corporis. lj. A
 Passio sanctorum miraculose infideles multiplicat. lxxvij. E
 Passionis christi modus fuit acceptissimus ad placandum. lj. C
 Passionis christi modus fuit efficacissimus ad trahendum. lj. E
 Passionis christi modus fuit congruentissimus ad curandum. lj. D
 Passionis christi modus fuit prudentissimus ad repugnandum. lj. F
 Pati desiderandum est propter Christum. xxxvj. F
 Paulus apostolus bona omnia in se habuit. lxxxv. E. in fine.
 Pauli apostoli magister. cvij. A
 Paupertas cogit ad peccandum. iij. B
 Paupertas est religionis habenda & ostendenda. cxliiiij. B. C
 Pauperibus est miserandum. xxvij. A. xlvi. B
 Pax est optanda. lxxxiiij. B
 Pax est ubi peccandum non est. lxxxiiij. B
 Peccata minima bonum est confiteri. cxix. E
 Peccata propria prius consideranda sunt quam aliena. clxxij. A
 Peccata propria videre non sinit secularis conuersatio. clviiij. A
 Peccatorum tria genera. cxl. D
 Peccator male moritur & merito. lxxxiiij. E. G. in fine.
 Peccator manifestus quod & qualiter orare debet. clxij. A. in medio.
 Peccatoris vindicta non est appetenda, sed poenitentia. liij. B. in fine.
 Peccatoris vesania. lxxxiiij. B
 Peccatores sanctarum personarum monitione conuer-

tuntur. cv. B. liij. A. H
 Peccatores non sunt digni videri a bonis. cxx. D. §. dum constantinopolim.
 Peccatores in malum suum prosperantur. lv. E
 Peccatores iuxta altare stare non debent. lv. H. in fine.
 Peccatores sunt vitandi. ix. B. §. legitur quoque.
 Peccatores sunt blande tractandi. xvj. E
 Peccatores abnegant Christum leuiter & diabolo subduntur. xxvj. B
 Peccatores aliquando dominus visibiliter reducit. xlvi. H. in medio.
 Peccatores a deo mirabiliter quandoque conuertuntur. xxviij. A. liiij. A. ante medium.
 Peccatores non sunt digni intrare ecclesiam dei. liiij. A. lv. H. §. Tertio in.
 Pedum Christi vestigia remanserunt in terra. lxxvij. A. in fine.
 Pena duplex data duobus iuuenibus. xv. A
 Pena corporis tentationes carnis fugat. xv. A
 Pena corporis est sanitas anime. cxliij. D. post medium.
 Pena vnus est conuersio alterius. cxliij. B
 Pena in hoc mundo a sanctis potius eligitur quam futuro. xlvi. I. §. Ferrus quoque & angelus.
 Penam bonis inferre volentes puniuntur. v. B. lv. C
 Poenitentia cum oratione gratanter est recipienda. lv. H
 Poenitentia debet esse constans & firma. xvj. C
 Poenitentiae opera ad hoc quod sint perfecta tria sunt necessaria. xx xiiij. A. §. Tria autem.
 Poenitentia debet esse dura. xviiij. C
 Poenitentia debet esse cum humilitate. lviiij. A
 Poenitentia dura virginitatem conseruat. cxlj. B
 Poenitentia in celo lectum vel locum parat. cxlvij. A
 Poenitentia finalis non videtur secunda. clx. A. §. Secunda qui. circa finem.
 Poenitentia parua sufficiens est ad delendum peccatum. clxxij. B
 Poenitentia tripliciter iniuncta quomodo vtilis est. clx. A. ante medium.
 Poenitentiam malorum peccatorum acceptat deus. xxx. D. in fine.
 Poenitentiam agere student quandoque pueri. iij. B. xlviij. A. lxxvij. B
 Poenitentiam agentibus deus in celo prouidet. xv. B. xlviij. A. cviiij. F
 Poenitentiam facientes demones infestant. xlviij. A. B. C. lxxxvij. C
 Poenitentiam erubescere non debet qui peccare non erubuit. lviiij. A.
 Poenitentiam maxime desiderat deus in homine. lxiiij. D. §. Refert iosephus.
 Poenitentiam duram pro solo peccato facit theodora. lxxxvij. A
 Poenitentiam inducit deus in verbis & signis. lxiiij. D. §. refert iosephus.
 Poenitentiam agentes ab angelis consolantur. xc. F
 Poenitentiam vnus potest facere pro alio & ad hoc requiruntur quatuor. clx. A

Poenitere volentes deus benigniter recipit. xxvj. B
 Poenitere nolentes deus punit terribiliter. lxiiij. E. F. G
 Poenitentes debent facere tria. cxxxv. D. in medio.
 Poenitens perfectus omnium poenitentiam libenter
 suscipit. cxlvij. A
 Poenitenti peccatori deus multa beneficia cofert. xc. A
 Poenitenti aduersantes occurrunt. cxliij. A. B
 Poenitenti diabolus aduersatur. xxj. B
 Poenitentes demones ledere non possunt. cxiiij. E. §.
 refert Hugo.
 Perinrus graniter punitur. lxxj. circa finem.
 Peregrinos offendentes puniuntur. xciiij. E. F
 Peregrinos diabolus tentat. xciiij. E. §. Refert. §. qui
 dam.
 Peregrini salutem animæ suæ non petentes puniun-
 tur. xciiij. C. §. refert.
 Peregrinorum orationes exaudiuntur. xciiij. G. in
 principio.
 Perseuerantia in orationibus est habenda. cxliij. B
 Petrus apostolus epistolam leonis papæ correxit.
 xxxiiij. A. §. cum beatus Leo.
 Petrus apostolus suo deuoto veniã impetrauit. lxxx-
 iij. H. §. in eodem quoq.
 Pietas sine mora est exhibenda. xlvj. I
 Pilatus non audiuit solutionem veritatis tribus de
 causis. lj. A. §. tertio ad veritatem.
 Pilati historia. lj. G. per totum.
 Pilati & herodis amicitie & inimicitie causa. lj. G. §.
 herodes autem.
 Placere deo volens debet tria seruare. xxj. E
 Planete dicuntur à grecis adorari. clxxv. H
 Plaustrum fratribus poenitentibus negans punitur.
 cxliij. I. §. cum fratres.
 Plenitudinis signum triplex. lxviiij. E. §. triplex est.
 Pluuia oratione facta cessauit. cxiiij. F. §. cumq.
 Pluuia oratione facta descendit. xlviiij. G
 Popule meus quare in parasceue dicitur. lj. A. §. secun-
 do ex.
 Portari debet Christus quatuor modis. xc. A
 Predicatori silentiũ imponenti aues obediunt. cxliij.
 B. §. cum apud. cviiij. A
 Predicadores per stellas figurantur. cviiij. A
 Predicadores qualiter vanæ gloriæ resistere debent.
 cxv. G. §. quadam.
 Predicatorum ordo quomodo & quo tempore confir-
 matus fuit. cxviiij. B. §. post hoc autem.
 Predicatio debet fieri tripliciter. cviiij. E. §. sacerdos
 quidam.
 Predicatio iohannis tripliciter fuit condemnabilis.
 lxxx. F. §. & notandum.
 predicatio multum placet deo. cviiij. E. §. sacerdos qui
 dam.
 predicationem audiendo peccator conuertitur. cxlv.
 A. circa medium.
 predicationis causa oratio facta corporalem expellit
 infirmitatem. lxj. I. §. frater.
 Predicant futura quandoque viri boni. cviiij. H. §. Cũ
 in. cxv. B
 predicatorum ecclesiastica & temporalia rapientes pu-
 niuntur. xxx. B

prelatus non debet timere mortem propter vtilitatẽ.
 xxxvj. B
 premium magisterij puerorum quale quandoque est.
 xix. A
 promissio serui dei quandoque completur in vita vel
 post mortem. cij. E
 puella virgo maria quadragesimo die presentatur
 in templo triplici ratione. xxxvij. A. §. Quare
 autem.
 ruelle iuuentutem suam deo dare debent.
 clxxiiij. A
 puelle choreas & vanitates vitare debent. clxxiiij. G
 puer existens in vtero reuelatur quandoque qualis fa-
 turus sit. cviiij. A. in principio. cxv. B
 puer appetit nasci propter quatuor. cx. A
 puer libenter studere debet. cviiij. A
 puer non sustinens incatationes citius liberatur. cxv.
 B. circa medium.
 Pueri in seruitio dei constantes esse debent. xlviiij. A
 pueri quandoque prenonsticant quid facturi sumus.
 clxxvij. A
 puerorum bonorum meritis quandoque deus miseri-
 cordiam. lx xvij. A
 pulchritudo quandoque impedit seruire deo. clvj. B
 pulchritudo quintuplex. cxlj. A
 purgatio ab infamia fit quinque modis. xxxvij. B
 §. Quarta ratio.
 purgandorum tria sunt genera. clx. A. §. illorum au-
 tem.
 purgandorum animabus diuersa loca deputantur
 multiplici de causa. clx. C
 purgatorium patricij. clx. B

De litera. Q

Questiones tres facte sunt christo ascendea-
 ti. lxvij. D. §. Dionysius.
Questionibus tribus responso à demo-
 ne cum quodam magistro. cxviiij. F. §. le-
 gitur in.
 Quies in hoc mundo haberi non potest. clxxv. A
 Quinquagesima instituta est propter tres rationes.
 xxxiiij. A

De litera. R

Raptores rerum ecclesiasticarum à deo pu-
 niuntur. xxj. G. xxx. B. cxij. E.
 Reddere debemus bona pro malis. viij. D.
 post medium. lxiiij. D. ij. I
Regina celi quomodo primo angeli can-
 tauerunt. xivj. D. in fine.
 Regnum cælorum quinque denarijs acquiritur.
 xxiiij. A
 Religiosus qualem vitam ducere debet. cviiij. H. cxv.
 D. F. G.
 Religiosus vitam communem seruare debet. cxlj. A
 Religiosus parentes obliuisci debet. cxlj. A
 Religiosus verus debet habere quatuor. clxxj. G. in
 medio.

Religiosi non debent habere proprium. xxj. F. §. Fra-
 ter. xlvj. K. §. legitur.
 Religiosi tria habere debent. clxxj. A. in medio.
 Religiosi qualiter studere debent. cxv. D
 Religiosi curas magnatorum fugere debent. cxliij. D.
 §. cum apud.
 Religionis virtute quidam à vinculis liberatur. cxv.
 C. in fine.
 Religionem volens intrare parentibus non debet cre-
 dere. cxv. E
 Religionem intrantibus verbũ notabile dicit. cxv. E
 Religionem intrantes non bona intentione vitam
 male finiunt. cxliij. A
 Relinquentibus parentes & propriam voluntatẽ eter-
 na premia promittuntur. lx xvj. D
 Reliquie sanctorum cum reuerentia sunt habende.
 xc. G. §. temporibus. clxxv. D. in medio.
 Reliquie sanctorum ab angelis prosperẽ deducuntur.
 xciiij. C
 Reliquie sanctorum ab angelis honorantur. cvij. B.
 §. translatio.
 Reliquie sanctorum honorate demones cruciant. cvij.
 B. §. translatio.
 Reliquie sanctorum à mortuis honorantur. cvij. B
 Reliquias sanctorum irreuerenter tractantes puniun-
 tur. cxliij. D. in fine.
 Reliquijs sanctorum demones coguntur reuerentiam
 exhibere. cvij.
 Reliquijs lectorum aspides reuerentiam exhibent.
 xciiij. B
 Res sanctas irreuerenter tractans punitur. cx. D. §.
 apud antiochiam.
 Responso dominici & francisci cardinali hostiẽsi de
 precationibus cxliij. E. §. in vrbe romana.
 Resurrectionis humanę vera testificatio. lxxxvj. A
 Romanorum maxima occisio facta fuit. clxxvij. A
 Delitera. O

Sacerdos in maxima reuerentia haberi de-
 bet. cxliij. H. in fine.
Sacerdos super reges est honorandus. cxliij.
 D. post principium.
Sacerdos de virgine maria tantum cele-
 brans priuatur, sed virgo maria ipsum restituit. xj.
 C. §. Sacerdotes. cx xvj. G. §. sacerdos.
 Sacerdoti manus in missa osculata peccatorem san-
 ctificat. cviiij. E
 Sacerdoti celebranti angelus respondit. xlvj. H. §.
 Cum apud.
 Sacerdotes non reuereri periculum est. lv. E
 Seruari volens quid facere debet. xj. E
 Salve regina antiphona quõ inueta fuit. clxxvij. K
 Sancte deus sancte fortis qualiter inuentũ fuit & quo
 modo virtuosum. lxvj. D. §. In huiusmodi autem.
 Sanctum hominem faciunt tria. xxxix. A
 Sancti iuuant suos deuotos. iij. G. xciiij. G
 Sancti deuotos suos liberant à demonis illusionẽ.
 xlvj. N. §. Narrat.
 Sancti suos deuotos in infirmitate visitant & conso-
 lanur. lviiij. E
 Sancti suos deuotos sanant arte chirurgica. cxxx-

viiij. A. B.
 Sancti suos deuotos sine poenitentia decedere nõ per-
 mittunt. xc. G. §. Miles.
 Sancti suis deuotis aliquando apparẽt. ix. I. §. sanctus.
 Sancti temporalia ecclesiarum suarũ defendunt. ij. I
 Sancti temporalia contemunt. xxvj. A
 Sancti pascuntur cibo diuinitus misso. xv. B
 Sancti viri antecedentia tanquam presentia vident in
 spiritu. xlviiij. C. D. E
 Sancti viri vident quandoque cogitationes aliorum.
 xlviiij. E. §. Quadam vice.
 Sancti viri demones expellunt. lv. D. cxv. H. §. Cum à
 summi. & §. apud.
 Sancti viri suas reliquias volunt honorari. lxxxj. in
 medio. lxj. D. §. abbas quidam.
 Sancti plus profunt defuncti quam viuentes. lxj. E. L.
 §. Cum in.
 Sancti inuocantur triplici de causa. lxvj. D
 Sancti Visitantibus reliquias suas auxilium in die iu-
 dicij promittunt. lx xij. B
 Sancti multa tormenta passi sunt. xcij. A. B
 Sanctis suis pegrinis in vias subueniunt. xciiij. D. E. F
 Sancti voluntarie petiebantur. xc. C. in medio. D
 Sancti à leonibus & vrsis non ledũtur. lxxv. B. in fine.
 Sancti in tempestate maris subueniunt inuocanti-
 bus. iij. C
 Sancti viri mori desiderant. xlvij. A. cxv. F. §. Qua-
 dam vice.
 Sancti in cælo existentes compatiuntur afflictis & eõ
 solantur eos. cviiij. K
 Sancti defendunt eis recommendata. iij. F. cxxxviiij.
 B. §. Vir quidam.
 Sanctorum virtus magna contra demones. x xj. B
 Sanctorum corpora & sepulchra in reuerentia habentur
 à Christo. xxxix. F
 Sanctorum corpora, animalia reuerentur. lxix. A
 Sanctorum corpora longo tempore integra quando-
 que perseuerant. xxx. B. lxx xj. A. in fine.
 Sanctorum corpora dicuntur pretiosa quinque ratio-
 nibus. clviiij. C
 Sanctorum gloria fidelibus reuelatur. lxxxix. B
 Sanctorum dignitas est quadruplex. clxviiij. C
 Sanctorum rebus tacti à maleficijs liberantur. xciiij.
 A. §. Quodam.
 Sanctos molestantes grauiter puniuntur. xij. B. xlviiij.
 C. clxxij. B. in fine.
 Sanctos affligetes mala morte decedũt. xliij. B. in fi-
 ctos inuocatis à peccatis maximis liberant. xciiij. D
 Sanctis deus in necessitate succurrit. xix. A. xxj. B
 circa finem. xxv. D. xxvj. A
 Sanctis mortuis defuncti reuerentiã exhibent. xxvij. G
 Sanctis viris serpentes obediunt. cxxxiiij. A. in fine.
 Sanctis reuerentiam exhibent animalia insensibilia.
 xlviiij. F. G
 Sanctis viris animalia & volatilla obediunt. xlvij. C
 §. presbyter.
 Sanctis viris omnes creature obediunt excepto pecca-
 tore. cxxxiiij. F
 Sanctis detrahentes puniuntur. cxliij. K
 Sanctitas bonorum in morte mirabiliter reuelatur.

T A B V L A :

xxxlii.	B	Seruis dei & verbis eorum irrisiones facientes puniuntur. clj. A. in fine.
Sanguinis Christi effusiones septem. lxxviii.	C	Seruire deo volentes aliquando multas tribulationes patiuntur. clvij. A. circa finem.
Sapientia à morte liberat & gratiam regis impetrat lxiij.	D	Seruire deo volentes impediunt parentes pro posse. clxxvj.
Sarraceni quomodo decepti sunt. clx xvij.	D. E. F. G	Seruientes deo inueniunt eum. xc.
Sarracenorum fides. clxxvij.	A	Sexagesima instituta est ppter tres rationes. xxxij. A
Scala per quam cælum ascenditur quatuor gradus habet. clxxvij.	A. P	Simoniam miraculose in episcopo inuenitur. clxxvij. N §. Hildebrandus.
Scisma fuit in ecclesia. clxxv.	A	Synagoga ne constitueretur miraculose ostenditur. cxx.
Scriptura facta manu serui dei tentationes fugat. clxiiiij. H. §. Cum frater.	A	Societas mala est fugienda. lxj.
Seculares plus student placere mundo quam serui dei deo. xlv.	A	Solis eclipsatio in passione Christi. clxlvij.
Septuagesima instituta est propter tres rationes. xxxj.	A	Sonus suavis fit tribus modis. cxxxiiij.
Sepulchra sanctorum quandoque prophanantur. cxx.	A	Sorores quedam duram duxerunt vitam. c.
Sepulchra sanctorum fugant demones de corporibus hominum. lxj. I. in fine.	C	Spiritus sanctus duobus modis mittitur. lxxvij.
Sepulchra sanctorum mirabiliter facte. xciiij.	C	Spiritus sanctus in quintuplici specie mittitur. lxxvij. B. §. & notandum.
Serenitas oratione serui dei impetratur. xlvj. B. in fine.	D	Spiritus sanctus tribus vicibus apostolis datus fuit. lxxvij.
Seruis dei pro anima Christi mortis periculo exponit se. lx.	B	Spiritus sanctus qualiter in apostolos missus fuit. lxxvij.
Seruis dei nec terroribus nec promissionibus concutitur. xxxix.	B	Spiritus sanctus quandoque sanitatem hominis reuelat. xxvj.
Seruum dei impediunt cogitationes ad salutem. clxxj. B. in fine.	A	Spiritus sanctus apparuit in igne multiplici ratione. lxxvij.
Serui dei ab inimicis defenduntur. lv.	C	Spiritus sanctus apparuit in linguis igneis tripliciter. lxxvij. E. in fine.
Serui dei ab inimicis & elementis lædi non possunt. cij. B.	C	Spiritus sanctus veniens sex utilitates facit. lxxvij. H
Serui dei excellenter habent virtutes. lv.	D	Spiritus sanctus magnificat eum in quo habitat. xxvj. A
Serui dei per volucres à deo pascunt. xv. B. xxxvij. A	A	Spiritum sanctum recipientes quales esse debent. lxxvij.
Serui die in bono confortati viriliter agunt. lix.	B	Sponsus quinque debet habere. xxiiij.
Serui dei clausis carceribus transferuntur. cv.	B	Sponsus quinque beneficia confert sponsis suis. xxiiij.
Serui dei eligunt puniri in hac vita potius quàm in alia. xlvj. I. circa finem. clvij. xx. in fine.	C	Statuta Christi herbis virtutem sanatiuam infundebat. c. B. §. refert eusebius.
Serui dei mulieres videre nolunt. clxxj. A. in principio clxxxiiij. A. §. Matrona.	B	Sternutantibus quare dicitur deus te adiuuet. lxxvj. A
Serui dei modicum dormire debent. clxiiiij.	B	Studendum in libro charitatis. cvij.
Serui dei multum flere debent. clxxxiiij.	B	Studentes lectionibus & rationibus assidue vacare debent. cvij.
Serui dei silentium tenere debent. clxxxiiij. A. in principio & in medio.	A	Sudarium domini quomodo fuit rome portatum. l. G. circa medium. §. cuique.
Serui dei bona temporalia despiciere debent. clxxxij. B. §. Cumque pater.	A	Superbia deo est odibilis. cxxx.
Serui dei bona pro malis reddere debent. xlvij.	A	Superbia & iactantia modicè durare possunt. xxiiij. D
Serui dei licet sint in vili habitu, tamè honorandi sunt. clxxvj. C. §. deinde.	B	Superbus miraculose extinguitur. cxxxvj. C. in fine.
Serui dei pro Christo pati desiderant. xxx. B. xxxvj. B. xxxix. B.	B	Superborum honores paruo tempore durat. cxxv. B
Serui dei dulciter moriuntur. clxxvj. K. in fine.	C	Suspendium triplex. cxvij.
Serui quandoque dominis nocere possunt. clxxvij. C. L. §. Denique.	B	
Seruorum dei aqua manu reseruata cœcè illuminat. xlj.	A	
Seruorum dei aliquæ virtutes. clxxxiiij.	A	
Seruorum dei offendentes puniuntur. ij. B. v. B. cv.	A	
Seruorum dei deus mirabiliter defendit. xlj.	B	
Seruorum dei in suis tribulationibus angelus adiuuat & consolatur. cv. A. in medio. xliij.	B	
Seruorum dei fere siluestres aues familiares sunt. xxxvij. A. clxiiiij.	C	

De Litera. T.



T Aciturnitas est utilis seruo dei. clxxxiiij. A. §. quidam etiam, Taet' mulieris est periculosus. clxxxiiij. A. §. Alius etiam. Te deum laudamus quando' & à quibus compilatum fuit. cxix. Temporalia precibus sanctorum virorum augmentantur. xvj.


A L P H A B E T I C A :

Temporalia augmentatur oblationi in ecclesia faciētibus. xxxvij.	B	Verbum dei quis primo predicauit in antiochia. lxxvj.	D
Temporalia per opera misericordie non minuuntur. C. §. Quodam tempore.	A	Verbum notabile dicitur religionē intrantibus. cxv. E. in fine.	E
Temporalia bona diuidere nolentes amittuntur. cxlij.	A	Verbum optimum hospitantibus est dicendum. liij. A in fine.	A
Tentationem demonis poena corporis fugat. xlvij. A	B	Verba sacre scripturæ magnæ sunt virtutis. lxxvj.	D
Terrena apostoli despiciebant. cxvij.	B	Verba iactantia vel vanitatem sonantia deprimenda sunt. xlvj.	E
Testamentum fecit Christus. lj. A. §. primo ex eo in fine.	B	Verba maledicta loquens punitur. xiiij. D. §. bubulcus.	C
Testamentum tria continet optima. cxv. B. §. tandem.	L	Verba tria vtilia custodienti. clxxvj.	D
Testes contra peccatores sunt tres. j.	L	Veritas examinata à duobus impeditur & à duobus adiuuatur. clxxvj. C. Deinde quatuor.	D
Tormenta sanctis ludus est. xxv. E. post medium.	A	Vestis pretiosa religiosi non conuenit. cxix. D. Ante finem.	D
Tormenta sanctis quandoque à parentibus inferuntur. xcij.	A	Vestigia pedum Christi remanserunt in terra. lxxvj. A circa finem.	A
Tormenta sanctis parentes inferentes à deo puniuntur. xcij.	B	Vexatio sola intellectum dat auditui. cv. C. in fine.	C
Tormenta quandoque tortores occidunt. cxxxij. B. C	B. C	Victoria à deo datur. lxxij.	A
Tormenta multoties sanctos ledere non possunt. xcij. A. B. xc. C. cxxxij.	B. C	Victus & vestimentum vicarij qualis fuit. lxxxiiij. A	A
Tormenta sustinentes deus consolatur visibiliter. viij. D. xcvi.	B	Vidua se totam seruitio dei dare debet. xxix.	B
Trabs vna breuis in opere ecclesie oratione fusa prolongata est. cxij. D. §. Gregorius quoque.	C	Vidua in acerbitate & humilitate & paupertate se seruare debet. xxix.	C
Transfiguratio Christi quoque facta est. cix. §. in hac die.	C	Viduis afflictis meritum est subuenire. xlvj.	I
Tribus sacerdotalis & regalis cognatione coniungebantur. cx xvj. B. §. Sed mirum.	A	Vie Christi septem. clxxvij. C. ante medium.	C
Tribulatio presens modicum durat. cv.	A	Vincula sanctorum liberant ab in firmitate & demonio. cv. B. in fine. C. §. quante autem.	C
Tribulationis tempore ad sanctos dei recurrendum est. xc.	D. E	Vindicare se homo non debet. xvij. C. in fine.	C
Tribulationes pro Christo patienter sustinentes non derelinquit deus. xcvi.	A	Vindicta de peccatoribus nō est repetenda sed poenitentia. liij. B. in fine.	C
Tribulationes portantes consolationem pristinam recuperant. lvij. E. §. Quodam tempore.	A	Virginalis status melior est quam coniugalis. cxxxv. B.	B
Tribulationes consolationes sequuntur. clxxvij.	D	Virginitas à spiritu sancto custoditur. iij. C. Post medium.	C
Tribulati ad sanctos sibi deuotos recurrentes liberantur. iij.	C. D	Virginitas est regina virtutum. B. in fine.	C
Tribulati quacunque tribulatione ad aliquem sanctum recurrere debent. lxj.	G. H	Virginitas in corpore mortuorum redolet. cvij. I. §. Cum igitur.	C
Trinitatis pulchrum exemplum. clxxvij. A. §. Ante vero.	A	Virginitas dura poenitentia conseruatur. cxlj.	B
Trinitatis vnitas miraculis comprobatur. clxxvij. A §. Ante vero.	A	Virginitas per rosas & lilia designatur. clxix. B. in fine.	C
Turturis proprietas. xxvij. B. in fine.	A	Virgo linguata post mortem visibiliter punitur. cxij. D. §. Refert Gregorius.	C

De Litera V.



V Enemum seruis dei nocere non potest. ix. F. xlvij. Venit Christus propter septem utilitates in mundum. j. Verbum dei ad poenitentiam prouocat. lv. C. §. Quidam hereticus. Verbum dei libenter audiri debet propter quatuor. v. E Verbum dei proponi debet cibo corporis. viij. Verbum dei audiendum est patienter. xlix.



TABVLA

Virgo maria officium ius deuote dicentem de iudicio eius liberauit. cx xvj. G. §. Fuit quidam clericus.

Virgo maria eam inuocantem ab incendio liberauit. cx xvj.

Virgo maria seruos dei vindicat à malis hominibus xxx. E. ante finem.

Virgo maria gratiam triplicem inuenit. l. B. in medio.

Virgo maria plena gratia sunt propter quatuor quæ nunc habuit. l. A. in fine.

Virgo maria Ioannem baptistam de terra primò leua uit. lxx. B. in fine.

Virgo maria sanitatem bonorum manifestat. lxxix. A. Post medium.

Virgo maria impetrat peccatoribus veniam peccatorum. l. E. Quidam miles.

Virgo maria peregrinos à demonibus liberat. xciiij. E. in fine.

Virgo maria ora pro humano genere. cvij. C.

Virgo maria fratres predicatorum hominibus dedit. cvij. E.

Virgo maria sua vnctione ardorem concupiscentiæ in fratre extinxit. cvij. E. §. Rome vero.

Virgo maria Christum iratum mundo pacificat. cvij. C.

Virgo maria subueniet eam inuocanti. cxiiij. B. §. Bulbulcus. cxiiij. I. §. quidam monachi. §. quedam mulier.

Virgo maria suas missas celebrantes honorauit liberer. cx xvj. G. §. Sacerdos.

Virgo maria filio viduæ reddito suum recepit. cx xvj. F. §. Fuit quedam mulier.

Virgo maria in suo deuoto zelotipiam ostēdit. cx xvj. §. G. Fuit quidam.

Virginis mariæ imago pestem fugauit. xlvi. N. post medium.

Virginis mariæ annuntiationis dies fuit dies multorum operum dei. l. E. in fine.

Virginis saluatio à demonis potestate liberat. l. E. §. Quidam miles.

Virginis saluatio peccatorem conuertit. l. E. §. quidam miles.

Virginis mariæ qualia officia committuntur in cælo. cxiiij. K. ante finem.

Virgini mariæ displicet quod adiuti ab ipsa malefaciant. cxiiij. D. §. cum dux.

Virgini mariæ qui militauit ab ea est prehonorus. cx xvj. F.

Virginem mariam salutare inuitant tria. l. A. in medio.

Virgines solas velari inuitat leo. lxxxij. A.

Virgines in quatuor excellunt. clviij. D. §. Quarta differentia.

Virginum ordinem signat sanctuarium. clxxviiij. N. post principium.

Virginibus pulcherrima predicatio. lxx. D.

Viri bona vxoris impedire non debent. clxiiij. D.

Viri quodammodo vxoribus dominantur. lxx. A.

Virtutum. xij. gradus. v. M. §. Post vnum autem.

Virtutes quatuor in quatuor domibus inueniunt. cvij. M. §. Quidam scholaris.

Visio nocturna aliquando vera est. xlviij. D. §. Cum quosdam.

Vita triplex. lxxviij. A.

Vita sanctorum laudanda. lv. E.

Vita citius finitur quam credatur. xij. B.

Vita in virtutibus plena ducenda est. lxj. B.

Vita bona predicat efficaciter. cvij. B. §. Hospitatus.

Vita religiosi qualis esse debet. cvij. H.

Vndecies milies pater noster dicentes solatium virginum in morte habet. cliiij. C. circa finem.

Voluntas dei est vt sancti potiantur. lxxiiij. E. in fine.

Voluptas carnis multa mala operatur. cx xv. B.

Vomitum medicina bona sanans. cxl. D. in primo. §.

Vorum negligenter soluens punitur. iij. G.

Vora non complere sanctis displicet. cliiij. C. §. abbas quidam.

Vxor virū suū inducere debet ad bonum. cx xvij. B. C.

Vxor animam viri plusquam corpus diligere debet. cx xvij. B.

Vxoris innocentia super vomeres ignotos probata est. cxij. E. §. Legitur in vita.

Vxoris suspitio per ignem purgata fuit. cxij. E. §. Legitur in vita.

Vxoris oratione vir saluatus fuit. clx. D.

Vxorem alicui dare periculum est. clx. D.

De litera.

O.



Pūs illustus fuit quatuor vicibus. lj. B.

Xps ter lachrymatus fuit. lj. A. §. Quinto ex eo.

Xps in quantum deus habuit quatuor excellentias. lj. A. §. Secundo fuit.

Xps in quantum homo habuit, quatuor excellentias quibus ornata fuerunt cornua crucis. lj. B. §. quarto in cruce.

Xps omnia remedia contra originale peccatum in se assumpsit. xxxvij. B.

Xps probatur voluntarie passus fuisse quinque rationibus. ij. E. post medium.

Xps in cruce fecit testamentum. lj. A. in principio.

Xps in cruce pendeas quomodo ad amorē suum peccatores traxit. lj. C.

Xps resurrexit quinque modis. lij. A. §. Circa tertium.

Xps sex modis se vere resurrexisse probauit. lij. A. §. Circa tertium.

Xps resurrexit propter quatuor nostras utilitates. lij. C. §. Circa quintum.

Xps resurgere non distulit in die iudicij triplici ratione. lij. C.

Xps in die resurrectionis quinque vicibus apparuit & alijs diebus post etiam quinque vicibus. lj. D.

Xps resurgens qualiter eduxit victos de limbo. lij. F.

Xps diabolum ad nihilum redegit. xxj. D.

Xps seruos suos volentes conuerti multipliciter consolatur. iij. A. ante finem.

Xps quatuor modis portari debet. cxv. A.

Xps & sancti suos deuotos in morte visitant & confortant. c. B.

Xps minabatur mundum destruere. xxiiij. C.

Xps illa hora qua natus est desideranti apparuit. cxv. B. post medium.

ALPHABETICA



Xps pro seruis suis pugnat. lvi. B. circa finem.

Xps benignitas est magna erga peccatores. lii. B.

Xpi vestis iratum reddit mansuetum. li. G. post medium.

Xpianus specialem sanctum habere debet. xc. G. §. Miles. §. Clericus quidam.

Xpiani falci magis sunt in profundo inferni quam pagani. xlii. B. in fine.

Mago Xpi percussa multum sanguinem emisit. cxxx.

Ymago virginis pestē fugauit. xlvi. §. Sed quia adhuc.

Ydropicus quidam in domo prædicatorum curatus est. lxi. L. §. anno domini.

Zacharias propter dubitationem plagam solus incurrit multiplici ratione. lxxx. B.

EXPLICIT TABVLA SIVE REPERTORIUM SUPER LEGENDAS SANCTORVM.

INCIPIT PROLOGVS SUPER LEGENDAS SANCTORUM quas collegit in vnum frater Iacobus de Voragine natione Ianuensis ordinis fratrum prædicatorum.



VNIVERSVM tempus presentis vite in quatuor distinguitur: scilicet in tempus deuiationis: renouationis siue reconciliationis: & peregrinationis. Tempus deuiationis fuit ab Adam postquam: scilicet a Deo deuiavit & durauit vsque ad Moysen. Et illud tempus representat ecclesia à lxx. vsque ad Pascha. Vnde & tunc legitur lib. Gene. scilicet in quo ponitur deuiatio primorum parentum. Tempus renouationis siue reuocationis incipit a Moysen: & durauit vsque ad natiuitatem Christi. In quo homines per prophetias ad fidem reuocati sunt & renouati. Et istud tempus representat ecclesia ab aduentu vsque ad natiuitatem Christi. Vnde tunc legitur Isaias vbi de hac reuocatione aperte agitur. Tempus reconciliationis est tempus in quo per Christum sumus reconciliati. Et istud tempus representat ecclesia à Pascha vsque ad Penthecosten. Vnde & tunc legitur apoca. vbi plene agitur de mysterio reconciliationis. Tempus peregrinationis est tempus presentis vite in quo peregrinamur & in pugna semper sumus. Et istud tempus representat ecclesia ab octaua Penthecostes vsque ad aduentum do. Vnde tunc leguntur lib. Reg. & Mach. quibus de multiplici pugna agitur per quam nostra pugna spiritualis signatur. Tempus autem illud quod est a natali domini vsque ad septuagesimam partim continetur sub tempore reconciliationis quod est tempus leticie. s.

a natali vsq; ad octa. Epipha. partim sub tēpore peregrinationis. f. ab octauā Epipha. vsq; ad. lxx. Et pōt accipi hic quadruplex temporū variatio. Primò penes quatuor temporū distinctiones vt hyems referatur ad primū: ver ad secundum: æstas ad tertiū: autumnus ad quartum. Et ratio appropriationis satis patet. Secundò penes quatuor partes diei: vt nox referatur ad primum mane ad secundū: merides ad tertiū: vespera ad quartū. Licet aut prius fuerit deuiatio q̄ renouatio: tamē ecclesia oīa officia sua potius incipit in tēpus renouationis quā deuiationis. i. in aduētū potius quā in. lxx. & hoc duplici ratione. Primò ne videatur incipere ab errore: tenet enim rem & nō sequit ordinē tēporis sicut euāgelistę sepius faciunt. Secūdo quādo per aduentum Christi oīa reuocata sunt propter quod tēpus istius dicitur tēpus renouationis. Apoca. xxi. Ecce ego noua facio oīa. Cōgrue igitur in hoc tēpore renouationis ecclesia oīa officia sua renouat. vt igitur ordo temporis ab ecclesia distinctus seruetur. Primò agemus de festiuitatibus quę occurrūt infra tēpus renouationis quod tēpus representat ecclesia ab aduētū vsq; ad nati. dñi. Secūdo de illis quę occurrūt intra tēpus quod partim cōtinetur sub tēpore recōnciliationis. quod partim sub tēpore peregrinationis quod tempus representat ecclesia a nati. vsq; ad. lxx. Tertiò de illis quę occurrūt infra tempus deuotiōis quod tēpus representat ecclesia a. lxx. vsq; ad Pascha. Quarto de illis quę occurrūt intra tēpus peregrinationis quod tēpus representat ecclesia a Pascha vsq; ad octa. Pentecostes. Quinto de his quę occurrunt intra tēpus peregrinationis quod tempus representat ecclesia ab octaua Pentecostes vsque ad aduentum domini.

Explicit prologus.

TABVLA

INCIPIT TABVLA

SECUNDVM NUMERVM
legendarum & etiam secundum numerum
foliorum. Et primo ponitur numerus
legendarum: dein
de foliorum.

DE FESTIVITATIBVS QVE OCCURRUNT
intra tempus renouationis.

- 1. De aduentu domini. Legenda prima.
- 2. De sancto andrea. Legenda. iij.
- 4. De sancto nicolao. Legenda. iij.
- 5. De sancta lucia virgine. iij.
- 6. De sancto thoma apostolo. v.

DE FESTIVITATIBVS QVE OCCURRUNT
intra tempus quod partim continetur sub
tempore reconciliationis: & partim sub tēpore
peregrinationis.

- 7. Denatiuitate domini. Legenda. vj.
- 8. De sancta Anastasia. vij.
- 9. De sancto stephano. viij.
- 10. De sancto Ioanne apostolo & euangelista. ix.
- 12. De Innocentibus. x.
- 13. De sancto Thoma cantuarien. episcopo. xj.
- 14. De sancto Siluestro. xij.
- 15. De Circuncisione domini. xiiij.
- 16. De Epiphania domini. xiiij.
- 17. De sancto Paulo eremita. xv.
- 18. De sancto Remigio. xvj.
- 18. De sancto Hylario. xvij.
- 18. De sancto Machario. xvij.
- 19. De sancto Felice in pincis. xix.
- 19. De sancto Marcello. xx.
- 19. De sancto Antonio. xxj.
- 20. De sancto Sabiano. xxij.
- 20. De sancto Sebastiano. xxiiij.
- 21. De sancta Agnete, virgine. xxiiij.
- 22. De sancto Vincentio. xxv.
- 22. De sancto Basilio. xxvj.
- 23. De sancto Ioanne elemosynario. xxvij.
- 25. De conuersione sancti Pauli. xxvij.
- 25. De sancta Paula. xxix.
- 26. De sancto Iuliano. xxx.

DE FESTIVITATIBVS QVE OCCURRUNT
intra tempus deuotionis.

- 27. De septuagesima. Legenda. xxxj.
- 27. De sexagesima. xxxij.
- 28. De quinquagesima. xxxiiij.
- 28. De quadragesima. xxxiiij.
- 28. De ieiunio quatuor temporum. xxxv.
- 29. De sancto ignatio. xxxvj.
- 29. De purificatione beate marie virginis. xxxvij.
- 31. De sancto blasio. xxxviiij.
- 31. De sancta agatha. xxxix.
- 32. De sancto vedasto. xl.
- 32. De sancto amando. xli.

- 32. De sancto valentino. xliij.
- 33. De sancta Iuliana. xliij. xliij.
- 33. De cathedra sancti petri. xliij.
- 34. De sancto mathia apostolo. xlv.
- 35. De sancto gregorio papa. xlvj.
- 37. De sancto longino. xlvij.
- 37. De sancto benedicto. xlvij.
- 37. De sancto patricio. xlix.
- 39. De annunciatione dominica. L.
- 39. De passione domini. lj.

DE FESTIVITATIBVS QVE OCCURRUNT
intra tempus reconciliationis.

- 43. De resurrectione christi. Legenda. liij.
- 45. De sancto secundo martyre. liij.
- 45. De sancta maria egyptiaca. liij.
- 45. De sancto Ambrosio. lv.
- 47. De sancto Gregorio martyre. lvj.
- 47. De sancto marco euangelista. lvij.
- 49. De sancto marcellino papa. lvij.
- 49. De sancto vitali. lix.
- 49. De virgine quadam antiochena. lx.
- 50. De sancto petro nouo martyre. lxj.
- 50. De sancto philippo apostolo. lxij.
- 53. De sancto iacobo minore. lxiiij.
- 53. De inuentione sanctę crucis. lxiiij.
- 55. De sancto Ioanne ante portam latinam. lxv.
- 56. De letania maiore & minore. lxvj.
- 57. De ascensione domini. lxvij.
- 57. De spiritu sancto. lxvij.
- 59. De sanctis gordiano & epimacho. lxix.
- 61. De sanctis nere & achileo. lxx.
- 61. De sancto pancratio. lxxj.

DE FESTIVITATIBVS QVE OCCURRUNT
intra tempus peregrinationis.

- 62. De sancto vrbano. Legenda. lxxij.
- 62. De sancta petronilla. lxxiiij.
- 62. De sancto petro exorcista & marcellino. lxxiiij.
- 62. De sanctis primo & feliciano. lxxv.
- 62. De sancto Barnaba. lxxvj.
- 63. De sanctis Vito & modesto. lxxvij.
- 63. De sanctis Quirico & iulita. lxxvij.
- 64. De sancta Marina. lxxix.
- 64. De sancto ioanne baptista. lxxx.
- 64. De sanctis geruasio & prothasio. lxxxj.
- 66. De sanctis ioanne & paulo. lxxxij.
- 67. De sancto leone papa. lxxxiiij.
- 67. De sancto petro apostolo. lxxxiiij.
- 69. De sancto paulo apostolo. lxxxv.
- 72. De septem fratribus. lxxxvj.
- 72. De sancta theodora. lxxxvij.
- 73. De sancta margareta. lxxxvij.
- 73. De sancto alexio. lxxxix.
- 74. De sancta maria magdalena. xc.
- 76. De sancta praxede. xcj.
- 76. De sancto appollinari. xcij.
- 76. De sancta cristina. xcij.
- 76. De sancto iacobo apostolo maiore. xciiij.
- 78. De sancto christoforo. xc.

T A B V L ' A

De septem dormientibus. xcvj.
 De sanctis nazario & celso. xcviij.
 De sancto felice papa. xcviij.
 De sanctis simplicio faustino & beatrice. xcix.
 De sancta martha. c.
 De sanctis abdon & sennen. cj.
 De sancto germano episcopo. cij.
 De sancto eusebio. cij.
 De sanctis machabeis. cij.
 De festo sancti petri ad vincula. cv.
 De sancto stephano papa. cvj.
 De inuentione sancti stephani prothomar. cvij.
 De sancto dominico. cvij.
 De sancto sixto. cix.
 De sancto donato. cx.
 De sanctis ciriaco & marcello. cxj.
 De sancto laurentio martyre. cxij.
 De sanctis ypolito & socijs eius. cxiiij.
 De assumptione beatę marię virginis. cxiiij.
 De modo sacratissime assumptionis marie.
 De sancto bernardo. cxv.
 De sancto thimotheo. cxvj.
 De sancto simphoriano. cxvij.
 De sancto bartholomeo apostolo. cxviiij.
 De sancto augustino. cxix.
 De decollatione sancti iohannis baptiste. cxx.
 De sanctis felice presbytero & adaucto. cxxj.
 De sanctis sauiniano & sauina. cxxij.
 De sancto lupo. cxxiiij.
 De sancto mamertino. cxxiiij.
 De sancto egidio. cxxv.
 De natiuitate gloriose virginis marię. cxxvj.
 De sancto adriano. cxxvij.
 De sanctis gorgonio & dorotheo. cxxviiij.
 De sanctis protho. & iacinto. cxxix.
 De exaltatione sanctę crucis. cxxx.
 De sancto iohanne chrysofomo. cxxxj.
 De sanctis connelio & cypriano. cxxxiiij.
 De sancta eufemia. cxxxiiij.
 De sancto lamberto. cxxxiiij.
 De sancto mattheo apostolo. cxxxv.
 De sancto mauritio & socijs eius. cxxxvij.
 De sancta iustina. cxxxvij.
 De sanctis cosma & damiano. cxxxviiij.
 De sancto foroseo episcopo. cxxxix.
 De sancto michale archangelo. cxli.
 De sancto hieronymo. cxli.
 De sancto remigio. cxliij.
 De sancto leodegario. cxliij.
 De sancto francisco. cxliij.
 De sancta pelagia. clv.
 De sancta margarita dicta pelagius. cxlvj.
 De sancta thaide meretrice. cxvij.
 De sancto dionyfio cum socijs eius. cxlviiij.
 De sancto calixto papa. cxlix.
 De sancto leonardo. cl.
 De decem milibus martyrum. clj.
 De sancto luca euangelista. clij.
 De sanctis cirifanto & daria. cliij.
 De festo vndecim milium virginum. cliij.
 De sanctis simone & iuda apostolis. clv.

79. De sancto quintino. clvj. 131.
 80. De sancto eustachio. clvj. 131.
 81. Festum omnium sanctorum. clviiij. 132.
 81. De comemoratione omniu fidelium animarum. clx. 134.
 81. De quatuor coronatis. clx. 136.
 82. De sancto theodoro. clxj. 136.
 81. De sancto martino. clxij. 136.
 82. De sancto brixio. clxiiij. 138.
 83. De sancta elizabeth. clxiiij. 138.
 83. De sancta cecilia. clxv. 142.
 84. De sancto clemente. clxvj. 143.
 84. De sancto grifogono. clxvij. 145.
 85. De sancta Catherina virgine & martyre. clxviiij. 145.
 88. De sancto saturnino. clxix. 147.
 88. De sancto iacobo interciso. clxx. 147.
 89. De sancto pastore abbate. clxxj. 148.
 92. De sancto iohanne abbate. clxxij. 148.
 92. De sancto moyse abbate. clxxiiij. 148.
 92. De sancto arsenio abbate. clxxiiij. 149.
 95. De sancto agathon abbate. clxxv. 149.
 97. De sancto barlaam. clxxvj. 149.
 97. De sancto pelagio papa. clxxvij. 152.
 99. De dedicatione templi. clxxviiij. 156.
 99. De dominica in ramis palmarum. clxxix. 159.
 101. De cena domini. clxxx. 152.
 104. De sancto ludouico rege francorum. clxxxj. 160.
 105. De sancto thoma de aquino. clxxxij. 161.
 106. De sancto marcello episcopo. clxxxiiij. 162.
 106. De sancta genouefa. clxxxiiij. 162.
 106. De conceptione beatę marię virginis. clxxxv. 164.
 107. De sancta otilia. clxxv. 164.
 107. De sancto claudio. clxxxvij. 165.
 109. De sancta barbara. clxxxviiij. 167.
 110.
 110. C I S E Q V V N T V R L E G E N D A E S A N -
 111. C T O R V M N V P E R R I M E I N L V -
 112. C E M P R O D I T E .
 113.
 113. De sancto bernadino confessore. clxxxix. 169.
 114. De sancto bonauctura episcopo & confessore. cxc. 169.
 114. De sancto rocho confessore. cxcj. 169.
 115. De sancta anna matre virginis marię. cxcij. 169.
 116. De visitatione gloriose virginis marię. cxciiij. 170.
 117. De sacratissimo corpore christi dñi nostri. cxciiij. 170.
 117. Denostra domina de pierate. cxcv. 171.
 118. De sancto ioseph sponso virginis marię. cxcvj. 172.
 120. De sancto hyreneo epo lugdu. & marty. cxcvij. 172.
 121. De sancto fortunato episcopo. cxcviiij. 172.
 121. De sancto honorato abbate. cxcix. 172.
 121. De sancto fusciano martyre. cc. 173.
 124. De sancto iusto archiepiscopo lugdu. ccj. 173.
 124. De sancta Catherina de senis virgine ordinis predica-
 torum. ccij. 173.
 125. De sancto viacentio confessore ordinis predica-
 torum. cciiij. 174.
 126. De sancto annemundo archiepiscopo & martyre.
 cciiij. 174.
 127. De sancto firmino episcopo & martyre. ccv. 174.
 128. De sancto lazaro episcopo & discipulo dñi. ccvj. 174.
 129. De sancta clara. ccvij. 175.
 130. De sancto philiberto confessore. ccviiij. 175.

A L P H A B E T I C A .

De sancto anselmo episcopo. ccix. 175.
 De sancta brigida virgine. ccxiiij. 177.
 De sancto eligio episcopo. ccx. 176.
 De sancta radegunde regina franciæ. ccxj. 176.
 De sancto seruatio episcopo. ccxiiij. 176.
 De sancta dorothea virgine. ccxiiij. 166.
 De sancta tecla virgine. ccv. 177.
 De corona sancta domini. ccxvj. 177.
 De sancto romano. ccxvij. 177 & 178.

F I N I S T A B V -
 L A R V M .

INCIPIT LEGENDA
sanctorum, quæ Lombardica nominatur historia. Et primò de festiuitatibus, quæ occurrunt intra tempus renouationis, quod representat ecclesia ab aduentu vsq; ad natiuitatem domini.

De aduentu domini.

LEGENDA PRIMA. A.



ADVENTVS domini per quatuor septimanas agitur ad significandū, q̄ quadruplex est aduentus scilicet in carnem, in mortem & ad iudiciū. Vltima autē septimana vix finitur: quia sancto r̄i gloria, quæ dabitur in vltimo aduentu, nunq̄ terminabitur. Hic est etiam q̄ primum respōsoriū primæ dominicæ aduentus cōputato gloria patri: quatuor versus cōtinet, vt prædictos quatuor aduētus designet. Quis autem cuiuslibet magis conueniat prudens lector attendat. Licet autē quadruplex sit aduentus: tamē ecclesia specialiter de duplici. sed in carnē & ad iudiciū videtur memoriā facere, sicut in officio ipsius tēporis patet. Hic est etiam quòd ieiunium aduētus partim est exultationis & partim mœroris. Nam ratione aduentus in carnem dicitur ieiunium exultationis: ratio ad aduentus ad iudiciū, dicitur ieiunium mœroris. Et ne hoc innuendū ecclesia cantat, tunc quædā cantiqua letitiæ: & hoc propter aduētum misericordiæ & exultationis: quædam verò deponit & hoc propter aduentum seueræ iustitiæ & mœroris. B.

¶ Circa aduentum igitur in carnem tria videri possunt. scilicet adueniendi opportunitas, aduentus necessitas & vtilitas. Opportunitas adueniēdi attēditur primò ex parte hominis, qui priò in lege naturæ cōuictus fuit de defectu cognitionis diuinæ. Vnde & tūc in pessimos errores idolatriæ cecidit: & ideò coactus est clamare ac dicere. Illumina oculos meos &c. Deinde venit lex iubens in qua conuictus est de impotentia: cū prius clamaret, non deest qui impleat, sed qui iubeat. Ibi enim est solummodo eruditus: sed non à peccato liberatus: nec per aliquā gratiam ad bonum adiutus: & ideò coactus clamare ac dicere. Nō deest qui iubeat: sed deest, qui impleat. Opportunè igitur filius Dei aduenit, quādo homo de ignorantia & impotētia conuictus fuit: ne si forte ante venisset homo suis meritis salutem ascriberet: & ideò medicinæ gratus nō esset. Secūdo ex parte temporis: quoniā venit in plenitudine temporis &c. Gala. iiii. At vbi venit plenitudo temporis &c. Augu. Multi dicunt quare nō ante venit x̄ps: quia nondū venerat plenitudo temporis moderante illo per quē facta sunt oīa tēpora. Deniq; vbi venit plenitudo tēporis, venit & ille qui nos liberauit à tēpore. Liberati autem à tempore venturi sumus ad illam æternitatem,

vbi nullum est tēpus. Tertio ex parte vulneris & morbi vniuersalis. Quoniā enim morbus erat vniuersalis, opportunum fuit vniuersalē exhiberi medicinā. vnde dicit Aug. q̄ tunc magnus venit medicus, quando per totū mundum magnus iacebat egrotus. Vnde ecclesia in septem antiphonis, quæ cantantur ante natiuitatē domini, ostendit multiplicitatē sui morbi: & ad quēlibet petit remediū medici. Ante siquidē aduentum Dei filij in carnem eramus ignorantes siue ceci: pœnis eter nis obligati: serui diaboli: mala peccati consuetudine vincti: tenebris obuoluti: exules à patria & expulsi: ideò indigebamus doctore redēptore, liberatore, eductore, illuminatore & saluatore. Quia igitur ignorātes eramus: ideò ab ipso doceri indigebamus. Et ideò statim in prima antiphona clamamus. O sapiētia, quæ ex ore altissimi prodisti &c. veni ap docendū nos viam prudentiæ. Sed parum prodesset si doceremur, & nō redimeremur: & ideò ab ipso redimi postulamus: cū in secunda clamamus. O adonay, & dux domus israel &c. Veni ad redimēdum nos in brachio extenso. Sed quid prodesset si essemus docti & redēpti: si adhuc post redēptionem detineremur captiui: ideò liberari petimus: cum in tertia clamamus. O radix iesse &c. veni ad liberandū nos iam noli tardare. Sed quid prodesset captiuis, si essent redēpti & liberati: sed tamē nōdum essent ab omni vinculo absoluti: vt scilicet suę ptātis essent, & libere, quo vellent, ire possent. Parum igitur prodesset, si nos redemisset & liberasset: sed & adhuc vinctos retineret: & ideò ab oībus peccati vinculis educi petimus: & ad eum in quarta clamamus. O clavis Dauid &c. veni & educ vinctos de domo carceris sedentes in tenebris & vmbra mortis. Sed quia illi, qui diu fuerūt in carcere, habent oculos tenebratos: nec clare videre possunt: ideò post absolutionē à carcere restat nos esse illuminādos: vt videamus quo ire debeamus: & ideò in quinta clamamus. O oriens splendor lu. &c. veni & illumina sedentes in tenebris & vmbra mortis. Sed si essemus docti redēpti & ab inimicis penitus liberati & illuminati quid valeret nisi deberemus saluari: & eò in dubusia sequentibus petimus saluari cū dicimus. O rex gentium veni & salua hominem, quem de limo terre formasti. Item O emanuel &c. veni ad saluandum nos domine Deus noster. In prima autem petimus salutem gentiū. Vnde dicitur. O rex gentium. In secūda salutem iudeorum, quibus Deus dederat legem. Vnde dicitur. O emanuel dux & legifer noster &c. ¶ Vtilitas autem aduentus christi à diuersis sanctis diuersimodè assignatur. Ipse namq; Deus sicut patet Luce. iiii. propter septem vtilitates se venisse & missum esse testatur dicens. Spiritus domini super me &c. vbi per ordinem dicit esse missum ad pauperū cōsolationē: ad contritorum sanationem: ad captiuorū liberationem: & ad indoctorum illuminationē: ad peccatorū remissionem: ad totius humani generis redemptionem: ad meritorum retributionem. August. autē ponit tres vtilitates aduentus christi dicens. In seculo isto maligno quid abundat nisi nasci, laborare & mori. Hæc sunt mercimonia regionis nostræ: & ad tales merces mercator ille descendit: & quia omnis mercator dat & accipit: dat quòd habet, & accipit, quòd non habet. Christus in ista mercatura dedit & accepit. Accepit quod hic abundat, scilicet nasci: laborare & mori,

dedit renasci:resurgere:& in æternum regnare. Idem Leo Papa dicit, venit ad nos cælestis negociator accipere contumeliam:& dare honorem:subire mortem:& dare vitam:haurire ignominiam:& dare gloriam. Grego. autem ponit quatuor utilitates siue causas sui aduentus, dicens. Studebant omnes superbi de Adam stirpe progeneri prospera vitæ præsentis appetere: aduersa deuitare: opprobria fugere: gloriam appetere. Venit inter eos incarnatus dominus aduersa appetens: prospera spernans: opprobria amplectens: gloriam fugiens. idem Christus expectatus venit: veniens noua docuit: docens noua mirabilia exercuit: mira faciens praua tolerauit. Bernard. quoque ponit aliàs dicens. Triplici morbo miserabiliter laboramus: nam & faciles sumus ad seducendum: debiles ad operandum: & fragiles ad resistendum. Si discernere volumus inter bonum & malum, decipimur: si tentamus facere bonum: deficiamus: si conamur resistere malo, superamur. Necessarius est proinde saluatoris aduentus: vt in nobis per fidem habitans illuminet cæcitatem nostram: & nobiscum manens adiuet infirmitatem nostram: & pro nobis stans fragilitatem nostram protegat & propugnet. Hæc Bernard. D. Circa secundum aduentum. s. ad iudicium, duo videnda sunt. s. antecedentia, iudicium & concomitantia. Antecedentia sunt tria, scilicet signa terribilia: Antichristi fallacia, & ignis vehementia. Signa autem terribilia præcedentia iudicium ponuntur quinque. Luc. xxj. Erunt signa in sole & luna & in stellis & in terris præssura gentium præ confusione sonitus maris & fluctuum. Tria signa prima determinantur. Apo. vj. c. Sol factus est niger tanquam saccus silicinus, & luna facta est sicut sanguis: & stellæ de cælo ceciderunt super terram. Sol igitur dicitur obscurari, vel quantum ad sui luminis priuationem, vt paterfamilias. i. homine moriente, quasi lugere videatur: vel quantum ad maioris lucis. i. claritatis Christi superuentionem: vel quantum ad metaphoricam laccutionem: quia secundum Aug. tam seuera erit vindicta diuina, quæ etiam sol ipsam respicere non audebit: vel quantum ad mysticâ significationem: quia sol iustitia Christus tunc obscuratus erit: quia nullus ipsum cõsiteri audebit. Cæli autem dicitur hic aereum: & stellæ vocantur aëreæ, quæ habet similitudinẽ stellarum: & dicuntur stellæ cadere de cælo secundum vulgi opinionem: quãdo aëre descendit. Vnde & scriptura conformat se communi modo loquedi. Tunc enim maxime fiet talis impressio: quia ignea qualitas abudabit: & hoc faciet domus ad terrorem peccatorum: vel stellæ dicuntur cadere: quia igneas comas emittet: vel quia multi, qui videbatur stellæ de ecclesia cadet: vel quia retrahet lumẽ suum, vt minime videatur. De quarto signo, quod erit præssura in terris, legitur Math. xxiiij. Erit tunc tribulatio qualis nunquã fuit ab initio mundi & c. Quintum signum. s. cõfusione maris, quidã existimãt esse quod mare cum magno fragore peribit à pristina qualitate, secundum illud Apoc. xxi. Et mare iam nõ est: Vel secundum alios ille sonitus erit, quoniam nõ sine murmure magno. xl. cubitis supermõdũ eleuabitur, & postea deprimitur: vel ad literã secundum Gre. tunc fiet noua & inaudita maris & fluctuum perturbatio. Hic. autem in annalibus Hæbreorum inuenit, xv. signa præcedentia iudicium. Sed verũ cõtinuẽ futura sunt, an interpolatim

non expressit. Prima die eriget se mare. xl. cubitis super altitudinem montium stans in loco suo quasi murus. Secunda die tantum descendet, vt vix videri possit. Tertia die maxima beluæ apparentes super mare dabunt mugitus vsque ad cælum, & earum mugitus solus Deus intelliget. Quarta die ardebit mare & aqua. Quinta die arbores & herba dabunt rorem sanguineum. In hac etiam quinta die, vt alij asserunt, omnia volatilia cæli cõgregabuntur in campis: vnu quodque genus in ordine suo nõ gustantia nec bibentia: sed vicinũ aduentum iudicis formidantia. Sexta die ruet ædificia. In hac etiam sexta die: vt dicitur, fulmina ignea surgent ab occasu solis cõtra faciem firmamenti vsque ad ortum cõcurrentia. Septima petra adinuicẽ collidentur, & in quatuor partes scindentur: & vna queque pars, vt dicitur, collidet alteram: nescietque homo sonum illud: scilicet tantum Deus. Octaua fiet generalis terræ motus, qui adeo erit magnus, vt dicitur, quod nullus homo & nullum animal stare poterit: sed ad solũ omnia prosternerentur. Nona æquabitur terra, & omnes montes & colles in puluerem redigentur. Decima exhibent homines de cauernis: & ibunt velut amates, nec mortuo sibi loqui poterunt. Vndecima surgent ossa mutuo, & stabunt supra sepulchra. Omnia enim sepulchra ab ortu solis vsque ad occasum solis aperientur: vt inde mortui exire valeant. Duodecima cadent stellæ. Omnia enim sidera errantia & stationaria sparget ex se igneas comas, & iterum tunc valde generabuntur aëreæ. In hac etiam die dicitur, quod omnia animalia venient ad campos mugientia, nec gustantia, nec bibentia. Tredecima morientur viuentes: vt cum mortuis resurgant. Quartadecima ardebit cælum & terram. Decimaquinta fiet cælum nouum & terra noua, & omnes resurgent. E. Secundum quod præcedat iudicium, erit Antichristi fallacia. Ipse enim omnes decipere conabitur quatuor modis. Primo per callidam suasionem, siue scripturarum falsam expositionem. Nitetur enim persuadere & ex scriptura firmare se esse messiam in lege promissum, vnde & legem Christi destruet & suã statuet. psalmus. Constitue domine legisa super eos & c. Gloss. j. Antichristum legis prauæ latorem. Daniel. xj. Et dabunt abominationem & desolationem templi. Gloss. Antichristus in templo Dei sedebit, quasi deus, vt legem Dei auferat. Secundo per miraculorum operationem. ij. Thes. ij. Cuius aduentus erit secundum operationem Sathanæ in omnibus verbis & signis & prodigijs & mendacijs. Apo. xiiij. Fecit signa, vt etiam ignem faceret de cælo in terram descendere. Gloss. vt apostolis datus est Spiritu sanctus in specie ignis: & illi dabunt spiritum malignum in specie ignis. Tertio per donorum largitionem. Daniel. xj. Dabit eis potestatem in multis: & terram diuidet gratuito. Gloss. Antichristus deceptis bona multa dabit, & terram suo exercitui diuidet. Quos enim suo terrore subiugare non poterit, avaritia subiugabit. Quarto per tormentorum illuminationem. Daniel. viij. Super quam credi potest vnuersa vastabit. Item Grego. loquens de Antichristo, robustos quippe interficit cum eos, qui mente inuicti sunt corporaliter vincit. Tertium quod præcedet iudicium, erit, ignis vehementia: qui quidem præcedet faciem iudicis. Illum enim ignem emittet Deus. Primò, propter mundi inuolutionem. Purgabit enim & renouabit omnia ele-

menta, vnde & ad instar aquæ diluuij. xv. cubitis omnibus montibus altior erit. Sicut dicitur in historia scholastica: quia opera hominum tantum ascendere non poterant. Secundo, propter hominum purgationem: quia illis, qui tunc viuere reperientur, erit loco purgatorij. Tertio, propter maiorem damnatorum cruciationem. Quarto, propter maiorem sanctorum illuminationem. Nam secundum Basilium, Deus facta mundi purgatione diuidet calorem à splendore: & totum calorem mittet ad regionem damnatorum, vt amplius crucientur: & totum splendorem ad regionem beatorum, vt amplius iocundentur. F. Concomitantia autem iudicium erunt plura. Primum est, deceptio iudicis. Iudex enim in vallem Iosaphat descendet: & bonos & malos iudicabit: bonos à dextris: & malos à sinistris statuet. Et credendum est in loco eminenti eum esse futurum: vnde ceteri poterunt eum videre. Nec intelligendum est, quod omnes intra illam valliculam concludantur: quia hoc esset puerile: vt dicit Hieronim. sed quod erunt ibi & in locis circumiacentibus. In parua autem terra innumerabilia milia hominum esse possunt: maxime quando constringuntur. Et si necesse fuerit electi erunt in aere corporum agilitate: damna vero etiam esse poterunt diuina suspendente virtute. Et tunc iudex cum malis disceptabit: & eos pro operibus misericordie qui non habuerunt obiurgabit. Et tunc omnes super se plangent, secundum quod ostendit Chryso. super Mattheum dicens. Plangent se iudæi videntes viuentem & viuificantem, quem quasi hominem mortuum existimabant: & conuincentes se de corpore vulnerato scelus suum denegare non poterunt. Plangent se & gentiles qui varijs disputationibus philosophorum decepti irrationabilẽ stultitiam putauerunt esse Deum colere crucifixum. Plangent se Christiani peccatores, qui magis dilexerunt mundum quam Deum vel Christum. Plangent se hæretici, qui purum hominem crucifixum dixerunt: cum videant ipsum esse iudicem, in quem compunxerunt iudæi. Plangent se omnes tribus terræ: quia nec resistendi virtus est contra eum: nec fugiendi facultas ante faciem eius est: nec poenitentia locus: nec satisfactionis tempus. Ex angustia enim omnium rerum nil eis remanet præter luctum. G. Secundum est differentia ordinis. Nam sicut dicit Gregor. In iudicio quatuor erunt ordines: duo ex parte reproborum: & duo ex parte electorum. Alij enim iudicantur & pereunt, sicut hi quibus dicitur. Esuriui & non dedistis mihi manducare & c. alij vero non iudicantur & pereunt: sicut hi de quibus dicitur, Qui non crediderit, iam iudicatus est. Quia nec iudicis verba percipiunt, qui eius fidem, nec verbotenus, seruare voluerunt. Alij iudicantur & regnant, sicut hi de quibus dicitur. Esuriui, & dedistis mihi manducare. & c. Alij non iudicantur & regnant, sicut viri perfecti qui alios iudicantur: non quod sententiam ferant: quia hoc solius iudicis est: sed dicuntur iudicare, id est iudicanti assistere: & illa assistentia erit primò ad sanctorum honorem. Magnus enim honor erit cum iudice sessione habere. iuxta quod promissit dominus Mathæi, decima nona distinctione. Sedebitis super sedes & c. Secundo, ad sententiæ confirmationem. Sententiam enim iudicis approbabit, sicut aliquando illi, qui

iudicanti assistunt, eius sententiam approbant: & ad ipsam approbandam subscribunt. psalmus. Vt faciam in eis iudicium conscriptum & cetera. Tertio, ad malorum condemnationem, quos quidem condemnabit ex vitæ suæ comparatione. H. Tertium est insignia passionis. s. crux, clauis, & cicatrices in corpore. Hæc enim erunt primò in ostensionem suæ gloriose victoriæ: & ideo in excellentia gloriæ apparebunt. Vnde Chryso. super Mattheum. Crux & cicatrices radijs solis erunt lucidiores. Idem considera quanta sit virtus crucis. sol obscurabit, & luna non dabit lumen suum, vt discas quantum crux lunæ lucidior, & sole præclarior est. Secundo, in ostensione suæ misericordie, vt ex hoc ostendatur quàm misericorditer boni sint saluati. Tertio, in ostensionem suæ iustitiæ: vt ex hoc ostendatur, quod iustissime reprobi sint damnati: quia scilicet tantum precium sui sanguinis contempserunt. Vnde in hæc verba eis exprobrabit, vt dicit Chryso. super Mattheum. dist. Ego propter vos homo factus sum: propter vos alligatus sum: & delusus: & cæsus: & crucifixus. vbi est tantarum iniuriarum mearum fructus? Ecce precium sanguinis mei, quod dedi pro redemptione animarum vestrarum: vbi est seruitus vestra: quam mihi pro precio sanguinis mei dedistis? Ego super gloriam meam vos habui, cum essem Deus apparens homo & viliores me omnibus rebus vestris fecistis. Nam omnem rem vilissimam terræ amplius dilexistis, quam iustitiam meam & fidem. Hæc Chryso. I. Quartum est seueritas iudicantis. Non enim flectetur timore: quia omnipotens est. Chryso. Non resistendi virtus est contra eum: nec fugiendi facultas & cetera. Nec munere poterit corrumpi: quia ditissimus est. Augustinus. Veniens veniet dies illa in qua plus valebunt pura corda: quàm astuta verba: & conscientia bona: quàm marsupia plena. Ille enim est, qui non falleret verbis, nec flecteret donis. Item Bernard. Expectatur dies iudicij: & aderit ille æquissimus iudex qui nullius potentis personam accipit: cuius palatium auro & argento nullus episcopus vel abbas vel comes corrumpere poterit. Nec odium quia optimus est. In eum enim, quia optimus est, odium cadere non potest. Sapiens. vndecimo. Nil odisti eorum quæ fecisti. Nec amore: quia iustissimus est. vnde etiam fratres suos, id est falsos Christianos non liberabit. psalmus. Frater non redimet. Nec errore: quia sapientissimus est. Leo papa. Ista est scientia summi iudicis: iste est tremendus aspectus, cui peruium est orane solidum & apertum omne secretum: cui obscura clarant: muta respondent: silentium confitentur. & sine voce mens loquitur. Et ideo cum eius sapientia sit talis & tanta contra ipsius sapientiam, nil valebunt allegationes aduocatorum, nec sophismata philosophorum, nec preclarissima eloquia oratorum, nec astutiæ verborum. De his quatuor dicit Hieronim. Quanti illic elingues & multi feliciores loquacibus erunt. Quo ad primum, quanti pastores philosophis: quo ad secundum, quanti rustici oratoribus: quo ad tertium, quanti hebetes argutij præferendi sunt Ciceronis: quo ad quartum. K. Quintum est accusator horribilis. Tres enim tunc

accusatores contra peccatorem stabunt. Primus est diabolus, qui tunc accusabit. Aug. Præsto tunc erit diabolus recitans verba prophetionis nostræ, & obijciens nobis quæcūq; fecimus, & in quo loco, & in qua hora peccauimus, & quid boni tunc facere debuimus. Dicturus est enim ille aduersarius. Aequissime iudex iudica istum meum esse ob culpam, qui tuus esse noluit per gratiam, tuus est per naturam, meus per miseriam, tuus ob passionem, meus ob suasionem, tibi inobediens, mihi obediens: à te accepit immortalitatis stolam: à me accepit hanc pânolam, qua indutus est, tunicum tuâ vestè dimisit cum mea huc veni. Ac quisime iudex iudica illi meum esse & meū dândum esse. Heu heu poterit ne talis aperire os, qui talis inuenitur: vt iuste cum diabolo deputetur hac. Augu. Secunda accusator erit proprium scelus. Peccata enim ppria vnūquenq; accusant. Sap. iiii. Veniēt in cogitatione peccatorū suorū timidi & traducēt illos ex aduerso iniquitates eorum. Ber. Tunc loquētia simili eius opera dicent. Tu nos egisti opera tua fumus nō te deseremus: sed semper tecum erimus: & tecum ad iudiciū pergemus. Multisq; & multiplicibus criminibus eum accusabūt. Tertius accusator erit totus mundus. Grego. Si quæris quis te accusabit, dico totus mūdus: offēso enim creatore offēditur totus mūdus. Chryso. super Matt. In illo die nihil est quod respondeamus vbi cælum terra & aqua, sol & luna, dies & noctes & totus mundus stabūt ante Deum aduersus nos in testimonium peccatorū nostro rum. Et si omnia tacerent ipse tamen cogitationes & opera specialiter stabūt aduersum nos ante Deum nos fortiter accusantes. L. Sextum est testis infallibilis. Tres enim testes tunc aduersum se habebit peccator: vnū supra se habebit peccator: scilicet Deū, qui erit iudex & testis. Hiero. 19. Ego sum iudex & testis, dicit dominus. Alium intra se. f. conscientia. Aug. Quisquis futurum iudicet times, præsentē cōscientiā corrige. Sermo enim tuę causæ testimoniū cōscientiæ tuæ. Tertium iuxta se. f. propriū angelū ad custodiā deputatum, qui tanquā cōscius oīm, quæ fecit contra eū, testimonium perhibebit. Io. 20. Reuelabūt cæli. i. angeli iniquitatē eius. Septimum est artatio peccatoris. De hoc dicit Aug. O quā angustæ erunt tūc via reprobis superius erit iudex iratus: inferius horrendū chaos à dextris peccata accusantia: à sinistris dæmonia infinita ad supplicium trahentia: iustus cōscientia vrens foris mundus ardens. Miser peccator sic deprehēsus quō fugiet: latere erit impossibile: apparere intolerabile. Octauū est sententia irreuocabilis. Illa enim sententia nūquam poterit reuocari, nec ab illa poterit appellari. Triplici em̄ de causa appellatio in causis iudicialibus non recipitur. Primò propter iudicis excellentiam. Vnde à rege ferente sententiam appellari in regno suo non potest: quia ī regno suo nullum supra se habet. Similiter nec ab imperatore vel papa pot appellari. Secundo propter criminis euidētiā: quia quādo crimē notorium est, non potest appellari. Tertio propter rem non differendam: quia res non recipit dilationē: quia forte ex dilatione detrimentū pateretur. Similiter propter hęc triplicem rationem ab illa sententia non poterit appellari. Primò propter iudicis excellentiam: quia iudex ille nullum super se habet: sed ipse omnes excedit æternitate: dignitate: & potestate. Vnde ab imperatore vel

papa posset aliquo modo appellari ad Deum: à Deo autem ad nullū: licet quia supra se nullum habet. Secundo propter criminis euidētiā. Omnia enim scelera & crimina reprobōrū ibi nota erunt & manifesta. Hiero. Aderit illa dies in qua facta nostra quasi in quadam tabula picta demonstrabūtur. Tertio propter rem nō differendam. Nihil enim quod ibi agitur, dilationem patitur: sed oīa in momento & in istu oculi peragūtur.

De sancto Andraza apostolo. A.

ANDREAS intrerpratur decorus vel respondēs vel virilis: ab edrū, quod est vir: vel dicit Andreas quasi antropos, id est homo, ab vna quod est sursum & tropos quod est cōuersio, quasi sursum ad caelestia cōuersus, & ad suū creatorē erectus. Fuit ergo decorus in vita: respondens in sapienti doctrina: virilis in pœna & antropos in gloria. Eius passionem presbyteri & diacones Archaiæ seu Asiæ, sicut oculis suis viderāt, cōscriperunt,

LEGENDA. 2. B.

ANDREAS & quidam alij discipuli tribus vicibus à domino sunt vocati. Primò enim vocauit eos ad sui notitiā: sicut quādo Andreas die quadam cū Ioanne magistro suo & alio condiscipulo adiuuit à Ioanne. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata &c. & statim cū alio discipulo venit & vidit, vbi manebat Iesus: & manserunt apud eū die illo. Inueniēsq; Andreas fratrem suum Simonē adducit illū ad Iesum. Sequenti autem die ad piscationis opera redierunt. Postmodum secundò vocauit eos ad sui familiaritatē: sicut cum die quadā turbis irruentibus ad Iesum iuxta stagnū genazareth, quod dicitur mare galileæ nauim intrauit Simonis & Andraæ & capta multitudine magna pisciū, vocatisq; Iacob & Ioanne, qui erant in alia naui, secuti sunt eū, & iterum ad propria redierūt. Sed postea tertio & vltimq; vocauit eos ad sui discipulatū: sicut quādo ambulante Iesu iuxta idē litus vocauit eos de piscatione dicens. Venite post me facia vobis &c. Qui relictis omnibus secuti sunt eum: eiq; semper postmodū adhererunt nec vltra ad propria redierunt. Nihilominus tamen vocauit Andraæ & quosdā de suis discipulis ad apostolatam, de qua vocatione dicitur Mar. iij. Vocauit ad se quos voluit ipse: & venerūt ad eum, & fecit vt essent duodecim cum eo. C.

Post ascensionem domini diuisis apostolis Andreas apud Scythiam. Matthæus verò apud Mirmidoniā prædicauit. Viri autem prædicationem Matthæi penitus respuentes ei oculos eruerūt: & victum in carcerat, post paucos dies occidere eum disponentes. Interea angelus domini sancto Andraæ apparuit: & mirmidoniā ad sanctum Matthæi ire præcepit. Quo respondente viam nescire, iussit vt ad ripam maris iret, & ad primā nauem, quam inueniret, intraret. Qui velocius iussa cōplens ad urbem prædictam venit angelo duce & pspere vento stante: & inuento aperto carcere sancti Matthæi eodq; viso fleuit plurimum & orauit. Tunc dominus Matthæo reddidit beneficium duorum luminum quibus priuauerat nequitia peccatorum. Matthæus ab inde recessit: & Antiochiā venit. Andrea verò Mirmidonie remanente irati illi de euasione sancti Matthæi Andraæ apprehenderunt & per

plateas ligatis manibus pertrahunt. Cūmq; eius sanguis efflueret, pro eis orauit: & ad Christum eos sua oratione conuertit inde in Achaiam proficiscens. Hoc autē quod dicitur de huiusmodi oratione Matthæi & restitutione duorum luminum per Andream non puro dignum fide: ne in tanto euangelista minoratio infirma denotetur: quasi sibi non potuerit obtinere, quod Andreas ei tam facile impetrauit. Quidam iuuenis nobilis dum inuitis parentibus apostolo adhæsisset, parentes eius domum in qua morabatur cum apostolo, succederūt. Cūmq; iam in altum flamma succresceret: puer accepta ampula super ignem aquam sparsit, & statim ignem extinxit. Illis autem dicentibus, filius noster magus effectus est: dum per scalas vellens ascendere adeo sunt excecati, vt ipsas scalas penitus non viderent. Tunc quidam exclamans ait. Vt quid vos stulto labore consumitis: Deus pugnat pro eis, & vos non videtis. Cessate iam, ne in vos ira deseruiat. Multi ergo hoc videntes domino crediderunt. Parentes verò eius post quinquaginta dies mortui in monumento positi sunt. Quædam mulier cuidam homicidæ coniuncta cum parere non posset, sorori suæ dixit. Vade & pro me Dianam nostram inuoca. Cui inuocanti ait diabolus. Cur me inuocas, cum tibi prodesse non possim: sed vade ad Andream apostolum, qui sororem tuam poterit adiuuare. Ad quem cum iuisset, & apostolum ad sororem periclitantem duxisset: dixit ei apostolus. Recte hoc pateris: quia male nupsisti: dolose concepisti: & dæmones consuluisti. Sed tamen pœnitere, & in Christum crede: & puerum proijce. Quæ credente abortiuum protulit: & dolor cessauit. D. Senex quidam nomine Nicolaus adijt apostolum dicens. Domine ecce septuaginta anni vitæ meæ sunt in quibus semper luxuriæ deseruiui. Accepi autem aliquando euangelium orans Deum, vt mihi amodò continentiam largiretur. Sed in ipso peccato inueteratus, & à mala concupiscentia illectus statim ad opus solitum reuertebam. Quadam igitur vice concupiscentia inflammatus oblitus euangelium, quod super me posueram, ad lupanar iui: ita tūq; meretrix dixit mihi. Egrederere senex egredere: quia angelus Dei est: tu ne me contingas, neq; huc accedere præsumas. Video enim super te mirabilia. Stupefactus ad verba meretricis recolui, quod mecum euangelium detulissim. Nunc igitur sancte Dei pro salute mea tua pia oratio intercedat. Audiens hæc beatus Andreas flere cœpit, & à tertia vsq; ad nonam orauit. Et surgens noluit comedere: sed ait. Non comedam, donec sciam, si dominus misererebitur huius senis. Cūmq; diebus quinq; ieiunasset: venit vox ad Andream dicens. Obtines Andrea pro sene: sed sicut per ieiunium macerasti te: sic ipse affligat ieiunijs, vt saluetur. Sicq; fecit sex mensibus in pane & aqua ieiunauit: & post modum plenus bonis operibus in pace requieuit. Venit igitur vox ad andrea dicens. Per orationem tuam Nicolaum quem perdideram acquisiui. Quidam iuuenis Christianus secretius sancto Andraæ dixit: Mater mea pulchram me videns de opere illicito me tentauit. Cui cum nullatenus assentiret, iudicem adijt: volens in me crimen tantæ nequitia: retorquerere: sed ora pro me ne moriar tam iniuste. Nam & accusatus penitus rectebo mallens vitam perdere

quam matrem meam, ita turpiter infamare. Iuuenis igitur ad iudicium vocatur: & illuc eum Andreas prosequitur. Accusat constanter mater filium, quod se voluerit violare. Interrogatus pluries iuuenis, an res taliter se haberet: nihil penitus respondebat. Tunc Andreas matri dixit. Crudelissima sceminarum, quæ per tuam libidinem vnicum filium tuum vis perdere. Tunc illa præposito dixit: Domine huic homini filius meus adhæsit postquam hoc agere voluit, sed nequiuit. Iratus itaque iudex iussit puerum in saccum linitum pice & bitumine mitti, & in flumine proijci. Andream verò in carcere reseruari, donec excogitaret supplicium quo periret. Sed orante Andrea tonitruum horribile omnes terruit: & terremotus ingens cunctos prostrauit: & mulier à fulmine percussa & arefacta corruit. Orantibus autem ceteris apostolum, ne perirent, orauit pro eis: & omnia cessauerūt. Tunc præpositus credidit, & domus eius tota. Cum autem apostolus in ciuitate Nicea esset: dixerunt ei ciues, quod extra ciuitatem secus viam, septem dæmones erant, qui prætereuntes homines occidebant. Quibus ad iussum apostoli ante populum in specie canum venientibus præcepit: vt illuc irent, vbi nulli hominum nocere possent. Qui statim euauerunt. Illi autem homines hoc viso fidem Christi receperunt. Et cura venissent ad portam alterius ciuitatis ecce quidam iuuenis mortuus ferebatur. Quærente apostolo quid ei accidisset: dictum est ei, quod septem canes venerunt & eum in cubiculo necauerunt. Et lachrymans apostolus ait. Scio domine quod fuerunt dæmones quos à Nicea vrbe repuli. Dixitq; patri. Quid dabis mihi si fuscitauero filium tuum? Cui ille. Nil charius eo possi deo: ipsum ergo tibi dabo. Et facta oratione surrexit, & apostolo adhæsit. Cū quidam viri numero quadraginta ad apostolum nauigio venirent: vt ab eo fidei doctrinam reciperent. Ecce mare à diabolo concitatur: & omnes pariter submerguntur. Cū autem eorum corpora ad littus delata fuissent, ante apostolum deportantur: & eo continuo suscitantur. Qui omnia, quæ sibi acciderant, narrauerunt. Vnde in quodam hymno ipsius legitur. Quater denos iuuenes submersos maris fluctibus vitæ reddidit vsibus. Item magister Ioannes Beletus ait de festo sancti Andraæ. Sciendum est, inquit, quod niger fuit colore: barba prolaxa: & statura mediocris. E. Beatus igitur Andreas in Achaia cōsistens; totani eas ecclesijs impleuit, ac plurimos ad Christum conuertit. Vxorē quoq; Egeæ proconfulis fidem Christi docuit: & sacro baptismatis fonte ipsam regenerauit. Audiens hoc Egeas Patras ciuitatē ingreditur cōplens Christianos ad sacrificia idolorū. Cui occurrēs Andreas dixit. Oportebat vt tu, qui iudex hominū esse meruisti in terris, iudicē tuū, qui in cælis est, agnosceres, & agnitū coleres: & colendo animū à falsis dijs penitus reuocares. Cui Egeas. Tu es Andreas, qui superstitiosam prædicā sectā, quā Romani principes nuper exterminari iusserūt. Ad quē Andreas. Romani principes non dū cognouerūt, quomodo filius Dei veniēs docuerit idola esse dæmonia, quæ docēt: vt offendantur Deus: vt offensus ab eis auertatur: & auersus non exaudiat: & nō exaudiēdo, ipsi à diabolo captiuentur: & captiuati tandiū deludātur, donec nudi de corpore exeant nisi

hil scum præter peccata portantes. Cui Egeas. Ista vana, Iesus vester prædicans crucis patibulo est affixus. Cui Andreas. Pro restauratione nostra, non pro culpa sua crucis patibulum sponte suscepit. Ad quem Egeas dixit. Cum à suo discipulo fuerit traditus: & à Iudæis tentus: & à militibus crucifixus: quomodo tu dicis eum sponte crucis sabijse supplicium. Tunc Andreas quinq; rationibus cœpit ostendere Christum voluntarie passum fuisse. Scilicet ex eo, quod passionem suam præuidit: & discipulis suis futuram prædixit. Ecce Inquiens ascendimus Hierosolimam &c. Et ex eo, quod Petro eum ab hoc auertere cupienti, durè indignatus fuit dicēs. Vade post me sathana &c. Ex eo, quod vtriusq; patienti & resurgendi se potestatem habere manifestauit dicēs. Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam. Et ex eo, quod proditorem præcognouit, cum panem intinctum ei dedit: nec tamen vitauit. Et ex eo, quod locum in quem proditorem venturum, sciebat, elegit: & his omnibus se inter fuisse asserit. Addiditq; Andreas, quod mysterium crucis magnum esset. Cui Egeas. Mysterium dici non potest, sed supplicium. Verum tamen nisi dictis meis obtemperaueris ipsum mysterium te faciam experiri. Cui Andreas. Si crucis patibulum expauererem: crucis gloriam non prædicarem. Audire ante te volo mysterium crucis si forte credas ipsum agnitum colas vt falueris. **F.** Tunc cœpit ei mysterium redemptoris pandere: & quod congruum & necessarium fuerit quinq; rationibus persuadere. Prima ratio est, quod quia primus homo per lignum mortem intulerat præuaricando: congruum fuit vt secundus homo per lignum mortē repelleret pariendo. Secundò quod quia de immaculata terra factus fuerat præuaricator: congruum fuit vt de immaculata nasceretur virgine reconciliator. Tertià quod quia Adam ad cibū vetitum incontinenter manus extendit: & congruum fuit vt secundus Adam in cruce immaculatas manus extēderet. Quarta quod quia Adā cibū suauē vetitū gustauerat: cōgruū fuit ad hoc quod cōtrariū repelleretur cōtrariū: vt Christus esca fellea cibaretur. Quinta quia ad hoc quod Christus suā immortalitatem cōferret cōgruū fuit, vt nostrā sibi mortalitatem assumeret. Nisi enim Deus factus fuisset mortalis homo nō fieret immortalis. Tūc Egeas dixit. Hęc vana tuis narra, mihi obtēpera: diisq; oipotētibus sacrificia. Cui Andreas omnipotentī Deo agnū immaculatū quotidie offero: quæ postquam à toto populo comestus fuerit, viuus & integer perseuerat. Egeas quomodo huc fieret requirente dixit Andreas formā discipuli assumeret. Cui Egeas. Ego cum tormentis à te exigam huius rei notitiam. Iratusq; insit cum in carcere recludi. Mane factò tribunali iustitur, & ad sacrificia idolorū Egeas eū iterū inuitare cœpit, dicens. Nisi mihi obtemperaueris, in ipsam quam laudasti crucem faciam te suspendi. Cūq; ei multa supplicia minaretur. Respondit. Quicquid tibi videtur in supplicijs maius excogita: Tanto enim regi meo ero acceptior quanto fuero pro nomine eius in tormentis constantior. Tunc inuisit eum à viginti hominib; cadi, & cælum manibus & pedibus cruci affigari: vt sic longiorem reciperet cruciatum. Cūq; duceretur ad crucē factus est concursus populorum dicentium: Innocens sanguis eius sine causa dānatur. Quos

tamē rogauit apostolus, ne suum martyrium impedirēt. Vidēs autē Andreas à lōge crucē salutauit et dicēs. Salue crux, quæ in corpore Christi dedicata es: & ex membris eius tanquā margaritis ornata. Antequā in te ascēderet Dominus timorē terrēnū habuisti modo vero cœlestē amorē obtinēs pro voto susceperis. Securus igit & gaudēs venio ad te, vt tu exultās suscipias me discipulū eius qui pepēdit in te: quia amator tuus semper fui & desideraria amplecti te. O bona crux, quæ decorē & pulchritudinē de mēbris Domini suscepisti desiderata: sollicitē amata sine intermissione quaesita: & iā cōcupiscētī animo præparata accipe me ab hominib; & redde me magistro meo vt per te me recipiat, qui per te me redemit. **G.** Et hęc dicēs se exiit & vestimenta carnificibus tradidit. Sicq; eum in cruce vt iussum fuerat suspenderunt. In qua biduo viuens. xx. milibus hominum astantium prædicauit. Tunc minante turba Egeæ mortem & dicentem, virum sanctum, mansuetum & pium non debere ita pati: venit, vt ipsum deponeret. Quem videns Andreas dixit. Quid tu ad nos venisti Egea. Si pro penitentia ipsam consequeris, si autem vt me deponas: scias quia ego viuus de cruce nō descēdā. Iam enim video regē meū qui me expectat. Et cū vellēt eū soluere nullo modo poterāt ad eū pertingere: quia statim eorum brachia stupida reddebātur. Vidēs autē Andreas quod plebs volebat eū deponere, hęc orationē in cruce fecit: vt dicit Aug. in lib. de penitentia. Ne me permittas domine descēdere viuū: sed tēpus est vt cōmēdes terræ corpus meū: tādū enim iā portauī. iā tandū super cōmēdatū vigilauī & laboraui quod vellē ab ipsa obediētia liberari: & isto grauissimo indumēto spoliari. Recordor quātū in portēdo onerosum: in domādo superbū: in fouēdo infirmū: in cōcēdō lasciuum laboraui. Scis Domine quoties à puritate contemplationi: retrahere me contēdebat: quoties à dulcissimē quietis tuæ fomno me excitare obtēdebat: quantum & quoties laborē ingerebat. Qui igitur tādū vt potui (pater benignissimē) pugnātī restiti, & tua ope superauī, à te iusto remuneratore & pio posco ne mihi id vltra commendes, sed depositum reddo. Commenda alij quod illō vltra non impediāt & resurrexerunt feruet & reddat vt & ipsum quoq; meritum sui laboris recipias. Terræ id commenda vt me amplius vigilare non oporteat & liberē ad te fontem indeficientis gaudij tendere haurientem iam non retrahat nec impediāt. Hęc Aug. His dictis splendor, nimius de cælo veniens dimidia hora eum circumdedit: ita vt nullus eū videre posset. Et ascēdere lumine simul cum ipso lumine spiritum tradidit. Maximilla vero vxor Egeæ tulit corpus apostoli sancti, & honorificē sepeliuit. Egeas verò antequā domū suā redijisset arreptus à dæmone in via corā omnib; expirauit. Ait quoq; de sepulchro sancti Andree māna in modū farine & olei eū odore suauissimo emanare, à quo quæ sit anni futuri fertilitas incolis regiōis ostēditur. Nā si exiguū profuit, exiguū terra exhibet fructū si copiosē copiosū. Hoc fortē antiquū verū fuit: sed modo eius corpus apud Cōstantinopolim translatum esse perhibetur. **H.** Episcopus quidam religiosam habens vitam beatum Andræam inter cæteros sanctos in veneratio ne habebat: ita quod in cunctis suis operibus hūc sem

per titulum præponebat ad honorem Dei & beati Andree. Inuidens igitur viro sancto hostis antiquus ad eum decipiendum tota calliditate se contulit: seq; in formam mulieris pulcherrimē transformauit: venit igitur ad palatium episcopi asserens se vellet confiteri eidem. Mandat Episcopus, vt suo penitentiam confiteatur, cui plenitudinem tradiderat potestatis. Renunciat illa, quod nulli hominum nisi sibi secreta sua conficiat: reuelabit: sicq; conuictus episcopus eam ad se venire præcepit. Cui illa. Obsecro Domine. miserere mei. Ego enim in annis puellaribus, vt cernitis constituta & à pueritia delicatē nutrita: nec non & regia stirpe progenita: huc in peregrino habitu sola veni. Nam pater meus, rex vtiq; valde potens cuidam magno principi me volebat in coniugium sociare. Cui respondi quod omnem thorum abominaret maritalem: quia virginitatem meam Christo in perpetuum dedicaui: & ideo nunquā possem in carnalem copulam consentire. deniq; sic arctata quod oportebat me aut eius voluntati durissimē obedire: aut certē diuersa subire supplicia: latenter fugam inij: magis eligens exultare, quam sponso meo fidem infringere. Audiens verò vestra sanctitatis præconium sub alas vestre protectionis confugi. sperans me apud vos locum reperire quietis, vbi possem contemplationis capere secreta silentia presentisq; vitæ vitare naufragia: & perturbationem mundi fugere perstreptentis. Admirans in ea Episcopus nobilitatem generis, pulchritudinem corporis, tam immensum feruorem, & tantā eloquentiā venustatē placidē benigna voce respondit. Esto secunda filia: ne formides: quia illæ ob cuius amorem te & tuos & tua tam viriliter contempsisti tibi ob hoc in præfenti cumulum gratiæ, & in futuro plenitudinem gloriæ largietur. Sed & ego seruus eius me & mea tibi offero. Eligasq; vbi tibi placuerit mansionem. Volo autem vt hodie mecum prandere debeas. Cui illa. Noli inquit pater noli de hac re me rogare ne fortē ex hoc aliqua mali suspitio proueniat. & nitor famæ vestra denigrationem aliquam patiar. Ad quā Episcopus dixit. Plures erimus & non soli: & ideo nullum malē suspicionis scrupulum in aliquo poterit generari. Venientes itaq; ad mensam Episcopus & illa ex opposito confederant: cæteris residentibus hinc, & inde. Intendit in eam crebro episcopus eiuſq; faciem non desinit intueri, & pulchritudinem admirari. Sicq; dum oculus figitur animus fauciatur: Et dum eius faciem non desinit intueri: antiquus hostis cor eius graui iaculo vulnerauit. Perpendit hoc & ipse diabolus, pulchritudinem suam cœpit magis ac magis augere. Iamq; Episcopus proximus erat consensui, vt eam de illicito opere attentaret, quando possibilitas se offerret. Tunc subito quidam peregrinus venit ad ostium crebris ictibus pulsans, & magnis clamoribus postulans sibi aperiri. Cūq; aperire nollent, & illē magnis clamoribus & ictibus nimis eis fieret importunus: interrogat Episcopus mulierem si ingressum illius peregrini hominis acceptaret. Cui dixit. Proponatur sibi aliqua quæstio satis grauis: quā si enodare sciuerit admittatur: si autem nescierit, tanquā inficius, & indignus Episcopi præsentia repellatur. Fauent eius omnes sententiā, & quis sufficiens esset hanc quæstionem proponere sciscitantur. Cūq; nullus sufficiens

inueniretur Episcopus dixit. Quis enim nostrum ad hoc tam sufficiens est, sicut vos o domina, quæ cæteros nos & eloquentia præceditis, & sapientia nobis omnibus amplius rutilatis. Vos igitur hanc proponite quæstionem: tunc illa dixit. Interrogetur quod est maius mirabile quod Deus vnquam in parua reiecerit. Interrogatus, de hoc peregrinus per nuntium dixit. Diuersitas, & excellentia facierum. Inter tot enim homines quæ fuerunt ab initio mundi, & vsq; in finem futuri sunt: duo reperiri non possunt: quorum facies per omnia similes essent, & in ipsa quoq; tam minima facie omnes sensus corporis Deus collocauit. Audientes omnes eius responſionem admirantes dixerunt. Vera & optima est solutio quæstionis. Tunc mulier ait. Proponatur sibi secunda quæstio grauior, in qua melius possimus eius sapientiam experiri. Quaratur ab eo, vbi terra sit altior omni cælo. Percunctatus de hoc peregrinus respondit. In cælo Empyreo, vbi residet corpus Christi. Corpus enim Christi quod altius omni cælo est de nostra carne formatum. Porrò caro nostra quædam terrea substantia est. Cū ergo corpus Christi super omnes cælos sit de nostra carne originem duxit. Caro autem nostra cū de terra sit condita, constat quod vbi corpus Christi residet ibi proculdubio terra altior cælo manet. Refert nuntius quæ responderat peregrinus. Et ecce omnes responſionem eius mirabiliter approbant: & magnificē sapientiam eius laudant. Tunc illa iterum dixit. Fiat ei tertia quæstio grauisima & occulta, & soluendum difficilis, & obscura: vt sic eius sapientia tertia comprobetur: & dignus sit, vt ad mensam episcopi meritò admittatur. Quaratur ab eo, quantum spacium sit à terra vsq; in cælum. Requisitus de hac peregrinus nuntio dixit. Vade ad eum qui te misit ad me, & de hoc diligenter percunctare: ipse enim melius me hoc nouit: & ideo tibi de hoc melius respondebit: nam ipse illud spacium mensurauit, quando de cælo in abyssum cecidit: ego de cælo nunquā cecidi: & ideo illud spacium nunquā mensuraui. Non enim est mulier: sed diabolus qui se posuit in similitudinem mulieris. Audiens hoc nuntius vehementer expauit: & ea quæ audierat coram omnibus recitauit. Mirantibus itaq; omnibus & stupentibus, antiquus hostis de medio eorum euangit. Episcopus autem rediens ad se redarguit amare semetipsum, & de perpetrata culpa veniam lamentabiliter præcabatur. Misitq; nuntium, vt peregrinus introduceretur: sed nequaquam amplius inuenitur. Tunc episcopus populum conuocauit, & eis euidenter exposuit ordinem gestæ rei: præcepitq; vt omnes ieiunij, & orationibus insistere: si forte Domino reuelare alicui dignaretur quisnam ille peregrinus fuerit, qui eum à tanto periculo liberauit. Reuelatum autem est illa nocte Episcopo, quod beatus Andreas fuerit, qui pro liberatione ipsius se posuerit in habitu peregrini. Cœpit igitur Episcopus in deuotione beati Andree magis crescere, ac eum exinde in reuerentia plus habere. **I.**

Cū præpositus quidam cuiusdam ciuitatis agrū sancti Andree abstulisset: & ob hoc grauissimis febribus orate Episcopo fuerit correptus: ille Episcopū rogauit vt pro se oraret, & agrū sibi redderet. Sed cum orante

episcopo sanitatem recepisset: agrum iterum vsurparuit: tunc episcopus orationi se dedit, & omnes lampades ecclesie fregit dicens. Hoc lumen non accendetur: donec dominus se de suo inimico vindicet, & ecclesia quod amisit, recuperet. Ecce prepositus grauissimis iterum febribus laborauit: missusq; nuncios episcopo vt pro se oraret, & agrum suum & alium sibi similem redderet: cui cum episcopus responderet iam orauit & exaudiuit me Deus: ipse ad eum se portare fecit: & vt ecclesiam intraret ad orandum coegit. Episcopus dum ecclesiam ingreditur: ille subito moritur, & ager ecclesie restituitur.

De sancto Nicolao. A.

NICOLAUS dicitur à nicos, quod est victoria, & laos, quod est populus: inde Nicolaus quasi victoria populi. i. vitiorum quæ popularia & vilia sunt: vel dicitur victoria populi: qui amultos populos vita & doctrina docuit vitia & peccata vincere. Vel Nicolaus dicitur à nicos quod est victoria, & laus quasi victoriosa laus. Vel à nitor & laos, quod est populus quasi nitor populi. Habuit enim in se ea quæ nitorem & mundiciam faciunt. Nam secundum Ambro. mundat sermo diuinus: mundat vera confessio: mundat sancta cogitatio: mundat bona operatio. Eius legendam doctores argolici conscripserunt. Est autem argos secundum Isidorum ciuitas græciæ: vnde & argolici græci vocantur. Alibi quoq; legitur quod Methodius patriarcha eius vitam græcè scripsit, quam Ioannes diaconus in latinum transtulit, & plura addidit.

LEGENDA. 3. B.

NICOLAUS cuius Patere vrbis ex diuitibus & sanctis parentibus originem duxit: pater eius Epiphanus, mater verò Ioanna dicta est: quem cum in primeuo iuuentutis sue flore parètes genuissent: deinceps continenter viuentes celibem vitam duxerunt. Hic prima die dñi balnearēt, erecti steterit in pelui. Insuper quarta & sexta feria tantū semel suggebat vbera. Factus autē iuuenis aliorū iuuenū deuitas lasciuia ecclesiarū poti⁹ ferebat lumina: & quicquid i sacra scriptura intelligere poterat, memoriter retinebat. Parētib⁹ verò suis defunctis cogitare cœpit qualiter tantā diuitiarū copiā non ad laudem humanam: sed ad Dei gloriam dispensaret. Tunc quidam conuicaneus suus floris nobilis tres filias virgines ob inopiam prostitueret cogitur: vt sic infami earum commercio aleretur. Quod vt sanctus cōperit: scelus abhorruit: & massam auri panno inuolutam in domum eius per fenestram nocte clam ielsit: & clam recessit. Mane autem surgēs homo massam auri reperit: & Deo gratias agens primogenitæ nuptias celebravit. Non multo post tempore Dei famulus similiter peregit opus. Quod rursus ille repiens in laudes immensas prorumpens de cætero vigilare proposuit: vt sciret quis esset, qui suæ inopiæ subuenisset. Post paucos etiam dies duplicatam auri massam in domū proiecit: ad cuius sonitū ille excitatur, & Nicolaum fugientem insequitur, taliq; voce alloquitur. Siste gradum, tēq; aspectui ne subtrahas meo. Sicq; accurrens velocius Nicolaum hunc esse cognouit: mox humi prostratus osculari vo-

lebat pedes eius. Quod ille refutans ab eo exegit: eum quandiu viueret, publicaret. Post hoc Myræ ciuitatis defuncto episcopo conuenerunt episcopi illi ecclesie de episcopo prouisuri. Aderat autem inter eos quidam magnæ autoritatis episcopus ad cuius electionem omnium sententia dependebat. Cum igitur cunctos ieiunijs & orationibus insistere monuisset, nocte illa vocem audiuit dicentem sibi: vt hora matutinali fores ecclesie obseruaret: & quem primum ad ecclesiam (cuius etiam nomen esset Nicolaus) venire cōspiceret: ipsum in episcopum consecraret. Hoc ergo alijs reuelans episcopis, admonuit: vt omnes orationibus insisterent: & ipse præ foribus excubaret. Mirum immodum: hora matutinali quasi à Deo missus ante omnes se agebat Nicolaus. Quem apprehendens episcopus dixit ei. Quod tibi nomen est. Ille vt erat columbina simplicitate plenus inclinato capite Nicolaus, inquit, vestræ sanctitatis seruus. Quem in ecclesia ducentes: licet plurimum reuentem in cathedram collocauerunt. Ipse autem eandem quam prius humilitatem & morum grauitatē in omnibus sequebatur. In orationibus peruigilabat: corpus macerabat: mulierum consortia fugiebat: humilis erat in omnes suspiciendo: efficax in loquendo: alacer in exhortando: seuerus in corripiendo. Fertur quoq; (sicut legitur in chronica quadam) Nicolaum Niceo interfuisse concilio. C. Quadam autem die dum quidam nauitæ periclitarentur, ita eum lachrymis orauerunt. Nicolæ famule Dei, si vera sunt, quæ de te audiuius: nunc ea experiamur. Mox quidam in eius similitudine apparuit dicens. Ecce adsum, vocastis enim me. Et cœpit eos in antennis & rudentibus alijsq; iuuare, nauis armamentis: statimq; cessauit tempestas. Cum autem ad eius ecclesiam venissent: quem nunquam ante viderant, sine indice cognouerunt. Tunc Deo & sibi de sua liberatione gratias egerunt. Quod illæ diuinæ misericordiæ & eorum fidei non sui meritis attribueret docuit. Quodam tempore totam prouinciam sancti Nicolai famas valida percussit: ita vt omnibus deficerent alimenta. Audiens autem vir Dei naues onustas tritico portui applicasse: illuc statim proficiscitur, rogās nauas, vt saltem in centū modijs per quam liber nauem famæ periclitantibus subuenirent. Cui illi. Non audemus pater: quia mensuram Alexandriæ oportet in horrea imperatoris nos reddere. Quibus sanctus dicit. Facite nunc quod dico, & vobis in Dei virtute promitto, quod nullam minorationem habebitis apud regem exactorē. Quod cum fecissent: & eandem mensuram quam Alexandriæ cœperant, reddidissent ministris imperatoris, miraculum referunt, & Deum in suo famulo magna laude attollunt. Frumentum autem secundum vniuersiūsq; indigentiam vir Dei distribuit: ita vt miraculosè duobus annis non tantum ad victum sufficeret: sed etiā ad vsum seminis abundaret. Cum autem regio illa idōlis deseruisset præ cæteris nephandæ Dianæ simulachrum populus coluerat, adeo vt vsq; ad tempus viri Dei nonnulli rustici prædictæ religioni execrabili deseruissent, ac sub quadam arbore consecrata Dianæ quosdam ritus gentilium exercebant. At vir Dei prædictū ritum de omnibus finibus expulit, ipsaq; arborem præscindit mandauit. Iratus est hoc contra eum hostis anti-

quus oleum midyatatum quod cōtra naturam in aqua & lapidibus ardet, confecit: seq; in formam cuiusdam religiosæ fœminæ transfigurans, quibusdam ad virum Dei nauigantibus in quadam sagenula obuiauit. Sicq; affata est eos. Mallem ad sanctum Dei venire vobiscum: sed nequeo. Rogo ergo vos vt hoc oleum ad eius ecclesiam deferatis: & ob mei memoriam ex illo oleo eius parietes liniatis: & statim euauit. Et ecce aliam cernunt nauiculam cum honestis personis inter quas vnus erat similis sancto Nicolao. Qui sic ait illis. Heu quid mulier illa locuta est vobis, vel quid attulit? Illæ autem cuncta per ordinem narrauerunt. Quibus ille. Hęc est impudica Diana, & (vt me verum dicere comprobetis) oleū illud in mare projicite. Quibus proijcientibus ingens ignis in mari succenditur: & contra naturam diutius in mari ardere conspicitur. Venientes igitur ad seruum Dei agebant. Verè tu es ille, qui nobis in mari paruistis: & à diaboli insidijs liberaisti. D. Per idem tempus cū quadam gens romano imperio rebellasset: contra eam imperator tres principes Nepotianum, Vrsium, & Apilionem misit, quos portui Adriatico ob ventum contrarium applicatos: beatus Nicolaus, vt secum comederent, inuitauit: volens vt gentem suam à rapinis compellerent, quas in nudinis exercebant. Interim dū sanctus ab eis let: consul corruptus pecunia, tres innocentes milites iusserat decollari. Quod vt vir sanctus audiuit: rogauit principes illos, vt secum illuc vsq; gradu cōcito properarent: veniensq; ad locum vbi decolladi erant, inuenit eos poplite flexo, & facie iam velata, & speculatorem ensē super eorum capita iam vibrasse. At Nicolaus zelo accensus in littorem se audacter iniecit: & gladium de manu eius emittens, ppulit: innocentesq; soluens eos incolumes secum duxit. Illico ad prætorium consulis properat, & fores clausas vi referat. Morum illi consul accurrens saluauit eum. Aspernēs hoc sanctus dixit. Inimice Dei legis præuaricator qua temeritate præsumpsisti tanti cōscius sceleris vultum conspiciere nostrum? Quem postquam plurimum obiurgauit: ad præces tamen illorum ducum, eum penitentem benignè recepit. Recepta igitur benedictione imperiales nūcij iter peragunt: & imperio sine sanguine hostes subdunt. Rediētēq; ab imperatore magnifice sunt recepti. Quidam autem eorum felicitatibus inuidentes præfecto imperatoris prece & precio suggererunt: vt eos apud imperatorem de læsæ maiestatis crimine accusarent. Quod cum imperatori suggessisset: ille nimio furore repletus, eos incarcerari præcepit: & sine aliqua interrogatione illa eos nocte, occidi mandauit. Quod cum à custode didicissent, sciderunt vestimenta sua: & gemere amarè cœperunt. Tūc vnus eorum scilicet Nepotianus recolens quod beatus Nicolaus tres innocentes liberauerat, exhortatus est alios, vt eius patrocinia flagitarent. Quibus orantibus sanctus Nicolaus nocte illa Constantino imperatori apparuit dicens. Cur illos principes tam iniuste comprehendisti: & morti sine crimine addixisti? Surge velox, eosq; quam totius dimitti iube. Sin autem oratio Deum, vt tibi suscitet bellū in quo tu corruas, & bestijs cibis fias. Cui imperator. Quis es tu, qui hac nocte palatium meū ingressus talia audes loqui? Cui ille. Ego sum Nicolaus Myræ ciuitatis episcopus: sic

& præfectum similiter terruit per visum Dei. Mēte & sensu perditē cur in necem innocentium consensisti: perge cito, & eos liberare stude: sin autē corpus tuum vermibus scaturiet: & domus tua citius destruet. Cui ille, quis es tu, qui nobis tanta miraris? Scitō inquit me esse Nicolaum Myræ ciuitatis episcopū. Vtriq; euigilantibus, statim mutuo sua somnia pandunt: & pro illis incarcerationis continuo mittunt. Quibus ait imperator. Quas magicas artes nostis: vt tantis nos illudatis somnijs? Cui responderunt se magos non esse: nec mortis sententiam meruisse. Tunc imperator. Nostis inquit hominem, cui nomen est Nicolaus. At illi audito hoc nomine manus extenderunt ad cælum rogantes Deum: vt eos sancti Nicolai meritis à presentis periculo liberaret. Et cum imperator totam vitam eius & miracula eius didicisset, dixit eis. Ite & gratias Deo agite, qui vos eius præcibus liberauit. Sed & de nostris eidem afferte gaudiolis rogantes eū, vt lætius mihi minas non inferat: sed pro me & regno meo ad dominum preces fundatis. Post paucos dies prædicti viri ad Dei famulum veniunt: moxq; ad eius pedes humiliter se prosternunt dicentes. Verè famulus Dei es: verè cultor & amator Christi, Cūq; sibi omnia per ordinem retulissent: ille eleuatis in cælum manibus immētas Deo laudes retulit: & instructo principes ad propria remisit. E. Cū autem dominus vellet eum assumere, rogauit dominum, vt angelos suos sibi mitteret. Et inclinato capite angelos ad se venire vidit, & dicto psalmo. In te domine speraui, vsq; in manus tuas domine & c. tradidit spiritum anno domini. cccxliij. vbi celestium melodia audita est. Qui dum sepultus fuisset in tomba marmorea, à capite fons olei, & à pedibus fons aque profuxit: vsq; hodie ex eius membris sacrum refudat oleum, valens in salutē multorum. Successit autē ei quidem vir bonus, qui tamen de sede sua ab inuidis est depulsus: quo eiecto oleum fluere desiit: Sed eo reuocato protinus emanauit. Post multum verò temporis turci Myream vrbem destruxerunt. Quadraginta verò septem milites bareses illuc profecti, quatuor monachis illis ostendentibus tombam sancti Nicolai apperuerunt: ofsāq; eius in oleo nantia in vrbem Baram reuerenter detulerunt anno domini. M. lxxxvij. Vir quidam ab vno Iudæo quadam summam pecuniæ mutuo accepit: iuratus super altare sancti Nicolai cum alium fideiussorem habere nequiret, quod quam citius posset, sibi redderet. Tenere autem illo diu pecuniam, Iudæus eam ex postulauit: sed eam sibi reddidisse affirmat. Trahit ergo eum ad iudicium: & iuramentum indicitur debitori. Ille baculum cauatum quem auro minuto impleuerat, secum detulerat: ac si adminiculo indigeret. Volens igitur facere iuramentum, Iudæo baculū tradidit referuandum. Iurauit ille, quod plus sibi reddiderat, etiam quam deberet. Facto iuramento baculum suum repetijt. Et Iudæus ignarus astutię eū sibi reddidit. Rediēs autem qui fraudē fecerat, in quodam biuio oppressus corruit somno: currūq; cum impetu veniens eum necauit: & plenum baculum auro fregit: & aurum effudit. Audiens hoc Iudæus concitus illuc venit. Cūq; dolum vidisset: & à multis ei suggereret, vt aurum reciperet, omnino renuit: nisi qui defunctus fuerat, ad vitam beati Nicolai meritis rediret: asserens se, si hoc

neret baptisma suscepturum, et christianum futurum. Continuo qui defunctus fuerat, suscitatur: & Iudæus in Christi nomine baptizatur. F. ¶ Quidam Iudæus videns beati Nicolai virtuosam potentiam in miraculis faciendis, imaginem eius sibi fieri præcepit: eaq; in sua domo collocauit. Cui res suas cum aliquo longius iret cum nimis commendabat hæc vel similia verba dicens. Ecce Nicolae omnia bona mea vobis custodienda committo, & nisi omnia bene custodieritis, vltionem expectabitis vobis verberibus & flagellis. Quadam igitur vice dum illa abesset fures aduenientes, cuncta rapiunt, solam imaginem derelinquunt. Iudæus autem rediens, & se spoliatum videns imaginem alloquitur talibus vel similibus vsus verbis. Domine Nicolae nõne in domo mea vos posueram vt res meas à latronibus seruares. Cur hoc facere noluitis: & latrones quare non prohibuistis? Igitur dire tormenta recipies & pro latronibus poenam lues. Sicq; dānum meum in tuis recopero tormentis: & furorem meum in tuis refrigero verberibus & flagellis. Accipiens ergo Iudæus imaginem dire eam verberat dirēque flagellat. Mirares prorius & stupenda diuidentibus furibus quæ raperant sanctus Dei tāquā in se verbera recepisset apparuit: hæc vel similia verba dicens. Cur tam dire pro vobis flagellatus sum: cur tam crudeliter verberatus: cur tormenta tot passus: ecce quomodo corpus meum liuet: ecce qualiter effusione sanguinis rubet. Pergite citius & cuncta reddite quæ tulistis. Alioquin Dei omnipotentis in vos ira deseruet, ita vt scelus vestrum in medio publicetur: & quilibet vestrum suspendium patiat. Ad quem illi. Quis es tu qui nobis talia loqueris. Et ille. Ego sum Nicolaus seruus Iesu Christi quē Iudæus ille pro rebus suis quas tulistis tam crudeliter flagellauit. Territi ad Iudæum veniunt, miraculum referunt ab eo quæ imagini fecerit audiunt cuncta reddunt. Sicq; & latrones ad vitam redeunt rectitudinis: & Iudæus fidem amplectitur saluatoris. Vir quidam pro amore filij sui literas addidcentis festum sancti Nicolai annuatim solenniter celebrabat. Quadam igitur vice pater pueri conuiuium præparauit & multos clericos inuitauit. Venit autem diabolus ad ianuam in habitu peregrini petens elemosynam sibi dari: & iubet quā totius pater filio vt det elemosynam peregrino. Properat puer: sed peregrinum non inueniens insequitur abeuntem. Cūmq; ad quoddam compitum peruenisset apprehendens diabolus puerum eum strā gulauit. Quod audiens pater vehementer ingemuit, corpus tulit, & in thalamo collocauit. Cœpitq; præ dolore clamare & dicere. Fili dilectissimi quomodo est tibi. Sancte Nicolae hæc est merces honoris quā vobis tandiu exhibui. Et cum hæc & similia pater diceret: statim puer quasi de somno euigilans oculos aperuit & surrexit. G. ¶ Vir quidam nobilis rogauit beatum Nicolaum vt sibi filium à domino impetraret, promittens se filium ad ecclesiam eius ducturum & cyphum aureum oblaturum. Filius ergo nascitur & ad etatem perducitur: & cyphus fieri iubetur. Qui dum sibi valde placeret suis eum adaptauit vsibus & alium æque valentem fieri præcepit. Nauigantibus itaq; ad ecclesiam sancti Nicolai: iubet pater filio, vt in illo cypho quem primò fieri fecit aquam sibi afferre. Puer autem cum vellet aquam haurire cum cy-

pho in mare cecidit, & statim disparuit. Pater autem amare flens, nihilominus votum suum perfecit. Veniens igitur ad altare sancti Nicolai cum obrulisset suum cyphum, tanquā proiectus cecidit de altari. Cū autem eum eleuasset, & super altare iterum posuit, rursus de altari longius est profectus. Mirantibus omnibus ad tam grande spectaculum, ecce puer sanus & incolumis aduenit primū cyphum in suis gestans manibus. Narrauitq; coram omnibus, quod quando in mare cecidit statim beatus Nicolaus affuit, & eum illæsum seruauit. Sicq; pater eius lætus effectus, vtrunq; cyphum beato Nicolao obtulit. Quidam vir diues meritis beati Nicolai filium habuit quem Adeodatum vocauit. Hic sancto Dei capellam in domo sua construxit, & omni anno festum eius solenniter celebrauit. Erat autem locus ille situs iuxta terram Agarenorum: Adeodatus ergo quadam vice ab Agarenis capitur: & in seruitutem regis eorum deputatur. Sequenti anno dum festum sancti Nicolai pater eius deuote celebraret: & puer cyphum pretiosum tenens regi assisteret, recolit suam captionem: parentum dolorem: & gaudium, quod in domo sua ea die fiebat: cœpitq; alius suspirare. Quorum suspiriorum causam dum rex minis extorssisset: ait rex. Quicquid tuus Nicolaus agat, tu hic nobiscum manebis: & subito facto vento vehementi, torāmq; domū cōcutiente puer cū cypho rapitur: & ante fores ecclesie, vbi parentes agebant solemnia collacatur: & magnum gaudium omnibus generatur. Alibi tamen legitur, quod prædictus iuuenis fuit de normandia: qui vltra mare pergens à Soldano capitur: & ante eum saepe verberabatur. Qui dum in festo sancti Nicolai verberaretur, & in carcere inclusus staret pro sua liberatione: pro luctitia, quam tunc habere consueuerant parentes eius, subdito obdormiuit: & euigilans in capella patris sui se inuenit.

¶ De sancta Lucia virgine. A

LUCIA dicitur à luce. Lux enim habet pulchritudinem in aspectione: quia, vt dicit Ambrosius. Lucis natura hæc est: vt in eius aspectu sit gratia, & habet etiam diffusionem sine coinquinatione: quia per quæcunq; immunda diffusa non coinquinatur: rectum incessum sine curuitate longissimam lineam pertransit sine mora dilatione. Per hoc ostenditur, quod beata virgo Lucia habuit decorem virginitatis, sine aliqua corruptione: diffusionem charitatis, sine aliquo immundo amore: rectū incessū intentionis in Deum, sine aliqua obliquitate: longissimā lineā diuinæ operationis, sine negligentiæ tarditate. Vel Lucia dicit, quasi lucis vi-

LEGENDA. 4. B.

LUCIA virgo Syracusana nobilis genere audiens famam sanctæ Agathæ per totam Siliciam diuulgari: sepulchrum eius adiit cum matre sua Euthia annis quatuor fluxum sanguinis incurabiliter patiente. Inter ipsa igitur missarum solennia cōtigit, vt illud euāgelium legeretur, in quo dominus mulierē ab hac passione sanasse narrauit. Tūc Lucia matri dixit. Si credis his quæ legitur, crede Agathā illū semp habere præsentē, pro cuius nomine sustinuit passionē. Si

ergo eius sepulchrum credens tetigeris: perfecta continuo sanitate gaudebis. Igitur recedentibus cunctis, & matre & filia iuxta sepulchrum in oratione existētib; Lucia somnus arripuit viditq; Agathā in medio angelorū gemmis ornata, stantem & dicentē sibi, Soror mea Lucia virgo Deo deuota quod à me petis, tu ipsa poteris præstare continuo matri tuæ. Nā ecce per fidē tuā sanata est. Euigilās autem Lucia matri suæ dixit. Mater mea ecce sanata es. Per ipsam ergo te deprecor, quæ suis orationibus te sanauit, ne mihi decetero nomines sponsum: sed quicquid mihi datura eras pro do te, pauperibus elargire. Cui mater ait. Tege prius oculos meos: & quicquid volueris de facultatibus facito. Ad quā Lucia. Quod moriēdas, idēdas, quia ferre tecum non potes. Da igitur dū viuus: & mercedem habebis. Cū ergo redisset: sit quotidie distractio rerum: & dantur necessitatibus pauperum. Interea dum patrimonium distribuitur: ad posum noticiā peruenit. Requirat sponsum à nutrice de his. Respondit illa cautē, q̄ vtiliorem possessionē sponsa sua inuenisset quā suo volebat nomine comparare: & idē videbatur aliqua distractio. Credidit stultus carnale commercium: & cœpit autor esse vendentium. Vēditis autem omnibus, & pauperibus erogatis, sponsum trahit eam coram Pascaſio consulari dicens, eam christianam esse: & contra leges agere augustorū. C. ¶ Inuitante igitur causa Pascaſio ad sacrificia Idolorū respōdit. Sacrificium placens Deo, est visitare pauperes: & eis in necessitatibus subuenire: & quia iam amplius non habeo, quod offeram: me ipsam sibi tribuo offerendā. Cui Pascaſius. Ista verba tibi simili stulto Christiano narrare poteris: mihi autē qui principum decreta custodio, ista frustra prosequeris. Ad quē Lucia. Tu principum tuorum decreta custodis: & ego Dei mei legem custodiam. Tu principes times: & ego Deum timeo. Tu illos offendere non vis: & ego Deum offendere caueo. Tu illis placere desideras: & ego vt Christo placeā cōcupisco. Tu ergo fac, quod tibi vtile esse cognosces: & ego faciā, quod vtile mihi prospexero. Cui Pascaſius. Patrimonium tuum cū corruptoribus expēdisti: & idēd quāsi meretricis loqueris. Cui Lucia. Patrimonium meum in toto loco constitui: corruptores autē mentis & corporis nunquā sciuī. Respondit Pascaſius. Qui sunt corruptores mentis & corporis. Lucia dixit. Corruptores mentis vos estis, qui suaderis: vt animæ suam deserant creatorem. Corruptores verò corporis sunt qui corporalē delectationē præponūt epulis semperitatis. Pascaſius dixit. Cessabunt verba, cum peruenit fuerit ad verbera. Cui Lucia dixit. Verba Dei cessare nõ possunt. Cui Pascaſius. Tu ergo Deus es. Respōdit Lucia. Ancilla Dei sum. Qui dixit. Cūm steteris ante reges & præſides &c. Non enim vos estis &c. Pascaſius dixit. In te ergo Spiritus sanctus est. Cui Lucia. Qui castē viuūt: templum Spiritus sancti sunt. Cui Pascaſius. Ego faciam te duci ad lupanar, vt ibi violationem accipias, & Spiritus sanctum perdas. Cui Lucia. Non inquinatur corpus, nisi de consensu mentis. Nā si me inuitat violari feceris castitas mihi duplicabitur ad coronam. Nunquam autem voluntatem meam ad consensum mentis poteris prouocare. Ecce corpus meum ad omne supplicium est paratum. Quid moraris, incipe fili diaboli desideria poenarum tuarum exer-

cere. Tunc Pascaſius lenones fecit venire, dicens eis. Inuitate ad eam omnem populum: & tandiu illudatur, donec mortua nuntietur. Volentes autem eam trahere, tanto pondere Spiritus sanctus eam fixit: vt omnino eam mouere nequiret. Fecitq; Pascaſius mille viros accedere, & manus eius & pedes ligare: sed eam nullatenus poterant mouere. Tunc & cum viris mille plura paria bouū adhibuit: sed tamen virgo Dñi immobilis permanſit. Vocatis autē magis, vt suis incitationibus moueretur, oīdō moueri nõ potuit. Tūc dixit Pascaſius. Quæ sunt illa maleficia, quod vna puella à mille viris nõ mouet? Lucia dixit. Nõ sunt ista maleficia: sed beneficium Christi. Porrò si adhuc decem milia adhibueris, eque vt prius, immobilē me videbis. Putās verò pascaſius secundū quorundā signēta, quod lotio fugarentur maleficia: iussit eā lotio perfundi. Cūmq; nec sic moueri posset, angustiat⁹ nimis copiosum ignē circa eā accēdi, picēmq; refinā, & seruens oleū super eam fundi iussit. D. ¶ Dixitq; Lucia. Inducias impetraui martyrij mei: vt creditibus timorē auferā passio nis, & non creditibus vocē insultationis. Vidētes autē amici pascaſij, eum angustiarī, in gutture eius gladiū immiserūt, quæ nequaquā loquelā amitrens, dixit. Annuntio vobis pacē ecclesie redditā maximiano hodie mortuo, & de regno suo Diocletiano expulso. Et sicut ciuitati Cathæ. soror mea Agatha data est prætrix: sic & ego ciuitati Syracusanæ cōcessa sum intertrix. Dum hæc virgo loquitur, ecce ministri Romanorū veniunt: Pascaſium apprehendit: vincitū ad Cæsarem secum ducunt. Audierat enim Cæsar, quod vniuersam provinciam fuerat deprædatus. Veniens ergo Romā, & senatui accusatus pariter & conuictus, capitali sententia est punitus. Virgo verò Lucia de loco in quo percussa est, mota non est: nec spiritum tradidit, quoad usq; sacerdotes venirent: & corpus Domini ei tradirent. Et omnes asstantes amen Domino responderūt. In eodem autem loco est sepulta, & ecclesia fabricata: Passa est autem tempore Constantini & Maxentij, circa annos domini. cccx.

¶ De sancto Thoma apostolo. A.

THOMAS interpretat̄ abyssus vel geminus, quod & græce Didimus dicitur, vel dicitur Thomas à thomos, quod est diuisio siue sectio. Dicitur ergo abyssus, eo quod profunditatem diuinitatis penetrare meruit: quando ad sui interrogationē Christus sibi respondit. Ego sum via veritas & vita. Dicitur geminus, eo quod resurrectionem Christi quasi geminate & in duplum plus quā alij cognouit. Nam illi cognouerunt videndo, iste videndo & palpando. Diuisio autem siue sectio dicitur, quia mentem suam ab amore mundi diuinit: vel dicit Thomas quasi totus means in Dei, scilicet amore & contemplatione. Habuit enim tria, quæ in ipso indicauerunt fuisse amorem Dei. De quibus dicit. Propter in libro de vita contemplatiua. Quid est Deū diligere: nisi animo concipere seruidum visionis Dei affectum peccantium, & mundi fastidium. Vel Thomas dicitur à theos quod est Deus, & meus: vnde Thomas quasi Deus meus: & hoc propter illud quod dicitur cūm certificatus credidit. Dñs meus, & Deus meus.

THOMAS apostolus cum esset apud Cęsaream, apparuit ei dominus dicens, rex India Gundoforus misit prepositum Abanem quare hominem architectoria arte eruditum. Veni igitur, & mitte te ad eum. Cui Thomas. Domine quo vis mitte me præter ad Indos. Cui dominus. vade securè: quia ero custos tui. Cùmque Indos conuenerit: ad me cum palma martyri venies. Cui Thomas. Dominus meus es, & ego seruus tuus. Fiat voluntas tua. Cùmque prepositus forum perambularet: dixit ei dominus. Quid comparare vis iuuenis. Cui ille. Dominus me prepositum me, vt conducam seruos in arte architectoria eruditos vt Romano opere palatium sibi costruatur. Tunc dominus tradidit ei Thomam, asserens eum plurimum in tali arte peritum. Nauigantes autem ad quandam ciuitatem venerunt, in qua rex filia sue nuptias celebrabat. Hic cum preconizari fecisset, vt omnes nuptijs interessent, aliàs regem offenderent: illuc cõiguit Abanem & apostolum introire. Puella autem hæbræa fistulam in manu gerens vnunquẽque; laude aliqua commendabat. Vidensque apostolum intellexit hunc esse hæbræum, eo quod non maducaret: sed oculos fixos ad cælum haberet. Cùmque puella coram eo hæbræicè caneret dicens. Vnus est Deus hæbræorum, qui creauit omnia, & fundauit maria. apostolus ipsam hæc eadem verba repetere fatagebat. Videns autem pincerna, quod non manducaret, nec biberet: sed tantum oculos fixos ad cælum haberet: apostolum Dei in maxilla percussit. Cui apostolus, melius est vt in futuro indulgentia, sibi tradatur, & hic transitoria placata reddatur. Non hinc furgam, donec manus, quæ me percussit, huc à canibus afferatur. Hic igitur ad hauriendam aquam abiit: & leo ipsum occidens sanguinem eius bibit. Laceratis autem canibus eius corpus: vnus niger canis manu eius dexteram in medium conuiuuium apportauit. Quo viso omnis turba obstupuit: & puella eius verba referens proiecta fistula ad pedes apostoli se proiecit. Huiusmodi autem vltionem factam reprobat Aug. in lib. cõtra faustum: & asseruit à pseudo hoc fuisse incertum. Vnde & legenda hæc quo ad plura suscepta habetur. Postfer tamen dici, quod hoc non animo imprecandi: sed modo prædicandi dictum sit. Si tamen Aug. verba diligenter inspiciantur: non penitus ista reprobare videntur. Ait enim sic in eodẽ libro. Legunt scripturas apocriphas Manichæi nescio à quibus fictoribus fabularum sub apostolorum nomine scriptas, quæ suorum scriptorum temporibus in autoritatem sanctæ ecclesiæ recepti mererentur, si sancti & docti homines qui tunc in hac vita erant, & examinare poterant: eos vera locutos esse cognosceret. Ibi tamen legunt apostolum Thomam cum esset in quodam nuptiarum conuiuio peregrinus & prorsus incognitus à quodam ministro palma percussum imprecatum fuisse homini cõtinuam seuanque; vindictam. Nam cum egressus fuisset ad fontem: vnde & aquam couiuuantibus ministraret: in eum leo irruens interemit: manumque; eius, quæ caput apostoli leui ictu percussisset, à corpore auulsam secundum verbum eiusdem apostoli adoptantis atque; imprecantis canis intulit mentis, in quibus ipse apostolus discumbat. Quid hoc videri crudelius potest. Verum quia ibi,

nisi tamẽ fallor, hoc etiam scriptum, est quod ei veniam in seculo futuro petierit: facta est compensatio officij maioris: vt & apostolus quam charus Deo esset: & dominus hunc timorẽ cõmendaretur ignotis: & illi post hanc vitam quadoque; finiendur fateri illa cõsolaretur. Vtrum illa sit vera vel ficta narratio, nihil mea nunc interest. Certè enim Manichæi à quibus ille scripturæ, quas ca non ecclesiasticas respuit, tanquam veræ atque; sinceræ acceptant: saltẽ hic cogitur fateri illa patiẽtiã virtutem, quã docet dominus, dicens. Si quis te percusserit in maxillã tuã dexterã, præbe ei & sinistrã. posse in præparatione cordis citiã si nõ exhibeatur in gestu corporis & expressione verborum: quadoquidẽ apostolus palma percussus, potius dominum rogauit: vt iniurioso homini in futuro seculo parceretur: in presenti autẽ illa iniuria nõ multa relinqueretur, quã vel prebuit feriẽti alterã partẽ, aut vt iterum feriret admonuit. Tenebat certè interiõ dilectiõis affectus: & exterius requirebat correctionis exemplum. Siue hoc verũ sit, siue fictum: cur noluit credere tali animo famulum Dei Moysen. Idoli fabricatores & adoratores gladio prostrauisse. Si autẽ pœnas illas cõparamus: quid simile ferro interimim, & à feris trucidari atque; lanari: Quãdo quidẽ iudices publicis legibus seruientes maioris criminis reos bestiis tradi quã gladio percuti iubet. hæc Aug. Tunc apostolus ad petitionẽ regis sponsum & sponsam benedixit. Da inquis domine adolescentibus his benedictionẽ dexteræ tuæ, & in eorum mētibus semina vitæ. Ab eũ autẽ apostolo in manu iuuenis est reperit plenũ dactilis palmæ ramus. Comedentibus verò sponso & spõsa de fructibus eius ambo obdormiunt: & somnium simile ambo cernunt. Videbatur etenim eis, quod rex gemmatum eos amplecteretur, & diceret. Apostolus me benedixit vos, vt æternæ vitæ participes sitis. Euigilatis autẽ & mutuo sibi somnia reuelatis: apostolus ad eos ingreditur dicens. Rex modò meus vobis apparuit, & me clausis inuis huc adduxit: vt super vos benedictio mea fructificet. Habeatis carnis integritatẽ, quæ est omniũ regina virtutum, & fructus salutis perpetuæ. Virginitas soror est angelorũ: possessio omniũ bonorũ: victoria libidinis: fidei trophæi, expugnationẽ demonũ: & æternorũ se curitas gaudiorũ. De libidine autẽ corruptio gignitur: de corruptiõẽ pollutio nascitur: de pollutione reatu oritur: de reatu cõfusio generatur. Hęc illo referẽte duo angeli apparuerunt dicentes ei. Nos sumus angeli vobis ad custodiam deputati: qui si apostoli bene seruaueritis monita: offeremus Deo omnia vota vestra. Eos igitur apostolus baptizauit: & de fide diligenter edocuit. Post multum verò temporis sponsa nomine Pelagia sacro velamine cõsecrata martyriũ patitur: & sponsus nomine Dionysius illi ciuitati in episcopũ ordinatur. C. Post hoc autẽ apostolus & Abanes ad regẽ Indię peruenerunt. Destinato verò ab apostolo mirabili palatio & copioso thesauro accepto. rex in aliã prouinciã proficiscitur: & apostolus vniuersum thesaurum pauperibus elargitur. Per totum autem biennium, quo abfuit rex apostolus prædicationi institit: & innumerabilem populum ad fidem cõuertit. Rediit autem rex, & quia Thomas fecerat dicens ipsum Abane in ima retrusit carceris: & post modum viuos excoxiatos vlticibus daret flammis. Interea Gad frater regis moritur: & ei sepulchrum cum ambitione ni-

miã preparatur. Quarta autẽ die, qui mortuus fuerat, resurrexit: & stupefactis omnibus cunctisque; fugientibus dixit fratri suo. Hic homo frater quã excoxiare & incendere disponebas amicus Dei est: & omnes angeli famulentur ei: qui me in paradysum ducentes quodã mihi ostenderit palatiũ ex auro & argento lapidibus præciosis mirabiliter fabricatum. Et cũ eius pulchritudinem admirarer, dixerunt mihi. Hoc est palatiũ, quod Thomas fratri tuo extruxerat. Cũque; dicerem, vt inamianitor eius essem. dixerunt mihi. Frater tuus se illo fecit indignũ. Si vis in illo manere rogabimus dominũ vt te suscitare dignetur vt illud à fratre tuo possitis emere: reddes ei pecuniã, quã se existimat perdidisse. Et hæc dicens cucurrit ad carcerem apostoli fratri suo, postulatũ indulgeri. Abiecitque; vinculis rogare apostolum cõcepit, vt vestẽ acciperet præciosã. Cui apostolus Ignorans quod nihil carnale nihil terrenũ gestiũt, qui cupiunt habere in caelestibus potestatem. Aegrediente autem apostolo de carcere rex occurrit ei, & aduolutus eius pedibus veniam postulat. Tunc apostolus ait. Multum vobis præstitit Deus, vt secreta sua vobis ostenderet. Credite in Christũ & baptizamini, vt æterni regni participes sitis. Dixit ei frater regis. Vidi palatium, quod fratri meo fecisti: & illud cõparare merui. Cui apostolus. Hoc in potestate fratris tui est. Cui rex. Illud erit meum, apostolus fabricet tibi aliud: quod si forte nequie rit mihi & tibi vnũ hoc cõmune erit. respondit apostolus. Innumerabilia palatia sunt in celo ab initio seculi preparata: quæ fidei precibus siue precio & eleemosinis cõparantur. Diuitiæ autẽ vestræ ad illa vos antecedere possunt: sequi verò omninõ nõ possunt. D. Post vnũ autem mensem fecit apostolus pauperes omnes illius prouinciæ cõgregari. Quibus congregatis debiles & infirmos seorsum stare iussit, & super eos orauit. Cũque; qui docti respõdissent, amẽ: coruscatione de loco veniens tam apostolũ quã ceteros ferẽ per horã dimidiam sic prostrauit vt omnes se putarẽt ictu fulguris interiisse. Erigens se autẽ apostolus dixit. Surgite quia dominus meus sicut fulgur venit vosque; sanauit. Exurgentes autẽ omnes sani dominũ & apostolum glorificauerunt. Tunc apostolus cepit eos docere, & duodecim gradus virtutũ assignare. Primus vt in Deũ crederent qui est vnus in essentia & trinus in personis. Deditque; eis triplex exemplum sensibile, quõ sint in vna essentia tres persone. Primum est: quia vna est in homine sapientia, & de illa vna procedit intellectus, memoria & ingenium. Nam ingenium inquit est vt quod non didicisti inuenias. Memoria vt nõ obliuiscaris, quæ didicisti. Intellectus vt intelligas, quæ ostendi possunt vel doceri. Secundum quod in vna vinea tria sunt, scilicet signa folia & fructus, & hæc tria vnum sunt, & vna vinea sunt. Tertium est, quia caput vnũ quatuor sensibus cõstat: in vno em capite sunt visus, gustus, auditus & odoratus: & hæc plura sunt & vnũ caput sunt. Secundus gradus est vt baptisimũ suscipiant, Tertius est vt se à fornicatione continent. Quartus vt se ab auaricia temperent. Quintus vt gulam restringerent. Sextus vt penitentiam tenerent. Septimus vt in his perseuerarent. Octauus vt hospitalitatem amarent. Nonus vt voluntatem Dei in faciendis quærerent: & eam opere complerent. Decimus vt eã in non faciendis quærerent: & eã opere vitarent. Vndecimus vt caritatem amicis &

inimicis impenderent. Duodecimus vt in custodiendis his vigilem curã haberent: post prædicationem verò baptizati sunt nouem milia virorum, exceptis paruulis & mulieribus. E. Post hæc autem in superiore india abiit: in qua innumeris miraculorum insignijs coruscavit. Sinthicem etiam amicam migdomiæ vxoris carisij cognati regis apostolus illuminauit. Dixitque; migdomia ad sinthicẽ. Putas si potero eum videre. Tunc migdomia de consilio eius habitũ mutauit: & inter pauperes mulieres vbi apostolus prædicabat aduenit. Apostolus autẽ cepit de vitæ huius miseria prædicare dicens inter cetera. Quoniam vita hæc, est vita misera: casibus subiecta & a Deo fugitiua: vt cũ teneri creditur effugiat labefacta. Deinde cepit quatuor rationibus exhortare vt verbum dei libenter audiret: ipsum verbum Dei quatuor rerum generibus cõparãdo, scilicet collirio, ex eo quod oculum nostri intellectus illuminat. Potioni, ex eo, quod nostrum affectum ab omni carnali amore purgat & mundat. Emplastro, ex eo quod peccatorum nostrorũ vulnera sanat. Cibo, ex eo quod nos caelestium amore delectat, & sicut inquit, hæc egroroto non valent, nisi ea in se receperit: sic nec animo languenti verbum Dei prodest, nisi illud cũ deuotione audierit. Prædicante igitur apostolo migdomia. creditur: & deinceps viri thorõ aborruit. Tunc Carisius à rege impetravit: & apostolum in carcere posuit, ad quẽ veniens migdomia rogauit vt sibi ignosceret quod propter eam in carcere missus esset. Quã illud benignè cõsolã hæc oĩa se libetẽ pati asseruit. Carisius autẽ regẽ rogauit vt reginã sororẽ vxoris sue ad eam mitteret si forte eam reuocare posset. Missa regina cõuertitur ab ea quã volebat prætertere: visisque; tot miraculis quæ apostolus faciebat dixit. Maledicti sunt à Deo, qui non tot signis credunt & operibus. Tunc apostolus omnes, qui aderant de tribus, breuiter instruxit scilicet vt ecclesiam diligenter, sacerdotẽ honoraret assiduè ad audiendum verbum Dei cõuenirent. Reuertente autem regina dixit ei rex. Vt quid tandiu morata es? Quæ respondit. Putabam migdomiã stultã esse: sed sapientissima est: & me ad apostolum Dei ducẽs vitã veritatis me cognoscere fecit: & nimis stulti sunt, qui in Christũ nõ credunt. Noluit quoque; regina regi deinceps copulari. Stupefactus autem rex dixit cognato suo. Dum vxorem tuã recuperare vellẽ, meam perdidisti: & peior mihi mea effecta est quã tua tibi. F. Tunc rex iussit apostolum ligatis manibus ad se adduci præcipiens ei vt ad suos viros cõiuges reuocaret. Apostolus autem triplici exẽplo ostendit quãdiu in errore persisterent hoc facere non deberẽt: videlicet exemplo regis, exemplo turris, & exemplo fontis. Vnde dicit. Tu cũ sis rex nõ vis habere coinquinata seruitia: sed mudos seruos pariter & ancillas. Quantomagis credere debes Deum amare castissimã & munda seruitia. Quid ergo culpor si amare Deũ prædico in seruis suis, quod diligis & in tuis. Fabricauit turrim ex cellam & dicit mihi vt ego qui fabricauit eam destruaem. Fodi terram profundam & eduxi fontem de abyssõ, & dicit mihi vt abstruaem illum. Tunc iratus rex asseri iussit ardẽtes laminas ferreas: & apostolum stare nudis pedibus super eas, protinus autem nutu Dei fons ibi erupit, & eas extinxit. Tunc rex consilio cognati sui eum in fornacem ardentẽ mitti fecit. Quæ tamen sic refrigerata est: vt die altera fa-

nus inde exiret & illufus. Dixitq; regi Carifis: Fac illum offerre facrificium Deo folis: vt fic Dei fui iram incurrat, qui ab his eum liberat. Cùmq; ad hæc vrgeretur, dixit regi. Præftantior es tu, quod factu: tua: ex quo tu modo verum Deum negligis & picturam colis: tu putas quod sicut dicit Carifus Deus meus mihi irascetur postquam adorauero Deum tuum: magis autem irascetur de tuo, eumq; comminuet. Adora igitur eum. Si ergo me adorant Deum tuum Deus meus non euerter illum, sacrificabo illi. Si autem sic, tu credes Deo meo. Cui rex adhuc mecum de pari loqueris: Præcipit igitur apostolus hæbraicè dæmoni, qui in eo erat: vt quàm citò coram idolo genua flecteret, & statim idolom comminueret. Flectens igitur apostolus genua, dicit. Ecce adoro. sed non idolum. Ecce adoro, sed non metallum. Ecce adoro, sed non simulacrum. Adoro autem dominum Iesum Christum, in cuius nomine præcipio tibi dæmon, qui in eo latitas: vt simulacrum istud comminuas. Statimq; sicut cera liquefactum est. Tunc omnes sacerdotes mugitum dederunt. Pontifex autem templi eleuans gladium apostolum transuerberauit, dicens. Ego vindicabo iniurias Dei mei. Rex autem & Carifus aufugerunt videntes, quod populus vellet apostolum vindicare, & pontificem viuum incendere. Christiani autem corpus apostoli tulerunt & honorificè sepelierunt. Post lōgum tempus, scilicet circa annos domini. cc. & xxx. corpus apostoli in Ediffem ciuitatem, quæ olim dicebatur reges medorum, traslatum est: Alexandro imperatore ad Syriorum preces hoc faciente. In illa autem ciuitate nullus hæreticus: nullus Iudæus: nullus paganus potest viuere, nec tyrannus aliqui ibi nocere, postquam Abagarus rex illius ciuitati. epistolam manus saluatoris scriptam accipere meruit. Nam si quando gens aliqua contra ciuitatem illam insurrexit: infans baptizatus super portam stans epistolam illam legit: & ea die tam saluatoris scriptis, quàm apostoli Thomæ meritishostes aufugiunt, aut pacantur. Isido. in libr. de vita & obitu sanctorum sic de apostolo dicit. Thomas discipulus Christi ac similis saluatori audiendo incredulus, videndo fidelis fuit. Hic euangelium prædicauit Parthis, Medis, Persis, Hircanis & Brachianis. Et intrans orientalem plagam & interna gentium penetrans: ibi prædicationem suam vsq; ad titulum suæ passionis perduxit: hic lanceis transfixus occubuit: hæc Isidorus. Chrysofo. quoq; ait, quod dum Thomas ad regionem magorum, quæ ad Christum adorandum venerant: deuenisset, eos baptizauit: & facti sunt adiutores fidei christianæ.

¶ De festiuitatibus que eueniunt intra tempus, quod partim continetur sub tempore reconciliationis, & partim sub tempore peregrinationis.

DICTO de festiuitatibus que occurrunt intra tempus renouationis, quod incipit à Moyse & prophetis, & durauit vsq; ad aduentum Christi in carnem, quod tempus repræsentat ecclesia ab aduentu vsq; ad natiuitatem domini inclusiuè. Sequitur de festiuitatibus, que eueniunt intra tempus, quod partim continetur sub tempore reconciliationis, partim peregrinationis: quod tempus repræsentat ecclesia à natiuitate vsq;

ad septuagesimam, sicut supra in prologo dictum est.

¶ De natiuitate domini nostri Iesu Christi secundum carnem.

LEGENDA. 6. A.



NATIVITAS domini nostri Iesu Christi secundum carnem, vt quidam aiunt, completis ab Adam quinq; milibus ducentis. xxviii. annis: vel secundum alios sex milibus, vel secundum Eusebiū Cæsariensem in chronicis suis quinq; milibus. cxcix. tempore Octauiani imperatoris facta est. Computatio autem sex milium annorum inuenta fuit à Methodio potius mysticè quàm chronicè. Veniente autem ipso filio Dei in carnem tanta pace vniuersus mundus gaudebat, vt toti orbi vnicus Romanorum imperator pacificè præsideret. Hic dictus est Octavianus à prima impositione Cæsaris à Iulio Cæsare, cuius fuit nepos Augustus ab augmento reipublice. Imperatoris dignitatis honore, qui ad differentiam aliorum regum fuit primo hoc nomine insignitus. Nam sicut nasci voluit: vt nobis pacem pectoris vel temporis, & pacem æternitatis retribueret: sic voluit: vt nihilominus ortum suum pax temporis illustraret. Cæsaris igitur Augustus vniuerso præsidens orbi, scire voluit quot prouinciæ, quot ciuitates, quot castra, quot villæ, quot homines in toto orbe essent: iussitq; vt dicitur in historia scholastica, vt omnes homines ad suam ciuitatem, vnde trahebant originem, pergerent: qui & qualibet denarium argenteum, qui valebat decem numos vsuales: vnde & denarius dicebatur præsidii prouinciæ tradens se subditum Romano imperio profiteretur. Nam & nummus imaginem præferebat Cæsaris & superscriptionem nominis. Dicebatur autem professio & descriptio: sed diuersa consideratione. Professio enim dicebatur: quia quilibet, quando reddebat præsidii prouinciæ censu caput, id est denarium illum, qui sic vocabatur, ponebat super caput suum: & proprio ore profitebatur se esse subditum Romano imperio: vnde dicebatur professio, id est proprio ore factio: & fiebat hoc coram omni populo. Descriptio autem dicebatur: quia numerus eorum, qui censum capitis ferebant, certo determinabatur numero, & redigebatur in scriptis. Hæc autem descriptio prima facta est à præside Syriæ Cirino. Prima dicitur vt in eadem historia scholastica habetur, quantum ad Cirinum: quia enim Iudæa in vmbilico terræ nostræ habitabilis esse dicitur: prouisum est, vt in ea inchoaretur: & dein de circumstantes regiones & alij præsidis prosequerentur. Vel prima dicitur vniuersalis: quia alia præcesserunt particulares. Vel forte prima capitum in ciuitate fiebat à præside, Secunda ciuitatum in regione à legato Cæsaris. Tertia regionum in orbe coram Cæsare. Ioseph autem cum esset de genere Dauid à nazareth: in Bethlæem profectus est. Cùm autem beata Mariæ tempus pariendi instaret, & ipse de suo reditu nesciret: eam secum assumpsit, & in Bethlæem secum duxit: nolens thesaurum sibi à Deo commissum in aliena manu dimittere: sed ipse per se voluit illum cura peruigili custodire. Cùm ergo Bethlæem appropinquasset, vt frater Bartholomæus in sua compilatione testatur, & de libro infantie saluatoris est sumptum, Vidit beata virgo partem populi gaudentis & partem

gementem. Quod sibi angelus exponens ait. Pars populi gaudens est populus gentilis, qui in semine Abraham æternam benedictionem accipit. Pars autem gemens, est plebs Iudaica à Deo suis meritis reprobata. Cùm igitur ambo Bethlæem venissent, & quia pauperes erant, & quia omnia hospitia alij, qui propter hoc ipsum venerant, occupauerant: nullum hospitium habere potuerunt: diuerterunt in communi transitu, que vt dicitur in historia scholastica, erat inter duos domos operimentum habens, qui diuerforium dicitur sub quo ciues ad colloquendum vel ad conuiuendum in diebus ocij vel aeris intemperie diuertebant: vbi fortè Ioseph præsepe boui & asino fecerat. Vel secundum quosdam, rustici cum ad forum veniebant, animalia sua ibidem ligabant. Et idè præsepe ibi constructum erat. Ipsa igitur media nocte diei dominicæ beata virgo filium suum peperit: & in præsepio super fœnum reclinauit: quod fœnum, vt habetur in historia scholastica beata Helena post modum Romam detulit. A cuius fœni cômestione bos & asinus, vt dicitur, abstinebant. B. ¶ Notandum autem quod natiuitas Christi mirabiliter fuit facta: multipliciter ostensa, & vtiliter exhibitæ. Fuit autem mirabiliter facta: tum ex parte generantis: tum ex parte geniti: tum ex parte modi generandi. Ex parte generantis: quia ipsa fuit virgo ante partum, & virgo post partum. Et hoc, scilicet quod virgo manens peperit quinque modis ostensum est. Primo per prophetam Esaia: septimo. Ecce virgo concipiet & pariet filium. Secundo post figuram. Hoc enim figuratum fuit per virgam Aaron, que sine omni humano studio floruit: & per portam Ezechielis que semper clausa permanfit. Tertio per custodiam. Ioseph enim ex eo, quod ipsam custodiuit, testis suæ virginitatis extitit. Quarto per figuram. Cuiusdam figuræ, quæ in libro Iudicum legitur, quæ figuratam habet virginem, quæ sine omni humano studio floruit: & per portam Ezechielis, quæ semper clausa permanfit. Quinto per miraculi euidenciam. Romæ enim vt testatur Innocentius papa in duodecim annis pax fuit. Igitur Romani templum pacis pulcherrimum construxerunt: & ibi statuam Romuli posuerunt. Consulentes autem Apollinem quantum duraret: acceperunt responsum, quousq; virgo pareret. Hoc autem audientes dixerunt. Ergo in æternum durabit. Impossibile enim credebant, quod vnquam pareret virgo. Vnde in foribus templi hunc titulum scripserunt. Templum pacis æternum. Sed in ipsa nocte, qua virgo peperit, templum funditus corruit. Et ibi est modo ecclesia sanctæ Mariæ nouæ. Secundo fuit mirabiliter facta ex parte geniti. Nam sicut dicit Bern. in eadè persona æternum, antiquum, & nouum mirabiliter cõueniunt. Aeternum. i. diuinitas. antiquum. i. caro ab Adam traducta. nouum. i. anima de nouo creata, Iesum sicut idem dicit hodie tres mixturas, vel tria

opera fecit Deo: ita mirabiliter singularia vt talia nec facta sunt nec amplius faciendæ sunt: coniuncta quippe facta adinuicè Deo & homo, mater & virgo, fides & cor humanum. Prima mixtura valde mirabilis: quia coniuncta sunt limus & Deus, maestas & infirmitas, tanta vilitas & tanta sublimitas. Nihil enim Deo sublimius: & nihil limo vilius. Secunda nihilominus valde mirabilis. A seculo enim non est auditum quod virgo esset quæ peperit, & quod mater esset, quæ virgo permanfit. Tertia est prima & secunda ab inferiore: sed non minus fortis. Mirum est enim quomodo cor humanum fidem his duobus accommodauit, quomodo credi potuit, quod Deo homo esset, & quod virgo permanferit, quæ peperisset. Hæc Bernar. Tertio fuit mirabiliter facta ex parte modi generandi. Eius enim partus fuit supra naturam: ex eo quod virgo concepit: supra rationem: ex eo quod Deum genuit supra naturam humanam conditionem: ex eo quod sine dolore peperit supra consuetudinem: ex eo quod de Spiritu sancto concepit. Non enim genuit virgo ex humano semine: sed ex mystico spiramine. Nam Spiritu sanctus de castissimis & purissimis sanguinibus virginis accepit: & inde corpus illud formauit: & sic quantum modum mirabilem faciendi hominem Deus ostendit: Deus potest quatuor modis hominem facere, scilicet sine homine & fœmina sicut fecit Adâ. De homine sine fœmina, sicut fecit Euam. De homine & fœmina: sicut communis probat vsus. De fœmina sine viro: sicut hodie mirabiliter factum est. C.

¶ Secundo eius natiuitas fuit multipliciter ostensa. Ostensa enim est per omnes gradus creaturarum. Est enim quedam creatura qua tantum habet esse: sicut pure corporea: vt lapides. Quædam quæ habet esse & viuere: sicut vegetabilia: vt arbores. Quædam quæ esse viuere & sentire: sicut sunt animalia bruta. Quædam quæ habet esse viuere sentire & discernere, sicut homo. Quædam quæ habet esse, viuere, sentire, discernere & intelligere: sicut angelus. Per has omnes creaturas hodie Christi natiuitas est ostensa. Prima autem creatura scilicet pure corporea triplex est, scilicet opaca, transparentis siue peruia & lucida. Prima ergo ostensa est per pure corpoream opacam sicut per destructionem templi Romanorum, vt supradictum est: & per ruinam statuæ Romuli Dei Romanorum, quæ tunc cecidit & comminuta est: & per ruinam etiam aliarum statuarum quæ tunc in alijs locis plurimis ceciderunt. Legitur enim in historia scholastica, quod Hieremias propheta in Aegyptum descendens post mortem Godoliæ Aregibus egypti signum dedi, quod eorum idola corruerent, cum virgo filium parturiret. Quapropter sacerdotes idolorum imaginem virginis puerum in gremio baiulantis secreto loco templi statuerunt: & eam ibi adorabant. Sed à Perolomeo rege postea interrogati, quid hoc sibi vellent, dixerunt paternæ traditionis hoc esse mysterium, quod à sancto viro & propheta eorum maiores acceperant: & sic in regem venturum credebant. Secundo per pure corpoream transparentem & peruiam. Nam ipsa nocte natiuitatis dominicæ obscuritas noctis in claritatem diei versa est. Romæ etiam vt testatur Orosius & Innocentius papa tertius. Fons aquæ in liquorem olei versus est: &

eripens vsq; in Tyberim profluxit, & tota die illa largissime emanauit. In quo loco modo est ecclesia sanctæ Mariæ trans Tyberim. Prophetauerat enim Sibylla, quod quando eruperet fons olei, nasceretur saluator. Tertio per puræ corporeâ lucidâ: sicut p corpora supercaelestia. Nam in ipsa die natiuitatis secundum aliquorum relatione: ut ait Chryso. Magis super quendam montem orantibus stella quedam iuxta eos apparuit, quæ formâ pueri pulcherrimi habebat, & in eius capite crux splendebat. Quæ magos alloquens dixit, ut in Iudæam pergeret, & ibi natum puerum inueniret. In ipsa etiam die tres soles in oriente apparuerunt, qui paulatim in unum corpus sola re redacti sunt. Per quod signabatur, quod trini & unius Dei nati etiam toti orbi imminerebat. Vel quod natus erat ille in quo tria scilicet anima caro, & deitas in vnam personam conuenerant. In historia tamen scholastica dicitur, quod non ipsa die natiuitatis tres soles apparuerunt sed ante per aliquod tempus. scilicet post mortem Iulij Cæsaris, quod etiam Eusebius in chronica asserit. Octauianus insuper imperator: ut ait Innoc. papa. iij. vnuerfo orbe dictioni Romanæ subiugato intantum senatui placuit: ut eum pro Deo colere vellent. Prudens autem imperator mortalem se intelligens immortalitati nomen sibi noluit usurpare. Ad illorum verò importunam instantiam Sibyllâ prophetissam aduocauit, scire volens per eius oracula si in mundo maior eo aliquando nasceretur. Cum ergo in die natiuitatis domini consiliu super hac re conuocasset & Sibylla sola in camera imperatoris oraculis insisteret in die in medio circuli aureus apparuit circa solē, & in medio circuli virgo pulcherrima stans super aram puerum gestans in gremio. Tunc Sibylla hoc Cæsari ostendit. Cum autem imperator ad predictam visionem plurimum admiraretur, audiuit vocem dicentē sibi. Hæc est ara Dei cæli. Dixitque ei Sibylla. Hic puer maior te est, & ideo ipsum adora. Eadem autem camera in honore sanctæ Mariæ dedicata est: vnde vsq; hodie dicitur sancta Maria ara cæli, intelligens enim imperator quod hic puer maior se erat, ei thura optulit: & Deus de cætero vocari recusauit. De hoc autem Orosius ita dicit Octauiani tempore hora circiter tertia cælo repente liquido ac puero & sereno circulus ad speciem caelestis arcus orbis solis ambiuit quasi venturus esset, qui ipsum solem solū mundumque totum & fecisset & regeret. Hæc Orosius. Idem ait Eutropius. Refert quoque Timotheus historiographus se in antiquis Romanorum historiis inuenisse quod Octauianus. xxxv. regni sui anno capitulum ascendit: & quis post se rempublicam gubernaret à dijs sollicitè requisit. Et audiuit vocem sibi dicentem. Puer æthereus ex Deo viuent sine tempore genitus non multum post ex intermerata virgine Deus homo sine macula nasciturus: hoc audito ibi aram edificauit, cui hunc titulum inscripsit. Hæc est ara filij Dei viuentis. Secundò ostensa est natiuitas & manifestata per creaturâ, quæ habet esse & viuere, sicut sunt plâtes & arbores. In hac enim nocte ut Bartholomeus in sua compilatione testatur vince engaddi quæ perferunt balsamum floruerunt: fructum protulerunt: & liquorem dederunt. Tertio per creaturam, quæ habet esse viuere & sentire, sicut sunt animalia. Proficiens enim Ioseph in bethleem cum maria prægnante ducit secum bouem forte ut ipsum venderet: & censum pro se & pro virgine solue-

ret: & de residuo viuerant: & vnum asinum forte ut virgo super eum veheretur. Bos igitur & asinus miraculosè dominum cognoscentes flexis genibus ipsum adorauerunt. Ante etiam christi natiuitatem per aliquot dies, ut ait Eusebius in chronica, cum quidam ararent boues ad aratores dixerunt. Homines deficient, segetes proficient. Quarto per creaturam, quæ habet esse viuere, sentire & discernere: ut est homo sicut per pastores. Nam ipsa hora pastores super gregem suum vigilabant, sicut bis in anno in longioribus & breuioribus noctibus anni consueuerat: mox enim finit antiqui gentibus in vtroque solstitio: scilicet æstiuâ circa festum sancti Ioannis baptiste, & hyemali circa natiuitatem domini vigilias noctis custodire ob solis venerationem. Qui fortè mos etiam apud Iudeos ex vsu cohabitantium inoleuerat. Ipsi igitur angelus domini apprensus: & saluatorem natum nunciavit, & quomodo inueniretur, signum dedit. Facta quoque est cum angelo multitudo angelorum dicentium, Gloria in excelsis Deo & c. Pastores ergo venientes totum sicut angelus dixerat, inueniunt. Sic iterum manifestata est per Cæsarem augustum, qui tunc præceptum dedit, ne eum aliquis dominum vocare auderet, sicut Orosius testatur. Fortè enim cum visionem illam circa solem vidisset: recolens simul de ruina templi & de fonte oleis & intelligens quod in mundo natus esset, qui maior se erat, nec Deus nec dominus vocari voluit. In quibusdam quoque chronicis legitur, & appropinquante die natiuitatis domini Octauianus per mundum vias publicas fieri præcepit: & omnia debita Romanis dimisit. Sic etiam manifestata est per Iodonitas, qui omnes in toto mundo in illa nocte extincti sunt. Sicut dicit Hieronimus super illud. lux orta est eis: tãta scilicet quæ omnes laborantes in illo vitio extinxit. Et hoc fecit Christus vocans eos ad uitam: ut dicitur in euangelio. Nam vultus tunc de cætero quædam inueniunt. Nam vultus cæli Augu. videns Deum viuentem contra naturam humana naturâ fieri: foris desijt incarnari. Quinque præcurantur, quæ habet septem viuere, discernere & intelligere. Sic ut angeli in vniuersis partibus mundi præcursoribus annuntiauerunt: ut superius dictum est. De hoc Tostius dicit natiuitas nobis est vtiliter edocenda. Primum ad demerendum confusionem. Nam hostis iam nobis vniuersis præualere non potest. Vnde dicitur quod sanctus Hugo abbas Cluniacensis in vigilia natiuitatis domini, vidit beatam virginem in vniuersis partibus filium dicentē. Adest dies in qua prophetarum oracula renouantur. Vbi nunc est hostis qui ante hunc diem hominibus præualebat. Ad hanc vocem diabolus de humo prorupit: ut verbis domini insultaret: sed mentita est iniquitas sibi, quoniam dum officinas fratrum circumiret ipsum ab oratorio deuotio: à refectorio lectio: à dormitorio stramenta vilia: à capitulo patientia reiecit. In libro quoque Petri Cluniacensis legitur quod in vigilia natiuitatis domini sancto Hugoni abba. Cuniam apparuit beata virgo filium in gremio tenens, & cum eo ludens, qui dicebat. Nosti mater quod diem natiuitatis mee ecclesia cum magno laudis tripudio celebrat. Et vbi est nunc diaboli virtus: vel quid dicere potest vel facere? Tunc diabolus videbatur quasi de humo surgere ac dicere. Et si ecclesiam vbi laudes tue sunt intrare non possum: sed tamen capitulum dormito-

rium, & refectorium introibo. Quod ille attentans inuenit ostium capituli nimis artum sibi grosso: dormitorij nimis depressum sibi elato: ostium refectorij nimis repagulatim impediens charitatis. scilicet seruientium auuiditate audiendi lectiones & sobrietate cibi, & potus, & sic confusus euauit. Secundò, ad venie impetrationem. Vnde legitur, in quodam libro exemplorum, quod cum quædam mulier lubrica ad cor tandem redijisset, de venia desperabat. Nam cogitans de iudicio, reputabat se esse ream: de inferno, reputabat se esse cruciandam: cogitans de paradiso, reputabat se esse immundam: de passione, reputabat se esse ingrata: cogitans verò de pueri infantia, & quod pueri de facili placantur. Christum per suam infantiam adiurauit: & vocem de sua venia audire meruit. Tertio ad infirmitatis curationem. De hac natiuitatis utilitate dicit Bernardus. Triplici morbo laborabat genus humanum in principio, medio & fine. i. natiuitate, vita & morte. Natiuitas erat immunda: vita peruersa: mors periculosa. Venit Christus, & contra hunc triplicem morbum attulit triplex remediū. Natus, est vixit, & obiit. Eius natiuitas purgauit nostram: eius vita instruit nostram: mors illius destruxit nostram. Hæc Ber. Quarto ad superbiam humiliationem. Vnde dicit Augu. quod humilitas filij Dei, quam nobis in incarnatione exhibuit, fuit nobis in exemplum, sacramentum, & medicamentum. In exemplum conuenientissimum, quod homo imitaretur altum sacramentum, quo peccati nostri vinculum solueretur: & summum medicamentum, quo timor nostræ superbiam sanaretur. Hæc Augu. Superbia enim primi hominis sanata est per humilitatem Christi. Et notandum quod conuenienter humilitas saluatoris respondeat superbiam proditoris. Superbia enim primi hominis fuit contra Deum: vsq; ad Deum: & supra Deum. Fuit contra Deum: quia fuit contra eius præceptum, quo præceperat, ne de ligno scientiæ boni & mali comederet. Fuit etiam vsq; ad Deum: quia vsq; ad appetitum deitatis credens quod diabolus dixerat. Eritis sicut Dij. Fuit etiam supra Deum sicut dicit Anselmus volendo quod Deus illi velle nolebat. Tunc enim suam voluntatem posuit supra voluntatem Dei. At filius Dei secundum Ioannem Damascen. humiliavit se propter homines, non contra homines: vsq; ad homines: & supra homines propter homines: quia propter eorum vilitatē & salutē. vsq; ad homines, per nascendi modum consimilē. Supra homines, per nascendi modum dissimilē. Nam eius natiuitas secundum aliquid nobis similis fuit: quia scilicet natus est ex muliere, & per eam dem portâ propaginis: & secundum aliquid dissimilis: quia de Spiritu sancto ex maria virgine natus est.

De sancta Anastasia.



NASTASIA dicitur ab ana, quod est sursum: & stas quod est stans siue status, quia sursum stetit à vitijs ad virtutes.

LEGENDA. 7. A.



NASTASIA nobilissima Romanorum filia Prætaxati illustris: sed Pagani: à matre sua Fausta Christiana: & à beato Chrylogono fidem Christi edocuit. Tradita autem Publio in uxorem languorem si-

mulans, semper se ab eius consortio abstinebat. Qui audiens eam cum vna tantum ancilla in vili habitu Christianorum carceres circumire, & eis necessaria ministrare: fecit eam artissime custodire: ut etiam eidem alimoniam denegaret. Volebat autem sic perimere: ut posset in eius largissimis possessionibus lasciuire. Putans igitur se mori dolorosas literas Chrylogono mittebat: & ille consolatorias remittebat. Interea vir eius moritur: & illa à carceribus liberatur. Hæc habebat tres ancillas pulcherrimas, quæ sorores erant: quarum vna dicebatur Agapen: altera Chionia, & tertia Hyrenem. Quæ cum Christiane essent, & præfecti vrbis monitis nullatenus obedirent: in cubiculum eas recludit, vbi coquina vntissima seruabantur. Præfectus autem in earum ardēs amore ad eas iuit: ut suam libidinem exerceret. Qui in amentia versus putans se, tractare virgines cacabos, patellas, caldaria, & similia amplectens osculabatur: & cum ex hoc satiatu fuisset, foras exijt nigerrimus & deformis & vestimentis coccis. Quem serui qui eum præforibus expectabant, sic aptum videntes cogitantes quod in dæmonem versus esset, eum verberibus affecerunt: & fugientes solū reliquerunt. Cùmque imperatore adiret, ut de hoc conquere retur, alij virgis eum percutiebant: alij in faciem eius expuebant: alij lutū & puluerem in eum proiecebant: suspicantes quod in furiam versus esset. Oculi autem eius tenebantur, ne sic se deformem videret. Quapropter mirabatur plurimum: cur sic omnes eum deridebant, quæ in tanto honore habere consueuerat. Videbatur enim ei, quod ipse & omnes vestibus albis essent induti. Putans verò eum sic se deformem ab alijs didicisset, quod puella si per artē magicam hoc fecissent, iussit eas coram se expoliari: ut eas saltem nudas alpiceret. Sed statim earum vestimenta sic corporibus adhaeserunt: ut nullo modo exui valerent. Præfectus autem præ admiratione ita obdormiuit, stertēs quod etiam à pulsantibus non poterat excitari. Tandem virgines martyrio coronatur: & Anastasia ab imperatore cuidam præfecto traditur: ut sic eam sacrificare faceret: postmodum in uxorem eam haberet. Cùmque eam in talamum duxisset, & eam amplexari vellent: statim cæcus effectus est. Duos adiit quærens si euadere posset. Qui responderunt dicentes. Quia sanctam Anastasiam contraxisti nobis traditus es: & amodo semper nobiscum in inferno torqueris. Cùmque domū reduceretur, iuter manus puerorum vitam finiuit. Tunc Anastasia alij præfecto traditur: ut eam in custodia detineret. Audiens verò idē, quod infinitas possessiones haberet, priuatim dixit Anastasia si vis esse Christiana, fac quod præcepit Deus tuus. Ille enim præcepit, qui non renūciauerit omnibus quæ possidet & c. Omnia igitur quæ habes mihi da: & vade libera quo volueris: & vera Christiana eris. Cui illa respondit Deus meus præcepit: vnde omnia quæ habes, & da pauperibus, & non diuitibus. Cùm ergo diues sis, contra præceptum Dei facerē, si aliquid tibi daret. Tunc Anastasia dicitur carceri famæ crucianda traditur. Sed à sancta Theodora, quæ iam per martyriū coronata fuerat, per duos menses eam caelesti pascitur. Tandem eam ducentis virginibus ad insulas palmarum ducta est: vbi multi propter nomen Christi fuerant legati. Post aliquot verò dies præfectus omnes ad se vocauit: & Anastasiam ad palos ligatam ignibus con-

cremavit. Alios verò diuersis supplicijs interemit. Inter quos vnus erat, qui, pluries propter Christum multis diuitijs spoliatus, semper dicebat, Christum saltem mihi non auferetis. Apollonia autem corpus sanctæ Anastasiæ in viridario suo facta ibi ecclesia honorifice sepeliuit. Passa est autem sub Diocletiano circa annos Domini. cclxxvij.

De sancto Stephano. A.

STEPHANVS Græcè, Latine dicitur corona, sed Hebraice norma. Fuit enim corona. i. principium martyrum in nouo testamento: sicut Abel in veteri testamento. Fuit etiam norma. i. exemplar, & regula alijs patiendi pro Christo, siue bene agendi, & viuendi, vel pro inimicis orandi. Vel Stephanus dicitur, quasi strenue fans: quod patet in suo sermone & luculenta diuini verbi prædicatione. Vel dicitur Stephanus, quasi strenue fans & anus. i. strenue siue laudabiliter fans, i. instrues & regens: anus viduas quibus ab apostolis fuerat præfectus, quæ ad literam anus erat. Est ergo corona propter principium martyrij: norma propter exemplum patiendi, & bene viuendi: strenue fans propter luculentam prædicationem: & strenue fans anus propter viduarum laudabilem instructionem.

LEGENDA. B. B.

STEPHANVS fuit vnus ex septem diaconibus ab apostolis in ministeriũ ordinatus. Crescent enim numero discipulorum conuersi ex gentibus aduersus conuersos: & ex Iudæis murmurare cœperunt: ex eo quod viduæ eorum in ministerio quotidiano contemnebantur: huius autem murmuris causa dupliciter potest intelligi. Aut quia viduæ eorum in ministerio non admittebantur: aut quia præ cæteris in quotidiano ministerio grauebantur. Apostoli enim, vt expeditius prædicationi insisterent, viduis ministracionem commiserant. Videtes itaq; apostoli murmuracionem ortam pro aduiniustracione viduarum, volentes hoc murmur se dare, congregata omni multitudini dixerunt. Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Gloss. quia meliora sunt sercula mentis, quam dapes corporis. Considerate ergo fratres ex vobis viros boni testimonij septem, plenos Spiritu sancto & sapientia, quos constituamus super hoc opus. Gloss. vt ministrant, vel vt ministrantibus præsent. Nos verò orationi vel prædicationi instantes erimus. Et placuit sermo omni populo & multitudini. Et elegerunt septem: quorũ beatus Stephanus primus & primicerius extitit. Et adduxerunt eos ad apostolos: & imposuerunt super eos manus. Stephanus autem plenus gratia & fortitudine faciebat signa & prodigia magna in populo. Inuidentes igitur Iudæi, & eum superare, & cõuincere cupientes: triplici modo eum in pralio aggressi sunt. s. disputatione: testium productione. & tormentorum illatione. Sed tamen ipse disputantes superantes: testes falsos cõuincit: & de suis tortoribus triumphauit. Et in qua-

libet pugna adiutorium sibi de celo datum est. In prima enim ei datus est Spiritus sanctus, qui sapientiam ministraret. In secunda vultus angelicus, qui falsos testes terreret. Et in tertia visus est Christus adiuuare paratus, qui martyrem confortaret. In qualibet igitur pugna ponit historia tria. s. aggressum pralium: collatum adiutorium, & adeptum triumphum. Historiam igitur breuiter percurrentes hæc omnia videre poterimus. C. Cùm igitur beatus Stephanus multa signa faceret, & frequentius populo prædicaret: Iudæi sibi inuidentes primum pralium cõmiserunt: vt eum per disputationem vicerent. Surrexerunt enim quidam de synagoga, quæ appellabatur Libertinorum: a regione sic dictorum: vel Libertinorum. i. filiorum libertorum. Libertini enim dicuntur filij libertorum. i. eorum, qui de seruitute manu missi sunt, & libertati donati, & sic de stirpe seruili fuerunt, qui primo fidei resisterunt, & Sireneum a Sirenæ ciuitate: & Alexandrinorum: & eorum, qui erant a Cilicia, & Asia disputantes cùm Stephano. Ecce primum pralium: deinde subiungit triumphum. & non poterant resistere sapientia. Postremò ponit adiutorium. & spiritui qui loquebatur. Videntes igitur, quod per hunc modum pugnandi, cùm non possent superare, ad secundum modum callide se conuerterunt: vt scilicet eum falsis testibus superarent. Submiserunt enim duos falsos testes, qui eundem de quadruplici blasphemia accusarent. Adducunt itaq; eum in consiliũ suũ, falsi testes eum de quatuor accusabant. s. de blasphemia in Deum: in Moysen, in legem: & in tabernaculum siue templum. Ecce pralium. & intuentes eum omnes qui sedebant in consilio: viderunt faciem eius tanquam faciem angeli. Ecce auxilium. Deinde ponitur huius secundæ pugna: victoria: cum falsi testes de his omnibus confutantur. Dixit enim princeps sacerdotum, si hæc ita se habent. Tunc beatus Stephanus de illis quatuor, quæ sibi falsi testes imposuerunt, se per ordinem excusauit. Et primò excusauit se de blasphemia in Deum dicens. Deum, qui locutus fuit patribus & prophetis, Deum gloriosum fuisse, id est, datorem vel possessorem gloria: vel cui a creatura debetur gloria. Vbi Deum tripliciter commendauit, secunda quod hoc verbum tripliciter potest exponi. Est enim Deus gloria. i. collatiuus gloria. j. Regũ. ij. Qui honorificauerit me, glorificabo eũ: vel Deus gloria. i. contentiuus gloria. Prouerbi. viij. Mecum sunt diuitia & gloria vel gloria, id est Deus, cui a creatura debetur gloria. Thimo. j. Regi seculorum immortalis inuisibili soli Deo honor & gloria in secula seculorum Amen. Commendauit igitur Deum tripliciter. s. quod sit gloriosus glorificans & glorificandus. Dein de excusat se de secundâ blasphemia in Moysen, ipsum Moysen multipliciter commendando. Commendat enim eũ præcipue a tribus. s. a zeli seruore: quia percutientem Hæbræorum Aegyptiũ interfecit: a miraculorum operatione, quæ in Aegypto & in deserto fecit: & a Dei familiaritate: quia pluries cum Deo familiariter locutus fuit. Postmodum excusat se de tertiâ blasphemia, quæ erat in legem ipsam tripliciter commendando. s. ex ratione dantis, qui fuit Deus: ex ratione ministrantis, quæ fuit Moyses talis & tantus: & ex ratione finis: quia dat vitam æternam. Postremò cepit

se purgare de quarta blasphemia, quæ erat in tabernaculum & in templum, ipsum tabernaculum quadrupliciter commendando. s. quod fuit a Deo præceptum fieri, in visione ostensum, a Moyse consummatum, & arcæ testimonij contentum. Templum autem dixit tabernaculum successisse. Sic ergo beatus Stephanus de crimine sibi obiecto rationabiliter se purgauit. D.

Videntes igitur Iudæi, quod necisto secundo modo eum superare valerent, tertium modum assumunt, & tertiam pugnam ineunt: vt scilicet saltem tormētis & supplicijs eum superarent. Quod vt vidit beatus Stephanus volens præceptum dominicum de fraternâ correctione seruare, tribus modis eos conatus est corrigere: & a tanta malitia coercere: scilicet pudore, timore: & amore. Primò, pudore, eis duritiam cordis, & sanctorum necem improperando. Dura (inquit) ceruice, & in circuncisi cordibus & auribus vos semper Spiritu sancto resistitis, sicut & patres vestri, ita & vos. Quem enim prophetarum patres vestri non sunt persecuti: & occiderunt, eos qui pronuntiabant de aduentu iusti. Vbi sicut dixit gloss. tres gradus malitia eorum ponit. Primus est, quod Spiritu sancto resistunt. Secundus, quod prophetas persecuti sunt. Tertius, quod crescente malitia eos occiderunt. Sed quia frons mulieris meretricis facta erat eis, & nesciebant erubescere: nec sic a concepta malitia destiterunt: imò audientes hæc dissecabantur cordibus suis & stridebant dentibus in eum. Secundò, correxit eos timore per hoc, scilicet quod Iesum stantem a dextris Dei se videre perhibuit, quasi paratum se adiuuare, & aduersarios condemnare. Cùm enim esset beatus Stephanus plenus Spiritu sancto intuens in caelum vidit gloriam Dei & ait. Ecce video caelos apertos, & filium hominis stantem a dextris virtutis Dei. Licet igitur iam pudore & timore correxerit eos: non tamen adhuc destiterunt: sed deteriores quam prius fuerunt. Exclamantes enim voce magna contiguerunt aures suas. Gloss. ne blasphemantem audirent. Et impetum fecerunt vnanimiter in eum: & proijcientes eum extra ciuitatem lapidabant, in hoc secundum legem se agere arbitrantur, quæ blasphemum extra castra mandauerat lapidari. Et illi duo falsi testes, qui in eum primum lapidẽ mittere debebant secundum legem dicentem: prima manus testium lapidabit eum: deposuerunt vestimenta sua, ne illius tactu coinquinarentur: vel vt ad lapidandum expeditores redderentur, secus pedes adolescentis, qui vocabatur Saulus, & postea est vocatus Paulus. Qui dum lapidantium vestimenta custodiret: ex eo quod ad lapidandũ eos expeditores redderet, quasi manu omnium lapidauit. Cùm autem eos nec pudore nec timore a tanta posset nequitia retrahere. Tertium modum adhibuit, vt saltem eos amore coereret. An non eximius amor fuit, quem eis ostendit: quando pro se & pro ipsis orauit: Pro se quidem orauit, ne sua passio prolongaretur: & sic ipsi rei noxa maiori tenerentur. Pro ipsis autem orauit, ne eis hoc in peccatum imputaretur. Lapidabant inquit Stephanum inuocantem & dicentem. Domine Iesu accipe spiritum meum. Postitis autem genibus clamauit voce magna dicens, Dñe ne statuas illis hoc pec-

catum: quia nesciunt quid faciunt. Et vide amorem mirabilem: quia orando pro se, stetit: orando pro suis lapidatoribus, genua flexit: quasi plus orationem quam pro ipsis faciebat, quam illam, quam pro se effundebat cuperet exaudiri. Pro ipsis etiam potius, quam pro se genua flexit: quia vt dicit Gloss. ibidem: quorum maior iniquitas maius supplicandi remedium postulabat. In hoc etiam martyr Christi Christum imitatus est: qui in passione sua pro se orauit dicens, Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et pro suis crucifixoribus dicens. Pater ignosce illis &c. Et cum hoc dixisset, obdormiuit in domino. Gloss. Pulchrè dictum est obdormiuit, & non mortuus est: quia obtulit sacrificium dilectionis: & obdormiuit in spe resurrectionis. Facta est autem lapidatio Stephani eodem anno, quo dominus ascendit in proximo mense augusti tertia die intrante. Sanctus verò Gamaliel, & Nicodemus, quæ erant pro Christianis in omnibus consilijs Iudæorum, sepelierunt eum in agro ipsius Gamaliellus: & fecerunt planctum magnum super eum. Et facta est magna persecutio Christianorum, qui erant in Hierusalem: quia occiso beato Stephano vno de principibus, alios grauiter persequi cœperunt: intantum quod omnes Christiani præter apostolos, qui erant cæteris fortiores, per totam Iudæorum prouinciam dispersi sunt. iuxta quod dominus præceperat eis. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. E.

Refert sanctus Augustinus doctor egregius beatum Stephanũ innumeris miraculis claruissimè mortuos sex suis meritis fuscitasse: multosq; a varijs languoribus curasse. Præter hæc autem alia refert miracula dignè memoriæ commendanda. Ait enim, quod flores super altare beati Stephani ponebantur, & inde ablata super infirmos ponebantur, & mirabiliter curabantur. Panni etiam de eius altari sumpti, & super agros impositi: multis extiterunt infirmantibus in medelam. Nam sicut ait in libro vigesimo secundo, de ciuitate Dei. Flores ipsi de altari assumpti cuiusdam mulieris super oculos impositi sunt: & illa continuo lumen recepit. Refert quoq; in eodem libro, quod cum quidam vir primarius ciuitatis nomine Martialis infidelis esset, & nequaquam conuerti vellet: cùm tamen plurimum ægotaret, gener suus valde fidelis, ad ecclesiam sancti Stephani venit: & de ipsis floribus, qui super altare erant, accipiens ad caput fœceri flores ipsos latenter posuit. Super quos dum ille dormisset, protinus ante diluculum clamauit, vt episcopus accederetur. Cùm autem episcopus abesset, sacerdos ad eum venit: & ipsum eum se credere diceret, baptizauit. Hic quandiu vixit, hoc verbum semper in ore habuit. Christe accipe spiritum meum: cum tamen hæc beati Stephani vltima verba fuisse nesciret. Aliud similiter in eodem libro refert miraculum, quod quædam matrona nomine Petronia: cum diu in infirmitate grauissima torqueretur: & multa adhibes remedia, nullum sentiret liberationis vestigium: tandem quendam Iudæum conseruit, qui annulum quandam cum quodam lapide ei tribuit: vt ipso annulo cum chorda ad nudã corpore cingeretur: vt

ex virtute illius beneficium reciperet sanitatis. Sed dū hoc sibi nihil valere conficeret, ad ecclesiā protho martyris properauit: & pro salute sua instantius beatum Stephanum exorauit. Tunc subito insoluta chorde, & illaeso anulo remanente, anulus in terram profiliit: & continuo perfecte se sanatum sensit. F.

Aliud similiter in eodem non minus mirabile refert miraculū. Apud namq; Cæsareā Capadocia, quædam nobilis matrona erat viri quidem destituta sola: sed nobili vallata multitudine filiorum. Nam decem filios habuisse dicitur: quorum septem mares, & tres feminae fuisse perhibentur. Quadam igitur vice dum mater ab eis offenditur maledictionē suam filijs imprecatur. Subito autem maledictionem matris diuina vindicta subsequitur: & oēs pœna simili, & horribili feriuntur. Nam omnes tremore mēbrorū omnī horribiliter sunt percussī. Quapropter nimirum dolentes, & eorum ciuium oculos nō ferentes per totū orbem vagari cœperunt. & quocunq; ibant, omnī in se conuertebant aspectum. Ex his autem duo, frater & soror Paulus & Palladia Hyponam, venerunt: & ipsi Augustino ibidem episcopo quæ sibi cōtigerant narrauerunt. Cū ergo iam quindecim diebus ante pascha ecclesia beati Stephani frequentasset, & sanitatem ab ipso multis precibus postulasset: in ipso die pasche eū frequē populū præsens effecit: vñ ex eis scilicet Paulus repente cancellum introiuit, & ante altare cū multa fide & reuerentia se prostravit in oratione. Et cū astantes rei exitum expectarēt: subito surrexit sanus à tremore corporis deinceps alienus. Cū autem ad Augustinum fuisset adductus: ipse eum ad populum protulit, & sequenti die libellum de illius curatione eis recitandum promisit. Cū autem sic ad populum loqueretur: & soror illius ibidem omnibus membris tremens assisteret. Surgens illa ē medio beati Stephani cancellos intrauit: & statim velut obdormiens subito sana surrexit. Ipsa similiter in medium producit: & de vtriusq; sanitate Deo, & beato Stephano immonstrat gratiā referuntur. Orosius namq; & Hieronymo ad Augustinum rediens quasdam reliquias sancti Stephani detulit: ad quas prædicta, & plura alia miracula facta sunt. G. ¶ Notandū autem quod beatus Stephanus hac die passus non est, sed ea die, vt dicitur, qua eius inuentio cælebratur. Eius autem inuentio hac die dicitur extitisse: sed quare festa mutata sint dicitur, cū de inuentione ageretur. Ad præsens autem hoc dixisse sufficiat, quod duplici de causa ecclesia hæc tria festa quæ sequuntur natiuitatem domini sic voluit ordinare. Prima est, vt Christo sponso, vt capti omnes sui comites adiungantur. Natus enim Christus sponso ecclesiæ in hunc mundū tres sibi comites adiunxit: de quibus comitibus dicitur in canticis, Dilectus meus candidus, & rubicundus electus ex milibus. Candidus quo ad Ioannem euangelistam pretiosum confessorem. Rubicundus quantum ad Stephanū prothomartyrem: electus ex milibus quantum ad turbam innocentium virginale. Secūda ratio est: vt sic ecclesia omnium martyrum genera secundum gradus dignitatis in simul adunaret: quorum quidē martyrij Christi natiuitas causa fuit. Et enim triplex martyrium. Vnum voluntate & opere: secundum voluntate, & nō opere: tertium opere, sed non voluntate. Primum fuit

in beato Stephano: Secundū, in beato Ioanne: Tertium in Innocentibus.

¶ De sancto Ioanne apostolo, & euangelista. A.

IOANNE S interpretatur Dei gratia, vel in quo est gratia, vel cui donati est, vel cui donatio à Deo facta est. Per hoc enim intelliguntur quatuor priuilegia, quæ fuerunt in beato Ioanne. Primum est, præcipua Christi dilectio. Christus enim præ cæteris apostolis eum dilexit: & ei maiora dilectionis & familiaritatis signa ostendit. Et inde dicitur Dei gratia quasi Deo gratus: etiam plus Petro ipsum dilectum videtur: sed est dilectio animi & signi. Et illa quæ est signi, duplex est. vna quæ cōstitit in familiaritatis ostensione, & alia in beneficiorum exhibitione. Quātum ad primam vtrumq; æqualiter dilexit: quantum ad secundam plus Ioannem: quantum ad tertiam plus Petrum. Secundum est carnis incorruptio: quia virgo à domino est electus: & inde dicitur in quo est gratia. In ipso fuit gratia, pudicitiae virginalis. Vnde & de nuptijs volens nubere à domino vocatus fuit. Tertium est secretorū reuelatio: & inde dicitur cui donatum est. Eidē enim donatum est multa secreta, & profunda noscere: sicut de diuinitate verbi, & cōsummatione seculi. Quartū est matris Dei recommendatio: & inde dicitur cui donatio à Deo facta est. Maxima enim donatio à domino, tunc eidem facta est, quando mater Dei in eius custodia donata est. Eius vitā Milety Laodicea Episcopus scripsit: quā Isido. in libr. de ortu vita, & obitu sanctorum patrum abbreviauit.

LEGENDA 9 B.

IOANNES apostolus, & euangelista dilectus à domino, & virgo electus post Pethecostem diuifis apostolis in Asiam est profectus, vbi ecclesiā multas fundauit. Domicianus igitur imperator eius intelligens famam accersitum eum in dolium feruentis olei ante portam latinam mitti iussit. Illa autem inde exiit illaesus, sicut à corruptione carnis extiterat alienus. Videns igitur imperator, quod nec sic à prædicatione desisteret eum in parthos insulam in exilium relegauit: vbi solus degens apocalypsim scripsit. Eodem anno imperator propter sui nimiam crudelitatem occiditur: & à senatu quicquid fecerat reuocatur. Sicq; factum est, vt sanctus Ioannes qui cū nimia iniuria in insulam deportatus fuerat: cū honore Ephesum redire occurrente ei vniuersa turba & dicente. Benedictus qui venit in nomine domini. Cū autem ingrederetur urbem Drusiana eius dilectrix quæ suum plurimum desiderabat aduentum mortua efferebatur. Parentes igitur eius, & vidue, & orphani dixerūt ei. Sancte Ioannes ecce Drusianam efferrimus, quæ tuis semper monitis obsecundans nos omnes alabat, tuūq; desiderabat plurimum aduentum dicens. O si videam apostolum Dei antequam moriar. Ecce tu venisti, & te videre non potuit. Tunc iussit feretrum deponi, & corpus deponitur dicens. Dominus meus Iesus Christus suscitetur Drusiana. Surge & vade in domum tuam, & para mihi refectioē. Statim illa surrexit, & cepit ire sollicita de iussione apostoli, ita vt sibi videretur quod non de morte, sed de somno excitata

set eam. C. ¶ Altera autem die Chraton philosophus in foro populū conuocauit, vt ostenderet quomodo hic mundus contemnendus esset. Duos enim ditissimos iuuenes fratres præciosissimas gemmas distractos toto patrimonio emere fecerat: & eas in conspectu omnium confringi iusserat. Contigit igitur apostolum illum transire facere. Vocansq; ad se Philosophum huiusmodi mundi contemptum triplici ratione condemnauit. Primò quia ore hominum laudatur: sed diuino iudicio cōdemnatur. Secundò, quia ex tali contemptu vitium non curatur, & ideo vanus est sicut medicina vana dicitur ex qua morbus nequam curatur. Tertio, quia contemptus meritorius est, qui sua pauperibus elargitur: sicut dominus iuueni dixit. Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Cui Chraton dixit. Si verò Deus magister tuus est: & vult vt harum gemmarum precium pauperibus, erogetur: fac vt reintegrentur, vt ad eius facias gloriam, quod ego ad hominum feci famam. Tunc beatus Ioannes gemmarum fragmenta in manum suam recoiligēs orauit, & facta sunt integra sicut prius: statimq; Philosophus, & illi duo iuuenes crediderunt, & gemmas vedentes precium pauperibus erogarunt. D. ¶ Duo insuper iuuenes honorati horum exemplo venditis omnibus & pauperibus erogatis apostolum secuti sunt. Quadam autem die videntes seruos suos præciosos indumentis fulgentes, & in vili pallio se egentes contristari cœperunt: quod cū sanctus Ioannes aduertisset eò quod facie tristes essent virgas, & lapides à littore maris de ferri fecit, & eos in aurum, & gemmas conuertit. Qui iussu apostoli vniuersos aurifices, & gemmarios per septem dies quærentes reuersi sunt dicentes, quod illi nunquam tam purum aurum, & tam præciosas gemmas se vidisse testati sunt. Dixitq; eis. Ite, & redimite vobis terras quas vendidistis: quia cælorum præmia perdidistis. Estote floridi, vt marcescatis. Estote diuites temporaliter, vt in perpetuum mendicetis. Tunc apostolus cōtra diuitias diuitius cepit disputare ostēdens quod sex sunt quæ debent nos ab imoderato diuitiarum appetitu retrahere. Primum est scriptura: vn de recitauit historiam de diuite epulone quem dominus reprobauit: & de Lazaro paupere quem Dominus elegit. Secundum est natura: quia homo nudus sine diuitijs nascitur: & nudus sine diuitijs moritur. Tertium est creatura: quia sol, luna, sydera, & pluuia, & acer omnibus sunt communia, & communiter sua beneficia largiuntur: sic & inter homines omnia communia esse deberent. Quartum est fortuna: dixit enim quod diues seruus efficitur nummi, & diaboli. Nummi, quia non possidet diuitias, sed ipse à diuitijs possidet: diaboli, quia iuxta euangelium amator pecunie seruus est mammonæ. Quintum est cura: quia habent curam, & sollicitudinem diurnam, & nocturnam in acquirendo, & in custodiendo. Nam in acquirendo habent laborem: & in custodiendo timorem. Sextum est iactura: & ostendit quod diuitiæ sunt causa duplicis mali, scilicet mali in præsentem, quod est elatio, & mali in futuro, quod est æterna damnatio: & alterius quod est in perditione duplicis boni, scilicet boni, quod est gratia: & boni in futuro, quod est æterna gloria. E. ¶ Cū igitur sanctus Ioannes con-

tra diuitias taliter disputaret, ecce iuuenis quidam mortuus efferebatur, qui triginta dies habebat, quod vxorem acceperat. Veniens igitur mater vidua, & cæteri qui eum flebant ad pedes apostoli prociderunt rogantes, quod hunc quoq; sicut Drusianam in nomine domini suscitaret. Flente igitur apostolo diuitius, & orante continuo surrexit. Præcepitq; ei vt illis duobus discipulis enarraret quantā incurrisset pœnam, & quantam gloriam perdidissent. Qui multa de gloria paradisi, & de pœnis inferni, quas viderat enarrauit dicens. O miseri, vidi angelos vestros flentes, & demones garrulantes. Dixitq; eis quod perdidissent æterna palatia quæ sunt gemmis coruscantibus fabricata: claritatis mirabilis contentiuæ: copiosis epulis referta: delitijs plena: gaudijs gloriosa, & in perpetuum permanfura. De inferno autem octo pœnas dixit quæ his versibus continentur. Vermis, & tenebræ, flagellum, frigus, & ignis. Dæmonis aspectus scelerum confusio luctus. Tunc ille qui fuerat suscitatus, & illuduo discipuli ad pedes apostoli se prostermentes rogabāt, vt misericordiam consequeretur. Quibus apostolus ait. Triginta diebus pœnitentiam agite inter quos orate, vt virgæ, & lapides ad naturam pristinam reuertantur. Quod cū factum esset ait eis. Ite, & vnde tulistis virgas, & lapides deferatis. Quod cū fecissent, & virgæ, & lapides in sui natura reuersi fuisset omnium virtutum gratiā, quam prius habuerant receperunt. F. ¶ Cū autem beatus Ioannes per totam Asiam prædicasset: cultores idolorum seditionem in populo concitantes Ioannem ad templum Dianæ, & traherent cogentes eum sacrificium offerre. Quibus Ioannes hanc disunctionem proposuit, vt aut ipsi ad inuocationem Dianæ ecclesiam Christi euerteret: & ipse idolis sacrificaret: aut ipse ad inuocationem Christi templum Dianæ euerteret: & ipsi in Christum crederent. Huic ergo sententiæ cū maior pars populi consensisset exeuntibus cūctis de templo orauit apostolus, & funditus templum corruit. & Dianæ imago penitus comminuta est. Aristodemus autem pontifex idolorum in populo seditionem maximam concitauit ita vt vna pars contra aliam ad prælium pararetur. Cui apostolus. Quid tibi vis faciam, vt placaris: Cui ille. Si vis vt credam in Deum tuum dabo tibi venenum bibere: & si nullam in te læsionem intulerit: verus Deus dominus tuus apparebit. Cui apostolus. Fac, vt locutus es. Et ille. Volo, vt alios inde morientes videas, vt sic amplius pertimescas. Pergens igitur Aristodemus ad proconsulem duos viros decapitandos petijt: & eis coram omnibus venenum dedit: qui mox vt venenum biberunt spiritum exalarunt. Tunc apostolus calicem accipiens, & signo crucis se munies totum venenum bibit, & nullam læsionem incurrit: quapropter Deum omnes laudare cœperunt. Aristodemus autem dicit. Adhuc mihi inest dubietas: sed si veneno murtuos suscitaueris absq; dubio verè credam. Apostolus ei tusicam suam tribuit. Cui ille. Cur mihi tunicam tuam dedisti? Cui apostolus. Vt sic confusus à tua infidelitate discedas. Cui ille. Nunquid tunica tua credere me faciet. Er apostolus vade, & mitte eam super corpora defunctorum dicēs. Apostolus Christi me misti ad vos, vt in Christi nomine exurgatis: quod cū fecisset illico surrexerūt. Tunc

Apostolus pontificem, & proconsulem credentes cum omni parentela sua in Christi nomine baptizauit: qui in honorem beati Iohannis ecclesiam construxerunt.

G. Refert beatus Clemens sicut in quarto libro ecclesiasticae hystoriae inuenitur, quod quodam tempore apostolus quendam iuuenem pulchrum & ferocem conuertit, & eum cuidam Episcopo sub depositi nomine commendauit. Post aliquot autem tempus iuuenis dereliquit Episcopum, & factus est princeps latronum. Apostolus itaque ad Episcopum venit, & suum depositum requisit. Cuius ille de pecunia intelligeret: & ex hoc vehementer stupebat. Dixit ei apostolus. Iuuenem illum a te repeto, quem tibi tam curiosè recommedaui. Cui ille. Pater sancte in anima mortuus est: & in tali monte cum latronibus degit: quorum ipse princeps exiit. Quibus auditis vestem suam scidit, & caput suum pugnis feriens bonum, inquit, te cu Rodem fratris animam dereliqui. Confestim igitur equum sibi parari iussit, & ad illum montem intrepidus cucurrit: quem cum iuuenis inspexisset præ pudore nimio statim equum ascendit, & velocius aufugit. Apostolus autem atatis oblitus vrget calcariibus equum, & post tergum clamitat fugientis: vt quid fili dulcissime fugis patrem senem, & inermem ne timeas fili: quia pro te Christo rationem reddam: & certe pro te libenter moriar sicut Christus pro nobis est mortuus: reuertere fili reuertere, quia Deus me misit. Qui audiens compunctus rediit, & amarissime fleuit. Apostolus autem ad pedes eius procidit, & maximum eius tanquam per penitentiam iam purgatam osculari cepit. Ieiunante igitur, & orante pro eo apostolo veniam impetrat ipsumque postmodum in Episcopum ordinauit. Legitur quoque in eadem hystoria ecclesiastica, & habetur in glossa, super secundam canonicam Iohannis, quod cum Iohannes, apud Ephesum balnea lauandi gratia introisset: & ibidem Cherinthum hæreticum vidisset: protinus exiit dicens. Fugiamus hinc ne balnea super nos conruant: in quibus lauatur Cherinthus veritatis inimicus.

H. Cum quis quæ perdidit dicitur, vt ait Cæsiarius in libro collationum viua beato Iohanni, à quodam oblata fuisse: & ille eam quasi demulcendo tangeret, & contrectaret: quidam adolefens, hoc videns ad coeuos suos ridendo dixit. Videre quomodo ille senex cum auicula sicut puer ludit. Quod beatus Iohannes per spiritum recognoscens iuuenem ad se vocauit. Cui dixit adolefens. Tu es Iohannes, qui talia agis, & tam sanctus haberi. Quem Iohannes, quid in manu teneret requisit. Cui cum se arcum duceret tenere ait. Quid inde facis: & inuenis, aues inde ac bestias agitantis. Cui apostolus: qualiter, tunc iuuenis arcum cepit tendere, & tensum in manu tenere: sed cum nil ei apostolus diceret iuuenis arcum distendit. Cui Iohannes. Quare fili arcum distendisti. Et ille. Quia si diuini tensus teneretur ad iacienda iacula infirmior redderetur. Et apostolus ad hoc. Sic & humana fragilitas ad contemplationem minus valida fuerit: si semper in suo rigore persistens fragilitati suæ interdum condescenderet reculari: nam & aquila cunctis auiibus celsus volat, & solem clarius conspicit: & tamen naturæ necessitate ad ima descendit. Sic

& humanus animus cum se modicum à contemplatione retrahit crebra in nouatione ardentius ad ecclesiam tendit. Beatus igitur Iohannes, vt testatur Hiero. cum ipse vsq; ad ipsam vltimam suam senectutem Ephesi moraretur, & vix inter discipulorum manus ad ecclesiam deferretur: nec plura verba dicere posset, ad quamlibet pausam hæc dicebat verba. Filiculi. Diligite alterutrum. Tandem fratres qui cum eo erant admirantes, quod semper eadem verba diceret: dixerunt ei. Magister quare semper loqueris hæc verba. Qui respondit. Quia præceptum domini est: & si solum hoc fiat sufficit. Refert quoque Helinandus, quod cum Iohannes euangelista euangelium scribere deberet, prius indixit ieiunium, vt orarent, se digna scripturam. Fertur autem ipsum pro illo loco secretissimo: in quo diuina scriptura secesserat orasse: vt. nullas huic insistens operi, vbi ventorum aut imbrum iniurias pateretur, hancque eidem loco vsq; hodie reuerentiam elementa seruare dicuntur. Hæc Helinandus. I.

C. Cum igitur esset nonaginta nouem annorum & à passione domini secundum Isidor. anno. lxxij. Apparuit ei dominus cum discipulis suis dicens. Veni dilecte mi ad me: quia tempus est, vt in mensa mea cum tuis si a tribus epulis. Surgens autem Iohannes cepit ire. Cui dominus. Dominica die ad me venies. Veniens igitur dominica vniuersus populus conuenit in ecclesiam, quæ fuerat in ipsius nomine fabricata. Qui à primò pullorum cantu prædicauit eisdem hortans eos: vt in fide essent stabiles: & in mandatis Dei feruentes. Post hoc foueam quadratam iuxta altare fecit fieri, & terram extra ecclesiam iactari. Descendens; q; in foueam expansis ad Deum manibus dixit. Inuitatus ad conuiuium tuum domine Iesu christe ecce venio gratias agens, quia dignatus es me ad tuas epulas inuitare: sciens, quod ex toto corde meo desiderarem te. Cuius orationem fecisset tanta lux super eum emicuit, quod nullus in eum respicere potuit. Recedente autem lumine, manna fouea plena inuenitur, quod in loco illo, vsq; hodie generatur: ita vt in fundo foueæ instar minutæ arenæ scaturire videatur sicut in fontibus fieri consuevit. Sanctus Eadmundus rex Angliæ nulli petenti in nomine sancti Iohannis euangelistæ aliquid denegabat. Vnde contigit, quod quidam peregrinus absente camerario in nomine sancti Iohannis euangelistæ importunè à rege, eleemosynam postulare. Cui rex præciosum anulum cum nil aliud in promptu haberet dedit. Sed post plures dies quidam miles Angliæ in transmarinis partibus constitutus ab eodem peregrino anulum regi referendam, in hæc verba recepit. Ille cui, & pro cuius amore anulum hunc dedisti tibi remandat. Vnde liquide paruit, quod beatus Iohannes eidem in forma apparuit peregrini. Isidorus in libro, de ortu, & vita & obitu sanctorum patrum, Mutauit Iohannes in aurum Syluestres frondium virgas litoreasque saxa in gemmas gemmarum fragmina in propria reformauit naturam, viduam præcepto populi suscitauit, & reciduum corpus iuuenis remeante anima reparauit: bibens lactiferum hausit equat periculum: & eodem poculo prostratos in vitæ reparauit statum. Hæc Isidorus.

De Innocentibus.

A.

INNOCENTES dicti sunt triplici ratione, scilicet ratione vitæ: ratione pœnæ: & ratione innocentie affectu. Ratione vitæ dicti sunt innocentes: ex eo vitam innocentem, id est non nocentem habuerunt. Nulli enim vquam nocuerunt: nec Deo per inobedientiam: nec primo per iustitiam: nec sibi per alicuius peccati malitiam. Et ideo dicitur in psalm. Innocentes, & recti corde adhererunt mihi. Innocentes in vita, & recti in fide. Ratione pœnæ: quoniam innocenter, & iniuste passi sunt. vnde psalmus. Effuderunt sanguinem innocentem &c. Ratione innocentie affectu: quoniam in ipso martyrio affectu sunt baptismalem innocentiam: id est ab originali peccato mundiciam: de qua innocentia dicitur in psalmo. Custodi innocentiam, & vide æquitatem id est custodi innocentiam baptismatis, & postmodum vide æquitatem bonæ operationis.

LEONDA. IO. B.

INNOCENTES ab Herode Ascalonita interfecti sunt. Tres enim Herodes sacra scriptura commemorat: quos famulos fecit eorum infamis crudelitas. Primus dictus est Herodes Ascalonita sub quo dominus natus est, & à quo pueri occisi sunt. Secundus dictus est Herodes Antipas, qui Iohannem decollauit. Tertius dictus est Herodes Agrippa, qui Iacobum occidit, & Petrum incarcerationi. Vnde de hoc extant versus. Ascalonita necat pueros: Antipa Iohannem: Agrippa Iacobum: claudens in carcere Petrum. Sed primi Herodis hystoriam breuiter videamus. Antipater idumæus, vt in hystoria scholastica legitur neptam regis Arabum duxit in vxorem: ex qua filium habuit quem vocauit Herodem, qui postmodum Ascalonita dictus est hic à Cæsare Augusto regnum Iudææ accepit: & tunc primitus ablatum est sceptrum de Iuda: huic sex filij nati sunt, scilicet Antipater: Alexander: Aristobolus: Archelaus: Herodes Antipas: & Philippus: Alexandram autem, & Aristobolus ex eadem matre Iudæa genitos Romam misit liberalibus artibus imbuendos: post hoc à studio redierunt. Et erat Alexander grammaticus: Aristobolus autem acerrimus perorator: magis liberi licentius de susceptione regni cum patre disceptabant. Ob hoc pater offensus antipatrem illis preponere satagebat. Cuius illi de morte patris tractassent, & ob hoc à patre reiecti fuissent Cæsarem aduentu de patris iniuria conquesturi. Intrae magi Hierosolymam veniunt, & de ortu nouæ legis diligentius suscitantur. Herodes hæc audiens perturbatur: timens ne de veterorum regum genere aliquis natus esset: qui eum tanquam regni inuasorem expelleret. Rogat igitur magos vt eo inuento sibi renuncient simulans se velle adorare, quem volebat occidere: verum tamen magi per aliam viam reuerii sunt in regionem suam. Videns Herodes quod nequaquam ad se venirent stellæ: visione eos deceptos ad se redire erubuisse credidit: & ideo ab inquisitione pueri animum reuocauit. Cum autem audisset, quæ pa-

stores dixerant: & quæ Symeon, & Anna prophetauerant vehementer timuit, & se à magis turpiter illudum putauit. Tunc Herodes de necæ puerorum, qui erant in Bethleem tractare cepit: vt cum eis ille, quem ignorabat occideretur. Admonitione autem Angeli Ioseph cum puero, & matre in Aegiptum in ciuitatem Hermopolim fugit: ibique septem annis vsq; ad obitum Herodis permansit. Ingrediente igitur domino Aegiptum secundum Esaiæ vaticinium vniuersa idola corruperunt. Tradunt quoque, quod sicut in exitu filiorum Israel de Aegypto non fuit domus in Aegypto, in qua procurante domino non iaceret mortuum primogenitum: ita nec tunc fuit templum in quo non corruiisset idolum. Refert Calsiodorus in hystoria. tripar. quod in Hermopolim ciuitate Thebaidæ dicebatur esse arbor, quæ vocatur Perfidis valens in salutem multorum: si fructus aut folium, aut pars corticis collo ægrotantium alligeretur. Cum igitur beata Maria, cum filio in Aegypto fugeret, hæc arbor vsq; ad terram inclinata est: & Christum suppliciter adorauit. Hæc Calsiodorus. C.

C. Cum igitur Herodes de necæ puerorum disponeret à Cæsare Augusto, per epistolam est citatus filiorum accusationibus responsurus. Qui cum per tharsum iter faceret intellexit, quod magos naues tharsatium transuexissent: & ideo omnes naues Tharsis comburi fecit, secundum quod prædictum fuerat. In spiritu vehementi conteres naues Tharsis. Cuius pater cum filiis coram Cæsare disceptaret: distinctum est, vt filij patri in omnibus obedirent: & ipse cui vellet regnum dimitteret. Rediens igitur Herodes: & ex confirmatione factus est audacior mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethleem à bimatu, & infra secundum tempus, quod exquiritur à magis. Hoc autem duplicem intelligentiam continet. Primò, vt infra dicat ordinem temporis: & est sensus. A bimatu, & infra, id est ab infantibus duorum annorum vsq; ad pueros vnius noctis. Didicerat enim Herodes à magis ea die stella apparuit eis dominum natum esse: & quia iam annus fluxerat, eo quod Romam ierat, & redierat dominum anniculum, & aliquorum in super diem esse credebatur: ideoque supra atate eius, vsq; ad bimos, & infra, id est vsq; ad vnius noctis infantes defuit in pueros timens pueri morphosona, scilicet puer cui sydera famulabantur supra ætatem suam, vel infra faciem transformaret. Et hæc sententia visitator habetur, & verior reputatur. Alio modo exponitur secundum Chrysostrum, vt infra dicat ordinem numeri: & est sensus. à bimatu, & infra, id est, à pueris duorum annorum vsq; ad pueros quinque, annorum. Dicit enim stellam per annum ante ortum saluatoris magis apparuisse. Herodes autem postquam hoc à magis didicit. Romam vadens adhuc per annum distulit. Credebat autem tunc dominum fuisse, quando magis stella apparuit: & ideo dominum duorum annorum esse credebat: vnde pueros bimos occidit, & deinceps vsq; ad quinque, annos: sed non minores bimis: cui affectioni fidem facere videtur, quod quædam ossa Innocentium habentur ad eam, grandia, quod bimorum esse non possunt. Potest tamen dici quod longè maioris erant, tunc homines quantitatatis, quam me-

do. Ipse autem Herodes statim ibidem punitus est. Nam sicut ait alias Methodius: & in quadam chronica legitur vnus paruulus filius Herodis ibidem ad nutriendu casu fuerat datus qui cum alijs a carnificibus est occisus. Tunc adimpletum est, quod dictum est per prophetam. Vox ploratus, & vlulatus piarum scilicet matrum audita est in rama, id est in exilium. D.

Deus autem iudex iustissimus: vt in eisdem hystorijs legitur scholasticis non est passus tantam Herodis nequitiam remanere impunitam. Diuino enim iudicio factum est: vt qui multos orbauerat filijs ipse suis mirabilius orbaretur. Nam Alexander, & Aristobolus iterum patri habiti sunt suspecti. Confessus est: autem vnus de eorum complicibus, quod Alexander multa sibi donaria promississet, si patri venenum propinaret. Confessus est etiam & Barbitonfor de muneribus sibi promissis, si dum patris Barbam raderet cum continuo iugularet. Addidit Alexandrum dixisse non esse ponendam spem in sene, quæ sibi capillos tingeret, vt iuuenis appareret. Ob hoc pater irat⁹ eos occidi fecit: Antipatrem autē futurum regem instituit. Sed ipsi Antipatri Herodem Antipam in regnum substituit: insuper Herodem Agripam, & Herodiadem vxorem Philippi quos ex Aristobolo susceperat: paterna dilectione fouebat. Hac duplici de causa Antipater in tolerabile contra patrem concepit odiū: intantum quod eum attemptauit occidere per venenum. Quod Herodes præsentens eum in carcere posuit. Augustus autem Cæsar audito, quod Herodes filios occidisset, dixit. Mallem esse Herodis porcus, quam filius: quia cum sit profelitus porcis parcat, & filios occidit. Ipse autem Herodes cum iam annos. lxx. haberet in graui simam ægritudine cecidit. Nam febre valida pruriginē corporis colli continuis tormentis pedum inflatione, vermescens testiculis intolerabili fetores cræbro anhelitu, & interruptis suspirijs torquebatur. A medicis verò i oleo posit⁹: inde quasi mortu⁹ est ablatus. E.

Audiens autē Iudæos mortē suam cum gaudio expectare nobiliores iuuenes ex omni iudæa collectos in carcere, posuit, dixitq: Salomæ sorori suæ. Scio Iudæos de morte mea gauisuros: sed potero habere multos lugentes, & nobiles exequias mei funeris: si meis volueris parere mandatis: vt cum spiritu emiserō, cunctos occidas quos in custodias seruo: vt sic omnis Iudæa me desolat: licet inuita. Habebat autem in consuetudine, vt post omnem cibum pomum, per se gladio purgaret, & comederet. Cūq; gladium in manu teneret iussitq; violentia distenderetur, circumspectans ne se aliquis impediret seipsum percussurus manum dexteram sustulit. Sed consobrino eius sustinendo dexteram eius impediu. Procinus autem quasi rex mortuus esset in aula regia vlulatus insouit. Quo audito exultat Antipater multaq; dona si solueretur custodibus pollicetur. Quod cum cognouisset Herodes grauius filij exultationem, quam propriam tulit mortem. Mittensq; satellites, eum occidit, fecit, & Archelaum post se regnaturum instituit. Sicquæ post quinque dies mortuus est in bellis fortunatissimus: in rebus domesticis infelicissimus. Salomæ autem soror eius omnes absoluit, quos rex occidi mandauerat. Remigius autem in originali super Matth. dicit, quod Herodes gladio quo pomū purgabat se per-

emit: & quod Salomæ soror eius omnes viuos, prout cum fratre ordinauerat interfecit.

De sancto Thoma Cantuariensi. A.

THOMAS interpretatur abyssus, geminus vel sextus. Abyssus, id est, profundum in humiliatione: quod patet in Cilicio, & pedum pauperum lotionē. Geminus in prælatione: quia geminate præfuit: scilicet verbo, & exemplo. Sæctus in passione.

LEGENDA. II. B.

THOMAS Cantuariensis archiepiscopus dum in curia regis Angliæ consisteret: & quædam ibidem fieri contraria religioni videret curiam ipsam deseruit, & Cantuariensi archiepiscopo se commisit a quo Archidiaconus factus ad preces tamen ipsius Archiepiscopi regis cancellariam suscepit, vt prudentia, qua erat præditus malignorum in ecclesia prohiberet insultes. Quam adeo rex dilexit, vt post decessum archiepiscopi eum in cathedralem honorem procurauerit sublimari, qui licet plurimū resisteret: tādē ad obedientiam præceptum humores supposuit ad portandum. Subito autem in virum perfectum alterum permutatur: & caro eius Cilicio, & ieiunijs maceratur. Non solum enim Cilicium pro camisia deferebat: sed fœmoralia Cilicina vsq; ad poplicem baiulabat. Sanctitatem autem suam ita subtiliter occultabat, vt saluo semper honestatis rigore sub decencia vestium, & apparatus vtenfilium concordare moribus singulorum. Tredecim pauperum, pedes quotidie curuatis genibus abluēbat: & præfectos datus cuiuslibet quatuor argentei s remittebat. Rex autem ad volūtatē suam in detrimentum ecclesiæ ipsum insectere nitebatur: volens, vt consuetudines quas contra libertatem ecclesiæ prædecessores sui hauerunt ab eodem similiter firmarentur, quidem omnino assentire noluit contra se iram regis, & principum prouocauit. Quadam autem vice, sic ipse cum alijs episcopis a rege artatus: vt etiam sibi mortis sententiam minaretur: magnorum virorum deceptus consilij verbotenus assensum præbuit voto regis. Verum ex hoc videns animarum periculum imminere seipsum postmodum in penitentia grauius cruciatur, & ab altaris officio se suspendit: quousq; a summo pontifice restitui meretur. Requirit deniq; rex, vt quod verbo dixerat, scripto confirmaret, cui viriliter contradixit, & a curia erecta sibi baiulans crucem discessit conclamantibus impijs contra eum. Capite furem, suspendite proditores. Et ecce duo magni proceres, & fideles ad eum suis lachrymis venientes sub iuramento asserunt, quod in eius mortem multi proceres coniurarunt. Vir igitur Dei magis ecclesiæ, quam sibi metuens fugam inijt, & Senonis a Papa Alexandro susceptus, & in monasterio Pōtiniacensi cōmendatus post modū in Franciam vsq; deuenit. Rex verò dū Romā misisset vt legati venirent, qui hoc negotiū diffiniret, omnino repulsam patitur: & ob hoc in iram contra archiepiscopum amplius concitatur. Vnde omnia quæ erant

archiepiscopi & suorum, diripuit: & totam eius progeniem exilio condēnauit, nequaquā differens conditio ni vel sexui ordini vel etati. Ipse autem pro rege & pro regno Angliæ quotidie exorabat. Reuelatur autē archiepiscopo, quod ad suam esset ecclesiā rediturus, & ad Christum cum palma martyrij migraturus. Septimo igitur anno sui exilij redire cōceditur, & a cunctis cū honore suscipitur. C. Per aliquot dies ante eius martyrium iuuenis quidam de corpore exiēs, & postmodum miraculosē rediens, aiebat quod vsq; ad supremum sanctorum ordinem ductus fuit, & inter apostolos sedem quādam vacuam vidit. Percunctanti autem cuius esset hæc sedes, angelus respondit, quod cuidam magno sacerdoti. Anglorum a domino seruaretur. Sacerdos quidā missam de beata virgine celebrabat quotidie. Cui archiepiscopo accusatus ab eo accersitur, & tanquam idiota & inscius ab officio suspenditur. Cū autem beatus Thomas cilicium suum suere deberet & sub lecto ipsum abscondisset: vt ad consuendum horā captaret, beata maria sacerdoti apparuit dicens. Vade ad archiepiscopum eiq; dicas quod illa, ob cuius amorem missas dicebas, eius cilicium quod est in tali loco confuit: & setam rubeam, de qua illud confuit, ibidem reliquit. Illa igitur sibi mandat, quod interdicitū, quod tibi fecerat, debeat relaxare. Quod ille audiens, & ita inueniens, obtulit: & interdicitū relaxans sacerdotem hoc secretum habere præcepit. Defendit, vt prius iura ecclesiæ nec a rege stentur vi vel prece. Cū ergo nullatenus flecti posset: ecce milites regis armati veniunt, & vbi archiepiscopus sit, vociferando inquirūt. Quibus ille occurrens dixit. Ecce ego. Quid vultis? Et illi. Venimus vt occidaris, & vltra viuere non valebis. Quibus ille dixit. Ego, p Deo mori parat⁹ sum, & pro defensione iustitiæ & ecclesiæ libertate. Si igitur me queritis ex parte dei omnipotētis, & sub anathemate prohibeo ne horum cuiquā aliquaten⁹ noceatis. Deo autē & beatæ Mariæ et sanctis omnibus & beato Dionysio causam ecclesiæ & me ipsum commendo. Quibus dictis, venerandū caput gladijs impiorū impartitur: facta capitis corona præcinditur: cerebrum per ecclesiæ pavementum dispergitur, & sic martyr domino consecratur. anno domini. M. clxxiij. D. Dum igitur clerici requiem æternam inciperent, & pro eo missam agerent defunctorū: subito (vt aiunt) angelorum chori astantes voces cantantiū interrumpunt, & martyris missam incipiunt: letabitur iustus, cōcinnunt, & ceteri clerici prosequuntur. Hæc est reuera mutatio dextera excelis, dum cantus mœroris vertitur in canticū laudis, cū illū cui defunctorū suffragia inchoauerat, martyrum postmodum hymnis laudant. Reuera eximia comprobatur sanctitate prædictus & martyr domini gloriosus, quem tanto honore angeli præuenerunt & sanctorū martyrum cathalago ascriserūt. Pafus est autē sanctus iste pro ecclesia, in ecclesia, & in loco sancto: & in tēpore sacro inter man⁹ sacerdotū & religiosorum vt patientis pietas, & persequentium crudelitas ostendatur. Multa insuper & alia miracula per sanctum suum dominus operari dignatus est: meritis enim eius cæcis visus: surdis auditus: claudis gressus: vita mortuis restituta est. Porro aqua, qua panā consperit ei⁹ sanguine lauabant, multis extitit in medelam. Quadam domina de Angliā varios oculos

habere ob lasciuam et maiorem pulchritudinē affectabat, super hoc vouens votum nudis pedibus sepulcrū beati Thomæ visitauit: quæ, cū in oratione prostrata iaceret, surgens inuenit se penitus excecata. Statimq; penitens cepit rogare beatū Thomam: vt iam non varios, sed salte suos sibi redderet oculos: quod tandem cum magna difficultate vix valuit obtinere. E. Quidam autem illudor aquam simplicem pro aqua sancti Thomæ domino suo in pixide obtulit conuuant. Cui dominus ait. Si nil mihi vnquam furatus fuisti sancti Thomæ aquam suam huc te deferre permittat. Si autē reus furti es: aqua ipsa protinus euanescat. Huic igitur dicto ille consensit sciens quod pixidē aqua nuper impleuisset. Mira res, pixidē cōtinuō apparuerunt & vacuā inuenerūt. Sicq; seruens in medicā deprehenditur, & furti reus euidentius cōprobatur. Aus quædam docta loqui, cū nifus eā insequeretur, sicut didicerat, cepit clamare. Sancte thoma adiua me, & statim nifus mortuus cecidit, & illa euasit. Quidam quem sanctus Thomas valde dilexerat, cū grauius infirmaretur, iuit ad eius tumulum, & pro sanitate sua rogauit, & ad libitum impetrauit. Sed cū sanatus rediret, cepit cogitare, quod illa sanitas animæ suæ forsitan nō expedit. Vnde iterum rediens ad sepulcrum orauit: vt si non esset vile animæ suæ continuō infirmitas ipsa rediret. Statimq; infirmitas redijt: sicut pri⁹. In eius autem interfectores intantum vltio diuina deseruit: vt alij digitorum dentibus suis frustra discerpentes: alij sanie distillantes: alij paralisi distoluti: alij amentes effecti, miserabiliter interirent.

De sancto Syluestro. A.

SYLVESTER dicitur a syle, quod est lux: & terra, quasi lux terræ, id est ecclesiæ: quæ instar bonæ terræ habet pinguedinem bonæ operationis nigredinem humilitationis, & dulcedinem deuotionis. Per ista enim tria agnoscitur bona terra ait Paladius. Vel Syluester dicitur a sylua & theos: quia homines syluestres. i. incultos & duos ad fidem Christi traxit. Vel sicut dicitur in glossario Syluester dicitur viridis, agrestis, vmbrosus, nemorosus. Viridis cælestia contemplando. Agrestis seipsum excollendo. Vmbrosus ab omni concupiscentia refrigeratus. Nemorosus inter arbores cæli plantatus. Eius legendam compilauit Eusebius Cæsariensis: quā beatus Gelastus in concilio septuaginta episcoporum a catholicis legendam commemorat, sicut in decreto habetur.

LEGENDA. II. B.

SYLVESTER a matre re & nomine iusta genit⁹, & a Cyrino presbytero eruditus hospitalit atē summoperē exercebat. Timotheus autē quidā Christianissimus ab eo in hospitium suscipitur: qui tamen ob persecutiōem ab alijs vitabatur. Hic Timotheus per vnum annum & tres menses predicauit: et postea coronam affectus est martyrij, dum predicaret constantissimē fidem Christi. Putans autem Tarquinius præfectus Timotheum multis abundasse diuitijs, eas a Syluestro expetiit: inserens ei minas mo-

ris. Sed cum verè Timotheum huiusmodi diuitias non habuisse comperit: Syluestri in idolis immolare precepit: alioquin in crastinum diuersa reciperet genera tormentorum. Cui Syluester. Stulte hac nocte morieris: & sempiterna tormèta recipies: & velis nolis verù Deum esse quem colimus, recognosces. Syluester igitur carceri traditur, & Tarquinius ad prandium inuitatur. Dùm ergo comederet, os piscis in eius gutture sic versatur vt nulla ratione reijcere potuerit vel glutire. Sicq; media nocte defunctus ad tumultum cum luctu ducitur: & Syluester cum gaudio à carcere liberatur: qui non solum à Christianis, sed etiam à paganis miro diligebatur saffectu. Erat enim aspectu angelicus: sermone nitidus, integer corpore: sancto opere: consilio magnus fide catholicus: spe patientissimus: charitate diffusus. Mortuo igitur Melchiae episcopo vrbs Romæ. Syluester ab omni plebe plurimum renitens in summum pontificem est electus. His omnium orphanorum, viduarum & pauperum nomina in matricula scripta habebat: & omnibus necessaria prouidebat. Hic quartum & sextum diem & sabbatum ieiunij instituit obseruandum. Quintum verò quasi dominicum celebrandum. Græcis verò Christianis dicentibus, sabbatum diem potius quàm quintum celebrandum, respondit, hoc fieri non debere: quia hoc est traditionis apostolicæ: & quia dominicæ debetur cõpassio sepulture. Cui ille. Vni est sabbatum sepulture: in quo semel in anno ieiunium est exhibendum. Quibus Syluester. Sicut omnis dies dominicus resurrectionis gloria: sic omne sabbatum decoratur dominica sepultura. Igitur die sabbato acquiescunt: sed de quinta feria vehementer contendunt, asserentes non debere Christianorum solennitatibus associari. Syluester autè eius dignitatem precipuè in tribus ostendit. Quoniam hac die dominus ad cælos ascendit: & corporis & sanguinis sacramentum instituit, & sacrum crisma ecclesia conficit. Omnes igitur rationibus eius acquiescunt. C.

¶ Persequente autem Constantino Christiano Syluester de vrbe exijt, ac in quodam monte cum suis clericis mansit. Ipse autem Constantinus merito persecutionis tyrannicæ in incurabilem cecidit plagam lepræ. Tandem ad consilium pontificum idolorum adducta sunt tria milia puerorum, vt eos occidi faceret: & se in eorum sanguine recenti & calido balnearet. Egre die autem eo ad locum vbi balneum parari debebat, matres puerorum eidem occurrunt, quæ solutis crinibus miserabiliter vlulabant. Et lachrymâs Constantinus iussit stare currum, & erigens se dixit. Audite me comites & cõmilitiones, & omnes populi qui astatis. Dignitas Romani imperij de fonte nascitur pietatis, quæ hanc etiam legem dedit: vt capitali sententia subderetur, quicunq; in bello aliquem occidisset infantem. Quanta ergo erit crudelitas, vt hoc nostris faciamus filijs, quod fieri prohibuimus alienis. Quid iuuat barbaros superasse, si à crudelitate vincamur. Nam vicisse ex tranças nationes ratione virum, est bellantium pulorum. Vincere autè peccata & vitia, virtus est hominum. In illis ergo prælijs fortiores nos existimus illis. In his verò nosmetipsis fortiores sumus. Qui enim fuerit in isto certamine superatus, victoriam obtinet victus. Victor enim post triumphum vincitur: si pietas ab impietate superaretur. Vincat ergo nos pietas in

isto congressu. Bene enim omnium aduersantium poterimus esse victores: si sola pietate vincamur. Omnium enim se esse dominum comprobatur, qui seruum se mouerit pietatis. Melius est ergo memoria salua vita innocentium, quàm per eorum interitum vitam recuperare crudeliter quam tamen recuperare incertum est: cum tamen certum sit, quòd sic, recuperata crudelis est. Iussit igitur vt matribus suis pueri redderetur: & dona plurima & infinita vehicula præberentur. Sicq; matresq; stendo venerant, ad loca sua cum gaudio redierunt. Ipse autè imperator ad palatium suum reuersus est. D. ¶ Sequenti verò nocte Petrus & Paulus apparuerunt ei, dicentes. Quoniam exhorruisti effusionem sanguinis innocentis: misit nos dominus Iesus Christus dare tibi recuperandæ consilium sanitatis. Syluestrum igitur episcopum, qui apud montem Sirapim latitat ac cersire: hic tibi piscinam ostendet, in qua immerfus terribiliter ab omni curaberis lepræ morbo. Tu verò Christo hanc vicissitudinem reddas: & idolorum templa diruas. Christi restaures ecclesias, & eius deinceps cultor fias. Euigilans igitur Constantinus, statim milites misit ad Syluestrum. Videns autem Syluester milites statim ad palmam martirij credidit se vocari. Deo autem se commendans, & socios secum exhortans. Constantino intrepidus presentatur. Cui constantinus assurgens ait. Bene te venisse gratulamur. Qui à Syluestro resolutatus narrauit ei per ordinem sui somnij visionem. Percunctanti verò Constantino, qui essent illi duo Dij qui sibi apparuerunt. Syluester respondit illos esse Christi apostolos, & non Deos. Tunc ad preces imperatoris Syluester apostolorum imagines iussit sibi afferri: quas vt imperator aspexit: tales esse, qui sibi apparuerunt, declamauit. Syluester igitur eum catechizandum fecit: & vnus hebdomadæ ieiunium sibi indicit: & carceres aperire monuit. Cùmq; in aquam descenderet baptismatis, mirabilis ibi emicuit splendor lucis. Sicq; inde mundus exiuit, & Christum se vidisse asseruit. Prima autem die sui baptismatis hanc legem dedit: vt Christus ab vrbe Romana tanquam verus Deus coleretur. Secunda, vt si quis Christum blasphemaret, capite puniretur. Tertia, vt quicunq; Christiano fecisset iniuriam bonorum suorum parte dimidia priuaretur. Quarta, vt sicut imperator Romæ sic Romanus pontifex caput ab vniuersis episcopis habeatur. Quinta, vt quicunq; in ecclesias cõfugerit, ab omnibus seruet iniurijs immunis. Sexta, vt nullus, nisi de licentia sui antistitis ecclesiam ædificet iuxta muros alicuius ciuitatis. Septima, vt ad ædificationem ecclesiarum decimæ possessionum regalium tribuatur. Octaua, imperator ad ecclesiam sancti Petri venit, & de suis culpis se lamentabiliter accusauit. Postmodum arrepto biduè ad fundamentum basilicæ ecclesiæ cõstruendû terram primas peruenit: & duodecim cõphinos in suis scapulis foras eiecit. E. ¶ Hæc vbi Helena mater Constantini augusti in beathania consistens audiuit, per literas laudat filium, quòd abrenunciasset simulacris idolorum: sed durè increpat, quòd relicto Deo Iudæorum crucifixum hominem Deum colat. Rescribit autem augustus, vt Iudæorum magistros secum adducat: & ipse Christianorum doctores proferet: vt sic ex disputatione mutua appareat fides vera. Adduxit igitur sancta Helena centum quadraginta vnum doctissimos Iudæorum: inter quos

duodecim erant, qui sapientia & eloquentia præ cæteris rutilabant. Cùm igitur Syluester cum clericis & prædicti Iudæi ad disputandum coram imperatore in simul conuenissent, de communi consensu duos iudices gentiles sapientissimos & probatos nomine Craton & Zenophilum statuerunt: ad quos pertineret sententia dicendorum. Qui licet gentiles erant: tamen iustissimi & fideles. Talisq; inter eos sententia est firmata, vt vno stante & loquente, alius non loquatur. Incipiens, igitur primus de illis duodecim nomine Abiathar: ait. Cùm isti tres Deos dicant patrem & filium & Spiritum sanctum: manifestum est eos contra legem agere quæ dixit. Videte quia ego sum solus Deus, & non est alius Deus præter me. Deniq; si dicunt Christum esse Deum: quia multa fecit signa. In nostra etiam lege multi fuerunt, qui miracula plurima fecerunt: & tamen nunquam ex hoc deitatis nomen sibi usurpare ausi sunt sicut iste Iesus, quem isti adorant. Ad quem Syluester. Nos vnum deum colimus: sed non in tanta solitudine eum dicimus, vt gaudium filij non haberet. Ex vestris autem libris vobis trinitatem personarum demonstrare valeamus. Nam patrem dicimus, de quo propheta ait. Ipse inuocauit me, Pater meus es tu & c. Filium de quo idem. Filius meus es tu, ego hodie genui te. Spiritum sanctum, de quo idem. Spiritu oris eius, omnis Virtus eorum. In hoc etiam quod dicit. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram euidenter & personarum pluralitatem & diuinitatem vnitatem demonstrat. Licet autem sint tres personæ: vnus tamè Deus est. Quod exemplo vitibili aliquate nus demonstrare valeamus. Et accipiens purpuram Imperatoris tres sibi plicas fecit, dicens. Ecce videtis tres plicas. Et explicans eas, ait. Ecce quia tres plicæ sunt vnus pannus, ita tres personæ sunt, vnus Deus. De hoc autem quòd dicitur quod ex miraculis Deus credi non debet, cum alij plures sancti miracula fecerunt: nec tamen se Deos dixerunt sicut Christus Deum per hoc se asserere voluit. Certè Deus superbietes contra se, nunquam passus est sine pœna acerba præterire: sicut patet in Dathâ & Abiron, alijsq; quàm pluribus. Quomodo ergo mentiri potuit, & se Deum dicere, quòd non erat: cum eum se Deum dicentem nulla pœna secuta fuerit: sed virtutum efficacia comitabatur. Tunc iudices dixerunt. Cõstat Abiathar à Syluestro superatum. Nam & ratio hoc docet: quia si Deus non esset, & se Deum dixisset: conferre vitam mortuis non valeret. Tunc illo amoto secudus qui & Ionas dicebatur ad cõsiliu accedens, ait. Abraham à Deo circuncisionem accipiens iustificatus fuit, & etiam omnes filij Abraham per circuncisionem iustificabantur. Igitur qui non fuerit circuncisus, non erit iustificatus. Ad quam Syluester. Cõstat Abraham ante circuncisionem Deo placuisse, & amicum Dei appellatum esse. Igitur non circuncisio ipsum sanctificauit: sed fides & iusticia ipsum Deo placere fecit. Non igitur accepit circuncisionem in sanctificationem: sed in distinctionem. Isto superato tertius qui & Godolias accedens, ait. Quomodo Christus vester potest esse Deus cum asseratis eum esse natum: tentatum: traditum: nudatum: felle potatum: ligatum: crucifixum: sepultum. Cùm hæc omnia in Deo esse non possint. Ad hoc Syluester. De vestris libris hæc omnia probamus de Christo fuisse prædicta.

Nam de eius natiuitate dicit Esaias. Ecce virgo concipiet & c. de eius tentatione. Zacharias. Vidi Iesum sacerdotem magnum stantem coram Angelo: & Sathan stabat à dextris eius, & c. De eius traditione, Psalmus. Qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem: & cætera. De eius nudatione idem. Diuiserunt sibi vestimenta mea. De eius potatione felle idem. Dederunt in escam meam felle, & in siti mea, & cætera. De eius ligatione. Esdras. Vinxistis me, non licet patrem: qui liberavit vos de terra Aegypti clamantes ante tribunal iudicis. Humiliastis me, suspendentes in ligno tradidistis me. De eius sepultura. Hieremias. In sepultura eius reuiuiscet mortui. Cùm ergo Godolias quid responderet, non haberet: data sententia remotus est. F. ¶ Quartus, qui, & Annas accedens, ait. Ea, quæ de alijs dicta sunt. Syluester iste de suo Christo, prædicta fuisse firmat. Vnde superest, vt probet hæc de suo Christo dicta fuisse. Ad quem Syluester. Da sibi ergo alium quem virgo concepit, qui felle est cibatus: spinis coronatus: crucifixus: mortuus: & sepultus: qui resurrexit à mortuis, & ad cælos ascendit. Tunc Constantinus ait. Si alium non dederit: sciat se esse superatum. Qui cum hoc facere non posset, amouetur. Quintus, qui, & Doeth producit, qui & ait. Si ex femine Dauid Christus iste natus esset & sanctificatus, vt dicitis: ergo baptizari non debuit, vt iterum sanctificaretur. Ad quem Syluester. Sicut circuncisio in Christi circuncisione finem accepit: ita noster baptismus in Christi baptismate initium sanctificationis habuit. Non ergo baptizatus est: vt sanctificaretur: sed vt sanctificaret. Qui cum taceret, ait Constantinus. Non taceret Doeth, si haberet contraria, quæ proferret. Tunc sextus qui & Cusi, ait. Vellemus, vt Syluester ille causas huius virginis partus nobis exponeret. Ad quem Syluester. Terra de qua Adam formatus est incorrupta erat, & virgo: quia necdum se ad bibendum humanum sanguinem aperuerat: nec maledictionem spinarum acceperat: nec hominis mortui sepulturam habebat: nec serpenti data fuerat ad edendum. Oportuit ergo ex Maria virgine nouum Adam fieri: vt sicut serpens natum ex virgine vicerat: sic à nato ex virgine vinceretur. Et quia deuictor extitit in paradiso, ipse tentator factus est domini in deserto: vt qui Adam vicerat manducantem, vinceretur à domino ieiunante. Hoc superato septimus qui & Beniamin ait. Quomodo Christus vester filius Dei potest esse, qui à diabolo tentari potuit: vt modo famæ, panem ex lapidibus facere vrgeretur: modo in templi celsitudinem leuaretur: modo ad adorandum ipsum diabolum induceretur. Ad quod Syluester, si diabolus, ideo vicit: quia ab Adam manducante est auditus: constat ideo eum fuisse superatum: quia est à Christo ieiunante contentus. Nos autem eum non inquantum Deus: sed inquantum homo tentatum esse fatemur. Ideo autem tripliciter est tentatus: vt à nobis omnes tentationes excluderet: & formam vincendi daret. Sæpe nanquè in homine victoriam abstinentiæ sequitur tentatio humanæ gloriæ: & tentationem humanæ gloriæ appetitus dominij &

excellenti comitatur. Ipse igitur à Christo in his vincitur: vt vincendi nobis forma daretur. Isto superato octauus qui & Aroel ait. Cōstat quia Deus summus perfectus est, & nullius ope indiget: quid ergo ei opus fuit, vt nasceretur in Christo. Quoterū Christū verbum appellas? Sed & hoc constat: quia Deus antequam haberet filium: pater dici non potuit. Ergo si pater Christi postea dictus est, mutabilis factus est. Ad hoc Syluester. Filius ante tempora ex patre est genitus vt faceret quæ non erant: & in tempore est natus: vt reficeret, quæ perierant. Quæ & si solo verbo reficere poterat: tamen per passionem, nisi homo fieret redimere non valebat: quia in sua deitate ad patiendum aptus non erat: nec hoc erat imperfectionis: sed perfectionis, si in sua non erat Deitate passibilis. Porro filium verbum dei dici ex eo patet: quia propheta ait. Eructauit cor meū verbū bonū. Deus quoque semper pater fuit: quia semper eius filius extitit. Filius enim eius est verbum eius, sapientia eius: virtus eius. In patre autem semper fuit verbum iuxta illud. Eructauit cor meum verbum bonum. Semper sapientia, iuxta illud. Ego ex ore altissimi prodij primogenita ante omnem creaturam. Sēper virtus, iuxta illud. Ante omnes colles ego parturij: nec dum fontes aquarum eruperent &c. Cū ergo pater nunquam fuerit sine verbo sapientia & virtute quomodo putas hoc nomen sibi ex tempore aduenisse. Hoc ergo amoto nouus, qui & Iubal dixit. Cōstat, quia Deus cōiugia nō damnat, nec eis maledixit: quare ergo de coniugio natum denegatis hunc esse quem colitis: nisi vt obfuscare cōiugia studeatis. Rursus, quomodo tentatur, qui potes est: patitur, qui virtus est moritur, qui vita est. Denique ad hoc cogeries vt duos filios esse dicas: vnum quem pater genuit, alterum quem virgo generauit. Rursus, quomodo fieri potest vt patiatur homo, qui assumptus est sine læsione eius à quo assumptus est. Ad hoc Syluester. Nos Christum non ideo natum de virgine dicimus: vt coniugia condemnemus: sed causas virginie partus rationabiliter acceptamus. Nec hac assertio obfuscantur: sed ornantur coniugia: quoniam hæc virgo quæ Christū peperit, de coniugio nata est. Tentatur autem Christum, vt omnes tentationes diaboli vinceret: patitur vt vniuersas passionis subijceret moritur vt mortis imperium subiugaret. Dei quoque filius vnus in Christo est, qui sicut est verus Dei filius inuisibilis, ita visibilis est Christus. Est ergo inuisibile hoc quod est Deus: & est visibile hoc quod est homo. Pati verò posse homines assumptum sine passiōe eius, qui assumpsit, exemplo doceri potest. Nā presentis purpure regis vtamur exemplo. Lana enim fuit: et huic lanæ sanguis accendit colorem purpureum præbuit. Cū ergo teneretur digitus, & torqueretur in filo: quid torquebat hoc quod regia dignitatis color est, an hoc quod lana extiterat antequam purpura fieret. Lanæ ergo assimilatur homo: color purpureo Deus, qui simul in passione fuit. dum pateretur in cruce: sed passiōi in nullo subiucit. Decimus qui et Thara dixit. Non mihi placet istud exemplum: quia simul color torquetur cum lana. Cui cum omnes cōtraderent. Syluester dixit. Accipe ergo aliud exemplum: Arbor habens in fe solis splendorem: cum inciditur scilicet quidem suscipit: splendor autem ab incisione immunis existit. Sicque homine pa-

tiēte diuinitas nulli passioni subiacuit. G. ¶ Vnde decimus qui & Sileon ait. Si de Christo tuo propheta ista vaticinatio sunt: tantæ irrisiois passionis & mortis causas scire vellemus. Et Syluester. Esuriuit Christus vt nos reficeret. Sitiuit, vt ariditatis nostræ vitalia pocula ministraret. Tentatus est vt nos à tentationibus liberaret. Tentatus est, vt nos a dæmonum captura redimeret. Irrisus est, vt nos ab irrisione dæmonum erueret. Ligatus est, vt nos à nodo maledictiōis absolueret. Humiliatus est, vt nos exaltaret. Expoliatus est vt nuditatem primæ præuaricationis indulgentia: indumento tegetet. Spineam coronam accepit, vt flores paradisi perditos redonaret. In ligno suspensus est, vt concupiscentiam in ligno genitam damnaret. Felle & aceto potatus est, vt hominem ad terram fluentem lac & mel introduceret: & fontes nobis mellifluos aperiret. Mortalitem suscepit, vt suam nobis immortalitem donaret. Sepultus est vt sanctorum sepultura benediceret. Surrexit vt mortuis vitam redderet. Ascendit in cælum, vt celi ianuam aperiret. Sedit à dextris Dei: vt preces credentium exaudiat. Hæc Syluestro profertur vniversa imperator quàm iudices & Iudei in laudem Syluestri proruperunt vnanimiter. Tunc dignat' duodecimus, qui et Zambri indignatione magna dixit. Miror vos passibilissimos iudices verborum ambagibus credere: & Dei omnipotentiam æstimare humana ratione concludi. Sed iam cessent verba & veniamus ad facta. Stultissimi namque sunt, qui crucifixum colunt: cum ego nomen Dei omnipotentis scia cuius virtutem nec sufferunt laxa: nec audire valet quælibet creatura. Et vt me verum dicere comprobatis, taurus ad me ferocissimus adducatur: & dum in eius aure nomē istud insonuerit taurus ilicō morietur. Ad quem Syluester. Et tu quomodo hoc nomē nō audiens didicisti. Zambri dixit. Non est tuum hoc noscere mysterium, qui Iudæorum inimicus es. Adducitur autem taurus ferocissimus, vix à centum hominibus fortissimis tractus. At vbi Zambri in aure eius verbum protulit: continuò taurus mugiens oculisque eiciens expirauit. Omnes igitur Iudæi vehementer acclamant, & Syluestro insultant. Quibus Syluester. Non Dei nomen protulit: sed nomen pessimi dæmonis nominauit. Deus enim meus Iesus Christus non solum viuētes mortificat: sed etiam mortuos viuificat. Nōne occidere posse, & viuificare non posse est leonem, serpentem & ferarum. Si ergo vult, vt credam, quòd nomen dæmonis non fuerit, dicat iterum, & viuificet, quod cecidit. Nam de Deo scriptum est. Ego occidam, et ego viuere faciam. Quod si non poterit, nomen dæmonis absque dubio nominauit, qui viuētem occidere potest, mortuum viuificare non potest. Cumque Zambri ad suscitandum taurum à iudicibus vrgeretur, dixit: suscitetur eum Syluester in nomine Iesu Galilæi: & omnes in eum credemus. Nam & si pennis posset volare: istud tamen non valeret perficere. Omnes igitur Iudæi, si taurum suscitauerit, se credituros promittunt. Tunc Syluester oratione facta ad aurem tauri se applicans, dixit. O nomen maledictionis & mortis, egredere iussu domini nostri Iesu Christi, in cuius nomine tibi dico. Taurus surge: & ad armentum tuum māfuerus recede, statim igitur taurus surrexit: & cū omni mansuetudine abijt

Tunc Regina Iudæi & iudices & ceteri omnes cōuersi sunt ad fidē. H. ¶ Post aliquot verò dies idolorū pontifices ad Imperatorem venerunt dicentes. Sacratissime Imperator ille draco, qui est in fouea postquam, fidentem Christi recepisti plusquam. ccc. homines quotidie interfecit statu suo. Consulente super hoc Costantino Siluestro, respondit. Ego per Christi virtutem eum ab omni læsione cessare faciam. Promittunt pontifices se, si hoc faceret, credituros. Orante autem sancto Siluestro, sanctus Petrus, apparuit ei dicens. Securus ad draconem descende tu & duo presbyteri, qui sunt tecum. Cūque ad eum veneris: eum taliter alloquaris. Dominus noster Iesus Christus de virgine natus, crucifixus & sepultus. Qui resurrexit & sedet ad dexteram Dei patris: hic vterus est iudicare viuos & mortuos. Tu ergo sathana eum in hac fouea vsque; dum veneris expecta. Os autem eius ligabis filo. Et nullo crucis habente signum desuper sigillabis: postea ad me sani & columes venietis, & panem quem vobis parauero, comedetis. Descendit itaque; Siluester cum duobus presbyteris in foueam: per gradus. cl. duas secum ferens lateras. Tūc draconi prædicta verba dixit: & os ipsius stridentis & sibilantis, vt iussus fuerat alligauit. Et descendens inuenit duos magos, qui eos secuti fuerant, vt viderent, si vsque; ad draconem descenderent, ex draconis fetore penē mortuos: & eos secum adduxit in columes atque sanos. Qui statim cum multitudine infinita conuersi sunt. Sicque Romanorum populus duplici morte est liberatus, scilicet à cultura dæmonis, & veneno draconis. Tandem beatus Siluester morti appropinquans clerum de tribus admonuit, scilicet vt inter se charitatem haberent: ecclesias suas diligentius gubernarent: & gregem à luporum moribus custodirent. Post hæc in dño feliciter obdormiuit circa annum dñi. cccxx.

De Circuncisione Domini.

LEGENDA. 13. A.



CIRCUNCISIONIS dominicæ die quatuor celebrem faciunt & solennem. Primum, est octaua natiuitatis domini. Secundum, impositio noui & salutiferi nominis. Tertium, effusio sanguinis. Quartum, signaculū circuncisionis. Primum ergo est: octaua natiuitatis Domini. Si enim aliorū sanctorū octauæ solennes sunt, quātō magis octaua die sancti sanctorum solennis erit? Sed non videtur, quòd natiuitas domini debeat habere octauam: quia eius natiuitas tendebat ad mortem: obitus autem sanctorū ideo octauas habet: quia ipsi tunc nascuntur ea natiuitate, quæ est ad vitam æternam: vt postea resurgant in corporibus gloriosis. Eadem ratio videtur, quòd nō debeat habere octauam natiuitas beatæ virginis, nec beati Ioannis baptiste: similiter nec resurrectio domini: quia iam facta erat in ipsa resurrectione. Sed notandum, quòd sicut dixit Prepositus, sunt octauæ supplementationis: vt est octaua natiuitatis domini, in qua supplemus, quòd minus in festo factum fuerat scilicet officium de parturiente. Vnde etiam in missa olim consueuerat cantari ad honorem beatæ virginis. Vultum tuum &c. Itē sunt octauæ venerationis, vt Pasche, Penthecostes, beatæ virginis, beati Ioannis baptiste. Item de vniuersis vt cuiuslibet sancti possunt fieri octauæ. Figu-

rationis: vt sunt octauæ institutionis de sanctis, quæ significant octauam resurrectionis. B. ¶ Secundum est, impositio noui & salutiferi nominis. Hodie enim impositum est ei nomen Nouum, quòd os Domini nominauit. Nomen, propter quod non est aliud sub cælo in quo oporteat nos saluos fieri. Nomen quod secūdum Bernard, est mel in ore: melos in aure, & iubilus in corde. Nomen, quod sicut dicit idem Bernard, instar olei lucet prædicatum: pascit recogitatum: lenit & vngit inuocatum. Habuit autem triplex nomē, sicut euāgelio manifestatur scilicet filius Dei: Christus & Iesus. Vocatur autem filius Dei in quantum est de Deo Deus Christus, in quantum est homo à persona diuina quantum est humanam naturam assumptus. Iesus, in quantum est Deus humanitati vnitus. De hoc triplici nomine dicit Bernard. Vos qui in puluere estis, expergiscimini & laudate. Ecce dominus venit cum salute: venit cum vnguento: venit cū gloria. Neque enim sine salute Iesus: neque sine vnctione Christus: neque sine gloria venit filius Dei. Siquidem ipse salus: ipse vnctio: ipse gloria. Quantum ad hoc triplex nomen ante passionem perfectè notus non erat. Nam quantum ad primum, ab aliquibus cognoscebatur coniecturaliter: sicut à dæmonibus, qui dicebant ipsum esse filium Dei. Quantum ad secundum, particulariter: ab aliquibus enim paucis cognoscebatur esse Christus. Quantum ad tertium, vocaliter: quia quo ad hanc vocem Iesus, sed non quo ad rationem nominis, quod est saluare. Post resurrectionem autem hoc triplex nomen clarificatum est. Primum nomen, quo ad certitudinem. Secundum, quo ad diffusionem. Tertium, quo ad nominis rationem. Primum igitur nomen est filius Dei. Et quòd hoc nomen sibi rectè conueniat sicut dicit Hylarius in libro de trinitate vere Dei filium vnigenitum dominum nostrum Iesum Christum esse, multis modis cognitus est: dum de eo testatur pater: dum de ipso profiteretur: dum apostoli prædicant: dum religiosi credunt: dum dæmones confitentur, dum Iudæi negant dum gentiles in passione cognoscunt. Idem dominum Deum nostrum Iesum Christum his modis cognoscimus nomine: natiuitate: natura: potestate & professione. Secundum nomen est Christus, quod interpretatur vnctus: ipse enim fuit vnctus oleo letitiæ præ participibus suis. Per hoc autem quod dicitur vnctus, insinuatur, quòd ipse fuit ppheta, pugil, sacerdos & rex. Iste enim quatuor personarum olim consueuerat inungi. Fuit enim propheta in doctrinæ eruditione: pugil, à diaboli debellatione: sacerdos, in patris reconciliatione: Rex in præmiorum retributione. Ad hoc secundò nōie denominamur: quia à Christo dicimur Christiani. De quo nomine sic dicit Augustinus. Christianus iustitiæ bonitatis: integritatis: patientie: castitatis: pudicitie: humanitatis: innocentie: pietatis nomen est. Et tu istud quomodo tibi defendis & vindicas, cui de tam plurimis rebus nec pauca subsistunt: Christianus ille est, qui non nomine tantum, sed etiam opere ex rat. Hæc Augustinus. C. ¶ Tertium nomen est Iesus. Hoc autem nomen Iesus secundum Bernard, dicitur cibus fons medicina: & lux. Hic autem cibus multiplex habet effectum. Est enim cibus confortatiuus: impingatiuus: roboratiuus: & vegetatiuus. De his sic dicit Bernard. Est cibus hoc nomen Iesus. An non

toties confortaris quoties recordaris. Quid equè mētē cogitantis impingatur quid ita exercitatos reparat sensus: virtutes roborat: vegetat bonos mores: atq; castas fouet affectiones. Secundò dicit fons: vnde dicit idem. Bern. Iesus est fons vite signat⁹ qui in quatuor riuos se diffundit in plateas. Vnde qui factus est nobis sapientia iustitia sanctificatio: & redemptio: sapientia in predicatione: iustitia in peccatorum absolutione: sanctificatio in conuersatione vel conuersione: redemptio in passione hęc Ber. Alibi quoq; sic dicit, tres riuus fluxerunt à Iesu verbum doloris in quo est confesio sanguis asperis in quo est afflictio, aqua emendationis in qua est cōpunctio. Tertiò est medicina: vnde sic ait. Est etiam hoc nomen Iesus medicina. Nihil enim ita ire impetum cohibet: superbie timorē cedat. Sanat liuoris vulnus restringit luxurię fluxum: extinguit libidinis flammā: sitim temperat auaricię ac totius decoris fugat pruriginē. Quartò est lux vnde ait. Vnde putas id toto orbe tanta & tam subita fidei lux nisi de prædicto Iesu: hoc est nomē quod Paulus portabat coram gentibus & Regibus tanquam lucernam super candelabrum. Hoc iterum nomen Iesus est multitudo sanauitatis. vnde Bern. Si scribas non sapit mihi nisi legero nisi Iesum. Si disputes ac cōferas non sapit mihi nisi sonuerit ibi Iesus. Item Richardus de sancto victore. Iesus est nomen dulce: nomen delectabile: nomen confortans peccatorē & beate spei: ergo Iesu esto mihi Iesus. Secundò est multę virtuositatis: vnde Petrus rauē. Vocabis nomē eius Iesum. Hoc est nomē quod dedit cecis visum: surdis auditum: claudis gressum: sermonem mutis: vitam mortuis. Totiq; diaboli potēstas tein de obsessis corporibus virtus huius nominis effugauit. Tertiò est multę excellentię & sublimitatis. vñ Bern. nomē saluatoris mei fratris mei carnis mee, sanguinis mei, nomen à seculis absconditum: sed in fine seculorum reuelatum nomen mirabile: nomen ineffabile: nomen inestimabile. imò eo mirabilius quo inestimabilius: ex magis gratum quo gratuitum. Hoc autē nomen Iesus impositum est ei ab æterno ab angelo & à patre putatio, scilicet à Ioseph. Iesus enim saluator interpretatur. Dicitur autem saluator tripliciter vel à potēti saluandi vel ab habitu vel ab actū: secundū quod dicitur à potētia saluandi conuenit ei hoc nomen ab æterno. Secundū quod dicitur ab habitu saluandi sic fuit impositū ab angelo & conuenit ei à principio conceptionis: secundum quod dicitur ab actū saluandi: dicitur impositum à Ioseph: ratione futura passiois. Vnde glo. super illud. Vocabis nomē eius Iesum dicit. Nomen impones quod ab angelo vel ab æterno impositum est. Et tangit hic glossa hanc prædictam triplicem denominationem. Cum enim dicitur nomē impones tangitur denominatio à Ioseph: cum dicitur ab angelo vel ab æterno impositum est tanguntur alie due. Rectē igitur in die capitis anni cōstituta à Roma capite mundi & insignita capitalia litera alphabeti. Christus caput ecclēsię circunciditur nomen ei imponitur & eius natiuitatis octauus dies collitur. D.

¶ Tertiū est, effusio sanguinis Christi. Hodie enim sanguinē suum primò pro nobis effundere cepit, qui ipsum post modum pluries effundere voluit. Quinq; enim vicibus sanguinem suum pro nobis effudit. Primò, in circuncisione: & hęc effusio fuit nostrę redem-

ptionis initium. Secundò in oratione: & hoc ostendit nostrę redemptionis desiderium. Tertiò, in flagellatione: & hęc fuit nostrę redemptionis meritum: quia liuore eius sanati sumus. Quartò, in crucifixione: & hęc fuit nostrę redemptionis pretium: tunc enim qui non rapuit exoluit. Quintò, in lateris apertioe: & hęc fuit nostrę redemptionis sacramētum: inde enim exiuit sanguis & aqua, quod figurauit nos per aquam baptisimi debere mundari, qui quidem baptisimus habiturus erat efficacia à sanguine Christi. Quartū & vltimum est, signaculum circuncisionis, quod quidem Christus hodie accipere dignatus est. Voluit autē dominus circuncidi propter multas rationes. Primò ratione sui, vt veram carnem humanam se assumpsisse ostenderet. Sciebat enim aliquos futuros, qui dicerēt ipsum nō corpus verum, sed fantasticum assumpsisse. Et ideo vt eorum errorem confutaret: voluit circuncidi: & sanguinem ibi emittere. Corpus enim fantasticum sanguinem non emittit. Secundò, ratione nostri vt nos spiritualiter debere circuncidi monstraret. Duplex est enim circuncisio secundum Bernar. quæ debet fieri à nobis, scilicet exterior in carne, & interior in mente. Circuncisio exterior consistit in tribus, scilicet in habitu, ne sit notabilis: in actione, ne sit repræhensibilis: & in sermone, ne sit contemptibilis. Interior autem similiter consistit in tribus, scilicet in cogitatione, vt sit sancta: in affectione, vt sit pura: in intentione, vt sit recta. hęc Bernar. Iterum ratione nostri, vt nos saluaret: quemadmodum enim fit cauterium in vno membro, vt totum corpus sanetur: sic Christus voluit portare cauterium circuncisionis, vt sic totum corpus mysticum saluaretur. Colla. ij. Circuncisi em estis circuncisione nō manufacta in expoliatione corporis carnis: sed circuncisione Christi. Gloss. à vitis tā quā petra acutissima. Petra enim erat Christus: primi. Corinth. x. & Exod. iij. Tulit illicē Sephora: acutissimam petram: & circuncidit carnem præputij filij sui. Circuncisione & c. dupliciter exponitur secundum gl. Primò modo sic. Circuncisi inquam estis circuncisione non manufacta, id est, humano opere: sed diuino, id est circuncisione spirituali, quæ quidem circuncisio fit in expoliatione corporis carnis: hoc est depositione carnalis hominis, id est, vitiorum & desideriorum carnalium, secundum quod caro accipitur. j. Corinthio. viij. Caro & sanguis regnum cælorum non possident & c. Estis inquam circuncisi circuncisione non manufacta: sed circuncisione spirituali. Secundò modo sic. Circuncisi inquam estis in Christo, & hoc circuncisione non manufacta, id est, circuncisione legali, qui quidem manufacta siue legalis fit in expoliatione corporis carnis id est, corporis quod est caro, scilicet cutis carnis: quæ in circuncisione legali aufertur. Non estis inquam circuncisi ista circuncisione: sed circuncisione Christi, id est, spirituali in qua omnia vitia amputata sunt. Vnde Roman. ij. Non enim qui in manifesto ludæus est: neque qui in manifesto in carne est circuncisus: sed qui in abscondito ludæus est: & circuncisio cordis in spiritu non litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est: circuncisi estis circuncisione non manufacta in expoliatione corporis carnis: sed circuncisione Christi. Tertiò ratione ludæorum, vt inexcusabiles essent. Si enim circuncisus nō fuisset: potuissent se ludæi ex-

cusare & dicere. Ideo te non recipimus: quia dissimilis es patribus. Quartò ratione dæmonum: ne scilicet incarnationis mysterium cognoscerent. Cum em circuncisio fieret contra originale peccatum: creditur diabolus, & hunc qui circuncidēbatur, similiter peccatorem esse, qui circuncisionis remedium indigeret: propter eandem causam voluit vt mater sua virgo perpetua esset desponsata. Quintò ratione perfectæ iustitię adimplenda: sicut enim baptizari voluit, vt perfectā iustitiam, id est, perfectam humilitatem, quæ est subdere se minori, impleteret: sic etiam voluit circūcidi, vt eandem humilitatem nobis ostenderet: dum autor & dominus legis voluit se subdere legi. Sextò ratione legis Moysayę approbandæ quod erat bona & sancta & cōplenda: quia non venerat legem soluere, sed adimplere. Roma. xv. Dico enim Iesum Christum ministrum fuisse circuncisionis propter veritatem Dei & c. Quare autem circuncisio octaua die fiebat. Multiplex potest ratio assignari. Prima sumitur penes intellectum historicum siue literalem. Nam sicut dicit rabbi Moy ses maximus philosophus & theologus: licet Iudæus. Puer in septem diebus tantæ adhuc teneritudinis est, quantæ est adhuc in vtero matris existens. In octaua autem die fortificatur & solidatur: & ideo vt dicit noluit dominus paruulos ante octauam diem circūcidi: ne ob nimiam teneritudinem nimium læderentur. Vltra octauam verò diem ipsam circūcisionem noluit prolongari: propter tres causas, quas Philosophus idē assignat. Prima vt periculum euitaret: ne scilicet si nimium differretur, sine circuncisione eos mori contingeret. Secunda, vt dolori paruulorum prouideatur: cū enim in circuncisione maximus dolor fit, voluit eos dominus circūcidi: dū parua adhuc imaginationē haberent, & minorem ibi dolorem sentirent. Tertia vt parentum tristitię consulatur: nam cum ex circuncisione plerique paruuli morerentur: si circuncisi fuissent iam magni, & ex hoc mortui maior dolor fuisset parentibus quàm si morerentur octo tantum dies habentes. Secūda ratio sumitur penes intellectum analogicum siue cælestem. Ideo enim octaua die fiebat: vt daretur intelligi, quàm in octaua resurrectionis ab omni pœna & miseria circūcideremur. Et secundum hos octo dies erunt octo ætates. Prima ab Adam vsq; ad Noe. Secunda à Noe vsque ad Abraham. Tertia ab Abraham vsq; ad Moysen. Quarta à Moysē vsq; ad Dauid. Quinta à Dauid vsque ad Christum. Sexta à Christo vsque ad finem mundi. Septima mortientium. Octaua resurgentium. Vel per octo dies intelligitur octo, quæ in æterna beatitudine possidebim⁹, quæ enumerat Augustin. dicens. Quid aliud est ego ero illorū Deus nisi ero eis vnde satietur. Ero quæcumque honeste desiderantur, scilicet vita salus, victus, copia, gloria, honor, pax & omne bonum. Vel aliter. Per septē dies intelligitur homo constans ex corpore & anima: Quatuor enim dies sunt quatuor elementa ex quibus corpus consistit: & tres dies sunt tres potētię, quæ sunt in anima: scilicet concupiscibilis, irascibilis & rationalis. Homo igitur qui nunc habet septem dies: quoniam vnitati æternæ incommutabilitatis coniungatur: tunc octo dies habebit, & in illo octauo die ab omni pœna & etiam culpa circūcidetur. Tertia ratio sumitur penes intellectum tropologicum siue

moralem. Et secundum hoc octo dies diuersimodè possunt accipi. Primus potest esse peccati cognitio. Psal. Quoniam iniquitatē meam ego cognosco. & c. Secundus propositum deserendi malum & faciendi bonum, quod notatur in filio prodigo, qui dixit surgam & ibo ad patrem meum & c. Tertius pudor de peccato. Vnde apostolus. Quem enim fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis. Quartus timor de futuro iudicio. Iob. Quasi tumentes super perne fluctus timui Deum. Hieron. Siue comedam siue bibam siue aliquid aliud faciam: semper videtur mihi illa vox in auribus meis sonare. Surgite mortui venite ad iudicium. Quintus contritio: Vnde Hieron. Luctum vnigeniti fac tibi & c. Sextus confessio. Psal. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam & c. Septimus spes veniæ. Nam & si Iudas peccatum suum confessus fuerit: tamen nō in spe veniæ: & ideo non est misericordiam consecutus. Cætauis satisfactio, & in hac die homo spiritualiter circūciditur non solum à culpa: sed etiam ab omni pœna. Vel duo primi dies sunt dolor de perpetrato peccato, & desiderium emendandi. Alij duo confiteri mala quæ fecimus, & bona quæ omisimus. Alij quatuor sunt oratio: lachrymarum effusio: corporis afflictio: elemosynarum largitio. Vel octo dies possunt esse octo: quorum diligens consideratio omnem voluntatem peccandi à nobis circūcudit: ita quod qui vnum diligenter considerauit: vnam magnam dietam faciet, quorum septem numerat Bernar. dicens. Septem sunt de essentia hominis, quæ si homo consideraret, in æternum non peccaret: scilicet materia vilis: operatio turpis: exitus flebilis: status instabilis: mors tristabilis: dissolutio miserabilis: & damnatio detestabilis. Et octauum potest esse confideratio gloriæ ineffabilis. Quarta ratio sumitur penes intellectum allegoricum siue spirituale: & secundum hoc quinq; dies erunt, quinq; libri Moysi, in quibus continetur Jex. Duo erunt prophetæ & Psalms: octauus dies erit doctrina euangelica: sed in septem primis diebus non fiebat perfecta circūcisio: in octauo autem perfecta circūcisio fit ab omni culpa & ab omni pœna: nunc in spe, sed tandem in re. E.

¶ Quare autem data fuerit circūcisio sex sunt causæ, quæ notantur in his versibus. Cauterium, signum, meritum, medicina, figura. Exemplum fuit olim circūcisio dura. De carne autem circūcisionis domini dicitur: quod angelus eam Karolo magno attulit: & ipse eam Aquisgranum in ecclēsiā sanctæ Mariæ honorificè collocauit. Karolus verò illam postea fertur Carosium transfuisse: nunc autem dicitur esse Romæ in ecclēsiā, quæ dicitur sancta sanctorum: vnde & ibidem scriptum legitur. Circūcisa caro Christi sandalia clara. Atque umbilici viget hic præcisio cara: vnde & ea sit statio ad sancta sanctorum: sed si hoc verum est, valde vtiq; mirabile est. Cum enim caro ipsa sit de veritate humanæ naturæ: credimus quod resurgente Christo redijt ad locum suum glorificatum. Aliqui dixerunt quod hoc verum sit iuxta opinionem illorum qui dicunt, illud solum esse de veritate humana natura: Quod ab Adam traductum est, illud solum resurge-

re. Notandum, quod olim à Paganis, & gentilibus in his Kalendis multæ superstitiones obseruabatur, quas sancti etiã à Christianis vix extirpare potuerunt. Quas Augu. in quodam sermone commemorat. Credentes enim, vt dicit, Ianum ducem quandam Deum esse, cum in his Kalendis plurimum venerantur: & ei duas facies figurabant, vnam post se, & vnam ante se: quia erat finis anni præteriti, & principium sequentis. Rursus in his Kalendis formas monstruosas assumebant alij vestientes se pellibus pecudum: Alij assumetes capita bestiarum: ex quo indicabant non tam habitum se beluinum habere quam sensum, alij tunicis mulieribus vestiebantur non erubescentes inserere tunicis mulieribus militares lacertos. Alij ita auguria obseruabant: vt focum de domo sua, vel aliud quodcumq; beneficium cuiuslibet petenti non tribuerent. Diabolicas etiam strenas, & ab alijs accipiunt, & alijs tradunt. Alij in nocte mensas lautæ præparant: & sic tota nocte manere sinunt, credentes, quod per totum annum cõuiuia in tali cibi abundantia perseuerat. Et subdit. Augu. Qui de paganorũ cõsuetudine aliquid obseruare voluerit, timendum est ne nomen Christianũ ei prodesset non possit. Qui etiam stultis hominibus ludentibus aliquam humanitatem impenderit: peccati eorum participem se esse non dubitet. Vobis autem fratres non sufficiat, quod hoc malum nõ facitis: sed vbi cumq; fieri videritis, arguite & corripite, & castigate. hæc Augustin.

De Epiphania Domini.

LEGENDA. 14. A.

EPIPHANIA domini quadrupliciter decoratur, miraculo: & ideo quadruplici vocabulo nuncupatur. Hodie enim magi Christum adorant. Ioannes Christum baptizat: aquam in vinum Christus mutat: & quinque milia hominum de quinque panibus faciat. Cum enim Iesus esset tredecim dierum, magi ad eum (stella duce) venerunt. Et inde dicitur epiphania ad epy, quod est supra, & phanos, quod est apparitio: quia tunc desuper stella apparuit: siue ipse Christus per stellam quæ desuper visa est magis, verus Deus demõstratus est. Eadem die reuolutis vigintinouem annis, cum iam annum tricesimum attingisset, quia habebat vigintinouem annos, & tredecim dies: erat enim incipiens quasi annorum triginta, vt dicit Lucas: vel secundum Bedam, habebat triginta annos plenos, quod est Romam ecclesiam tenere asserit: tunc in qua in Iordane baptizatus est. Et ob hoc vocat theophania: à theos, quod est Deus, & phanos, quod est apparitio: quia tunc Deus trinitas apparuit, pater in voce: filius in carne: & Spiritus sanctus in columbæ specie. Ipso iterum die reuoluto vno anno, cum esset. xxx. vel triginta vnus annorum, & tredecim dierum aqua in vinum mutauit. Et hoc vocatur Bethphania à beth, quod est domus: quia miraculo facto in domo verus Deus apparuit. Ipso iterum die reuoluto anno, cum esset annorum triginta vnus vel triginta duorum & tredecim dierum, quinque milia hominum de quinque panibus satiauit, sicut dicit Beda: & sicut dicitur in illo hymno, qui in multis ecclesijs cantatur: sic incipit. Illuminans altissimus & c. Et ob hoc vocatur phagiphania à phage, quod est bucca siue

manducare: De hoc autem quarto miraculo vtrũ hæc die cõtigerit dubitat: tamẽ quia in originali Bedæ nõ sic expressè legitur: tũ quia Ioã. vj. vbi de hoc miraculo agitur, dicitur. Erat autẽ proximum pascha & c. Ista ergo quadruplex apparitio ista die facta est. Prima facta est per stellam in præsepio. Secunda per vocem patris in Iordanis fluuio. Tertia per mutationem aquæ in vinum in cõuiuio. Quarta per multiplicationem panum in deserto. Prima autem apparitio præcipue hodie celebratur: & ideo eius historiam prosequamur. **B.** ¶ Nato enim domino tres magi Hierosolymam venerunt, quorum nomina in Hæbreo sunt, Appelti, Ameri, Damascus: græcè Galalath, Magalath, Sarachim. Latine, Gaspar, Balthasar, Melchior. Cuiusmodi autem magi fuerunt hi, triplex ex tat sententia, secundum quod magus tripliciter dicitur. Magus enim dicitur illulor, maleficus & sapiens. Dicitur ergo quidam hos reges ab effectu dictos fuisse magos, id est, illulores ex eo scilicet, quod Herodem illuserunt: quia ad eum non redierunt: vnde & dicitur de Herode. videns quod illulus esset à magis & c. Magus iterum dicitur maleficus: vnde malefici Pharaonis dicuntur magi. Et inde dicit Chryso. hos magos vocatos. Dicit enim istos fuisse maleficos: sed postea conuersos. Quibus dominus voluit natiuitatem suam reuelare, & eos ad se reducere, vt per hoc peccatoribus veniæ spem præberet. Iterum magus idem est, quod sapiens. Nam persicè magus: Hæbraicè scriba: Græcè Phariseus: Latine sapiens dicitur. Dicuntur ergo magi, ideo, sapientes. vnde & magi quasi insipientia magni. Venerunt ergo hi tres sapientes reges cum magno comitatu Hierosolymam. Sed queritur quare magi Hierosolymam venerunt, cum ibi dominus natus non sit. Super hoc assignat Remigius quatuor rationes. Prima, quoniam magi tempus natiuitatis Christi agnouerunt, sed locum ignorauerunt: quia autem Hierosolymam erat ciuitas regalis, & ibi erat summum sacerdotium, suspicati sunt, quod tam egregius puer non, nisi in regia ciuitate nasci deberet. Secunda, vt citius natiuitatis locum discere potuissent: cum ibi sapientes legis & scribe residerent. Tertia, vt iudei inexcusabiles manerent: potuissent enim dicere. Nos quidem natiuitatis locum cognouimus: tẽpus autẽ ignorauimus: & ideo non credimus. Magi ergo ostenderunt Iudæis tempus, & Iudæi magis locum. Quarta vt sic studio magorũ condẽnaretur pigritia Iudæorũ. Nam illi vni prophetæ crediderunt: isti pluribus credere noluerunt. Illi querunt regem alienum. Isti non querunt proprium. Illi venerunt de longinquo: isti manserunt in vicino. Isti reges fuerunt successores Balaã, & ad visionem stellæ venerunt propter illam prophetiam patris sui. Orietur stella ex Iacob, & exurget homo de israel & c. ¶ Aliã causam vnde isti moti sunt ad veniendum ponit Chryso. in originali super Matthe. alferens quosdam dicere, quod quidam secretorũ insperatores elegerunt de seipis duodecim: & si quis moriebatur, filius eius aut aliquis propinquorum in eius loco substituebatur. Hi ergo per singulos annos post mensam ascendebant super montem victorialem: & tribus diebus ibidem morantes se lauabant, & adorabant Deum vt eis illam stellam quam Balaã prædixerat ostenderet. Quadam igitur vice scilicet, in die natalis Domini dum sic ibidem manerent stella quadam ad eos super

montem venit quæ habebat formam pulcherrimi pueri super cuius capite crux splendebat, quæ magos allocuta est, dicens. Ite velocius in terram Iudæ, & ibidem regem quem queritis natum iauenietis. Tunc illi continuo venire ceperunt. Sed quomodo tam paruo tempore, scilicet in tredecim diebus per tanta terrarum spacia venire potuerunt, scilicet ab oriente vsque in Hierusalem, quæ in medietate mundi dicitur esse sita. Dicendum est secundum Remigium quoniam talis puer ad quem properabant eos in tam breui spacio perducere potuit. Vel poterit dici secundum Hieronimum quod super dromadarios venerunt, quæ sunt animalia velocissima qui tantum currunt vna die quantum equus in tribus, vnde dicitur dromadarius a dromos quod est cursus & ares quod est virtus. Cum ergo Hierosolymam venissent, interrogauerunt dicentes. Vbi est qui natus est rex iudæorũ. Non interrogauerunt enatus sit: quia hoc credebant. Sed querunt vbi natus sit. Quasi aliquis interrogasset eos, vnde scitis hunc regem natum esse. Responderunt vidimus stellam eius in oriente, & venimus adorare eum. Hoc est nos existentes in oriente & vidimus stellam eius, id est huius natiuitatis ostensiuam. vidimus: inquam super iudeam positam. Vel nos existentes in nostra regione vidimus stellam eius in oriente. i. in orientali parte his verbis sicut dicit Remigius in originali verum hominem, & verum regem, & verum deum confessi sunt. Verum hominem cum dixerunt vbi est qui natus est: verum regem cum aiunt. Rex iudeorum: verum deum subiungunt venimus adorare eum. Præceptum enim fuit, vt nullus nisi solus deus adoraretur. Sed herodes hoc audiens turbatus est & omni hierosolyma cum illo. Triplici de causa rex turbatus est. Primò, ne iudei regem natum tantquam suum reciperent, & se tantquam alienigenam expellerent. Vnde Chryso. sicut ramum arboris in excelso positum leuis etiam aura mouet: sic & sublimes homines in culmine dignitatum existentes lenis etiam fama conturbat. Secundò ne a romanis culpam possent, si aliquis ibi rex vocaretur quæ Augustus non constituisset. Sic enim ordinauerunt Romani, vt nullus deus vel rex sine sui licetia in imperio diceretur. Tertio quoniam sicut dicit Græg. Carli rege nato rex terre turbatus est: quia nimirum altitudo terrena confondit dum celsitudo celestis aperitur. Omnis etiã Hierosolyma cum illo turbata est triplici de causa. Primò, quia impij gaudere nequeunt de aduentu iusti. Secundò vt regi turbato adulentur per hoc quod se similiter turbatos ostenderent. Tertio, quia sicut se ventis cõcutientibus vnda cõcutitur: sic & regibus adinuicẽ certantibus populus conturbatur: & ideo ex hoc timuerunt ne, scilicet presenti & venturo rege adinuicẽ certantibus ipsi perturbationibus inuoluerent. Hæc est ratio Chryso. **D.** ¶ Tunc Herodes omnes sacerdotes & scribas cõuocans sciscitabat ab eis vbi christus nascetur. Cum autẽ ab eis didicisset quod in Bethlæ iudæ vocatus id est clã magis diligenter ab eis didicet tẽpus stelle vt videlicet sciret, quid faceret si ad se magi non redirent. Dixitq; eis vt inueto puero ei renunciarẽt, simulans se velle adorare quẽ volebat occidere. Et nota quod cum magi Hierosolimam ingressi fuissent stellæ ducatum amiserunt: & hoc propter tres rationes. Prima, vt de loco natiuitatis christi querere cogeren-

tur vt sic de ipsius ortu certificarentur tam per stellæ apparitionem, quã prophetiæ assertionem sicut, & factum est. Secunda, quoniam auxilium querentes humanum iuste perdere meruerunt diuinum. Tertia, quoniam signa infidelibus data sunt secundum apostolum, sed prophetia fidelibus: & ideo signum datum istis, dum adhuc essent infideles, non debuit apparere dum essent inter Iudæos fideles. Hæc triplex ratio tangitur in glo. Cum autem Hierusalem egressi fuissent, stella antecedeat eos vsq; dũ veniens staret supra vbi erat puer. De hac stella cuiusmodi fuerit sunt tres opinionones, quas ponit Remigi⁹ in originali. Quidã dicunt fuisse Spiritum sanctum, vt ille qui post modum descendit super, Dominum baptizatum in specie colobæ apparuerit etiam magis in specie stellæ. Alij, vt Chryso. sto dicit quod fuerit angelus, vt ipse qui apparuit pastoribus, apparuit etiam & magis. Sed ipsis pastoribus iudæis, tãquã ratione vtentibus apparuit in formam rationali: gẽtilibus verò tãquam irrationabilibus in specie irrationabili. Alij, quod verius creditur, quod fuerit stella, de nouo creata quæ pacto suo ministerio redijt in præiacentem materiam. Ista autem secundum quod dicit fulgentius differebat ab alijs in tribus, scilicet in situ quia non erat localiter sita in firmamento, sed eiebat in medietate æris proximo terre. In fulgore, quia ceteris erat splendidior: quod in parte: quia splendorem eius non poterat splendor solis obscurare, imo in meridie lucidissima apparebat. In motu quia præcedebat magos more viatoris: non enim mouebatur motu circulari, sed quasi motu animali & progressiuo. Aliæ tres differentie tanguntur in glo. Martij, quæ incipit sic. Hæc stella dominicæ natiuitatis & c. Prima in origine, quia salix in mundi principio sunt facta: hæc modo. Secunda in officio: quia alia facta sunt, vt sint in signa & tempora: vt dicitur Gene. j. Hæc autem vt magis viam præberet. Tertia in duratione: quia alie sunt perpetuæ. Hæc completo officio suo redijt in materiam præiacentem. **E.** ¶ Cum autẽ stellam vidissent gauisi sunt gaudio magno valde. Notandum quod quintuplex est stella quam isti magi viderunt. scilicet stella materialis, stella spiritalis, stella intellectualis, stella rationalis, & stella supersubstantialis. Primã scilicet materialem viderunt in oriente, secundam scilicet spiritualem, quæ est fides viderunt in corde, Nisi enim hæc stella: scilicet fides in eorum corde radiasset: nequaquam ad visionem primæ stellæ venissent. Habuerunt enim fidem de eius humanitate cum dixerunt. Vbi est qui natus est. Et de eius regali dignitate: cum dixerunt. Rex iudeorum. Et de eius deitate: cum dixerunt. Venimus adorare eum. Tertiam, scilicet intellectualem, quæ est angelus, viderunt in somno, quando per angelum sunt moniti ne redirent ad Herodem. Licet secundum quandam glosam non angelus, sed ipse dominus eos admonuerit. Quartam, scilicet rationalem: quæ fuit beata virgo viderunt in diuerforio. Quinam scilicet supersubstantialem: quæ fuit Christus viderunt in præsepio. Et de hac duplici dicitur. Intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius. Quelibet autem istarum dicitur stella. De prima Psal. Lunam & stellas quæ tu fundasti. De secunda Eccl. xliij. Species celi. i. celestis hominis gloria stellarum. i. virtutum. De tertia Baruch. iij. c. Stelle

autem dederunt lumen in custodijs suis vocatę sunt & cętera. De quarta. Aue maris stella. De quinta Apo calip. vltimo. Ego sum radix & genus David. stella splendida & matutina. Propter visionem primę & secundę stellę magi gauisi sunt propter visionem tercię stellę gauisi sunt gaudio magno. Propter visionem quinq; stellę gauisi sunt gaudio magno valde. Vel sicut dicit Gloss. Ille gaudet gaudio qui de Deo gaudet qui est verum gaudium, & addit magno: quia eo nihil est maius & valde: quia de magno potest alius plus, alius minus gaudere. Vel per horum verborum exaggregationem voluit ostendere euangelista quod homines plus gaudent de rebus perditis & iterum inuentis quā de semper possessis.

F Cumque domunculam intrasset & puerum cum matre inuenisset: flexis genibus ei singuli hęc munerā obtulerunt, scilicet aurum: thus & myrrham. Hic exclamat Augustinus dicens. O stupenda infantia cui & astra subduntur. Cuius est ille magnitudinis & superbix glorię ad cuius pannos & angeli excubunt & sydera obsecundant & reges trepidant & sectatores sapientię geniculant. O beatum Tugurium. O sedes Dei, secunda post cęlum vbi non lucerna lucet, sed stella. O cęleste palatium in quo habitat non rex gemmatu sed Deus incorporatus cui erant pro molibus thoris dura pręsepia pro laquearibus aureis fuliginea culminis recta: sed syderis obsequio decorata. Stupeo cum video pannos intueor cęlos estus cum aspicio in pręsepio mendantium & super astra pręclarum. Item Bernardus. Quid facitis. O magi. Quid facitis. Lactentem puerum adoratis in tugurio vili in vilibus pannis ergo ne Deus est iste quid facitis quod aurum offeritis: ergo rex est iste. Et vbi aula regia vbi thronus vbi curię regalis frequentia. Nunquid aula est stabulum thronus pręsepium curię frequentia Ioseph & maria. Isti inspicientes facti sunt: vt fierent sapientes. De hoc etiam sic dicit Hylarius in libro secundo de trinitate. Parit virgo sed partus a Deo est. Infans vagit laudantes angeli audiuntur: panni forident Deus adoratur, itaque potestatis dignitas non amittitur dum carnis humilitas prędicatur. Ecce quo modo in Christo puero non tantum fuerunt humilitas & infima, sed etiam diuinitatis sublimis & excelsa. De hoc iterum dicit Hieronymus super epistolam ad hębreos Respice cunas Christi: vide pariter & cęlum. Vagientem in pręsepio intueris infantem sed angelos simul auscultas laudantes. Hærodes persequitur: sed adorant magi. Ignorant Pharisęi: sed stella demōstrat. Baptizat a seruo: sed vox Dei desuper tonantis auditur. Aquis immergitur, sed columba descendit, imo spiritus sanctus in columba.

G Quare autem magi huiusmodi munera obtulerunt multiplex est ratio. Prima quoniam traditio antiquorum fuit: vt dicit Remigius vt nullus ad Deum vel ad regem vacuus introiret. Per hanc autem & Chaldei talia munera consueuerant offerre. Isti autem vt dicitur in historia scolastica venerunt de funibus Persarum & Chaldeorum vbi est fluvius saba a quo & saba dicitur regio. Secunda quę est Bernardi: quoniam beata virgini earum obtulerunt propter inopię subleuationem, thus propter stabuli sectorem: myrrham propter membrorum pueri consolidationem & male

rum vermium expulsionem. Tertia quoniam aurum ad tributum: thus ad sacrificium: myrra ad sepulturam pertinent mortuorum. Per hæc tria ergo in Christo intimatur regia potestas, diuina maiestas: & humana mortalitas. Quarta quoniam aurum significat dilectionem: thus orationem, myrra carnis mortificationem. Et hæc tria Christo debemus offerre. Quinta quoniam hæc tria significantur tria quę erant in Christo, scilicet diuinitas præciosissima: anima deuotissima: & caro integra & integra & incorrupta. Hęc tria significabantur per illa tria quę erant in arca. Nam virga quę floruit caro Christi quę resurrexit. Psal. & resurrexit caro mea &c. Tabula vbi erant scripta pręcepta, anima in qua sunt omnes thesauri scientię & sapientię Dei abscondisti. Manna deitas quę habet omnem saporem & omnem suauitatem. Per aurum ergo quod est præciosus omnibus metallis intelligitur diuinitas præciosissima. Per thus anima deuotissima: quia thus significat deuotionem, & orationem. Psalms dirigatur oratio &c. Per myrrham quę conseruat a corruptione caro incorrupta. Admoniti autem magi in Tomis ne redirent ad Hærodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Ecce quo modo magi profecerunt. Nam stella duce venerunt per homines imo per prophetam edocti fuerunt, a gelo duce redierunt & in Christo quiescerunt. Horum corpora in mediolani ecclesia quę nunc est fratrum ordinis nostri, scilicet fratrum prædicatorum quiescebant: sed nunc colonia requiescunt. Nam eorum corpora primo per Heleam Constantini matre rapta in Constantinopolim translata. Postea per sanctum Eustorgium Episcopum mediolanum sunt translata. Sed per Henricum Imperatorem postquam mediolanum possedit in Coloniā super rhenum fluvium font delata: vbi in magna reuerentiā & populi deuotione conuiscunt.

De Sancto Paulo Heremita.

LEGENDA. XX. A.

Paulus primus heremita vt testatur Hieronimus qui eius vitam, conscripsit feruente decij persecutione heremum vastissimam adijt: bique in quadam spelunca. lx. annis hominibus inegnotus permansit. Isti autem decij dicitur fuisse galenus qui fuit binomius: qui cepit anno domini. cclvj. Videns enim sanctus Paulus Christianis tot tormentorum genera irrogari in hæremum aufugit. Et siquidem tempore duo iuuenes Christiani comprehenduntur: quorum vnus toto corpore melle perungitur: & sub ardore solis aculeis muscarum & scabronum & vesparum lacerandus exponitur. Aliiter vero nobilissimo lecto imponitur: & in loco amenissimo collocatur: vbi æris erat temperies: riuorum sonitus: cantus auium: & florum olfactus: funibus tamen flores coloribus oblectis sic iuuenis cingitur vt manibus vel pedibus se iunare non posset. Adest quædam iuuenula corpore puicerrima & impudica ac impudice clat iuuenem dei amore repletum. Cum autem ille in carat motus ecetrarios rationi sensisset non habens

arma quibus ab hoste se eruat: linguam propriam dentibus suis incidit & in faciem impudice expuit: & sic tentationem dolor fugauit: & tropheū laude dignum promeruit. Horum & aliorum penis sanctus Paulus terribus heremum petijt.

B Eo tempore cum Antonius primum se inter monachos heremicolam cogitaret: in somnis alium se multo meliorem heremum incolere edocetur. Qui dum eum per siluas inquireret obuium habuit ypocentaurum hominem æquo mixtum qui ei viam dexteram demonstrauit. Post modum obuium habuit animal ferens fructus palmarum supra imagine hominis insignitum deorsum vero capre formam habes. Qui dum ipsum per Deum conuaret vt sibi diceret quis esset: respondit se esse satyrum Deum siluarum secundum errorem gētilium. Postremo obuiam ei lupus qui eum ad cellam sancti Pauli præduxit. Paulus autem Antonium præsentens ostium sera clauit. Antonius verò rogat vt sibi aperiat ut asserens se nunquam inde recessurum: sed ibi potius moriturum. Victorius Paulus ei aperuit: statimque ambo in amplexu ruunt. Cumque hora prandij adesset: coruus duplicata tam panis partem attulit. Cumque de hoc Antonius miraretur. Respondit Paulus quod Deus sibi omni die taliter ministrabat, & præbendā propter hospitem duplicauerat. Pialis oritur: quis magis dignus esset panem diuidere. Desert Paulus hospiti: & Antonius seniori. Tandem vterque manum apponit, et in æquas partes panem diuidunt. Cum autem Antonius rediens iam cellę suę appropinquaret: vidit angelos animam Pauli deferentes quę rediēs velociter inuenit corpus Pauli flexis genibus in modum orantis erectum, ita vt ipsum viuere estimaret. Sed cum ipsum mortuum didicisset ait. O sancti anima quod gerbas in morte monstrasti. Cum autem non haberet vnde sepulturam faceret, ecce duo Leones aduenerunt: & fouam parauerunt sepulcrumque eo ad siluam redierunt. Antonius autem tunicam Pauli ex palmis contestam assumpsit: quia postmodum in solemnitatibus vtebatur. Obijt autem circa annum domini. cclxxvij.

De sancto Remigio. A

Remigius dicitur a remi quod est pascens & zeos quod est terra quā pascens terrenis loctrina. Vel Remigius dicitur a remi, quod est pastor: & gyoa quod est luctatio quali pastor & luctator. Paut enim gregem suum verbo prælicationis. Exemplo conuersionis: suffragio orationi. Est etiam triplex genus armorum. scilicet defensionis vt scutum, pugnationis vt gladius munitiois vt lorica sere galea. Luctatus est igitur contra Diabolum scuto fidei gladio verbi Dei, & galea spei. Eius vitam ignarus remensis archiepiscopus scripsit.

LEGENDA XVI. B

Remigius doctor egregius & confessor domini gloriosus a quodam heremita nati taliter est præiussus. Cum enim Vuandolorum persecutio totam franciam deuastasset, quidam reclusus vir sanctus qui lu-

men oculorum amiserat pro pace ecclesię gallicanę crebris orationibus dominum exorabat. Et ecce angelus domini in visu ei assistit, eique dixit Sitio quod malier illa nomine Cilina a filium nomine Remigij generauit, qui gentem suam a malorum incuris liberabit. Cumque euigilasset statim ad domum Cilinæ venit, & quod viderat enarrat. Cumque illa non crederet quod anus iam esset. Ille respondit. Scias quod cum puerum ablebaeris meos de lacte tuo perunges & cōtinuò mihi visum restitues. Cumque per ordinem hæc omnia contigissent Remigius mundum fugit & reclusorium intrauit. Crescente autem eius fama cum esset viginti duorum annorum ab omni populo archiepiscopus Remensis est electus. Tantę autem mansuetudinis fuit quod etiam ad mensam eius passeris veniebant, & de manu eius reliquias ciborum comedebant. Quodam tempore cum in domo cuiusdam matronę hospitatus fuisset, & illa modicum vini haberet Remigius celarium introiuit & super doliū crucem fecit. Cumque ibidem orasset mox desuper vinum egreditur ita quod per medium cellarij fundebatur. Cum autem Clodoueus rex frācię tunc temporis gentilis esset, nec ab vxore sua christianissima conuerti posset, videns quod infinitus exercitus Alemanorum super se venisset Deo domino quem vxor sua colebat votum vouit quod si de Alemanis victoriam sibi concederet mox fidem Christi reciperet. Quod cum fuisset ad libitum consecurus beatum Remigium adijt & se baptizari poposcit. Cumque ad fontem baptismatis aduenisset: nec ibidem sanctum christum haberet, ecce colomba quædam ampullam cum chrisimate in rostro detulit, de quo regem pontifex linuit. Hęc autem ampulla in remensis ecclesia seruatur, & inde vsque hodie reges Francię inunguntur. C

Post longum tempus cum Genebaldus vir prouidus neptem beati Remigij in vxorem haberet & se religionis causa mutuo absoluisent prædictum Genebaldus beatus Remigius Ladonenis episcopum ordinauit. At Genebaldus cum vxorem suam causa instruendi ad se plus venire permitteret & frequenti colloquio animus eius in concupiscentia inflammatur & vsque in peccatum secum prolabitur. Quę concipiens & filium pariens hoc Episcopo intimaui & ille confusus ad eam remandauit dicens. Quoniam puer de Latrocinio acquisitus est volo vt latro vocetur. Ne autem suspicio aliqua audiretur vxorem suam sicut prius ad se venire permisit. Verum tamen post primum peccati sterum, secum ruit in peccatum. Qui cum filiam peperisset, & hoc episcopo retulisset, ille respondit. Illa filia vulpecula nominare. Tādē ad se reuersus beatū Remigium adijt & ad pedes suos prociens stolam de collo sub dponere voluit. Quod cum sanctus Remigius prohibuisset, & ab eo quid acciderit audiuisset, blande eum consolans ipsum in quadam cellula parua per septē annos reclusit & ipse interim ecclesiam eius gubernauit. Septimo igitur anno cum in cena domini in oratione persisteret & Angelus domini eidem assistit & peccatum suum sibi dimissum peribuit: ac vt foras exire debeat imperauit. Cui cum respondisset non possum quoniam dominus meus remigius ostium hoc clausit: & sigillo suo munitiuit. An-

gelus ait. Ecce ut scias vidi cælum apertum esse hoc etiam hostiũ saluo sigillo nũc aperitur. statimque ut dixerat est apertum. Tunc Genaldus iactans se in medium ostij in modum crucis ait. Etiam si dominus meus Iesus Christus ad me veniret huc, hinc non egrediar nisi dominus meus Remigius huc veniat qui me reclusit. Tunc sanctus Remigius ad monitionem angeli laudnm venit & Ipsum in locum suum restituit. Qui vsque ad habitum suum in sanctis operibus perseverauit: & latro filijs eius in episcopatu eidem successit: qui etiam sanctus fuit. Tandem sanctus Remigius multis claris virtutibus in pace quieuit circa annum domini quingentesimum. Eodem die celebratur natalis sancti Hylarij, pictaorum vr̄bis episcopo.

¶ De sancto Hylario Episcopo. A

Hylarius dicitur quasi Hylarius, qui in seruitute Dei valde hylaris fuit. Vel dicitur Hylarius, quasi alarius ab alius & ares virtus: quia fuit alius in scientia & virtuosus in vita. Vel Hylarius dicitur ab ille quod est quasi primordialis materia quæ obscura fuit: & ipse in dictis suis habet magnam obscuritatem & profunditatem.

LEGENDA XVII. B.

Hylarius pictaorum vr̄bis Episcopus regionis Aquitanie oriundus quasi lucifer resurgens inter astra processit. Hic vxorem primitus habens, & filiam in laicali habitu monasticam vitam duc̄bat. Tandem in vita & scientia proficiens in Episcopum est electus. Cui igitur beatus Hylarius non solum ciuita tem suam, sed totam Franciam ab hæreticis defenderet, ad suggestionem duorum Episcoporum qui ab heresi fuerant deprauati ab Imperatore, qui hæreticorum fautor erat, cum beato Eusebio vercellensi Episcopo est in exilium relegatus. Deniq; cum vbique Ariana hæresis pullularet, & ab Imperatore licentia data esset: vt omnes Episcopi conuenirent & de veritate fidei disputarent. Cum sanctus Hylarius aduenisset ad petitionem dictorum Episcoporum, qui eius eloquentiam ferre non poterant pictauiam redire compellitur. Cum autem ad insulam gallinariam, quæ tota erat plena serpentibus appropinquasset & in ipsam descendisset: omnes serpentes ex sua visione fugerunt: & in medio insule palum fixit, nec amplius libertas data est illis occupare quod veruit tanquam pars insule non sit terra sed pelagus. Cum ergo Pictauius esset quedam infantem sine baptismo defunctum suis orationibus ad vitam restituit. Nam tandiu iacuit in puluere donec pariter surgerent senex de oratione & infans de morte. Cum autem filia eius Aphia maritũ vellet accipere: Hylarius pater eius ei prædicauit: & in sacre virginittatis proposito confirmauit. Quam dum illæ firmam considerans & aliquando sc̄cteretur. Formidans dominum instantius exorauit vt eam ad se reciperet nec vltra viuere permitteret. Quod & factum est. Nam post paucos dies ad domum migravit quam ipse proprijs manibus sepeluit. Quod mater beatæ Apie considerans Episco-

pum rogauit vt sibi quod & filia impetraret. Quod & fecit & ipsam in oratione sua ad regnũ præmisit. C. ¶ Eo tempore Leo Papa hæreticorum perfidia deprauatus: omnium episcoporum consilium conuocauit. Quibus conuocatis Hylarius non vocatus aduenit. Quod audiens Papa præcepit ne aliquis sibi assurgeret nec aliquem locum daret: cum ergo ingressus fuisset dicit ad eum Papa. Tu es Hylarius gallus. Et ille. Non sum gallus, sed de gallia. i. non sum in gallia natus: sed de gallia episcopus. Cui Papa. Et si tu es Hylarius de gallia & ego sum Leo romane sedis apostolicus & iudex. Cui Hylarius. Et si sis Leo non tamen de trihu Iudæ & si iudicans resides, sed non in sede maiestatis. Tunc Papa cum indignatione surrexit, dicens. Modicum præstolare donec redeam: & ibi quod mereris reddam. Cui Hylarius. si non redieris quis mihi pro te responsurus erit: Et ille concitus redibo, & tuam superbiam humiliabo. Cum ergo Papa ad secreta sue nature iussisset. Dissimulatio perijt & omnia intestina ibidem proieciens miserabiliter vitam finiuit. Patentia videns Hylarius quod nullus sibi assurgeret patienter ferens in terram se posuit dicens. Domini est terra statimque nutu Dei terra quæ intenderat sursum se exultit, & vsque ad æqualitatem aliorum Episcoporum se leuauit. Cum igitur Papa miserabiliter nuntiaretur defunctus, assurgens Hylarius omnes Episcopos in fide catholica confirmauit, & confirmatos ad propria remisit. Hoc autem miraculum de morte Leonis Pape dubitationem habet tum quia historia ecclesiastica vel tripartita nihil de hoc loquitur, tũ quia aliquam Papam, talis nominis tunc fuisse chronica non testatur, cum quia Hieronimus dicit quod sancta Romana ecclesia semper immaculata permanisset, & in futuro manebit sine vlla hæreticorum insultatione, Futuro tamen dici quod tunc erat aliquis papa sic vocatus non quidam canonicè electus: sed tyrannicè intrusus, Vel forte liberius papa qui constantino hæretico fauebat alio nomine dicitur est leo. Tandem multis miraculis ppetratis cum beatus hylarius infirmatus obitum suum imminere cognosceret Leotium presbyterum quem maxime diligebat ad se vocauit & nocte imminente vt foris exeat admonuit & si quid audiret vt renunciet impera uit. Illa iussa complens voces adhuc ciuitatis tumultuantis se audisse reuertens exposuit & cum circa eum vigilaret sinem eius expectans media nocte iterum iubetur exire: & quid audiret iacenti referret. Qui cum se nihil audisse renunciaisset mox nimia claritas quam etiam prædictus presbyter sufferre non poterat ad eum intravit & sic paulatim recedente lumine ad dominum migravit. Floruit autem circa annum domini cccxli. sub Constantino. Festũ huius sancti est in octaua epiphaniæ, Cum deo mercatores massam cere communitate haberent & vnus altero renitente eam ad altare sancti hylarij obtulisset statim per medium diuisa pars vna sibi remansit, reliqua remanenti deuenit.

¶ De sancto Machario. A.

Macharius dicitur a macha quod est ingenium & ares virtus. Vel dicitur a macha quod est percussio & rio magister fuit enim ingeniosus contra demonis falaciam: virtuosus quare-

quantum ad vitam: percussor in domatione corporis: magister in regimine prælationis. Vel Macharius. i. beatus.

LEGENDA XVIII. B.



Macharius Abbas descendit per vastitatem deserti, & intrauit dormire in monumeto, vbi sepulta erant corpora paganorum & extrahit vnũ corpus sub caput suum tanquam plumacium. Dæmones autem volentes eum terrere vocabant quasi mulierem dicens. Surge veni nobiscum ad balneum. Et alter dæmon sub ipso tanquam ex mortuo illo dicebat. Peregrinum quendam habeo super me non possum venire. Illæ autem non expauit, sed tondebat corpus illud dicens, Surge, & vade si potes. Et audientes dæmones fugerunt voce magna clamantes. Vicisti nos domine. Dum aliquando Abbas Macharius à palude ad cellam suam præteriret occurrit ei Diabolus cum falce messoria: & volens eum cum falce percutere nõ potuit. Et dixit ei. Multam violentiam parior à te Machari: quia non possum præualere aduersum te. Ecce enim quicquid tu facis, & ego facio. Ieiunas tu & ego ponitus non comedo. Vigilas tu & ego omnino non dormio. Vnum est solummodo in quo me superas. Et dicit Abbas quod est. Cui ille. Humilitas tua per quam non præualeo aduersum te. Dum tentationes ipsum nimium molestant, surgens & magnum saccum arenæ humeris suis imponens diebus multis sic per desertum ibat. Quem Thosebuis inueniens dixit. Abbas, cur tantum onus portas, & ille. Vexo vexantem me. Abbas Macharius vidit. Sathanam transeuntem in habitu hominis, & habentem vestimentum lineum laceratum, & per omnia foramina dependebant ampullæ, & dixit ei. Quo vadis? Cui illæ vado potiuare fratres. Cui Macharius. Quare tot ampullas portas. Respondit. Gustum fratribus porto, & si vnũ alicui non placebit offeram aliud, vel tertium, & sic per ordinem, vt aliquod placeat. Et cum rediret dixit ei Macharius. Quid fecisti? Respondit. Omnes sanctificati sunt, & nemo mihi acquisiuit, nisi vnus qui vocatur Theositus. Surgens autem Macharius illuc iuit, & fratrem tentatum inueniens suam exhortatione conuertit. Post hæc iterum eum Macharius inueniens, dixit. Quo vadis? Cui ille. Ad fratres vado. Reuertenti occurrit senex, & dixit, quid faciunt fratres illi. Cui Diabolus. Malè. Et dixit. Quare, quia omnes sancti sunt, & quod est maius malum vnũ quem habebam, amisit: & omnibus sanctior factus est. Audiens hoc senex gratias egit Deo. Quodam die Macharius caput defuncti reperit: & dum orasset interrogauit illud cuius caput fuerat. Et respondit se fuisse pagannũ. Et dixit ei Macharius. Vbi est anima? Respondit. In inferno. Cũq; requireret se multum in profundo esset: respondit quod tantum in profundo erat, quantum distaret terra à cælo. Cui Macharius. Sunt ne aliqua te profundiores. Respondit: etiam Iudæi. Cui iterum illæ. Et vltra Iudæos sunt ne aliqua profundiores. Cui ille. Profundiores omnibus sunt falsi christiani, qui Christi sanguine redempti tantum præteritum paruipenderunt.

¶ Dum per quandam solitudinem profundissimi pergeret ad quodlibet miliare arundinem figebat vt postmodum redire sciret. Sed dum iam nouæ dietas fecisset, & in quodam loco quiesceret: Diabolus omnes arundines collegit: & ad caput eius posuit. Vnde ad redeundum plurimum laborauit. Frater qui dam plurimum cogitationibus suis molestabatur, quod scilicet in cella sua inutiliter esset: sed si inter homines habitaret multis prodesse posset. Qui cum cogitationes suas Machario retulisset: illæ ait. Filli, sic illis responde. Hoc saltem facio: quia propter Christum parietes istius cellæ custodio. Dum quendam pulicem se pungentem manu occidisset: & multum de illo sanguinis emanasset reprehensus, quod propriam vindicasset iniuriam nudus sex mensibus in deserto mansit, & inde à scabronibus totus laceratus exiuit. Post hoc multis claris virtutibus in pace quieuit.

¶ De sancto Felice, in pincis.

LEGENDA XIX. A.



Felix prænomine in pincis dicitur vel à loco in quo quiescit, vt à subulis quibus passus perhibetur. Nam pinca subula dicitur. Aiunt enim quod cum magister puerorum extiterit: & eis nimium rigidus fuerit: tentus à paganis cum Christum liberè cõfiteretur traditus fuit in manibus puerorum quos ipse docuerat: qui eum cum fillis, & subulis occiderunt. Ecclesia tamen tenere videtur quod non martyr extitit, sed confessor. Hic ad quodcũque idolum docebatur, vt ei sacrificaret in illud exufflabat, & continuo corruerat. Legitur autem in quadam alia legenda, quod dum maximus Nolanus episcopus persequutionem fugiens: fama, & gelu afflictus solo corruisset Felix ab Angelo ad eum mittitur: & cum nihil ibi sibi haberet: desente proxima pendente vidit racemum: de quo in os eius expressit vinum: ha buerisq; impotum secum detulit. Ipso igitur defuncto Felix in episcopum eligitur. Qui post dum prædicaret, & persecutor eum quæreret inter parietes dirutor per modicum additum se occultauit. Statimq; nutu Dei per aditum illum telas aranæ texerunt: quas dum persecutores conspiciunt neminem illic esse putantes abscedunt. Inde autem ad alium locum sanctus Felix pergens a quadam vidua per tres menses alimenta suscipit: nunquam tamen faciem eius vidit. Tandem pace reddita ad ecclesiam suam redijt, & ibi in pace quieuit: sepultus iuxta vr̄bem in loco qui dicitur pincis huic, & alius erat frater quæ Felix, similiter dicebatur. Cũq; etiam ipse idola adorare cogeret, dixit. Inimici estis Deorum vestrorum: quia si me ad illos duxeritis: in eos sicut frater meus exufflabo, & corruent.

B ¶ Excolebat autem sanctus Felix ortum: quidam verò olera eius rapere cupientes: dum furtum se facere cogitabant: tota nocte ortum diligentius excolebant. Mane autem à sancto Felice salutati peccatum suum confitentes ad propria redierent. Venientes autem gentiles vt sanctum Felicem tenerent manus eorum dolor nimis apprehendit: qui cum vlularent, di-

xit eis. Dicit Christus est Deus: & dolor continuo vos dimittit, quibus dicenti bus sanati sunt. Pontifex idolo- rum ad eum venit dicens. Domine. ecce Deus meus ut te veientem vidit continuo fugam, arripuit. Cui cum dicerem quare fugis ait virtutem huius Felicis ferre non possum. Si ergo Deus meus ita te timet quan- tomagis ego timere te debeo. Quem cum Felix in fi- de intruxisset baptizari se fecit. Adorantibus Apollin- em dixit Felix. si verè Deus Apollo est dicat mihi quid est quod in manu nunc clausum teneo. Habebat autem in manu cedulam in qua orati. dominicali er- rat scripta. Quoniam respondente gentile conuersi sunt. Tandem missa celebrata, & populo data pace in pavementum in oratione se projiciens migravit ad dominum.

De sancto Marcello. A.

Marcellus dicitur est quasi arcens malum à se: vel dicitur Marcellus, quasi maria percellens. i. mundanas aduersitates percurrens, & con- sculcans. Assimilatur enim mundus mari. Quia sicut dicit Chryso. super Mattheum. In mari est sonus confusus: timor continuus: imago mortis vada- rum contentio insatigabilis: inconstantia iugis.

LEGENDA XX B.

Marcellus cum Romæ sum mus pontifex ex- set: & Max imianū imperato rem de nimia in christianos seuitia increparet: & in quadam domo cuiusdam matronæ in ec- clesia consecrata missam ageret: iratus imperator domum illam fecit stabulum iumentorum & eundem Marcellum ibidem ad seruitium cum cus- todia animalium deputauit. In seruitio post multos an- nos in domino requieuit, circa annos dñi. cclxxvij.

De sancto Antonio. A.

Antonius dicitur ab ana, quod est sursum, & tenens quasi superna tenens, & mundana dispiciens: despicit autem mundum: quia immundus: inquietus: transitorius: decepti- nus & amarus. De his dicit August. O munde immun- de quid perstrepis. Quid aduersare nos conaris: tene- re nos vis fugiens: quid faceres si maneres: quem non deciperes dulcis qui amarus dulcia alimenta menti- ris. Eius vita Anastasius scripsit.

LEGENDA XXI. B.

Antonius cum viginti esset annorum, & audiret legi in ecclesia: Si vis perfectus es- set vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus omnia tua vendens paupe- ribus erogauit, & heremiticam vitam du- xit. Hic innumerabilia demonum tentamenta susti- nuit. Quadam vice dum spiritum fornicationis virtu- te Dei superasset Diabolus in specie pueri nigri ante eum prosternatus apparuit: & se ab eo victum confessus est. Nam & hoc precibus impetrauit, ut videret forni-

cationis demonum iuuenibus insidiantem. Quem cum in prædicta forma vidisset dixit. Vilissima mi- hi aperuisti specie te ultra non timebo. Alia vice, dum in quodam tumulo latitaret multitudo demonum eum ad eum lacerauit, quod minister eius quasi mortuum eum propriis humeris asportare: cumque eum omnes qui conuenerant quasi mortuum plorassent dolenti- bus cunctis subito Antonius reuiuiscit & a ministro ad prædictum tumulum se iterum portari fecit. Qui cum ibi ex dolore vulnerum prostratus iaceret ex virtu- te animi ad consistum demonum excitabat. Tunc illi in formis varijs ferarum apparuerunt: & eum iterum dentibus cornibus, & vnguibus crudelissimè lacerave- runt. Tunc subito splendor mirabilis ibi apparuit, & demones cunctos fugauit. Antonius autem continuo sanatus est ibique Christum adesse intelligens ait: v- bi eras bonæ Iesu, ubi eras: quare à principio non fui- sti hic ut me adiuuares, & vulnera mea sanares. Cui dominus. Antoni hic eram: sed expectabam videre cer- tamen tuum. Nunc autem quia viriliter dimicasti in toto orbe faciam te nominari. Tanti autem seruis erat, quod cum Maximianus imperator christianos oc- cideret: ipse martyres sequebatur: ut cum eis martyr fieri mererentur, & vehementer tristabatur: eo quod sibi martyrium non daretur.

C. **C**um autem in alteram heremum pergeret argenteum discum reperit: & intra se sic dicere cepit. Vnde hic argenteus discus, ubi hominum vestigia nul- la videntur. Si enim viatori cecidisset vrique præ sui magnitudine latere non posset. Hoc diabole artificium tuum est: voluntatem tamen meam, nunquam poteris immutare. Et hoc dicens discus, ut fumus euauit. Postmodum ingentem massam veri auri reperit: sed ut incendium aurum fugit. Sicque ad montem superæ xx. annis, ibi permansit: in noueris corruscans miracu- lis. Quadam vice dum in spiritu raptus esset totum mundum laqueis se inuicem connectentibus plenum vidit: qui exclamans ait. O quis istos euadet laqueos. Et audiuit humilitas. Aliquando dum ab angelis in ære eleuaretur adsunt demones, & eius transitum pro- hibet peccata eius ab exordio natiuitatis eius obijci- tes. Quibus angeli non debetis illa narrare: quæ Chri- sti iam pietate sunt deleta. Si quæ scitis ex quo factus est monachus illa proferte. Et cum in probatione desi- cerent liber Antonius in sublime tollitur, & liber de- ponitur. D.

Narrat Antonius de se dicens. Vidi aliquando diabolum celsum corpore qui se Dei virtutem, & pro- uidentiam ausus est dicere, & ait. Quid vis, ut à me tibi detur Antonius. At ego spura in os eius congemi- nans totum me in eum Christi nomine armatus in- gressi: ut statim euauit. Huic diabolus aliquando in tanta proceritate apparuit, quod cælum capite targe- re videretur. Que cum Antonius quis esset interro- gasset, & ipse se Sathanam esse dixisset, addidit Satha- nas. Cur me sic impugnant monachi, & maledicti chri- stiani. Cui Antonius iuste hoc fecit: quia tuis sæpe insidijs molestatur. Et ille. Ego nequaquam mo- lesto: sed ipsi inuicem se conturbant. Ego enim ad ni- hilum sum redactus: & quia iam in cunctis partibus re- gnat Christum: qui iam sagittarius beatus Antonium gaudentem cum fratribus quadam vice conspexit, &

ei displicuit. Cui Antonius. Pone sagittam in arcum, & trahe, quod & fecit. Cùmque secundo, & tertio hoc fie- ri mandasset, dixit sagittarius. Tantum trahere pote- ro, quod de eius fractione dolebo. Cui Antonius. Sic est in opere Dei, quoniam si supra mensuram tendere vellemus citius frangeremur. Expedit ergo rigorem, aliquando relaxari. Hoc audiens illæ edificatus recessit. E.

Interrogauit quidam Antonius dicens, quid cus- todians placebo Deo. Et respondens dixit. Quocum- que vadis, semper Deum præ oculis tuis habes. In his quæ agis testimonium sacram scripturarum adhi- beas. In quocumque loco sederis non inde cito rece- das. Hæc tria custodi, & saluus eris. Abbas quidam in- terrogauit Antonium dicens. Quid faciam. Cui Anto- nius. Non confidas in tua iustitia: ventris, & linguæ se tibi continentia: & ne penitearis de re transacta. Dixit iteum Antonius. Sicut pisces si in sicco tardauesit, moriuntur: ita, & monachi extra cellam tardantes au- tem cum viris secularibus immorantes a quietis pro- positum resoluunt. Iterum dixit Antonius: qui sedet in solitudine, & quiescit à tribus bellis eripitur: scilicet auditus locutionis, & visus, & contra vnum tan- tammodo pugnam habebit: scilicet cordis.

F. **Q**uidam fratres cum quodam senex ad Ab- batem Antonium visitandum ierunt. Dixitque An- tonius fratribus. Bonum comitem habuistis senem hunc. Deinde dixit seui. Bonos fratres inuenisti te- cum: Cui ille Abba. Bonos quidem inueni: sed habitatio eorum non habet ianuam. Quicunque enim vult intrare in stabulum, & soluit asinum: hoc autem dice- bat, quoniam omnia quæ erant in corde eorum statim erant in ore. Dixit Abbas Antonius. Scire conuenit, quoniam sunt tres motus corporales: vnus quidam naturæ: alius ex ciborum plenitudine: tertius ex dæ- mone. Frater quidam renunciauerat seculo: sed non plene: quia quædam adhuc sibi retinebat. Cui Anto- nius vade, & eme carnes: qui vadens emit carnes & por- tans eas: idem venit lacerabat cum canes. Cui Anto- nius. Qui renunciant seculo, & volunt habere pecu- nias ita impugnati à demonibus discerpuntur. Anto- nius dum in hæreto tædio afficeretur, dixit, domine volo saluus fieri. & non permittunt negotiationes meæ, & surgens exiit foras, & vidit quendam seden- tem, atque operantem, & deinde surgentem, & oran- tem, erat autem angelus domini, & dixit ei. Sic fac, & saluus eris. Cùm quadam vice frater de statu anima- rum ab Antonio quæsisset, sequenti nocte vox voca- uit eum dicens. Surge, exi, & vide. & ecce vidit quan- dam longum, & terribile caput vsque ad nubes tol- lentem. Qui quosdam pennatos ad cælum volare cu- pientes extensis manibus prohibebat, & alios liberè peruolantes retinere non poterat, & maximum gau- dium mixtum cum nimio dolore audiebat, & intelle- xit animarum illum esse ascensum, & diabolum pro- hibentem, qui quasdam obnoxias retinere, & de san- ctorum volatu quos retinere non poterat sic doleret. Aliquando dum cum fratribus operaretur, Antonius suspiciens in cælum cum tristite visionem vidisset pro- uoluit ante Deum rogauit, ut futurum scelus auer- teret. Fratribus verò super hoc eum interrogantibus eum lacrimis, & singultibus dixit, quod inauditum

scelus seculis immineret. Vidit inquit altare dei à mul- titudine equorum circumdatum qui calcibus omnia discerpebant. Magno enim turbini fides catholica sub- uertetur: & homines iumentis similes Christi sacra- menta diripient. Factaque est vox domini dicens. Abomi- nantur altare meum. Post duos autem annos e- rum pentibus arrianis ecclesiæ vnitatem sciderunt ba- ptisterium, & ecclesias polluerunt, & super altaria chri- stianos instar ouium macerauerunt.

G. **D**ux quidam Egypti arrianus nomine Bal- lachius cum ita ecclesiam Dei infestaret, & virgines, & monachos nudatos publicè verberaret, sic e scripsit Antonius. Video iram Dei super te venientem. Iam de- sine persequi christianos ne ira Dei te occupet, quæ proximum tibi minatur interitum. Infelix legit epistolâ, & irrisit, & in ea expuens ad terram proiecit, ac porti- tores verberibus multis afficiens Antonio talia re- mandauit. Quoniam tibi est tanta cura de monachis ad te quoque peruenire nostri disciplinae rigoris, post quinque autem dies equum suum mansuetissimum insidens morsu ipsius equi ad terram projicitur, & cor- rosis atque laceratis cruribus infra triduum expirauit. Cùm quidam frater verbum salutis ad Antonio que- siuisset, ait ille. Audistis dominum dicentem. Si quis te perculserit in vnâ maxillam præbe ei alteram. Di- cunt ei. Hoc implere non possumus. Et ille. Saltem de vna patienter ferre. Et illi. Nec etiam hoc possemus. Quibus Antonius. Saltem ne velitis percutere magis quam percuti. Et illi. Nec hoc possemus. Tunc Anto- nius dixit discipulo suo. Succos præpara fratribus istis: qui nimis delicati sunt, sola oratio necessaria est vobis. Hæc in vitas parum leguntur. Tandem beatus An- tonius cv. anno vitæ suæ fratres deosculatus in pace quieuit sub Constantino qui cepit circa annum do- mini. cccxl.

De sancto Fabiano. LEGENDA. XIII. A.

FABIANVS quasi fabricanus fabricans beatitudinem supernam. i. eam sibi acqui-rens triplici iure. si iure adoptionis em- ptionis, & debellationis. Fabianus cuius romanus fuit, & cum Papa defuncto pro alio eligendo populus conuenisset inter eos, & ipse ve- nit rei exitum scire volens, & ecce columba candida descendit super caput eius. Quod cum omnes mira- rentur ab eis in Papam eligitur. Hic ut ait Damascus Papa per omnes regiones septem diacones misit, & eis dem septem subdiacones tradidit qui omnium gesta martyrum collegerunt. Hic ut ait Haymo imperato- ri Philippo volenti interesse paschæ vigilijs, & commu- nicare mysterijs resistit, nec quousque peccata confite- retur, & inter penitentes staret, interesse permisit. Tandem pontificatus sui anno xiiij. iussu Decij capi- tis obruncatione martyrio coronatur. Passus est au- tem circa annum domini. cclij.

De sancto Sebastiano. A.

SEBASTIANVS dicitur est à sequens, & beatitudo, & à stin, quod est ciuitas, & anno, quod est sursum quasi sequens beatitudinē ci- uitatis supernæ, hoc est eam possidens & ac- grès, & hoc quoniam denario secūdū Au. Pauprate re- gnū, dolore gaudiū, labore requiē, ignominia gloria,

mortem vitam. Vel dicitur Sebastianus à basto. Nam miles Christus: equus ecclesia: bastum sine cella Sebastianus quo mediante Christus in ecclesia militauit, & de multis martyribus victoriam obtinuit. Vel Sebastianus interpretatur vallatus vel circumdatus: circumdatus, quia omnes martyres circumdabat, & omnes confortabat.

LEGENDA

XXIII.

B.

SEBASTIANVS vir Christianissimus Narbonensis genere cuius Mediolanensis, Diocletiano & Maximiano imperatoribus adeo charus erat, vt principatū ei primæ cohortis traderent, & suo aspectui iuberat semper asare. Hic militare clamidem ad hoc tantum ferebat, vt Christianorum animas, quas in tormentis videbat deficere, confortaret. Dum autem præclarissimum viri Marcellianus & Marcus gemini fratres pro fide Christi decollari deberent, ad eos parentes adueniunt, vt ipsorum animos ad suo proposito reuocarent. Aduenit ergo mater & soluto capite scissisque vestibus vberibusque ostensis, aiebat. O prædulces filij circumdat me inaudita miseria & intolerabilis luctus. Heu me miseram, amitto filios meos ad mortem vltro tendentes: quos, si mihi hostes auferrent, per media sequerer bella raptores. Si violenta iudicia concluderent, carcerem irrumperent mortura. Nouum hoc pereundi genus est, in quo carnifex rogatur, vt feriat: vita optatur, vt pereat, mors inuitatur vt veniat. Nouus hic luctus noua miseria in qua natorum iuuentus sponte amittitur, & parentum miseranda cogitur senectus, vt viuat. Hæc dicente matre pater senior manibus adducitur seruulorum & capite asperso puluere huiusmodi voces dabat ad cælum. Ad mortem vltro proficiscentibus filijs vale dicturus aduenit: vt quæ meæ sepulture paraueram, in filiorum sepulturis infelix expēdebā. O filij mei baculus senectutis: & geminū meorum viscerum lumen cur sic mortem diligitis? Venite hic iuuenes, flete super iuuenes sponte pereuntes. Venite huc senes: & mecum super filios meos plangite. Accedite huc patres & prohibete ne talia patiamini. Deficite plorando oculi mei, ne videam filios meos gladio cæli. Hæc dicente patre adueniunt coniuges aspectibus eorum proprios filios offerentes, atque eulandam clamantes. Quibus nos dimittitis? quæ erunt horum infantium domini? quis vestras largas diuider possessiones? Heu quam ferrea pectora: cur parentes despicitis: amicos respicitis: vxores abijcitis filios abdicatis & vox carnificibus spontaneos exhibetis. Inter hæc autem cœperunt virorum corda molefcere. **C** Tunc sanctus Sebastianus qui ibi aderat erumpens in medium dixit. O fortissimi milites Christi nolite per misera blandimenta coronam deponere sempiternam: sed & parentibus dixit. Nolite timere, non separabuntur a vobis: sed vadunt in cælum vobis parare sideræ mansiones. Nam ab initio mundi hæc vita in se sperantes fefellit, se expectantes decipit: de se præsumentes irrisit: & ita multum omnino certum reddidit: vt omnibus probeatur esse mentita.

Vita hæc admonet furem, vt rapiat: iracundum, vt seuiat: mendacem, vt fallat. Ipsa imperat crimina: iubet facinora: sua det iniusta. Hæc autem persecutio, quam hic patimur, hodie excandescit, & cras euanescit: hodie exardescit, & cras refrigescit: sub vna hora inducitur, & sub vna hora excluditur. Dolor autem æternus renouatur, vt seuiat: augmentatur, vt exuratiā flammatur, vt punit. In amore ergo martyrij nostros iam suscitamus affectus. Ibi enim diabolus se vincere existimat: qui dum capit, captus est: dum tenet, tentus est: dum vincit, victus est: dum torquet, torqueretur, dum iugulat, occisus est: & dum insultat, irrisus est. Igitur dum beatus Sebastianus hæc ex ore proferret, subito per vnam ferè horam à splendore nimio de cælo descendente illuminatus est, & sub illo splendore pallio candidissimo amittus, & ab angelis septem clarissimis circumdatus. Iuuenis etiam apparuit iuxta eum dans ei pacem & dicens. Tu semper mecum eris. Cùm autem beatus Sebastianus hæc & his similia prædicaret: Zoë vxor Nicostrati, in cuius domo sancti custodiabantur, quæ loquelam amiserat: pedibus eius prouoluta nutibus veniam postulat. Tunc Sebastianus ait. Si ego Christi seruus sum, & si vera sunt omnia, quæ ex ore meo hæc mulier audiuit & credidit, aperiat os eius, que aperuit os Zachariæ prophætæ sui. Ad hanc vocem mulier exclamavit. Benedictus sermo oris tui, & benedicti que omnibus quæ locutus es, credunt. Vidi enim angelum librum tenentem ante te, vbi omnia quæ tu dixisti, scripta erant. Vir autem eius hoc audiens procidit ad pedes sancti Sebastiani sibi postulans indulgeri. Statimque absolvens martyres rogabat, vt liberi abiret: qui dixerunt nullatenus se deserturos victoriā, quam cœpissent. Tantam igitur gratiam & virtutem verbis sancti Sebastiani dominus contulerat, quod non solum Marcellianum & Marcum in martyrij constantia roborauit: sed etiam patrem eorum nomine Tranquilinum, & matrem cum multis alijs ad fidem conuertit: quos omnes Policarpus præbyter baptizauit. **D** Tranquilinus autem morbo grauissimo laborans, mox vt baptizatus est, sanitatem recepit. Præfectus autem vrbis Rome, qui & ipse morbo grauissimo laborabat, rogauit Tranquilinum, vt ad se adduceret eum, qui sibi sanitar em dederat. Cùm ergo ad eum venissent Policarpus præbyter & Sebastianus, & ipse eos rogaret, vt etiam sanitatem reciperet: dixit ei Sebastianus, vt prius Idola abnegaret, & confringendi ea sibi potestatem traderet, & sic sanitatem reciperet. Cui cum Cromatius præfectus diceret, quod serui sui hoc facerent & non ipse: dixit Sebastianus. Timidi deos suos confringere formidant, sed & si diabolus hac occasione eos læderet, diceret infideles eos esse ob hoc lætos. quod deos suos confringerent. Sicque Policarpus & Sebastianus accincti plura duceta idola confringerunt. Post hoc autem dixerunt Cromatio. Cū nobis Idola confringētibus sanitatem recipere debuisti, nec recepisti: certū est, quod aut infidelitatem nondū abiecit: aut aliqua Idola referuasti. Tūc indicauit se habere thalamū, in quo erat omnis disciplina stellarū, p quo pater suus plura duceta pōdera auri expēderat, & p quæ omnia futura pūdebat. Cui Sebastianus. Quādiu hoc integrū habueris, te ipsum in

tegrū non habebis. Cūque ad hoc ille assentiret: Tiburtius eius filius iuuenis egregius dixit. Non patiar opus destrui tam præclarum. Sed ne paternæ sanitatis videar esse cōtrarius, duo clibani accendunt: vt si destructo opere pater meus sanitatem non receperit, ambo viui concrementur. Cui Sebastianus. Sic fiat vt locutus es. Dum igitur illa confringerent Angelus præfecto apparuit: & sibi à domino lesu sanitatem reddi tam nunciavit, statimque sanus effectus cucurrit post eum: vt eius pedes oscularetur: qui eum prohibuit ex eo quod baptizatum non dum receperat. Sicque ipse & Tiburtius filius eius & mille quadringenti de eius familia baptizati sunt. Zoë autem ab infidelibus tentat & diu cruciata emittit spiritum? Quod cū audisset Tranquilinus, prupit & dixit. Fœminæ nos ad corōnam præcedunt: vt quid viuimus? Ipse autem post paucos dies lapidatus est. **E** Sanctus autē Tiburtius super prunas allatas ire iubere: aut incensum dijs imponere: aut super ipsas nudis plantis incedere que sibi signum crucis faciens constanter super ipsas nudis ingressus est plantis dicens. Videtur mihi, quod super roseos flores incedam in nomine domini nostri Iesu Christi. Cui fabianus præfectus dixit. Quis ignorat magicam artē Christi vos docuisse? Cui Tiburtius Obmutescite infelix: quia non est dignus nomen tam sanctum & tam mellissimum nominare. Tunc iratus præfectus iussit eum decollari. Marcellianus autē & Marcus stipiti affiguntur. Cūque fuissent affixi palente dicebant. Ecce quā bonum & quā iucundū habitare fratres in vnum. Quibus præfectus. In felices deponite amētiam & vos ipsos liberate. Cui illi Nunquam tam bene epulati sumus: vt in tam tādū sic nos esse permitteres quā diu corporis tegimur indumento. Tunc præfectus iussit eos lanceis per latera transuerberari: & sic martyriū consummauerunt. Post hoc præfectus Diocletiano imperatori de Sebastiano suggessit: quem ad se vocans dixit. Ego te inter primos in palatio meo semper habui, & tu cū salutem meam & duorum iniuriam haftenus latuisti. Cui Sebastianus. Pro salute tua Christum semper colui: & p statu Romani imperij deum, qui in cælis est, semper adorauit. Tunc diocletianus iussit eum medium campum ligari: & a militibus sagittari. Qui ita eum sagittis impleuerunt: vt quasi eritius videretur: & existimantes illum mortuum abierunt: qui intra paucos dies liberatus stās super gradum palatij imperatores venientes de malis que christianis inferabant, durè redarguit. Dixerunt imperatores. Iste ne est Sebastianus quem diu sagittis interficere iusseramus. Cui Sebastianus. Ad hoc me dominus resuscitare dignatus est: vt cōueniam vos & redarguam vos de malis, que Christi famulis irrogatis. Tunc imperator tandū eum sustulit iussit, donec spiritum exhalaret: fecitque corpus eius in cloacam proijci: ne à christianis pro martyre coleretur. Sanctus autem Sebastianus sequenti nocte sanctæ Lucie apparuit, & corpus eius sibi reuelauit: & vt iuxta vestigia apostolorum, illud sepeliret præcepit: & factū est. Passus est autē sub dioclet. & Maximiano imperatoribus, quæ cœperunt circa annos domini. clxxxvij. F.

Refert Grego. in. j. lib. dialogorum, quod quædam mulier in tuscia nuper nupta cū ad dedicationem ec

clesiæ sancti Sebastiani ab alijs inuitata esset: in ipsa nocte qua sequenti die ire debebat, carnis voluptate stimulatā a viro suo se abstinere nō potuit. Facto autem mane magis erubescens vultum hominum quod dei, illuc profecta est. Mox autem vt oratorium, vbi erant reliquæ sancti Sebastiani, ingressa: diabolus eam arripuit, & coram omnibus vexare cœpit. Tunc presbyter illius ecclesiæ palam altaris arripens in deam operuit: sed diabolus statim ipsum presbyterum inuast. Dixerunt autem eam amici sui ad incantatores: vt suis incantationibus diabolum effugarent. Sed mox dum incantaretur iudicio dei legio demōnū. sex mille sexingenti sexaginta sex in eam ingressi ipsam acrius vexare cœperunt. Quidam autem vir nomine Fortunatus sanctitate conspicuus suis precibus eam sanauit. Legitur quoque in gestis Longobardorū eam tempore Humberti regis Italia tota tantæ peste percussa est: vt vix vnus alterum sufficeret sepelire. Et hæc pestis maximè Romæ ac Papiæ grassabatur. Tunc visibiliter bonus angelus multis apparuit malo angelo sequenti & venabulum ferenti, præcipiens vt percuteret, ac eadem faceret. Quoties autem aliquam domum percutiebat, tot inde mortui efferebantur. Tunc cuidam diuinitus reuelatum est, quod nequam hæc pestis cessaret: donec sancto Sebastiano alra re Papiæ construeretur. Quod quidem constructum est in ecclesia sancti Petri quæ dicitur ad vincula: quo facto statim cessauit illa quassatio, & illuc a Roma reliquæ sancti Sebastiani sunt delatæ. Ambrosius in præfatione sic ait. Beati martyris Sebastiani pro confessione nominis tui domine venerabilis sanguis effusus simul & tua mirabilia manifestat, quod perficis in infirmitate virtutem, & nostris studijs das profectum, & infirmis apud te præstas auxilium.

De sancta Agnete virgine.

A.



Gnes dicta est ab agna: quia mitis & humilis tanquam agna fuit. Vel a græco quodam agnos quod est pius: quia pia & misericors extitit. Vel Agnes ab agnoscendo: quia viâ veritatis agnouit. Veritas autem secundum Augustinum opponitur vanitati & falsitati & duplicitati, quæ tria ad se remouit per virtutem quam habuit.

LEGENDA

XXIII.

B.



Gnes virgo prudentissima, vt testatur Ambro. qui eius passionem conscripsit. xij. anno ætatis suæ mortem perdidit, & vitam inuenit. Infantia quidem computa batur in annis: sed erat senectus mensis immensa. Corpore iuuecula: sed animo cana: pulchra facie: sed pulchrior fide. Quæ dum a scholis reuertitur à præfecti filio adamatur. Cui ille gemmas & diuitias innumerabiles promisit, si consensum eius coniugio non negaret. Cui Agnes respondit. Discede à me forme peccati: nutrimentum facinoris: pabulum mortis quia iam ab alio amatore præuenta sum. Cœpitque ipsum suum amatorem & spōsum à quinque commanda re que sponse in sponis præcipue requirunt. scilicet a nobilitate generis: a decore pulchritudinis: a diu-

tiarum abundantia: à fortitudine & potentie efficacia: & ab amoris excellentia: sic dicens. Illum amo, qui longe te nobilior est & genere dignior: cuius mater virgo est: cuius pater feminam nescit: cui angeli seruiunt cuius pulchritudo sicut sol & luna mirantur: cuius opes nunquam deficiunt: cuius diuitie nunquam decrescunt: cuius odore reuiviscunt mortui: cuius tactu confortantur infirmi: cuius amor castitas est: tactus sanctitas: vniuersa: virginitas. Hęc autem quęque ponit in qua iam autoritate dicens. Cuius generositas celsior: possibilitas fortior: aspectus pulchrior: amor suauior: & omni gratia elegantior. C.

¶ Deinde ponit quinque beneficia, quę sibi sponsus contulit, & alij sponis confert. s. quia eas fidei anulo subarrat: multiplici virtutum varietate eas vestit & ornat: passionis sue sanguine eas signat: vinculo amoris eas sibi copulat: & thesauris celestis glorie eas ditat sic dicens. Qui anulo suo subarravit me: dexteram meam & colum meum cinxit lapidibus pretiosis: induit me ciclade auro texta & immensis monilibus ornauit me. Posuit signum in faciem meam: vt nullum præter eum amatorem assumam, & sanguis eius ornauit genas meas. Iam amplexibus eius castis astricta sum, iam corpus eius corpori meo sociatum est: ostendit mihi thesauros, incomparabiles, quos mihi se daturum: si in eo perseverauero, repromisit. Audiens hęc insanus iuuenis lecto proferitur: & quod amore ægroter per alta suspiria à medicis aperitur. Cùmque patet iuuenis eadem virgini replicaret: & illa prioris sponsi fœdera se violare non posse assereret: cepit præfectus inquirere quis esset iste sponsus, de cuius se Agnes potestate iactaret. Cùm ergo quidem assereret, quod Christum sponsum suum diceret: blandis prius sermonibus demum terroribus eam pulsat. Cui Agnes quicquid vis age, quia quod queris, non poteris obtinere. Ipsum enim terrentem, vt blandientem similiter deridebat. Cui præfectus. Vnum tibi de duobus elige, aut cum virginibus de veste sanctifica, si tibi virginitas placet: aut cum meretricibus scortaberis. Quia enim nobilis erat, vim sibi inferre non poterat: & ideo titulum sibi Christianitatis reposuit. Cui illa. Nec sacrificabo dijs tuis, nec sordibus polluar alienis: mecum enim habeo custodem corporis mei angelum domini. D.

¶ Tunc præfectus iussit eam expoliari: & nudam ad lupanar duci. Tantam autem densitatem capillis eius dominus contulit: vt melius capillis, quod vestibus tegetetur. Ingressa autem turpitudinis locum angelum domini preparatum inuenit, qui locum claritate nimia circumfulsit: sibi que stolam candidissimam præparauit: sicque lupanar locus fit orationis: adeo vt mundior exiret quod fuisse ingressa: quę immenso lumen dabit honorem. Præfecti autem filius cum alijs iuuenibus ad lupanar venit: & eos prius ad ipsam inuitauit. Qui ingressi: sed ex miraculo territi compuncti redierunt. Quos ille miseris appellans & ad eam furians intrans, cum eam veller contingere, in ipsum lumen irruit, qui cum Deo non dedisset honorem, præfocatus à diabolo expirauit. Quod præfectus audiens cum iugenti ploratu ad eam venit: & causam mortis eius diligentius sciscitatur. Cui Agnes. Ille cuius voluntatem volebat perficere potestatem in eum acce-

pi, & occidit. Nam socij eius de viso miraculo territi redierunt illesi. Cui præfectus. In hoc apparebit quod non magicis artibus hoc egisti: si impetrare poteris, vt resuscitetur. Orante Agnete iuuenis resuscitatur: & Christus ab eo publicè prædicatur. Ad hoc templorum pontifices seditionem excitantes in populo exclamauerunt. Tolli te magam: tollite maleficam, quę mentes mutat & animos alienat. Præfectus autem vis tanto miraculo eam liberare voluit: sed proscriptionem metuens vicarium dereliquit: & quia eam liberare non potuit, tristis abscessit. Tunc vicarius Aspasius nomine iussit eam in copiosum ignem iactari. Sed in duas partes flamma diuisa seditionem populum exurebat: & eam minime contingebat. Tunc Aspasius in gutture eius in gladium immergi præcipit. Et sic Christus sponsus candidus & rubicundus ipsam sibi sponfam & martyrem consecrauit. Passa est autem, vt creditur, tempore Constantini magni, qui cepit anno domini. ccc. x. Cùm igitur corpus eius christiani parentes ipsi cum gaudio sepelirent, vix à paganis in eos lapides mittentibus euaserunt. E.

¶ Emerentiana autem eius collactania virgo sanctissima, licet adhuc carhecumina, dum iuxta sepulcrum eius staret, & constanter gentiles argueret: ab eis lapidata est: statimque tremoribus conuulsiones & fulgura exriterunt: adeo, quod ex paganis plurimi perierunt ita quod ipsi de cetero venientes ad sepulcrum virginis non leserunt, corpus autem Emerentiane iuxta corpus sanctę Agnetis positum est. Cùmque parentes eius octauo die iuxta tumulum vigilarent, viderunt chorum virginum vestibus aureis radiantem inter quas viderunt beatam Agnetam simili veste fulgentem, & ad dexteram eius agnum candidiorem riantem. Quibus illa. Videte ne me quasi mortuam iugeatis: sed congaudete mecum & congratulamini: quia cum his omnibus lucidas sedes accepi propter hanc visionem celebratur festum Agnetis. ij. Constantia virgo filia Constantini lepra grauissima laborans cum hanc visionem audisset, tumulum eius adiit, & ibi dum in oratione perseveraret obdormiuit: viditque beatam Agnetem sibi dicentem. Constanter age Constantia: si in Christum credideris, continuo liberaberis. Ad hanc vocem euigilans perfecte se sanatam inuenit. Quę baptismum recipiens, super corpus sanctę Agnetis basilicam fecit, & ibi in virginitate degenas multas exemplo suo ibidem virgines aggregauit.

F. ¶ Quidam vir nomine Paulinus in ecclesia sanctę Agnetis sacerdotijs fungens officio mira cepit carnis tentatione vexari. Sed cum Deum offendere noller, à summo pontifice licentiã petijt contrahendi cuius bonitatem & simplicitatem papa considerans, anulum ei cum sinarago dedit & iussit vt imagini formosę beatę Agnetis, quę in sua ecclesia depicta erat ex parte sua præciperet, vt se permitteret desponsari. Cùmque hoc sacerdos imagini imperaret: illa continuo digitum anularem porrigenens, & anulo suscepto digitum retrahens omnem tentatione à sacerdote fugauit. Prædictus ante anulum adhuc dicitur in eius digito apparere. Alibi tamen legitur, quod cum ecclesia beatę Agnetis rueret, papa cuidam sacerdoti dixit, se sibi velle quandam sponfam custodiendam & nutriendam. s. ecclesiam sanctę Agnetis committere: dan-

danque ei anulum iussit, vt dictam imaginem desponeret, quam illa extendente & retrahente digitum desponsauit. De hac virgine dicit Ambrosius in li. de virginibus. Hanc senes, hanc iuuenes, hanc pueri cantant. Nemo est laudabilior quod qui ab omnibus laudari potest. Quot homines, tot præcones qui martyrem prædicant dum loquuntur. Stupete vniuersi, quod iam diuinitatis testis existeret: quę adhuc arbitra sui per ætate esse non possit. Fecit denique vt ei de Deo crederetur cui de homine adhuc non crederetur. quia quod vltra naturam est, hoc de autore naturę est. Nouum martyrij genus nondum idonea pœnæ & iam matura virtutis, certare difficilis, habilis coronari magisterium virtutis impleuit, quę nondum iudicium habebat ætatis. Non sic ad thalamum nupta præparat: vt ad supplicij locum lata successu gradu festinat, virgo processit. Item Ambrosius in præfatione. Peata Agnes generositatis oblectamenta despiciens caelestem meruit dignitatem societatis humanę vota contemnens æterni regis est sociata consortio preciosam mortem pro Christi confessione suscipiens simul est ei facta conformis.

¶ De sancto Vincentio martyre. A.

Vincentius dicitur quasi vitium intendens, vel vincens incendia vel victoriam tenens: ipse enim incendit. i. consumpsit vitia per carnis mortificationem, vicit incendia suppliciorum per constantem pœnarum persequionem, victoriam tenuit mundi per ipsius despectionem. Vicit enim tria quę erant in mundo. s. falsos errores: immundos amores, inanes timores, quos vicit per sapientiam munditiam & constantiam. De quibus dicit Augustinus. vt cum omnibus erroribus amoribus & timoribus vincatur, hinc mundus sanctorum martyria docent & docuerunt. Eius passionem quidam beatum Augustinum compilasse, quam prudentius versibus luculenter exequitur.

LEGENDA XXV. B

Vincentius nobilis genere, sed fide ac religione nobilior beati Valerij episcopi discipulus fuit. Cui episcopus, quia expeditio nis erat lingue, vices suas commiserat, & ipse orationi & contemplationi vacabat. Iussu igitur Daciani præfidis Valentiam trahuntur & diro carceri emancipantur. Cùmque eos fame penè defecisset crederet, eos suo aspectu iussit asfare. Quos cum sanos carneret & gaudentes, iratus in hanc vocem prorupit. Quid dicis tu Valeri, qui sub nomine religionis contra decreta principum facis? Cùm autem beatus Valerius leuius responderet: dixit ei Vincentius. Noli pater venerabilis quasi mente timida submurmurare, sed voce libera exclama. Si ergo iubes filii pater sanctę responsis iudicem aggrediar, Cui ille. Iandudum tibi charissimè loquendi curam commiseram, & nunc pro fide qua astamus, responsa committito. Tunc Vincentius conuersus ad Dacianum, hæc inquit ad te sermo deneganda fide perorauit, sed ne periculum apud christianorum prudentiam esse co-

gnosce deitatis cultum abnegando blasphemare. Tunc iratus Dacianus episcopum in exilium mitti præcepit, Vincentium verò tanquam contumacem & præsumptuosum iuuenem, vt eius exemplo alij terrentur, in exilio destitutum membris omnibus dissipari. Cùmque corpore totus dissiparetur, ait Dacianus. Dic mihi Vincenti vbi nunc tuum miserimum corpus conspicias? at ille subridens ait. Hoc est quod semper optauit. C.

¶ Tunc iratus præses cepit ei omnia genera tormentorum minari, nisi ei assensum præberet. Cui Vincentius. O felicem me, quod mihi irasci te grauius putas, sed meli' incipis misereri. Insurge ergo miser & tota malignitati spiritum debaccare. Videbis me Dei virtute plus posse dum torqueor quod possis ipse qui torques. Ad hoc præses cepit clamare, & carnifices virgis & fustibus verberare. Et ait Vincentius, quid facis Daciane? Ecce tu ipse me vindicās de tortoribus meis. Tunc præses amens factus dixit carnificibus. Misererini nihil facitis: cui deficiunt manus vestra? Ad dulciores & patricidas vincere potuistis, vt nihil inter alata supplicia celare possent, & nunc solus Vincentius vestra poterit superare tormenta. Tunc carnifices pectines ferreos vsque ad intima coxarum infixerunt, ita vt de toto eius corpore sanguis efflueret, & solatis costarum compaginibus viscera interna paterent. Et ait Dacianus. D.

¶ Miserere tui Vincenti, vt possis tam pulchram recuperare iuuentutem, & eam quę super sunt lucrari tormenta. Et ait Vincentius. O venenosa Diaboli lingua tormenta tua non timeo, sed hoc solum valde metuo, quod te mihi fingis vella misereri. Nam quod te magis irratum video, eò amplius & magis exulto, nolo vt aliquid minus de supplicijs, vt te victum in omnibus fatearis. Tunc ex excoelo depositus atque ad ignis craticula raptus, moras carnificum arguendo ad pœnam alacriter properabat. Craticulam ergo sponte conscendens ibidem assatur, exurit & crematur, membrisque omnibus vincini ferrei & ardentes lamine infinguntur. Cùmque sanguine flamma respersit, vulnera vulneribus imprimuntur. Sal in super in ignem aspergitur, vt in corpus eius vndique vulneratum resiliens stridentibus flammis crudelius comburatur. Iamque non arduat, sed ad viscera tela iaciuntur, ipsaque interna viscera de eius corpore extra labuntur. Inter hæc ille manet immobilis, & sursum erectis luminibus dominum precabatur. Cùmque ministri hæc Daciano retulissent, hen ait Dacianus vincimur. Sed nunc in pœna diutius viuat ipsum terribili carceri ineludite, & ibi testas acutissimas congerite: pedes eius ligno affligite sine omni humano solario extensum, sic super estas relinquit, & cum defecerit, nunciare. Fauet quàm citius possunt ministri crudeles domino crudeliori. Sed ecce rex, pro quo miles paritur, pœnã commutat in gloriam. Nã renebre carceris ab immanente luce expelluntur, testarum asperitas in oim florū suauitate mutatur, pedes dissoluitur, & angelorū scilatio veneratō perficitur. Cùmque super flores cū angelis passisset, incederet modulatio dulcis & mira suauitas florū procul diffunditur. Perterriti custodes, cum per rimas carceris quid intus erat vidissent, ad fidem conuersi sunt. Hęc audiens Dacianus amens factus ait

Et qui ei amplius faciemus. Ecce enim vidi sumus, transferatur ad lectulū & stramentis mollioribus reponatur, ne plus eum gloriosum faciamus, si forte defecerit in tormentis, sed potius recreatus nouis iterum supplicij puniatur. Cum igitur ad stratum molliorem deportatus esset, & ibidem paululum quieuisset, statim spiritum tradidit circa annos domini cclxxxvij. sub Diocletiano & Maximiano, quo auditio Dacianus vehementer se sic victum dolens ait. Et si non potui eum superare viuentem, puniam vel defunctum, & sic faciarum de pena, & sic poterit mihi peruenire victoria. Iste ergo Daciani corpus eius in campum aubus & bestijs deuorandum exposuit, sed statim angelorum custodiam premitur, & intactum à bestijs conseruatur. Denique corpus ingluuici d. ditus alias aues, se maiores impetu alarum abegit, & lupum accurrentem moribus & clamoribus effugauit. Qui reflexo capite in aspectu corporis sacrificij cernitur, ut pote qui ibidem angelorum custodiam mirabatur, quod audiens Dacianus ait. Puto quod nec defunctum potero superare. Iubet ergo corpori eius ingentem molam alligari, & in pelago proijci, ut quod in terra à bestijs consumi non potuit, saltem in pelago à marinis beluis deuoretur. Nautę igitur corpus eius in pelagus deferentes submergunt, sed ipsi nautis velocius littora corpus petijt, quod à quadam matrona & quibusdam alijs ipso reuelante inuenitur, & ab eis honorifice sepelitur. E.

De hoc martyre sic dicit Aug. Beatus Vincētius vicit in verbis, vicit in pœnis, vicit in confessione, vicit in tribulatione, vicit exutus, vicit submersus, vicit ortus, vicit mortuus. Idem. Torquetur Vincentius, ut exerceatur, flagellatur, ut erudiat, tunditur, ut solidetur, exurit, ut purgetur. Ambr. in præfatione de ipso sic ait. Torquetur Vincentius, tunditur, flagellatur & exurit, sed inuictus pro sancto nomine animus non concutitur. Plus ardens igne zeli quod ferri, plus necitur timore dei quam seculi, plus voluit placere deo quam foro, plus dilexit mori mundo quam domino. Item Aug. Ante oculos nostros mirandum spectaculum constitutum est. Iudex iniquus, tortor cruentus, martyr inuictus, crudelitate pietatisque certamen. Prudentius quoque qui claruit tempore theodosij senioris, qui cepit anno domini. cclxxxvj. Sic ipsum Daciano respondiit ait. Tormenta, carceres, vngulę, stridentisque flammis lanuina atque ipsarum pœnarum vltima mors christianis Ludus est. Tunc Dacianus. Vltimum retortis brachijs sursum ac deorsum extendite, donec compage ossium diuulsa membratim crepet: ut per lacunas vulnerum iecur detectum palpiter. Ridebat hic miles Dei manus cruentas increpans, quod fixa non profundius intraret artus vngula. Cum esset in carcere angelus dixit ad eum. Exurge martyr inclite, exurge securus exurge & almis feribus noster sodalis addere. O miles inuictissime fortissimorum fortior iam te ipsa seua & aspera tormenta victorem tremunt. Exclamat prudentius tu solus insignite solus brauij duplicis palmam tulisti: tu duas simul parasti laureas.

De sancto Basilio episcopo.

BASILIVS venerabilis episcopus & doctor precipuus, cuius vitā scripsit Amphilotius Ycornij episcopus: quantę sanctitatis extiterit cuidam eremite nomine Effrem in visu monstratum est. Cum enim dictus Effrem in extrasi positus esset, vidit columnā ignis, cuius caput vsque ad cælum pertingebat, & vocem de super audiuit dicentem. Talis est magnus Basilius qualis hæc colūna ignis quam cernis. Veniens igitur ad ciuitatē in die epiphanię, vt tantū virū videre posset: cum vidisset eum stola candida indutum eum clericis venerabiliter procedentem, ait intra se: vt video in vacuum laborauit. Iste enim cum in tali honore & conspiciatione sit positus, nequaquam talis potest esse quemadmodum vidi. Nos enim qui portauimus pondus diei & estus, nihil tale consecuti sumus: & hoc cum in tali honore & conspiciatione positus sit. columnā ignis est. Miror ista. Basilius igitur in spiritu hoc videns, fecit eum ad se introduci. Qui cum introductus esset: vidit linguam in eam per os eius loquentem: & ait Effrem. Vere magnus Basilius verē columnā ignis. Basilius verē spiritus sanctus loquitur per os eius. Dixitque illi. Effrem. Obsecro domine vt mihi impetres quod gręce loquar. Cui Basilius. Rem difficilem postulasti. Pro eo tamen orauit: & cōtinuō gręce loqui cœpit. Quidā alius eremita videns Basiliū aliās in pontificali habitu procedentē eum despexit, iudicans eum in corde suo, quod in tali pōpa plurimum delectaretur. Et ecce vox facta est ad eum dicens. Tu amplius delectaris in palpando carnæ tuę caudā quam delectetur Basilius in apparatusuo. Valens imperator fautor Arrianorum ecclesiam quādam acatholicis abstulit, & Arrianis dedit. At quę accedens Basilius ait. Imperator scriptum est. Honor regis iudicium diligit. Et iterum: Iudicium regis iustitia: & scur cor tuum imperaui: vt catholici ejicerentur de ecclesia, & daretur arrianis: Cui imperator. Iterum ad contumelias reuertes o Basili: non decet te. Et ille Decet me pro iusticia etiam mori. Tunc Demosthenes præfectus epularum imperatoris fautor Arrianorum: & loquēs pro eis fecit barbarissimum. Cui ait Basilius. Tuum est de pulmentarijs regis cogitare: non dogmata diuina dequequare. Qui mox confusus tacuit. Dicit imperator Basilio. Vade & iudica inter eos. Sed non secundum immoderatam amorē populi. Abiens ergo dixit coram catholicis & Arrianis: vt fores ecclesię clauderentur, & vtriusque partis sigillo munitur: & ad quorum orationes aperirentur, sua esset. Quod cum omnibus placuisset, orantibus Arrianis tribus diebus & noctibus & venientibus ad fores ecclesię non sunt apertę. Tunc Basilius processione ordinata venit ad ecclesiam: & facta oratione leui istu baculo pastoralis fores tetigit, dicens. Tollite portas principes vestras & eleuamini portę æternales &c. Et continuō sunt apertę, & intrantes Deo gratias reddiderunt. Et reddita est ecclesia catholicis. Fecit autē imperator pmitteri multa Basilio, in hystoria tripartita legitur, si sibi cōsenti- ret: & ille pueris ista cōuenienter. Nam qui diuinis saginatur eloquijs: corrumpere de diuinis dogmatibus nec vnam syllabā patiuntur. Tūc imperator indignatus, vt ibidē dicitur: cū de eius exilio sententiā vellet scribere, primus, secundus, tertius calamus fractus est. Deinde tre-

tremor magnus eius magnum inuastit: vnde indignatus chartam fregit. B.

Vir quidam venerabilis nomine. Eradius filiam vnicam habebat, quam consecrare domino disponebat: sed diabolus humani generis inimicus hoc aduersum vnum de seruis prædicti Eradij in amorem puellę plurimum inflammauit. Verum cum impossibile cereret: vt ipse qui seruus erat, in amplexus tam nobilis puellę accedere posset, ad vnum de maleficis accessit, promittens ei multam pecuniā quantitatem: si ad hoc eum iuuare vellet. Cui dixit maleficus. Ego hoc agere non possum, sed si vis mittam te ad dominū meum diabolū, & si feceris que ipse tibi dixerit tuum desiderium obtinebis. Et dixit iuuenis. Quęcumque dixerit mihi faciam. Ille ergo maleficus epistolam ad diabolū scripsit, & eam per dictum iuuenem in hæc verba transmisit. Quoniam quidam mi domine oportet me festinenter & solite quosque à christianorum religione abstrahere: & tuę adducere voluntati, vt pars tua quotidie multiplicetur, misi tibi hunc inuenem cupiditate in tuam puellam exarsum, & postulo vt suum desiderium assequatur, vt & in isto glorie, & alios tibi de cætero valeam aggregare. Et dans ei epistolam dixit. Vade & tali hora noctis ista suam monumentum gentilis, & ibidem demones acclama, & hæc chartam in aere exalta, & statim aderunt tibi. Qui vadens demones inuocabat, & chartam per aërem eiecit. Et ecce adest princeps tenebrarū valatulus multitudine demoniorū. Qui cum epistolam per legisset, ait ad iuuenem. Credis in me, vt tuam compleam voluntatem? Qui ait. Credo domine. Cui diabolus, Et abnegas Christum tuum, qui ait, abnego. Dixit diabolus. Perfidi estis vos Christiani: quia quādoquidem me opus habetis: ad me venitis: quando autem desiderium, vestrum assecuti estis, statim me negatis: & ad Christum vestrum acceditis. Ille autem, quia clementissimus est suscepit vos: sed si vis vt tuam compleam voluntatem, fac mihi manu tua scriptum in quo confitearis te abrenunciare Christo tuo & baptismati & christianę professioni, & meus sis seruus: & mecum in iudicio condemnandus. Qui statim manu propria scriptum fecit qualiter christo abrenunciaret, & se sequitur diabolus manciparet. Cōtinuo igitur diabolus accessit spiritus qui fornicationi præerat: iubens eis vt ad prædictam puellam accederent: & cor eius in amorem iuuenis inflammaret. Qui, accedentes cor. eius adeo accenderunt: vt puella se in terram proijceret, & ad patrem lamentabiliter clamaret. Miserere mihi pater, miserere mihi: quia dire torqueor propter amorem talis pueri nostri. Miserere visceribus meis: & paternum amorem mihi ostende: & puero quem amo, & pro quo crucior, me coniunge: si autem post modicum me morituram videbis, & pro me in die iudicij orationem reddes. Pater autē euigilans dicebat. Heu me miserum quid contigit mihi filię meę. Quis meum thesaurū furatus est. Qui dulce lumen oculorum meorum extinxit. Ego te volebam cælesti sponso coniungere: & per te saluari putabam: & tu in amorem lasciuie insanisti. Sine filia vt sicut disposui te domino coniugem, ne ducas senectutem meam cum dolore ad inferos. Illa autē clamabat dicens. Pater mi aut cito desiderium meū comple, aut

morituram post modicum me videbis. Cum igitur illa amarissime heret, & quasi insaniret, pater eius in magna desolatione positus, & amicorum consilij deceptus, suam voluntatē compleuit & eam puero in uxorem dedit: ac vniuersam substantiā sibi tribuit, dicens. Vade filia mea vere misera. Cum ergo in simulum permerent iuuenis ille ecclesiam non introibat: nec sibi crucis signaculū faciebat: nec Deo se cōmendabat: vnde de hoc notatus est à nonnullis, qui uxori suę dixerunt. Scis quia vix tuus, quem tibi elegisti, christianus non est, nec ecclesiam ingreditur. Quod illa audiens vehementer exstimuit: & humo se prosternēs vngulis seipsam discerpere cœpit, ac pectus suam cōtundere & dicere. Heu mihi miserā, cur nata sum & nata cōtinuō rapta non sum? Cum ergo viro suo quæ audierat, retulisset: & ille nequaquam se sic esse assereret: sed omnino falsum quę ipsa audierat, affirmaret: illa ait. Si vis vt credā tibi ego & tu cras ecclesiam ingrediamur. Videns ille quod latere non posset, narrauit ei totum ordinem gestę rei: quod illa audiens vehementer ingemuit & ad beatum Basiliū properauit: eique omnia quę viro suo & sibi contigerant, enarrauit. Basilius autem puerum vocans & omnia ab eo audiens dixit ei. Vis fili reuerti ad dominum: qui ait. Vti que domine, sed non valeo: quia diabolus sum professus: & Christū abnegauit: & abnegationis meę scriptum feci: & diabolus ipsum dedi. Cui Basilius. Non tibi sit curā: benignus est enim dominus, & te penitentem suscipiet. Et continuo apprehendens puerum signum crucis in eius fronte fecit, & per tres dies ipsum reclusit: postea eum visitauit, & dixit. Quomodo habes fili. Qui ait. In magna sum domine defectione, nec suffero clamore eorū & terrores seu dilapidationes. Tenentes enim manu scriptum meū calumniatur me dicentes. Tu venisti ad nos, & non nos ad te. Et dixit sanctus. Noli timere filii tantummodo crede. Et dans ei modicam escam, faciēs que signū crucis iterū eū reclusit, & pro eo orauit. Post aliquos dies iterū eum visitauit, & ait. Quomodo habes fili. Qui ait, pater à longe clamores eorū & minas audio: sed eps non video. Et dans ei iterū escam, & signās, & claudens ostiū abijt, & pro eo orauit. Et post aliquos dies rediens dixit. Quomodo habes. Respondit. Bene habeo sancte Dei: vidi enim te in visu pugnantem pro me, & diabolū vincentem. Post hoc eū educens & omnem clerū, & religiosos, & populum cōuocauit, & omnes pro eo orare admonuit: tenēsque manu pueri ducibat eum ad ecclesiam. Et ecce diabolus cum multitudine demonum ad eum venit: & inuisibiliter apprehendens puerū conabatur eum rapere de manu eius: & cepit clamare puer, sancte Dei adiuua me. Et tanta eum improbus instantia aggressus est, vt etiam sanctum impelleret trahens puerum, qui ait ad eum. Improbissime non sufficit tibi perditio tua: nisi & dei mei tentes plasma diabolus autē dixit ad eum multas audientibus. Præiudicas mihi o Basili. Tunc omnes clamauerunt. Kyrie eleison. Dixitque ad eum Basilius. Increpet te dominus diabolus. Qui ait. Præiudicas mihi o Basili. Non abijt ego ad eum: sed ipse venit ad me abnegauit Christum suum & professus est mihi: ecce scriptū eius in manu habeo. Qui ait. Non cessabimus orare, donec scriptum reddas. Et orante Basilio & tenente in cælum manus: Ecce charta

per aërem delata & ab omnibus visa venit, & imposita est in manus. Basilij. Quem ille suscipiens dixit puero. Cognoscis has literas fratere? Et ille etiam domine, manu mea scripte sunt. Et frangens Basilij scriptum perduxit eum ad ecclesiam: & dignum eum fecit sancto ministerio, & bene instruens & hanc regulam sibi dans reddidit mulieri. C.

¶ Mulier quædam peccata multa habens, & ea in charta conscribens in sine quoddam grauius conscripsit: & scriptum ipsum beato Basilij tradidit, rogans ut pro ea oraret: & suis orationibus peccata ipsa deleteret. Qui cum orasset, & mulier chartam aperuisset: omnia peccata præter istud grauius deleta inuenit. Quæ ait ad Basilium. Misere mei serue Dei, & pro hoc mihi indulgentiam impetra sicut pro alijs impetrasti. Qui ait ad illam. Recede a me mulier: quia homo peccator ego sum, indigēs indulgentia sicut & tu. Cum autem illa instaret dixit ei. Vade ad sanctum virum Effrem: & ille que postulas tibi poterit impetrare. Quæ cum abiisset ad sanctum virum Effrem: & cur ad eum à sancto Basilio missa sit inuicem ille ait. Recede quia homo peccator ego sum: sed redi filia ad Basilium, & qui tibi pro cæteris veniam impetrauit: pro isto quoque impetrare valebit: festina cito, ut eum viuū inuenias. Quæ cum in ciuitatem uenisset: ecce Basilij ad tumulum ferebatur. Illa autem post eum clamare cepit & dicere. Videat Deus & iudicet inter me & te: quia valens placare Deum pro me, ad alium transmisi tui me. Tunc proiecit chartam super feretrum, & post modicum illum recipiens & aperiens illud peccatum penitus deletum inuenit. Sicque ipsa & omnes qui aderant Deo immensas gratias reddiderunt. D.

¶ Antequam autem vir Dei migraret a corpore, posticus in infirmitate qua & mortuus est quendam Iudeum nomine Ioseph medicinali arte, valde peritum, quem vir Dei multum diligebat, eo quod se illum ad fidem conuersurum præuidebat ad se quasi eius opera indigeret, vocauit. Ille vero esse eius pulsum tages & ex ta&u mortem in ianuis esse cognoscens dixit, familiaris que ad sepulturam necessaria sunt preparate, quia continuo morietur: quod Basilij audiens dixit ei. Nescis quid dicis. Cui Ioseph. Crede domine, quia sol cui sole occidit hodie. i. tu cum sole occides hodie. Cui dixit Basilij. quid dicis, si non moriar hodie? Cui Ioseph. Non est possibile domine. Et Basilij. Et si in crastinū vsque ad horam sextam superuixerō, quid facies. Et Ioseph ait. si vsque ad illam superuixerit horam, utique ego moriar. Et Basilij etiam morieris peccate: viuas autem christo. Et ille. Scio quid dicis, & tū vsque ad illā horam superuixeris, faciam quod hortaris. Tunc beatus Basilij, licet secundum naturam illico moriturus esset, à domino rāmen mortis inducias impetrauit, & vsque in crastinum in horam nonam vixit. Quod Ioseph videns & stupens in Christum credidit. Basilij autem virtute animi imbecillitātē corporis superans, de cubiculo suo surrexit, & ecclesiam ingrediens cum suis proprijs manibus baptizauit. Postea verò ad lectulum suum redijt, & statim spiritum Deo feliciter reddidit. Floruit circa annos domini. cclxx.

De sancto Ioanne eleemosinario.



¶ Ioannes eleemosinarius patriarcha Alexandria inus quadam nocte in oratione persistens vidit quandam puellam pulcherrimam sibi assistentem, & coronam oliuarum in capite baiulantem. Quam ille videns nimium stupefactus que esset, inquisiuit. Et illa. Ego sum misericordia, que Dei filium de celo ad duxi, me sponsam accipe, & bene tibi erit. Intelligens ergo per oliuam misericordiam designari. Ab illa die factus est sic misericors. vt elez mor. i. eleemosinarius vocaretur. Pauperes autem semper suos dominos appellabat, & inde hospitalarij habent etiam vt pauperes dominos suos vocent. Omnes igitur suos famulos conuocauit, eisque dixit. Euntes per totam ciuitatem conscribite mihi vsque ad vnū omnes dominos meos. Illis vero non intelligentibus dixit, quis vos egenos & mendicos vocatis, istos ego dominos & auxiliatores prædico. Isti enim nobis vere auxiliari & cælestē regnū donare poterunt volens omnes ad eleemosinā inuitare, narrare consuevit quod pauperibus semel se ad solem calefacientibus ceperunt inuicem de eleemosynatoribus conferre, & bonos collaudare, & malos vituperare. Erat autem quidam telonearius nomine petrus diues valde & prepotens, sed nimis pauperibus immisericos, quia ad domum suam accedentes cum indignatione nimia repellebat. Cum ergo nullus eorū inuentus fuisset, qui in domo sua eleemosynam recepisset, vnus illorum dixit. Quid vultis mihi dare, si ego hodie ab eo eleemosynam accipiam. Et facientibus cum eo pactum ad domum eius venit, & eleemosynam postulauit. At ille domum reuertens, & pauperem præforibus videns, cum mancipium eius panes filiginis in domū deferret, ille lapidem non inueniens panem filiginis arripuit, & cum furore inde eum percussit, quem protinus arripens pauper ad socios redijt, & quod de manu eius eleemosynam acceperit indicauit. Post duos dies infirmatus ad mortem vidit se ante iudicium stare, & mauros quosdam super stateram eius mala appendere, ex altera autem parte stateræ quidam dealbati tristes stabāt, eo quod nihil quod ibi apponerent, inuenire valebant. Tunc vnus eorum dixit. Vere nihil habemus nisi vnū panem filiginis quem ante duos dies christo dedit coactus. Quem dū super stateram ponerēt, æqualitas vt sibi videbatur, facta est. Dixerunt ei. Adauge ad filiginem hanc calioquin te mauri apprehendent. Euigilans autem & liberatus dicebat pape. Si vna filigo, quam per furorem istaui ita profuit, quanto magis omnia sua indigentibus largiri? Quadam igitur die cū optimis vestibus indutus per viam pergeret, quidam naufragus ab eo vestimentū aliquod postulabat. Continuo ille precioso vestimento se expoliavit, & illi dedit. Quod ille accipiens statim vendidit. Cum autem telonearius rediret, & vestimentum suspensum vidisset, contristatus est valde, adeo vt nec cibum sumere velleret dicēs. Quoniā nō fui dignus vt mei memoria haberet egenus. Et ecce dū dormiret vidit quēdā super sole fulgētē, & super caput crucē ferētē, & habētē indutū vestimentū, quod de derat egeno, & dicētē sibi. Quid ploras petre, quā cū eam vultu tristitie tibi dixisset, elle ait. Cognoscis hoc. Et ille. Etia domine. Et dominus ad eū. Illo ego vestio Ex quo mihi

mihī dedisti, & gratias ago bonæ voluntati tuæ: quoniam frigore affligebat, & cooperuisti me. In se ergo reuerso cepit egenos beatificare, & dicere, viuūt dominus, non moriar donec fiam vnus ex eis. Dans ergo pauperibus quæ habebat ex accessito notario suo dixit ei. Secretum volo tibi committere, quod si propalaueris, aut si me non audieris barbaris vendam te. Dansque ei decem libras auri dixit ei. Vade in sanctam ciuitatem & merces tibi eme, & me alicui christiano vende, & pauperibus pretium tribue. Illo autem recufante dixit ei. Si me non audieris: ego barbaris vendam te. Ducens ergo eum, vt dixerat, cuidam argentario vestibus sordidi indutum tanquam seruum suū vendidit, & triginta numismata inde accipiens pauperibus erogauit. Petrus ergo omnia officia vilia faciebat: ita quod ab omnibus contenebatur, & ab alijs seruis frequenter percuriebatur, & etiam iam amens appellabatur. Dominus autem frequenter sibi apparebat: & vestimenta & numismata ostendens ipsum consolabatur. Verum imperatore & vniuersis de amissione tanti viui dolentibus, quidam vicini eius Constantinopolim ad visitandum loca sancta venerunt: & à domino ipsius inuitati cum pranderent sibi adiuuicem in aure dixerunt. Quam similis est puer iste domino Petro teloneario & curioso respicientibus vnus dixit. Vere dominus Petrus est. Surgam & tenebo eum. Quod ille aduertens latenter fugit. Erat autem ostiarius surdus & mutus, qui per signum ostium aperiebat. Cui Petrus, vt sibi aperire non signis: sed verbis imperauit: & ille continuo audiens & loquelā recipiens, sibi que respondens ei aperuit: & domum ingrediens cunctis de eius loquela mirantibus dixit. Ille qui quoquinam faciebat exijt & fugit: sed videte ne Dei sit seruus. Cum enim mihi dixit: tibi dico aperimox ex ore eius exijt flamma, quæ linguam & aures meas terigit: & continuo auditum & loquelam recepi. Ex quo exilientes vniuersi & concurrantes post eū ipsū amolius inuenire non potuerunt. Tunc omnes de domo illa penitentiam egerunt: eo quod talem virum sic viliter tractauerunt. B.

¶ Monachus quidam vitalis nomine volens sanctum Ioannem tentare, si posset sibi verbis persuaderi & ad scandalum facile inclinari. Ingredivens ergo ciuitatem omnes publicas meretrices conscripsit. Intra bat ergo ad illas per ordinem dicens cui libet. Dona mihi noctem istam & noli fornicari: ipse autem domū intrans in angulo flexus genibus tota nocte in oratione se stabat, & pro illa orabat: & postea mane exhibat præcipiens cui libet ne alicui reuelaret. Vna autem vitam eius manifestauit, quæ statim oriente sene & demone vexari cœpit. Cui omnes dicebant. Reddidit tibi Deus quod merebaris: quoniam mantita es: vt fornicetur enim ingreditur pessimus iste, & non propter aliud. Vespere autem factō dicebat predictus vitalis cunctis audientibus. Volo ire, quia talis domina me expectat. Multis vero illum criminantibus respondebat. Nunquid ego non habeo corpus vt omnes, aut monachis solū iratus est Deus: vt & ipsi homines sunt vt cæteri. Dicebant autem quidam. Accipe tibi mulierem vnā abba & muta habitum vt non scandalizes alios. Ille autem fingens se iratū dicebat. Vere non audia vos, & me. Qui vult scandalizari, scandalizetur: & colli-

det frontem in parietem. Nunquid iudices constituti estis super me à Deo: ite, & de vobis curata habere, vos pro me non reddetis rationem. Hæc autem cum clamore dicebat. Cumque ad beatum Ioannem querimonia deferretur: cor eius Deus indurauit, vt his fidē adhiberet. Deprecabatur autem Deum: vt post mortem suam opus suum alicui reuelaret: vt non imputaretur in peccatum his qui de eo scandalizabantur. Multas igitur de prædictis mulieribus ad conuersionem perduxit: & in monasterio plurimas collocauit. Quodam mane dum ab vna illarum egredere obuiauit ei quidam ingrediens ad fornicandum cum eadansque ei alapam dixit. Vsquequo pessime non emendas te ab his tuis immundicijs? Et ille, crede mihi accipies à me talem alapam: vt tota Alexandria congregetur. Et ecce postea diabolus in specie, mauri alapam dedit dicens. Hæc est alapa quam mittit tibi abbas vitalis. Et statim à demone vexatur, ita quod ad voces eius omnes currebant. Sed tamen penitens per eius orationem liberatus est. Vir autem dei morti appropinquans hanc scripturam reliquit. Nolite antē tēpus iudicare. Mulieribus autē confitentibus quæ faciebat, omnes glorificabant Deum: & præcipue beatus Ioannes dicens, Quoniam alapam quam ille accipit, accepissē & ego. Quidam pauper in habitu peregrini ad Ioannē venit, & ab eo eleemosynam postulauit. At ille vocato dispensatore dixit. Da ei sex numismata: quæ ille accipiens & abiens habitum mutauit: & iterum ad patriarcham rediens ab eo eleemosynam postulauit. Ille autem dispensatore vocato dixit. Da ei sex aureos: quos cum sibi dedisset, & ille abiisset dixit ei dispensator. Per orationes tuas pater iste idē hodie mutato habitu bis accepit. Beatus autem Ioannes hoc se nescire disimulauit: Iterum ille tertio habitum mutans ad beatum Ioannem venit: & eleemosynam postulauit. Tunc dispensator beatum Ioannem tetigit innuens quod ille esset. Cui beatus Ioannes respondit. Vade & da ei duodecim numismata, ne forte sit dominus meus Iesus Christus, qui tentare me velit vt rē poterit hic plus accipere quam ego dare. Quadam vice cum patricius quendam pecuniam ecclesiæ in mercationibus ponere velleret: & patriarcha nullatenus consentiret: sed pauperibus eam dispensare velleret: ambo plurimum contententes irati ab inuicem recesserunt. Adueniente hora vndecima mādāt patriarcha per archipresbiterum patricio dicens. Domine sol ad occasum est. Quod ille audiens lachrymis infusus ad eum venit: & veniam postulauit. D.

¶ Cum quidam suus nepos à quodam tabernario grauem iniuriam audiisset: & ex hoc patriarcha lamentabiliter conquerens nullatenus consolari posset, patriarcha respondit. Et quomodo est ausus tibi aliquid contradicere & os suum contra te aperire? Crede fili meæ paruitati: quoniam faciam in eo hodie talem rē, vt tota Alexandria miretur. Quod audiens ille cōsolationem recepit: putās quia eum faceret grauitē verberari. Videns Ioannes quod cōsolationē recepisset: peccus eius ostularus est dicens. Fili si vere nepos meæ humilitatis existis: prepara te & flagellari & couicia pati ab omnibus. Vera enim cognatio est, quæ non ex carne & sanguine: sed ex virtute mentis cognoscitur. Confestim igitur pro-

homine misit: & ab omni pensione & tributo liberum eum fecit. Et omnes audientes mirari sunt. Et intellexerunt hoc esse quod dixerat, faciam in eo talem rem ut tota Alexandria miretur. Audiens patriarcha consuetudinem esse quod mox ut imperator coronatus est, festum monumentorum aedificatores sumunt quatuor vel quinque minutias marmorum pusillas diuersi coloris: & ingredientes ad imperatorem dicunt. De quali marmore vel metallo iubet imperium tuum sibi fieri monumentum. Imitatus hoc monumentum sibi fieri precepit: sed tamen usque ad obitum suum illud imperfectum manere fecit: ordinauitque aliquos qui ad eum in celebri festiuitate cum clero consisteret, accederent sibi quae dicerent. Domine monumentum tuum imperfectum est: praecipere, ut consumetur: eo quod nescias qua hora fur veniat. E. ¶ Diues quidam cum vidisset beatum Ioannem instratum suo viles pannos habere: eo quod ceteros pauperibus erogasset, quoddam valde preciosum cooperimentum emit, & beato Ioanni tradidit. Qui cum istud nocte super se haberet tota nocte dormire non potuit: cogitans quod trecenti domini sui de tanto pretio cooperiri possent. Tota insuper nocte lamentabatur & dicebat. Quanti incenati: quanti in foro pluuijs madefacti: quanti praefrigore dentibus stridentes hodie dormierunt. Tu vero grades pisces deuorans & in tala mo requiescens cum omnibus malis tuis super te coopertorium habens xxxvj. numismatum calescis. Humilis Ioannes alia vice hoc non vestietur. Statimque facto mane illud vendi fecit: & pretium pauperibus erogauit. Quod audiens ille diues ipsum cooperitorium secundo emit, & beato Ioanni tradidit: rogans, ut ipsum de cetero non venderet: sed super se ipsum teneret. At ille istud accipiens iussit iterum vendi, & dominis suis pretium erogari. Quod ille diues audiens iterum abiit, & ipsum redemit, ac beato Ioanni delit: eique gratulabundus dixit. Videbimus quis deficiet. Aut tu vendendo: aut ego redimendo. Et sic sua uiter quasi diuites vendemiabat dicens, quod possit aliquis intentione dandi pauperibus diuites taliter exponere, nec peccat. Duo enim lucra talis: Vnum quia animas illorum saluat: alterum quoniam ipse ex hoc mercedem non modicam accipiet. Volens beatus Ioannes homines ad elemosynam prouocare: narrare consuevit de sancto serapione, quod cum amicum suum pauperi tribuisset: & alteri obuians qui frigus patiebatur, tunicam similiter tribuisset: & euangelium tenens nudus sederet: interrogauit eum quidam dicens. Abba quis te expoliavit? Et demonstrans euangelium dixit. Ille me expoliavit. Alias autem alium pauperem videns euangelium ipsum vendidit: & pauperi pretium dedit. Qui cum interrogaretur ubi ipsum euangelium haberet. Respondit. Euangelium praecipit dicens. Vade & vende omnia quae habes: & da pauperibus. Ipsum ergo habebat: & ipsum vendidit: & tradidit ut mandabat. F. ¶ Cum cuidam elemosynam petenti dari praecipisset beatus Ioannes quinque nummos: indignatus. Ille quod maiore sibi elemosynam non fecisset: continuo ad contumelias ipsius prorupit: ac in eius faciem conuiciari fecit: quod eius famulus audientes in eum irruere uoluerunt, ac ipsum grauiter caedere: quod beatus Ioannes omnino prohibuit, dicens. Sinite fratres, sinite: ut mihi maledicatur. Ecce enim habeo. lx. annos blphemans per opera mea

Christum: & unum conuicium, non portabo ab isto iussitque sacculum afferri & coram ipso apponi: ut inde tolleretur quantum uellet. Cum populus lecto euangelio ecclesiam exiret: & foris ociosis uerbis vacaret: quada vice post euangelium patriarcha cum ipsis exiit, & in medio eorum sedere cepit. Omnibus uero de hoc mirantibus dixit ad eos. Fili ubi oues ibi pastor. Aut igitur intrate & ego uobiscum intrabo: aut manete hic & ego pariter manebo. Semel igitur & bis hoc fecit. Et sic populum stare in ecclesia erudiuit. Cum quidam in uenis sanctimoniam quandam rapuisset: & clericus tale iuuenem coram beato Ioanne exprobraret, & ipsum excommunicandum esse diceret: ut puta, quae duas animas perdidit. suam & illius sanctimonialis compe scuit quos beatus Ioannes dicens. Non sic filii, non sic. Ostendo uobis, quia & vos duo peccata committitis. Primum, quia cum preceptum domini facitis, quae ait. Nolite iudicare, ut non iudicimini. Secundo, quia nescitis procerto, si uisue hodie peccet, & se non poeniteant. Frequenter autem existente beato Ioanne in oratione & in extasi mentis posito talibus uerbis cum deo disputare auditus est. Sic sic bone Iesu ego dispergendo: tu & ministrando uideamus quis vincat. G.

¶ Cum febre correptus se morti appropinquare cerneret, dixit. Gratias tibi ago deus, quoniam exaudisti miseriam meam, rogantem bonitatem tuam ne inueniretur morienti mihi nisi unum tremisse. Hoc igitur pauperibus dari iubeo. Positum est igitur uenerabile corpus eius in sepulchro ubi corpora duorum episcoporum fuerant tumulata: & corpora illa mirabiliter sancto Ioanni cesserunt: & locum medium vacuum dimiserunt. Ante autem paucos dies quam moreretur: cum quaedam mulier quoddam flagitiosissimum peccatum commississet: & nulli unquam confiteri auderet: dixit ei sanctus Ioannes, ut saltem illud scriberet: eo quod scribere sciebat, & sigillatum ei offerret: & ipse proca oraret. Cui illa assensit & peccatum scribens diligenter sigillauit: & beato Ioanni tradidit. Sed post paucos dies beatus Ioannes infirmatus in domino requieuit. Illa ut audiuit illum defunctum se vituperatam & consulam putauit: credens quod scriptum alicui commississet & ad manus alterius deuenisset. Ad tumulum igitur sancti Ioannis accessit: & ibi uerissime flens, clamabat dicens. Heu heu putas confusionem vitare: confusio omnibus facta sum. Cumque amarissime fleret & beatus Ioannem rogaret, ut sibi ostenderet ubinam scriptum suum dimisisset: ecce beatus Ioannes in habitu pontificali de tumulo processit duobus episcopis qui secum quiescebant: hinc inde uallatus dixitque mulieri. Cur nos tantum infestas: & me & sanctos istos qui mecum sunt, quiescere non permitis? Ecce stolae nostrae lachrymis tuis omnes madefactae sunt. Porrexitque sibi scriptum suum sigillatum, ut prius fuerat dicens ei: uide sigillum hoc, & aperi scriptum tuum & lege. Quod illa apperit peccatum suum omnino deletum inuenit. Et ibi taliter scriptum reperit. Propter Ioannem seruum meum deletum est peccatum tuum. Sicque illas immensas deo gratias retulit: & beatus Ioannes cum illis duobus episcopis in monumentum rediit. Claruit circa annum domini. lxxv. tempore Foce imperatoris.

D 8

De conuersione sancti Pauli apostoli.

LEGENDA XXVIII. A.

CONVERSIO sancti Pauli apostoli facta est eodem anno quo Christus passus est: & Stephanus lapidatus anno non naturali, sed emergenti. Nam Christus. viij. calendis Aprilis passus est. Stephanus eodem anno. iij. die Augusti lapidatus est. Paulus uero. viij. cal. Februarij conuersus est. Quare autem eius conuersio potius quam aliorum sanctorum celebratur, triplex ratio solet assignari. Primum propter exemplum: ut nullus quantumcunque peccator desperet de uenia: quando tantum in culpa talem postmodum despicit fuisse in gratia. Secundum, propter gaudium. Sicut enim ecclesiam magnam tristitiam habuit in eius persecutione: ita maximam laetitiam habuit in eius conuersione. Tertium, propter miraculum quod. sed minus in eo ostendit: dum de seuisimo persecutore fecit fidelissimum praedicatorum. Eius enim conuersio fuit miraculosa ratione efficientis, disponentis & patientis. Ratione efficientis. i. Christi, qui eum conuertit. Ibi enim primo ostendit suam mirabilem potentiam in hoc quod ei dixit. Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Et in hoc quod ipsum tam subito immutauit. Unde continuo immutatus respondit. Domine, quid me vis facere? Aug. super hoc uerbo Occisus agnus: & lupus: fecit agnos de lupis. Iam parat se ad obediendum, qui prius saeuiebat ad persequendum. Secundo ibi ostendit eius mirabilem sapientiam. Mirabilis enim sapientia fuit in hoc: quia ipsum a timore superbiae deiecit offerendo in finem humilitatis non sublimiam maiestatis. Ego (inquit) sum Iesus Nazarenus quem tu persequeris &c. Glo. Non Deum filium Dei se uocat: sed humilitatis inquit me suscipe infima: & superbia tua squamas deponere. Tertio. ibi ostendit suam mirabilem clementiam, qua notatur, in hoc, quod ipsum existente in actu & uoluntate persequendi conuertit. Licet enim haberet deformem affectum, quia spirans minarum & caedis peruersum conatum: quia accessit ad principes & c. quasi se ingerens ad perniciosum actum: quia ibat ut uinctos perduceret in Hierusalem: & ideo eius iter pessimum erat: ipsum tamen diuina misericordia conuertit. Secundum, fuit miraculosa ratione disponentis. i. lucis quae ipsum ad conuersionem disposuit. Ipsa enim lux dicitur fuisse subita imensa & caelica. Et subito inquit circumfulsit eum lux de caelo. Paulus enim tria uicia in se habebat. Primum erat audacia: quod notatur in hoc quod dicitur. Accessit ad principes sacerdotum. glo. non uocatus, sed sponte zelo concitante eum. Secundum erat superbia: quod notatur in hoc quod dicitur, spirans minarum &c. Tertium erat carnalis intelligentia: quam. s. in lege habebat. uade gloff. super illum. Ego sum Iesus Nazarenus &c. Ego Deus caelestis loquor, quem mortuum putas sensu Iudaico. Ipsa igitur lux diuina fuit subita: ut audacem terreret: fuit imensa, ut sublimem & superbam in ima humilitatis prosterneret: fuit caelica, ut carnalem eius intelligentiam in caelestem mutaret. Vel potest dici, quod illud disponentis fuit in tribus. s. in uoce acclamante: in luce fulgente: in uirtute

potente. Tertio, fuit miraculosa ratione patientis. i. ipsius Pauli, in quo facta est conuersio ipsa. In eo enim haec tria miraculose, exterius facta sunt. s. prostratus: obcaecatio: & tridua ieiunatio. Est enim prostratus, ut erigatur quantum ad depressum affectum. August. Prostratus est Paulus, ut caecaretur: caecatus est, ut mutaretur: mutatus est, ut mitteretur: missus est, ut pro ueritate pateretur. Item Aug. Elifus est saeuens, & factus est credens. Elifus est lupus, & factus est agnus. Elifus est persecutor, & factus est praedicator. Elifus est filius perditionis, & factus est uas electionis. Et obcaecatus, ut illustraretur quantum ad tenebrosam intellectum. Unde & in illo triduo quo mansit caecatus, dicitur, quod doctus fuerit euangelium. Non enim accepit illud per hominem neque per hominem, ut ipse testatur: sed per reuelationem Iesu Christi. Aug. Paulum dico uerum athletam Christi doctum ab illo uinctum de illo: crucifixum cum illo: & gloriosum in illo. Est in carne maceratus, ut ipsa caro disponatur ad bonae operationis affectum. Optima enim deinceps corpus eius ad omne opus bonum dispositum est. Nam esurire, & abundare sciebat, & ubique in omnibus institutus erat: & omnia aduersa libenter sufferebat. Chryso. Tyrannos ac populos spirantes furorem uelut quosdam esse culices aestimabat. Mortem uero atque cruciatum, & mille supplicia, quasi ludum putabat esse puerorum. Haec amplexbatur libenter & magis decorabatur caethena uinctus, quam diademate pretioso coronatus. Ac libentius recipiebat uulnera, quam alij munera. Vel ista tria dicuntur fuisse in eo contra tria quae fuerunt in primo parente. In ipso enim fuit contra Deum erectio: & contra in Paulo ad terram prostratio. In ipso oculorum apertio: & contra: in Paulo oculorum obcaecatio. In ipso fuit manducatio cibi uetiti: & contra, in Paulo abstinentia cibi liciti.

De sancta Paula.

LEGENDA XXIX. A.

PAULA fuit nobilissima matrona Romanorum: cuius vitam beatus Hieronimus composuit in haec uerba. Si cuncta corporis maris membra uerterentur in linguas, & omnes artus humana uoce resonarent: nihil dignum sanctae ac uenerabilis Paulae uirtutibus dicerem. Nobilis genere: sed multo nobilior sanctitate, potens quodam diuitijs sed nunc Christi paupertate insignior. Testor & Iesum, & sanctos angelos eius, ipsumque proprium angelum, qui custos fuit & comes admirabilis sceminae, me nihil in gratiam illius dicturum esse, sed omne illud quod dicitur sum midus esse quam quod merita requirant. Vis lector breuiter eius scire uirtutes, omnes suos pauperes pauperior ipsa dimisit. Et sicut inter multas gemmas praeciosissima gemma micat, Et sicut iubar solis paruos igniculos stellarum obruit, & obscurat ita cunctorum uirtutes sua humilitate superauit. Minimaque fuit inter omnes, ut omnium maior esset, & quanto plus se deiciebat tanto magis a Christo subleuabatur. Latebat & non latebat. Fugiendo uanam gloriam, gloriam mereretur, quae uirtutem quasi umbra sequitur, & appe-

titores suos deferens appetit detentores. Hæc cum quinque liberos ædidisset Blesilam, super cuius mortem eam Romæ consolatus sum. Paulinamq; sanctam & admirabilem virum Pammachium & propositi & rerum suarum reliquit hæredem: ad quem super eius obitu paruum libellum ædidimus. Eustochium quæ nunc in sanctis locis & virginitatis & ecclesiæ monile preciosissimum est. Rufinam, qui immaturo funere pium matris animum consternauit: & Toxotium postquam parere desijt: vt intelligeres eam non diu seruire voluisse officio coniugali: sed mariti desiderio qui mares optabat, liberos ædidisse. Postquam vir eius mortuus est: ita cum planxit, vt post ipsa moreretur: ita etiam se conuertit ad Dei seruitutem, vt mortem eius quasi videretur optasse.

B. ¶ Quid ergo referam amplæ & nobilis domus, & quondam opulentissimæ omnes penè diuitias in pauperes erogatas. Hæc Paulini episcopi Antiocheni & Epiphaniij qui Romam venerant accensa virtutibus per momenta patriam deserere cogitabat quid vltra dissero. Descendit ad portum fratre cognatis, affinitibus & quod his maius est liberis prosequentibus, & clementissimam matrem videre cupientibus: iam carbasa tendebantur & remorum ductu nauis in altum protraheratur: paruus Toxotius supplices manus tendebat in littore. Rufina iam nubilis: vt suas expectaret nuptias tacens, fletibus obsecrabat: & tamen illa siccos oculos tendebat ad cælum pietatem in filios: pietate in Deum superans. Nesciebat se matrem vt Christi se probaret ancillam. Torquebantur viscera & quasi, vt à suis membris distraherentur, cum dolore pugnabat. hoc contra iura naturæ plena fides patiebatur: imò gaudens animus appetebat: & amorem filiorum maiore in Deum amore contemnens in solo Eustochio, qui & propositi & nauigationis eius comes erat, acquiescebat. Sulcabat interim nauis mare & cunctis qui cum eo vehebantur littora respicientibus: illa versos tenebat oculos, ne videret, quod sine tormento videre non poterat. Cùmq; ad loca terræ sanctæ venisset: & proconsul Palestinæ qui familiam eius optime nouerat præmissis apparitionibus iussisset ei parare prætorium, elegit humilem cellulam, quæ cuncta loca Christi vestigiorum tanto ardore ac studio circumibat: vt nisi ad reliqua festinaret, à primis non posset adduci. Prostratq; ante crucem quasi pendentem dominum cerneret, adorabat. Ingressaq; sepulchrum resurrectionis osculabatur lapidem, quem ab ostio monumenti amouerat angelus, & ipsum corporis locum in quo dominus iacuerat, quasi sitiens desiderata aquas fidei ore lambebat. Quid ibi lachrymarum: quantum gemitum: quid doloris effuderit, testis est cuncta hierosolyma: testis est ipse dominus, quam rogabat. Deinde perrexit Bethleem atq; in specum saluatoris ingrediens, vidit sacrum virginis diuersorium: & me audiente iurabat se cernere fidei oculis infantem pannis inuolutum vagientem in præsepio: dominum Magos adorantes: stellam fulgentem desuper matrem virginem nutricium sedulum: pastores nocte venientes, vt viderent verbum quod factum erat, quasi etiam tunc euangelistæ Ioannis principium dedicarent. In principio erat verbum & verbum erat apud Deum: & verbum caro factum est. Parvulos interse-

ctos Herodem sæuentem Ioseph & Mariam fugientes in Aegyptum: mixtisq; gaudio lachrymis loquebatur. Salue Bethleem domus panis, in qua natus, est ille panis, qui de cælo descendit. Salue Effrata regio vberissima, cuius fertilitas Deus est. Dauid loquitur confidenter. Introibimus in tabernaculum eius: adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius. Et ego misera & peccatrix digna sum iudicari deosculari præsepe, in quo dominus paruulus vagijt: orare in spe lunca, in qua virgo puerpera Deum fudit infantem. Hæc requies mea: quia domini mei patria est. Hic habitabo quoniam saluator elegit eam.

C. ¶ Tanta se humilitate deiecit: vt qui eam vidisset, & pro celebritate nominis videre gessisset, ipsam esse non crederet: sed ancillarum vltimam. Et cum frequentibus choris virginum cingeretur: & veste & voce ac habitu & incessu minima omnium erat. Nunquam post viri mortem vsque ad diem dormitionis suæ cum vlllo comedit viro: quamuis eum sanctum & in pontificali culmine positum sciret. Balneas nisi periclitatis, non adijt. Mollia etiam nisi in grauisima febre lectuli strata non habuit: sed super durissimum humum fratris cilicis quiescebat: si tamen illa quies dicenda est, quæ iugibus penè orationibus dies noctesq; iungebat. Ita leuia peccata plangebatur, vt illam grauisissimorum criminum crederet esse ream. Cùmq; à nobis crebrius moneretur, vt parceret oculis, & eos seruariet euangelicæ lectioni, aiebat. Turpanda est facies, quam contra Dei præceptum purpuris & ceruisa & stibio sæpè depinxit, assidendum est corpus, quod multis vocauit delictijs. Longus risus perpetuo compensandus est fletu. Mollia lintheamina & serica præciosissima asperitate cilicij comutanda sunt. Quæ viro & seculo placui, nunc Christo placere desidero. Si inter tales tantasq; virtutes castitatem in illa voluero prædicare superfluum videar, in qua etiam cum secularis esset, omnium romæ matronarum exemplum fuit, quæ se ita gessit, vt nullus de illa etiam maledicorum quisquam audeat famam infringere. Fateor errorem meum, cur in largiendo esset profusor arguebam illud profersens de apostolo Non vt alijs refrigerium sit, vobis autem tribulatio. sed ex æqualitate in hoc tempore, vt vestra abundantia sit ad illorum inopiam, & illorum abundantia, sit ad vestrâ inopiam. Et prouidendum esse, ne quod libenter faceret, semper non facere posset, multaq; huiusmodi. Quæ illa mira verecundia & sermone parcissimo peritissimoque dissoluebat testem inuocans dominum se pro illius nomine cuncta facere & hoc habere voti, vt mendicans ipsa moreretur, vt vnum nummum filia non dimitteret, & in funere suo aliena sindone inuolueretur. Ad extremum inferebat. Ego si petiero, multos inueniam, qui mihi tribuant. Iste mendicans si à me non acceperit, quæ ei possum etiam de alieno tribuere, si mortuus fuerit, à quo eius anima requiretur? Nolebat in his lapidibus effundere pecuniam, qui cum terra & seculo transiunt sunt, sed in viuus lapidibus, qui voluuntur super terram de quibus in Apocalipti Ioannis. Ciuitas magni regis extruitur. Exceptis festis diebus vix oleum in quo accipiebat, vt ex hoc vno estimaretur, quid de vi-

uo, & deliquamine, & piscibus, & lacte, & melle, & ovis, & reliquis quæ gustui suauia sunt iudicari. In quibus sumendis quidam se abstinentissimos putant. Et si his ventrem ingurgitauerint: ut am pudicitiam suspicantur. Noui sulurrone quendam, quod genus hominum vile est, quasi beniuolum nunciasse: quod præ nimio seruore virtutum quibusdam videretur in lana, & cerebrum illius diceretur confouendum. Cui illa respondit. Theatrum facti sumus mundo & angelis & hominibus. Nos stulti propter Christum: sed stultum Dei sapientius est hominibus. Post virorum monasterium, quod viris tradiderat gubernandum, plures virgines quas ex diuersis prouincijs congregauerat, tam nobilis quam mediocris, & infimi generis in tres turmas & monasteria diuisit: ita dumtaxat vt opere, & cibo separata psalmijs, & oratione iungeretur. Iurgantes inter se sermone leuissimo fœderabat: lasciuientem adulescentularum carnem crebris & duplicatis frangebat ieiunijs malens eas stomacho dolore quam membris: dicens mundiciam corporis atque vestium, animæ esse immundiciam. Et quod inter seculi homines, vel leue putatur, vel nihil: hoc in monasterijs grauisimum esse delictum dicebat. Cùmq; alijs languentibus largè præberet omnia: & esum quoq; carniū exhiberet: si quando ipsa egrotaret, si bi non indulgebat, & in eo inæqualis videbatur quod in alijs clementiam in se duritiam commutabat. Reseram quod expertus sum mensæ Iulio feruentissimis astibus incidit in ardorem febris, & post desperationem tum Dei misericordia respirasset, & medici suaderent: hoc refectioem corporis vino esse opus tenui & paruo: ne aquam bibens in idropisimam vertetur. Et ego clam beati episcopum Epiphanium rogarem: vt eam moneret: imo compelleret vinum bibere: vt erat prudens & solertis ingenij statim sentit insidias, & subridens meum esse quod ille diceret, inrimauit. Quid plura? Cùm beatus pontifex post multa hortamenta exisset foras, quærenti mihi quid egressus. Respondit. Tantum profeci, vt ipsa mihi seni homini penè persuaserit, vt vinum non bibam in luctu mitis erat, & suorum mortibus frangebat maxime liberorum. Nam & viri filiorum dormitione sæpè periclitata est. Et cum os stomachumq; signaret. & matricis dolorem crucis niteretur impressione lenire superabatur affectu, & crudelem mentem parentis viscera consternebant, animosq; vincens fragilitate corporis vincebatur. Scripturas sanctas tenebat memoriter, & cum amaret historiam, & illa veritatis diceret fundamentum, magis sequebatur intelligentiam spiritualem & hoc culmine adificationem animæ protegebat. Loquar & aliud, quod forsitan emulis videtur inc edulum, Hebræam linguam, quam ego ab adulescētia multo labore & sudore ex parte didici, & infatigabili meditatione non desero, ne ipse ab ea deserat, dicere voluit, & consecuta est, ita vt psalmos Hebræicè caneret, & sermonem absque vlla latinæ linguæ proprietate personaret. Quod quidem vsque hodie in sancta filia eius Eustochio cernimus. Huiusq; nauigauimus prospera ventis & crispantia maris equora labens carina fulcauit, nunc in scopulos incurrit oratio. Quis enim posset siccos oculos

Paulam narrare morientem. Incidit in grauisissimam validitatem, imò quod obtabat, inuenit, vt nos desereret, & domino plenius iungeretur. quid diu differo & dolorem meum in alijs immorando facio longior? Sentiebat prudentissima feminarum adesse mortem, & frigiditate tam parte corporis atq; membrorum solum animæ temperiem in sacro & sancto pectore palpitare, & nihilominus quasi ad suos pergeret, alienosq; despiceret illos versiculos susurrabat. Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Et quàm dilecta tabernacula tua domine, elegi abiectus esse in domo Dei mei. Cùmque à me interrogaretur, cur taceret, cur nollet respondere in clamanti, an doleret aliquid, græco sermone respondit Nihil se habere molestiæ, sed omnia quæta & tranquilla perspicere. Post hoc obmutuit: & clausis oculis quasi humana despiceret vsque ad expirationem animæ eodem repetebat versiculos, vix vt aure apposita, quod dicebat, audire possemus. Tota ad lunus eius palestinarum vrbium turba conuenit. Quem enim monachorum lætium in heremo cellula sua tenuit. Quam virginem cubiculorum tenuerunt secreta? Sacriligium putabat, qui non tali femina vltimum reddidisset officium, donec subter ecclesiam, & iuxta specum domini conderetur. Venerabilis filia eius virgo Eustochium quasi ablactata super matrem suam abstrahi à parente: nō poterat deosculari oculos habere vultui, totum corpus amplexari, & se cum matre velle sepeliri. Testis est Iesus, nec vnum quidem nummum ab ea filia derelictum, sed magis tribuens egenis, & quod his difficilium est fratrum & sororum immensam multitudinem, quam & sustentare arduum est, & abijcere impium est. Vale ò Paula & cultoris tui vltimam senectutem orationibus iuua.

¶ De sancto Iuliano.



IULIANVS quasi iubilis, & ana, quod est sursum. Inde Iulianus, quasi iubilianus, quia cum iubilo superna petiuit. Vel à Iulio, quod est incipiens, & anus. Nam in Dei seruitio fuit senex longanimiter, sed incipiens sui reputatione.

LEGENDA XXX. A.



IULIANVS Cænonanensis episcopus fuit. Hic Simon ille læprosus dicitur fuisse, quem dominus à lepra sanauit, & qui dominum ad conuiuium inuitauit. Qui post ascensionem domini ab apostolis Cænonanensis episcopus ordinatus est. Hic multis virtutibus clarus tres etiam mortuos suscitauit, & postmodum in pace quieuit. Hic dicitur esse ille Iulianus, qui ab itinerantibus pro-

inueniendo bono hospicio inuocatur. Eo quod in domo eius dominus fuerit hospitiarius. Sed verius videtur esse alius Iulianus: qui s. vtrumq; parentem ignominanter occidit: cuius historia infra ponetur.

B. ¶ Fuit & alius Iulianus, de Aluernia genere nobilissimus: sed fide nobilior: qui desiderio martyrii se vltro persecutoribus offerbat. Tandem Crispinus consularis misit ministrum: & eum occidi mandauit. Quod sentiens Iulianus sponte foras profligit: & querenti intrepidus se opponens protinus ictum ferientis excepit, cuius caput leuantes ad sanctum Ferreolum socium Iuliani derulerunt, & eidem mortem similem minantur: nisi protinus immolaret. Quibus cum assentire nollet: eum occiderunt: & caput sancti Iuliani cum corpore sancti Ferreoli in vno tumulo posuerunt. Et post multos annos sanctus Mamertus Viennensis episcopus inuenit caput sancti Iuliani inter manus sancti Ferreoli ita illa sum & integrum, ac si eadem die fuisset sepultum. Inter caetera huius sancti miracula solet referri, quod cum quidam diaconus oves ecclesiae sancti Iuliani raperet: & pastores eidem ex parte sancti Iuliani prohiberent: ille respondit, Iulianus non comedit arietes. Et ecce post modicum febre vehementissima pergitur: & inualefcit febre, quod à martyre incenditur, conficitur: Fedicq; super se iactari aquam vt refrigeraretur: sed statim tantus fumus & fetor de corpore eius exiit: vt cuncti qui aderant, fugerent: & ipse post modicum expiraret. Cum quidam rusticus (vt ait Grego. Turonensi.) in die dominica arare vellet: protinus contractis digitis manubrium securis cum qua vomerem mudare volebat, eius dextera adhæsit: sed post duos annos in ecclesia sancti Iuliani ad eius preces curas est.

C. ¶ Fuit insuper alius Iulianus frater beati Iulij. Hi duo fratres ad Theodosium imperatorem christianissimum venerunt, petentes, vt templa idolorum vbicumq; inuenirent, destruerent: & Christi ecclesias ædificarent. Quod imperator libenter faciens scripsit, vt omnes eis debeant obedire: & eos in omnibus sub pœna capitis adiuuare. Cum igitur beati Iulianus & Iulius in loco qui dicitur Gaudianum, ecclesiam fabricarent: & cuncti transseunt eos in opere imperatorio imperio adiuuarent: contigit, vt quidam cum curru inde transitum facerent: qui dixerunt ad inuicem. Quam excusationem prætere de poterimus, vt liberi transeamus: & in opere isto non occupemur? Dixeruntq;: proijciamus vnum ex nobis in plaustrum supinum, & eum panis cooperiamus: dicemusq;: quod hominem mortuum in vehiculo habemus: & sic liberi transire poterimus. Arripientesq;: hominem vnum in plaustrum proiecerunt: eiq; dixerunt, Tu sile, & oculos claudere: & quousq; transierimus, quasi mortuus iace. Cuiq; hominem tanquam mortuum cooperuissent: & vltq; ad famulos Dei Iulianum & Iulium venissent, dixerunt ei serui Dei. Filijoli parumper subsistite: & nos in hoc opere modicum adiuuate. Qui responderunt, Non possumus hic stare: quoniam hominem mortuum in plaustro habemus. Quibus sanctus Iulianus dixit, Vt quid ita mentimini filij. Et illi. Non mentimur domine. Sed sic est, vt loquimur. Et sanctus Iulianus dixit, Secundum veritatem dicti vestri ita vobis contingat. Et illi boues pungentes pertransierunt,

Cumq; procul pertransissent, accedentes ad curram cœperunt collegam suam vocare ex nomine, dicentes. Surge amodo & stimula boues: vt celerius transeamus. Cum autem nullatenus se moueret, eum pulsare cœperunt, dicentes. Vt quid deliras, surge & stimula boues. Sed cum nullatenus ille responderet, accedentes discooperuerunt eum, & mortuum inuenerunt. Tantusq; timor ipsos & caeteros inuasit, vt nullus de caetero famulo Dei mentiri auderet.

D. ¶ Fuit etiam alius Iulianus, qui vtrumq; parentem nesciens occidit. Cumq; enim Iulianus prædictus iuuenis ac nobilis quadam die venationi inisset, & quendam ceruum repertum insequeretur, subito ceruus versus eum diuino nutu se vertit, eiq; dixit, Tu me insequeris, qui patris & matris tuæ occideris. Quod ille audiens vehementer extimuit, & ne sibi forte contingeret, quod à ceruo audierat, relictis omnibus clam discessit: & ad regionem valde remotam peruenit. Ibiq; cuidam principi adhæsit, & tam strenue vbiq; & in bello & in palatio fe habuit, quod princeps eum militem fecit, & quandam castellanam viduam in coniugem ei tradidit, & castellum pro dote accepit. Interea parentes Iuliani pro amissione filij nimium dolentes vagabundi vbiq; pergebant, & filium suum sollicitè requirebant. Tandem ad castrum, cui Iulianus præerat, deuenerunt. Tunc autem Iulianus à castro casu recesserat, quos cum vxor Iuliani vidisset, & quinam essent, inquisisset, & illi omnia quæ filio suo acciderant, enarrasset, intellexit, quod viri sui parentes erant, vt pote quia hoc à viro suo forte frequenter audierat. Ipsos igitur benigne suscepit, & pro amore viri sui lectulum suum eis dimisit, & ipsa sibi alibi lectulum collocauit. Facto autem mane castella na ad ecclesiam perrexit. Et ecce Iulianus mane veniens in thalamum quasi vxorem suam excitaturus, intrauit. & inueniens duos pariter dormientes, vxorem cum adulterio esse suscitatus silenter extracto gladio ambos pariter interemit. Exiens autem domum vidit vxorem eius ab ecclesia reuertentem. Et admirans interrogauit, quinam essent illi, qui in suo lecto dormirent. At illa ait, Parentes vestri sunt, qui vos diuinitus quæsierunt, & eos in vestro thalamo collocaui. Quod ille audiens penè exanimis effectus & amarissime flere cœpit ac dicere, Heu miser quid faciam, quia dulcissimos meos parentes occidi. Ecce impletum est verbum cerui, quod dum vitare volui, miserimus adimpleui. Iam nunc vale foror dulcissima, quia decetero non quiescam, donec sciam, quod Deus poenitentiam meam acceperit. Cui illa. Absit dulcissime frater, vt te deseram, & sine me abeam, sed quæ tecum particeps gaudij, ero particeps & doloris. Tunc insimul recedentes iuxta quoddam magnum flumen, vbi multi periclitabantur, quoddam hospitale magnum statuerunt, vt ibi poenitentiam faceret, & omnes qui vellent transire fluum, incessanter transueherent, & hospitio vniuersos pauperes reciperent. Post multum vero temporis, media nocte dum Iulianus se sus quiesceret, & gelu graue esset, audiuit vocem se miserabiliter lamentantem, ac Iulianum, vt se transferret voce lugubri inuocantem. Quod ille audiens concitus surrexit, & iam gelu ipsum deficientem inueniens in domum suam portauit, & ignem accendens ipsum

ipsum calefacere studuit, sed cum caleferi non posset, & ne ibi deficeret ipsum, in lectulum suum portauit: & diligenter cooperuit. Post paululum ille qui sic infirmus & quasi proflutus apparuerat: splendidus scandit ad arthera: & hospiti suo dixit, Iuliana dominus misit me ad te mandans tibi quod tuam poenitentiam acceperat: & ambo post modicum in domino quiesceret. Sicq; ille disparuit: & Iulianus cum vxore sua post modicum plenus bonis operibus & eleemosinis in domino requieuit.

E. ¶ Fuit & alius Iulianus non quidem sanctus, sed sceleratissimus, s. Iulianus apostata. Hic Iulianus prius fuit monachus: & magnæ religionis simulador. Quadam autem mulier (vt refert magister Ioannes Belet in summa de officio ecclesie) habens tres ollas plenas auri, aurum illud in orificijs ollarum cinere ne appareret operuit: & prædictas ollas Iuliano, quem sanctissimum hominem existimabat, coram aliquibus monachis seruandas tradidit: quod autem aurum ibidem esset, nulli alij indicauit. Iulianus igitur prædictas ollas accipiens, & tam copiosum aurum ibidem inueniens: totum illud aurum furatus est, & ollas impleuit cinere. Post aliquod tempus cum mulier depositum suum requireret, ille ollas cum cinere sibi reddidit. Cum verò aurum requireret, conuincere illum non potuit: quia de auro testes non habuerat: quoniam monachi coram quibus hoc sibi tradiderat, nil in eis nisi cinerem viderant, & sic aurum obtinuit, cum quo Romam fugit. Et per illud aurum sequenti tempore Romæ obtinuit consulatum: deinde in imperium sublimatus est. Qui cum instructus esset a pueritia in arte magica, & multum sibi placeret: magistros inde plures secum habebat. Die autem quadam sicut in historia tripartita habetur, cum puer adhuc esset, & recedente magistro suo solus remansisset: & adiuuaciones dæmonum legere incœpisset: ante eum maxima multitudo dæmonum instar ethiopum nigrorum aduenit. Tunc Iulianus hoc videns & metuens signum crucis protinus fecit: & omnis illa multitudo dæmonum euanit. Qui cum magistro reuertenti quid sibi acciderit, retulisset: dixit ei magister suus, Hoc signum crucis maxime dæmones odiunt & timent. Sublimatus igitur ad imperium huius rei memoras cum per artem magicam operari vellent, apostatauit: & signum crucis vbiq; destruxit: ac Christianos in quantum potuit, persecutus est: putans quod aliter dæmones sibi minime obedirent. Descendens Iulianus in Persidam, sicut legitur in vitis patrum, misit dæmonem in occidentem, vt sibi inde deportaret responsum. Cum autem dæmon ad quendam locum venisset per decem dies ibidem immobilis stetit: quia quidam monachus ibidem die ac nocte orabat: & ei sine effectu regresso dixit Iulianus, Quare tantum tardasti. Qui respondit, Suuini per decem dies publicum monachum, si forte ab oratione cessaret, & transire possem. Cumq; non cessaret, prohibitus sum transire & redire nihil agens. Tunc indignatus Iulianus dixit, quod cum illuc veniret: vindictam de illo monacho faceret: Cum ergo de Persis victoriam sibi dæmones promitterent: sophista suus dixit cuidam christiano, Quid putas nunc facit fabri filius. Et iste sepulchrū parat Iuliano. Dum igitur vt in historia sancti Basilij legitur: & vt Fulber-

tus Carnotensis episcopus testatur: Cæsaream Capadociae deuenisset sanctus Basilius, eidem occurrit: & quatuor panes ordeaceos pro munere ei misit. At Iulianus indignatus eos recipere, contempnit: & pro panibus sibi fenum misit, dicens, Pabulum nobis irratio nabilium animalium obtulisti. recipe quod misisti. Respondit Basilius, Nos quidem quod comedimus, tibi misimus: tu verò dedisti nobis vnde bestias tuas nutris. Ad hoc iratus Iulianus respondit, Cum Persas subegero hanc urbem destruem: & arabo, vt ferrifera magis quam homifera nominetur. Sequenti autem nocte vidit Basilius in ecclesia sanctæ Mariæ in visu multitudinem angelorum: & in medio eorum quadam foeminam in throno stantem, & astantibus dicentem: vocate mihi cito Mercurium, qui Iulianum apostatam occidat: qui me & filium meum superbe blasphemauit. Erat autem Mercurius miles quidam, qui ab ipso Iuliano pro fide Christi fuerat interfectus: & in eadem ecclesia erat sepultus: statimq; sanctus Mercurius cum armis suis quæ sibi seruabantur, affuit: & iussus ab ea in prælum se præparauit. Expergefactus itaq; Basilius ad locum vbi Mercurius cum armis suis quiescebat, iuit: & monumentum suum aperiens nec corpus ibidem reperit, nec arma inuenit, tunc custodem quis arma a portauerit, inquisit. Ille verò cum iuramento affirmabat eadem arma vespere ibidem fuisse, vbi perpetuo seruabantur. Inde igitur Basilius recedens & mane illuc rediens, inuenit ibidem corpus eius, & arma & lanceam sanguine cruentatam. Et ecce quidam de exercitu rediens dixit, Cum Iulianus imperator in exercitu morareretur, ecce quidam miles ignotus cum armis suis & lancea veniens calcaribus vrgens equum audacia mente Iulianum imperatorem impetijt, & lanceam fortiter vibrans ipsum valide per medium perforauit & subito discedens nusquam comparuit. Ipse verò Iulianus dum adhuc spiraret sanguine suo sicut dicitur in historia tripartita manum suam impleuit, & in aere proiecit, dicens, Vicisti Galilee, vicisti. Sicq; in his vocibus miserabiliter expirauit. Ab omnibus autem suis insepultus relinquitur, & a persis excoriatur, & de corio suo regi persarum substratorium efficitur.

¶ De festiuitatibus quæ eueniunt intra tempus deuiationis.

DICTO de festiuitatibus quæ occurrunt intra tempus, quod partim continetur sub tempore reconciliationis, partim sub tempore peregrinationis, quod tempus representat ecclesia à natiuitate Christi vsque ad septuagesimam, sequitur videre de festiuitatibus quæ eueniunt intra tempus deuiationis, quod incœpit ab Adam, & durauit vsq; ad Moysem, quod tempus representat ecclesia à septuagesima vsque ad pascha.

¶ De Septuagesima.

LEGENDA XXXI. A.

SEPTVAGESIMA signat tempus deuiationis, sexagesima tempus viuificationis, quinquagesima tempus remissionis, quadagesima tempus poenitentiae spiritalis. Inchoat autem septuagesima

à dominica in qua cantatur. Circumdede-
runt me. & terminatur in sabbato post pascha. In-
stituta est autem septuagesima propter tres rationes: sicut inueni-
tur in summa de officio magistri Ioannis Belech: scilicet
propter redemptionem: quoniam sancti patres
statuerunt, vt propter venerationem diei ascensionis,
in qua natura nostra celos ascendit, & super choros
angelorum sublimata est: semper ipsa quinta die solemnis
& celebris haberetur: & in eo ieiunium non
cōseruaretur: quia in primitiua ecclesia equè solem-
nis erat, sicut prima feria. Vnde & tunc solemnis pro-
cessio fiebat ad representandum processionem disci-
puloꝝ vel ipsorum angelorum. Ideo in vulgari pro-
uerbio verum est: vt diei dominicæ dicatur cognata,
dies iouis: quia antiquitus fuit aquè solemnis: sed fes-
ta sanctorum superuenerunt: & celebrare tot festa e-
rat quasi onerosum: ideo solemnis illa cessauit. In re-
demptione ergo illorum dierum sancti patres vnã
septimanam quadragesimæ in abstinentia addide-
runt: & septuagesimam vocauerunt.

P. ¶ Alia est propter significationem: quoniam
per hoc tempus significatur deuotio, exilium & reue-
latio totius humani generis ab Adam vsq; ad finem
mundi: quod quidem exilium sub reuolutione septem
dierum peragitur, & sub reuolutione septem
miliū annorum includitur. Per septuagesimam enim
dies septuaginta centenas annorum intelligimus. Ab
initio autem mundi vsq; ad ascensionem sex milia an-
norum computamus. Et tunc verò quicquid temporis
sequitur vsq; ad finem mundi sub septimo millenario
comprehendimus: cuius terminum solus Deus nouit.
Nos igitur Christus in sexta ætate mundi ab hoc exi-
lio in spe æternæ retributionis reddita innocentia
stola per baptismum eripuit. Sed consummato tem-
pore nostri exilij vtraque stola non perfecte decora-
bit. Hinc est, quod in hoc tempore deuotio & exi-
lij cantica lætitiæ deponimus: sed tamen in sabbato
paschæ vnũ alleluia decantamus, tanquam in spe
æternæ patriæ gratulantes: & stola innocentia in se-
xta mundi ætate per Christum recuperantes. Cui se-
ctiam tractus subiicitur, per quem significatur labor,
quem adhuc ad impletionem mandatorum Dei ha-
bere debemus. In sabbato post pascha in quo (vt di-
ctum est) terminatur septuagesima, duo alleluia can-
tamus: quia completo huius mundi termino dupli-
cem stolam gloriæ consequemur.

C. ¶ Alia est ratio propter representationem:
quoniam septuagesima representat septuaginta an-
nos, quibus filij Israel sub captiuitate Babylonica fue-
runt. Quæ admodum illi deposuerunt organa sua di-
centes. Quomodo cantabimus canticum domini, & c.
sic & nos cantica laudis deponimus. Postea verò data
illis licentia redeundi à Cyro, sexagesimo anno cœpe-
runt lætari: & nos quoq; in sabbato paschæ tanquam
in sexagesimo anno alleluia cantamus eorum repre-
sentando lætitiã: sed tamen illi in apparatu reditus,
& in colligendo farcinulas multum laborauerunt: &
nos post alleluia tractum statim subiungimus, qui la-
borem significat. Sabbato autem quo septuagesima
terminatur, duo alleluia cantamus eorum plenam læ-
titiã per quam peruenierunt in patriam figurantes.
Hoc etiam tempus captiuitatis & exilij filiorum Isra-

el representat tempus nostræ peregrinationis, quia si-
cut ipsi in sexagesimo anno sunt liberati: sic nos in se-
xta mundi ætate: & sicut adhuc in colligendo farcinu-
las laborauerunt: sic & nos etiam liberati in comple-
tione mandatorum laboramus. Sed cum ad patriam
peruentum fuerit labor omnis cessabit: & gloria per-
fecta erit: & duplex alleluia in corpore & anima can-
tabimus. In hoc igitur tempore exilij ecclesia multis
tribulationibus pressa & fere in baratro desperatio-
nis posita ab alto trahens suspiria clamat in officio &
dicit. Circumdede- runt me gemitus mortis & c. & osten-
dit multiplicem sui tribulationem, quam habet: &
pro miseria contracta, & pro duplici pœna iniuncta, &
pro culpa quo ad aliquos commissa. Sed tamen ne des-
peret, proponitur in euangelio & in epistola triplex
salubre remedium & triplex premium. Remedium
est, vt si ab illis vult pfectè liberari vt in vinea animæ
sua laboret abscondendo vitia & peccata: postea in sa-
dio presentis vitæ suæ currat per pœnitentiæ opera:
deinde viriliter in agone pugnet contra omnia diabo-
li tentamēta, & si hoc fecerit, triplex premium habebit:
quia laboranti dabitur denarius: currenti brauium:
pugnanti corona. Quia et septuagesima signifi-
cat tempus nostræ captiuitatis, proponitur nobis
remedium per quod à captiuitate possumus libe-
rari. s. per cursum fugiendo: per pugnam præliando:
per denarium redimendo.

¶ De Sexagesima.

LEGENDA XXXII. A.

SEXAGESIMA inchoatur in dominica
in qua cantatur. Exurge quare ebdo-
mis domine & terminatur in quarta fe-
ria post pascha. Instituta est autem pro-
pter redemptionem: & propter signifi-
cationem: & propter representationem. Propter redem-
ptionem: quoniam Melchisedech papa & beatus Silue-
ster statuerunt, vt bis in omni sabbato comederetur,
ne propter abstinentiam quam homines sustinuerunt
in sexta feria, in qua omni tempore ieiunandum est,
natura debilitaretur. In redemptionem igitur sabbato-
rum illius temporis vnã septimanam quadrage-
simæ addiderunt, & sexagesimam vocauerunt. Alia ra-
tio est propter significationem, quoniam sexagesima
significat tempus viduitatis ecclesiæ, & merorem il-
lius pro absentia sp̄s̄i, quoniam fructus sexagesimus
debetur viduis. In consolationem autem illius pro a-
bsentia sponsi, qui ad celos raptus est, dantur ecclesiæ
duæ alæ. s. sex operum misericordiæ exercitatio & de-
calogii impletio. Vnde sexagesima sonat sexies decem,
vt per sex intelligantur sex opera misericordiæ, per de-
cem intelligatur decalogus. Tertia ratio est, propter
representationem. Nam sexagesima non solum signifi-
cat tempus viduitatis, sed etiam mysterium nostræ
redemptionis representat. Nam per decem intelli-
gitur homo quæ est decima dragma, eo quod factus sit,
vt ruinam nouem ordinum repararet, vel intelligitur
per decem, eo quod constat ex quatuor humoribus
quantum ad corpus, & habet tres potentias in anima,
s. memoriam, intelligentiam & voluntatem quæ fa-
ctæ sunt, vt seruiat beatissime trinitati, vt in ipsam si-
deliter credamus, ipsam seruenter diligamus, & sem-
per in memoria teneamus. Per sex intelliguntur sex
miseria,

miseria, per quæ homo decimus est redemptus, quæ
sunt incarnatio: natiuitas: passio: descensio ad inferos:
resurrectio, & in celum ascensio. Et protenditur sexa-
gesima vsq; ad quartam feriam post pascha in qua can-
tatur. Venite benedicti patris mei: quia illi qui in ope-
ribus misericordiæ se exercent, audiunt istud. Venite
benedicti, vt ipse Christus testatur: vbi tunc ponsite
ia noua aperitur, & amplexu sponsi fruatur. In epistola
admonetur, vt ad instar Pauli tribulationem de absen-
tia sponsi patienter toleret. In euangelio, vt semina-
tioni bonorum operum semper instar. Et quæ quasi
desperans clamauerat. Circumdede- runt me gemitus
mortis. Nunc quoque ad se rediens petit in officio in
tribulationibus adiuari, & ab ipsis eripi dicens. Exur-
ge domine & c. & ponit ibi triplex exurge. Quidam
enim sunt in ecclesia, qui ab aduersis præmuntur: sed
non deiciuntur. Quidam qui præmuntur et deiciuntur:
quidam qui nec præmuntur, nec deiciuntur: tam-
en quia aduersa non tolerant, periculum est ne pro-
pera ipsos frangant. Clamat ergo ecclesia, vt exurgat
quantum ad primos ipsos confortando, cum dormire
videantur: ipsos non eripiendo. Clamat vt exurgat
quantum ad secundos ipsos conuertendo, à qui bus vi-
detur faciem auerisse, ipsos quodammodo repellendo.
Clamat vt exurgat quantum ad tertios ipsos in
prosperis adiuuando, & liberando.

¶ De Quinquagesima.

LEGENDA XXXIII. A.

QVINQVAGESIMA durat à dominica
in qua cantatur. Esto mihi in Deum prote-
ctorem, & in domum & c. Et terminatur
in ipso die paschæ. Instituta est autem
propter supplementationem: & propter signifi-
cationem: & propter representationem. Propter sup-
pletionem: quoniam cum debeamus xl. diebus ieiuna-
re ad similitudinem Christi: & non fuit ibi nisi. xxvj.
dies ieiunabiles: quia in dominicis non ieiunatur:
tum propter lætitiã & reuerentiam resurrectionis:
tum exemplo Christi, qui ipsa die resurrectionis bis
comedit. Alia quoniam intrabat ad discipulos ianuis
clausis, & illi obtulerunt ei partem piscis assi & fauum
mellis: & iterum cum discipulis euntibus in emans se-
cidum quosdam: ideo pro supplementatione dominicarum
addita sunt quatuor dies. Et iterum clerici videntes,
quod sicut præcedebant populum ordine: ita præce-
dere debent sanctitate: per duos iterum dies ante illos
quatuor abstinere, & ieiunare incipiunt. Et sic vnã se-
ptimana audit: est, & quinquagesima nominatur: &
hoc papa Thelephorus ordinauit: vt ait Ambro. Alia
ratio est, propter significationem: quoniam quinquage-
sima significat tempus remissionis, i. tempus pœniten-
tiæ in qua omnia remittuntur: quinquagesimus enim
annus erat iubilæus, qui erat annus remissionis: quia
tunc debita dimittuntur, serui liberabantur, & om-
nes ad suas possessiones reuertebantur. Per quod sig-
nificabatur, quod per pœnitentiã dimittuntur de-
bita peccatorum: liberantur omnes à seruitute dæmo-
ni: & reuertuntur ad possessiones cœlestium man-
sionum. Tertia ratio est, propter representationem.
Nam quinquagesima non solum tempus remissionis

significat: sed etiam statum beatitudinis representat.
Nam in quinquagesimo anno serui efficiebantur libe-
ri: in quinquagesimo die à die agni immolati lex da-
ta est: in quinquagesimo die a pascha datus est spiri-
tus sanctus. Et ideo hic numerus beatitudinem repre-
sentat, vbi erit adeptio libertatis: cognitio veritatis,
& perfectio charitatis. Tria autem sunt necessaria quæ
proponuntur nobis in epistola & in euangelio, ad hoc
quod opera pœnitentiæ sint perfecta. s. charitas quæ
proponitur in epistola. memoria dominicæ passionis,
& fides quæ intelligitur per illuminationem cæcis: &
hæc ponuntur in euangelio. Nam fides ipsa opera facit
acceptabilia & placabilia: quia sine fide impossi-
bile est placere Deo. Memoria dominicæ passionis facit
esse facilia Vnde Greg. Si passio Christi ad memoriã
reducitur: nihil est quod non æquo animo toleretur.
Charitas facit esse continua, quia sicut dicit Grego. a-
mor Dei non potest esse otiosus, operatur enim ma-
gna si est, si autem operari negligit, amor non est. Et si
cut in principio ecclesiæ quasi desperans clamauerat.
Circumdede- runt me & c. Et postmodum ad se rediens
adiuari petebat, ita hic iam concepta fiducia, & spe
venia propter pœnitentiã orat & dicit. Esto mihi in
Deum protectorem & c. vbi quatuor petit. s. protectio-
nem, firmamentum, refugium, & ducatum. Omnes en-
im filij sui aut sunt in gratia: aut sūt in culpa, aut in
aduersis, aut in prosperis. Illis qui sunt in gratia, petit
firmamentum, vt. s. in ipsa gratia confirmentur. Illis
qui sunt in culpa, petit vt Deus sit eorum refugium.
Illis qui sunt in aduersis, petit protectionem, vt in ip-
sis tribulationibus protegantur. Illis qui sunt in pro-
speris, petit ducatum, vt. s. in ipsis à Deo innocenter
ducatur. Terminatur autem quinquagesima, vt dictum
est, in die paschæ, quia pœnitentia ad nouitatem vitæ
facit referre. In hoc tempore psalmus quinquagesi-
mus. s. Miserere mei Deus, quia est psalmus pœnitentiæ
& remissionis plurimum frequentatur.

¶ De Quadragesima.

LEGENDA XXXIII. A.

QUADRAGESIMA incipit à dominica
in qua cantatur. Inuocauit me. vbi ecclesi-
a quæ tot tribulationibus pressa clamaue-
rat. Circumdede- runt me & c. & postmo-
dum respirauerat inuocando adiutoriũ
dicens. Exurge & c. Et esto mihi in Deũ protectorem
& c. Nunc ostendit se exauditam, dicens. Inuocauit
me & c. Notandum autem quod quadragesima conti-
net quadraginta duo dies computatis dominicis die-
bus. Ex quibus dum sex dies dominicales subtrahun-
tur, remanent xxvj. dies in abstinentia, qui sunt deci-
ma totius anni. Annus enim habet. cclxv. dies quoru-
m. xxxvj. sunt decima, sed quatuor dies præcedentes ad-
duntur, vt sacer numerus. xl. dierum impleatur, quem
saluator suo ieiunio consecrauit. Quare autem in hoc
numero quadragenario ieiunium obseruamus. tri-
plex ratio assignari potest. Prima est Augustini, quo-
niam Mat. xl. generationes Christi posuit. Ad hoc igitur
dominus suo quadragenario numero ad nos de-
scendit, vt nos ad eum nostro quadragenario ascenda-
mus. Aliam assignat idem dicens. Ad hoc vt
habeamus quinquagenarium quadragenario ad-
dendus est denarius, quia ad hoc vt veniamus

ad beatam requiem oportet nos toto presentis vitæ tempore laborare: vnde & dominus. xl. diebus cum discipulis mansit, & post decima die spiritum sanctum paracletum misit in. Tertiam assignat Magister præpositiuus summa de officio, dicens. Mundus in quatuor partes, & annus in quatuor tempora diuiditur: & homo ex quatuor elementis, & quatuor complexio nibus constituitur: & nouam legem quæ in quatuor euangelij; consistit, & veterem quæ in decem mandatis transgressi sumus. Oportet igitur, vt denarius per quaternarium multiplicetur: vt sic quadragenarium faciamus. i. mandata veteris & nouæ legis toto tempore vitæ huius impleamus. Consistit quidem corpus nostrum sicut dicimus, ex quatuor elementis quæ etiam quasi quatuor sedes in nobis habent. Nam ignis in oculis: aer in lingua & auribus: aqua in genitalibus terra in manibus: & in alijs membris dominatur. In oculis igitur curiositas: in lingua & auribus scurrilitas: in genitalibus voluptas: in manibus & in alijs membris est crudelitas. hæc quatuor confitentur publicanus. Quia enim à longe stat, confitentur luxuriam quæ est fœtida. q. d. non audeo appropinquare domine, ne in auribus tuis fœtam q. nō audeo oculos ad cœlum leuare, confitentur curiositatem: quod manu percutit pectus, confitentur crudelitatem: quod dixit, propitius esto mihi peccator: confitentur scurrilitatem. Nam scurræ consuenerunt vocari peccatores vel potius leccatores. hæc præpositiuus.

B. Grego. quoque in hom. tres ponit rationes dicens. Cur in abstinentia quadragenarius numerus custoditur: nisi quia virtus decalogi per libros quatuor sancti euangelij impletur. In hoc etiam mortali corpore ex quatuor elementis subsistimus: & per voluptates eiusdem corporis præceptis dominicis contrariamur. Quia ergo per carnis desideria decalogi mandata contemptimus: dignum est, vt eandem carnem quaterdecies affligamus. A presentiu quoq; die vsq; ad pascha sex hebdomadæ. i. xliij. dies veniant: ex quibus dum sex dies dominici de abstinentia abstrahuntur. xxxvj. in abstinentia remanent. Dum verò per trecentos sexaginta quinque dies annus ducitur, quasi anni nostri decimas Deo Damus. Hæc Gregor. Quare autem non obseruamus nostrum ieiunium eodem tempore quo Christus ieiunauit, qui statim post baptisimum istud inchoauit: sed cum pascha potius istud continuamus quadruplex ratio assignatur in summa de officio magistri Ioannis Belech. Prima est, si volumus cum Christo resurgere: quia pro nobis ipse est passus: & nos cum eo pati debemus. Secunda causa est, vt filios Israel imitemur, qui primò eo tempore exierunt de Aegypto. postea eo tempore de babilonia quod inde probatur: quoniam tam isti quam illi statim quando egressi sunt cælebrauerunt pascha. Sicq; & nos imitantes eos hoc tempore ieiunamus, vt de Aegypto & Babilonia. i. hoc mundo in terram æternæ hereditatis ingredi mereamur. Tertia causa est: quoniam feruor libidinis in tempore veris magis solet nos ascendere: vt ergo refrenemus corporis estum in hoc tempore maxime ieiunamus. Quarta est: quia statim post ieiunium debemus corpus domini accipere sicut ergo filij Israel priusquam comederent agnum affligebant se & comedeabant agrestes lactucas & a-

maras: ita & nos debemus per penitentiam prius affligi, vt dignum valeamus comedere agnum vitæ.

De ieiunio quatuor temporum.

LEGENDA XXXV. A.



IEIUNIA quatuor temporum à Calixto Papa instituta sunt. Fiunt autem hæc ieiunia quater in anno, secundum quatuor tempora ipsius anni. Et huius est multiplex ratio. Prima est, quoniam Ver est calidum & humidum, Aestas calida & sicca: Autum frigidus & siccus: Hyems frigida & humida. Ieiunamus igitur in veræ, vt noctiū humor. s. luxuriam in nobis temperem. in æstate vt noctiū calor. i. auaritia in nobis castigem. in autūno, vt castigem ariditatem superbia, in hyeme, vt castigem frigus infidelitatis & malitiæ. Secunda ratio est, quare. I. quare in anno ieiunamus: quoniam prima huiusmodi ieiunia fiunt in Martio. s. in prima septimana quadragesimæ, vt in nobis marcescant vitia. Non enim omnino possunt extingui. vel potius vt in nobis virtutum germinariantur. In æstate fiunt secunda, vt in septimana pentecostes: quia tunc venit spiritus sanctus: & nos debemus esse feruentes in spiritu sancto. In Septembri fiunt ante festum sancti Michaelis tertia ieiunia, quoniam fructus tunc colliguntur, & nos debemus Deo reddere fructus bonorum operum. In Decembri fiunt quarta, quia tunc moriuntur herbae, & nos debemus mortificari mundo. Tertia ratio est, vt ludæos imitemur, ludæi quidem quater in anno ieiunabant. s. ante pascha, ante pentecostes, ante scenophegiam. i. ante infixionem tabernaculi. in Septembri, & ante encenia. i. ante dedicationem in Decembri. Quarta ratio est, quoniam homo constat ex quatuor elementis quantum ad corpus tribus potentij, scilicet rationali, concupiscibili & irascibili quantum ad animam, vt ergo hæc moderentur in nobis quater in anno per tres dies ieiunamus, vt quaternarius referatur ad corpus, ternarius verò ad animam. Et hæc rationes sunt magistri Ioannis Belech. Quinta ratio est, quoniam vt dicit Ioannes Damascenus in vere augmentatur sanguis, in æstate colera, in autumno melancolia, in hyeme phlegma. Ieiunamus igitur in vere, vt in nobis debilitetur sanguis concupiscentiæ & inepæ lætitiæ. Sanguineus enim est libidinosus & latus. In æstate, vt debilitetur colera iracundiæ & fallacia. Colericus enim est naturaliter iracundus & versutus. In autumno, vt debilitetur melencolia cupiditatis & tristitiæ. Melencolicus enim est naturaliter cupidus & tristis. In hyeme, vt debilitetur phlegma ebrietudinis & pigritiæ. Nam phlegmaticus naturaliter est ebes & piger. Sexta ratio est, quoniam ver comparatur aëri, æstas igni, autumnum terræ, hyems aquæ, Ieiunamus igitur in vere, vt in nobis dometur aër elationis & superbiæ. In æstate, vt in nobis dometur ignis cupiditatis & auaritiæ. In autumno, vt dometur terra frigiditatis spiritualis & tenebrosæ ignorantia. In hyeme, vt dometur in nobis aqua leuitatis, & inconstantiæ. Septima ratio est, quoniam ver referatur ad

pueri

pueritiam: æstas ad adolescentiam: autumnum ad maturitatem siue virilem ætatem: hyems ad senectutem. Ieiunamus igitur in vere, vt simus pueri per innocentiam, in æstate, vt efficiamur iuuenes per constantiam, & fortes vitando incontinentiam. In autumno, vt efficiamur maturi per modestiam. In hyeme, vt efficiamur senes per prudentiam & honestam vitam: vel potius in hyeme, vt satisfaciamus quicquid per illas quatuor ætates offendimus. Octaua ratio est magistri Guliel. Altiisiodorensis. Ideo enim in quatuor anni temporibus ieiunamus, vt emendemus, que in illis quatuor anni temporibus deliquimus. Et fiunt per tres dies, vt satisfaciamus in die quod deliquimus in mense. Et fiunt in feria quarta, quia tunc dominus à Iuda traditus fuit. In sexta feria: quia in ea crucifixus fuit. In sabbato: quia in sepulchro iacuit & quia tristes erant apostoli de nece sui domini.

De sancto Ignatio.



IGNATIUS dicitur quasi ignem patiens, id est, ignem patiens diuini amoris.

LEGENDA XXXVI. A.



IGNATIUS fuit discipulus beati Ioannis & episcopus Antiochenus. Hic epistolam ad beatam virginem direxisse legitur in hec verba christifere Mariæ suus Ignati? Me Neophitum Ioannisque tui discipulum confortari & cōsolari debueras. De Iesu enim tuo precepti mira dictu: & stupefactus sum ex auditu. Ad te autem que semper fuisti ei familiariter coniuncta, & secretorum eius conscia, desiderio ex animo fieri certior ex auditis. Valeas & Neophiti, qui mecum sunt ex te: & per te: & in te confortentur. Beata autē virgo Dei genitrix Maria in hec verba sibi respondit. Ignatio dilecto condiscipulo humilis ancilla christi Iesu. De Iesu que à Ioanne audisti & didicisti vera sunt, illa credas, in illis inhereas, & christianitatis votum firmiter teneas, & mores & vitam voto conformes. Veniam autem vna cum Ioanne & qui tecum sunt visere. Sta & viriliter age in fide, nec te commoueat persecutio nisi austeritas: sed valeat & exulter spiritus tuus in Deo saluari tuo, amen. Tantę autem auctoritatis beatus Ignatius extitit, quod etiam Dionysius Pauli apostoli discipulus q fuit in philosophia tā summus, & in diuina scientia tam perfectus, verbum beati Ignatii ad confirmationem dictorum suorum tanquam pro auctoritate adduxerit. Cum enim vt ipse in lib. de diuinis nominibus attestatur, quidam nomen amoris in diuinis reprehenderent, dicentes in diuinis non tam esse nomen amoris quam dilectionis volens ostendere hoc nomine amoris per omnia in diuinis esse vtendum, ait. Scribit enim diuus Ignatius, amor me crucifixus est. Legitur in historia tripartita, quod Ignatius audiuit angelos cantantes antiphonas super montem quandam: & exinde statuit antiphonas cantari in ecclesia, & presbiteros secundum antiphonas intronari.

B. Cùm ergo beatus Ignatius diu pro pace ecclesie dominum exorasset non suum sed infirmorum periculum metuens Traiano imperatori qui cepit anno domini. c. de victoria redeunt, & christianis omni-

bus mortem minari, occurrit & libere se, christianum afferit. Que Traian? ferro vinctu decem militibus tradidit, & Roman adduci precepit, minans eidem quod traderetur ibidem bestiis deuorandus. Cùm ergo Roman duceretur, ad omnes ecclesias epistolæ destinabat, & eas in fide christi confirmabat. Inter quas vnā scripsit ad romanam ecclesiam, sicut legitur in historijs ecclesiasticis, rogans ne suum martyrium impediat, vbi sic dixit. A syria vsque ad Romam cum bestiis terra marisque depugno die ac nocte connexus & colligatus decem leopardis militibus ducor ad custodia datus: que ex beneficijs nostris seuiore sunt, sed ego eorum nequitij magis erudior. O salutares bestie que preparatur mihi, quando venient, quando eis licet carnibus meis frui. Inuitabo eas ad deuorationem meam, & deprecabor ne forte vt in non nullis fecerunt timeant contingere corpus meum, quinimo vt si cunctabuntur, ego vim faciam, ego me ingeram, date queso veniam, ego noui quid mihi expediat. Ignis, cruce, bestie, dispersiones ossium, discriptiones omnium membrorum & totius corporis, & omnia penè in me vnum supplicia diaboli arte questrata consenser dummodo Iesum Christum merear adipisci.

C. Cùm ergo Romam venisset, & ad Traianum ductus fuisset, dixit ei Traianus. Ignati cur Antiochiā rebellare facis, & gentem meam ad christianitatem conuertis? Cui Ignatius. Vtinam & te possem conuere, vt semper obtineres fortissimum principatum. Cui Traianus. Sacrifica dijs meis, & sacerdotum omnium princeps eris. Cui Ignatius. Nec dijs tuis sacrificabo, nec tuam affecto dignitatem. De me quicquid vis facere, poteris, sed nullatenus me mutabis. Traianus dixit. Plumbatis scapulas eius contundite, & vngulis latera laniate, & duris lapidibus eius vulnera confricite. Cùmque hec omnia in eo fecissent, & ipse immobilis permanere dixit Traianus. Carbones viuos afferte, & ipsum nudis plantis de super ambulare facite. Cui Ignatius. Nec ignis ardens, nec aqua bulliens poterit in me christi charitatem extinguere. Cui Traianus. Malefica sunt hæc, quod tanta patiens consentis, Cui Ignatius. Non christiani malefici non sumus, sed in lege nostra maleficos viuere prohibemus, sed vos malefici estis, qui idola adoratis. Traianus dixit, Dorsum eius vngulis laniate, & plagas sale perfundite. Cui Ignatius. Non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam. Traianus dixit. Iam nunc eum tolite: vinculis ferreis alligate, in cippo, imò carceris custodite, sine cibo & potu eum esse permittite, & post triduum deuorandum bestiis date. Tertia igitur die imperator & sanatus omnij; populus conuenerunt, vt viderent episcopum Antiochenum, qui erat cum bestiis pugnaturus. Dixitque Traianus. Quoniam Ignatius superbus & contumax est, ipsum alligate, & duos leones ad ipsum laxate, vt nec vllas reliquias ex eo relinquunt. Tunc sanctus Ignatius dixit ad populum qui astabat, Viri Romani qui hoc certamen aspicitis, non sine mercede laboraui, quia non propter prauitatem, sed propter pietatem hæc patior. Deinde cepit dicere sicut legitur in ecclesiastica hysto. Frumentum christi sum, bestiarum dentibus molar, vt panis mundus efficiat. Hoc audiens imperator dixit. Grandis est tolerantia christi

stia norum. Quis Græcorum tanta toleraret pro Deo suo. Respondit Ignatius. Non hæc mea virtute: sed christi adiutorio toleravi. Tunc sanctus Ignatius cepit leones prouocare, vt ad se deuorandum accurrerent. Accurrentes igitur duo seni leones, ipsum tantummodo perfocauerunt: carnem tamen eius nullatenus tetigerunt. Traianus autem hæc videns cum nimia admiratione discessit: precipiens, vt non prohiberetur, si aliquis vellet tollere corpus eius. Quia propter christiani corpus eius tulerunt, & ipsum honorifice sepeherunt. Cum autem Traianus quasdam literas recepisset, in quibus plinius secundus christianos, quos imperator occidi iusserat, plurimum commendabat: doluit de his que Ignatio intulerat, & precepit, vt nullus christianus inquiri cur, si quis tantum incidere, puoieretur.

D. **¶** Legitur autem quod beatus Ignatius inter tot tormentorum genera nunquam ab inuocatione nominis Iesu christi cessabat. Quem cum tortores requirerent cur hoc nomen toties replicaret, ait. Hoc nomen cordi meo inscriptum habeo, & ideo ab eius inuocatione cessare non valeo. Post mortem igitur eius illi, qui audierant, volentes curiosius experiri cor eius ab eius corpore auellunt, & illud scindentes per medium totum cor eius inscriptum hoc nomine Iesus christus literis aureis inueniunt. Vnde ex hoc, plurimi crediderunt De hoc sancto sic dicit. Bern. super psalmos. Qui habitat. Magnus ille Ignatius auditor discipuli, quem diligebat Iesus martyr & ipse: cuius preciosis reiquij: nostra dirata est paupertas. Mariam quidem in pluribus, quas ad eam scripsit epistolis, christiferam consolatur. Egregius planè titulus dignitatis commandatio honoris immensù.

¶ De purificatione beatæ Mariæ virginis.

LEGENDA XXVII. A.

PURIFICATIO beatæ virginis Mariæ quadraginta dies post natiuitatem domini facta est. Consecuit autem illud festi- tribus nominibus appellari. scilicet purificatio ypapanti & candelaria. Purificatio autem dicitur ex eo, quod quadragesima die à natiuitate domini beata virgo ad templum venit, vt secundum legem consuetudinem mundaretur, cum tantum sub illa lege non teneretur. Preceperat autem lex Leuiti. xij. quod mulier que suscepto semine filium peperisset immunda esset septem diebus immunda. scilicet a consortio hominum, & ab ingressu templi. Sed completis septem diebus munda quidem efficiebatur quo ad consortiū hominum: sed adhuc vsque ad xxxij. diem quo ad ingressum templi immunda erat. Tandem cōpletis quadraginta diebus quadragesima die templum intrabat, & puerum cum muneribus offerebat. Si verò sceminam peperisset, duplicabantur dies, & quo ad consortium hominum, & quo ad ingressum templi. Quare autem dominus preceperit, vt quadragesima die puer in templo offerretur, triplex potest esse ratio. Vna, vt per hoc intelligatur, quod sicut puer quagralesima die in materiale templū inducitur, sic & quadragesima die a conceptione, vt sapius anima in corpus tanquā in suum templum infunditur, sicut dicitur in scholast. histo. licet phisici dicāt, quod quadraginta sex diebus corpus perficiatur. Secunda, vt sicut anima quadrage-

sima die corpori infusa ab ipso corpore maculatur, si quadragesima die templum ingrediens per hostias a ipsa macula amplius expietur. Tertia, vt per hoc detur intelligi, quod in templum, cœleste mererentur ingredi, qui decem precepta cum fide quatuor euangeliorum voluerint obseruare. In pariente verò sceminam duplicantur dies quo ad templi ingressionem, sicut & duplicantur que ad corporis formationem. Nam sicut in quadraginta diebus corpus masculi organizatur, & perficitur, & in quadragesima die anima infunditur, vt sapius, sic corpus sceminæ in lxxx. perficitur, & octuagesimo die anima, vt sapius inspiratur. Quare autem duplo corpus sceminæ tardius perficitur in vtero quod corpus viri, & ei anima infunditur. Omnis rationibus naturalibus triplex ratio assignari potest. Prima, quoniam christo assumpturus erat carnem in sexu virili, ideo vt ipsum sexum honoraret & ampliore sibi gratiam faceret, voluit vt puer citius formaretur, & mater citius mundaretur. Secunda, vt mulier plus peccauit quam vir. Et scitur ne eius ab eius viri duplicatæ sunt exteriori in mundo, sic & duplicari debuerunt, interiori in vtero. Tertia, vt per hoc intelligi detur, quod mulier quodammodo plus fatigauit Deum quam vir, ex eo quod amplius deliquit. Deus enim quodammodo in nostris prauis operibus fatigatur. Vnde ipse dixit Esa. xliij. seruire me fecisti in peccatis tuis. Et iterum dixit Ihere. vij. Laboraui sustinens. Beata igitur virgo huic legi purificationis non tenebatur, quia non peperit suscepto semine, sed mystico spiramine. Vnde Moyses addidit, suscepto semine, cum tamen necesse non erat quantum ad alias mulieres, que omnes suscepto semine pariunt. Sed ideo addidit, vt dicit Berna. Quia timuit in matrem domini blasphemiam irrogare. Voluit tamen in hoc se subdere legi propter quatuor rationes. Prima ratio est, vt exemplum humilitatis daret, vnde dicit Bern. verè beata virgo non habes causam, nec tibi opus est purificatione. Sed nunquid filio tuo opus erat circuncisione esto inter mulieres tanquā vna illarū. Nam & filius tuus sic est in medio puerorum. Hæc autem humilitas non solū fuit ex parte matris: sed etiā ex parte filij, qui similiter in hoc se voluit subdere legi. Nā in natiuitate se habuit, vt pauper homo. In circuncisione, vt pauper & peccator homo, sed hodie vt pauper & peccator & seruus homo. Vt pauper in eo quod oblatione pauperū elegit, vt peccator, in eo quod ipse cū matre voluit expiari, vt seruus, in eo quod voluit redimi. Sic etiā voluit postmodum baptizari, non propter culpam purgandam, sed propter eius humilitatē maximam ostendendam. Nam omnia remedia contra originale peccatum instituta christus in se assumentem voluit, non quia aliquatenus indigeret: sed vt humilitatem suam maximam nobis ostenderet, & vt illa remedia pro tempore suo bona fuisse monstraret.

B. **¶** Quinq̄ enim remedia cum ipsum originale peccatum per processum temporis instituta sunt, quorum tria secundum quod di. Hag. de san. Vid. in lege. veteri instituta sunt. scilicet oblationes, decimationes & sacrificiorum immolationes. Per que maxime opus nostræ redemptionis exprimebatur. Nā modus reddendi exprimebatur per oblationem. Ipsum precium per sacrificiū, in quo erat sanguinis effusio, ipsum redē-

ptum per decimationem: quia homo significatur per decimam dramā. Primum ergo remedium fuit oblatio. Vnde Cain obtulit Deo munera de frugibus, & Abel de gregibus. Secundum fuit decimatio. Vnde & Abraham Melchisedech, sacerdoti decimas obrulit. Nam secundū Aug. decimabatur: quod curabatur. Tertium fuit, sacrificiorum immolatio. Ipsa enim sacrificia secundum quod dicit Greg. erant contra originale peccatū quia tantum exigebatur, vt ad minus alter parentū fidei esset, & aliquādo vtrique infideles esse poterāt: ideo aduenit quartū remedium. scilicet circuncisio, que siue patres fideles essent, siue infideles valebat. Sed quia illud remedium non poterat conuenire nisi solis maribus: nec ianuam paradisi, poterat aperire: ideo successit ei quintum remedium. scilicet baptisimus, qui est communis omnibus. Et ianuā cœli aperit. Primum igitur remediū Christus quodammodo assumpsisse videtur: quando in templo à parentibus est oblatum. Secundū remedium quodammodo assumpsit: quando xl. diebus & noctibus ieiunauit: quia enim non habebat vnde solueret decimas rerum saltem Deo, obrulit decimas dierum. Tertium assumpsit: quando mater eius per par turturum aut duos pullos columbarū pro eo obrulit, vt in desacrificium fieret: vel quando in cruce se sacrificium obtulit. Quartum: quando se circunci se permisit. Quintum: quando à Ioanne baptisima suscepit. Secunda ratio est, vt legem impleret. Non enim venerat dominus legem soluere sed adimplere. Nam si in hoc legem soluisset: potuissent se iudij excusare & dicere. Quoniam doctrinam tuam non recipimus, ex eo quod dissimilis es patribus: nec legis traditiones obseruas. Triplici autem legi hodie se christus & virgo subiecit. Primò legi purificationis, in significationem virtutis: vt postquam omnia bene fecerimus: dicamus quod serui inuitiles sumus. Secundò legi redemptionis, ad exemplū humilitatis. Tertio legi oblationis, ad exemplum paupertatis. Tertia ratio est, vt legem purificationis terminare. Sicut enim adueniente luce cessant tenebræ & adueniente sole recedit vmbra: sic & adueniente purificatione vera, cessauit purificatio typica. Ibi enim aduenit vera purificatio nostra. scilicet christus qui actiue dicitur purificatio: ex eo quod nos per fidem purificat: secundū quod dicitur, fidem purificans corda eorum. Hinc enim est, quod nec de cetero patres tenentur ad solutionem: nec matres ad purificationem vel templi ingressionem: nec filij ad illam redemptionem. Quarta ratio est, vt nos purificandos instrueret. Quinq̄ autem modis se purgatio ab infamia secundum iura: licet tres inhabeantur: secundum quos & nos purgari debemus. scilicet iuramento, quod significat peccati abrenunciationem: aqua, que significat baptismalem ablutionem: igne, qui significat spiritualis gratiæ infusionem testibus, qui designant bonorum operum multitudinem: bello, quod significat tentationem. Veniens autem beata virgo ad templū filium suum obrulit: & eū quinque ciclis redemit. Notandū enim quod quedā primogenita redimebantur: sicut primogenita vnde decim tribuum que redimebantur quinq̄ ciclis. Quedam non redimebantur, sicut primogenita leuitarū que nunquā redimebantur sed cum in adultam etatē perueniebāt: semper in templo domino seruebant. Et sicut primogenita munidorum animalium que iterum non redi-

mebantur: sed domino offerebantur. Quedā commutabantur: vt primogenitum asini, quod commutabatur in ouē. Quedam occidebantur: vt primogenitum canis. Cum igitur christus fuerit de tribu Iuda que fuit vna de vndecim tribubus, patet quod debuit redimi. Obrulerunt etiā pro eo domino par turturum: aut duos pullos columbarum. Hæc enim erat oblatio pauperum: sed agnus oblatio diuitū. Non autem dixit pullos turturum, sicut dixit pullos columbarū, quia pulli columbarū semper inueniuntur: pulli autem turturum non semper inueniuntur: turtures autem semper inueniuntur. Nec dixit par columbarū, sicut dicitur par turturum: quia columba est avis libidinosa: & ideo in sacrificio suo Deus noluit eā offerri. Turtur est avis pudica. Sed nonne beata virgo Maria paulo ante à magis milia pondera auri receperat videtur ergo quod bene potuerit agnū vni cinere. Sed dicendum, quod si ne dubio secundū Ber. magi magna pondera auri obrulerunt: quia non est verisimile quod tales reges tali puero vilia munera obrulissent. Sed tamen beata virgo, vt aliquib' placet, illud sibi non retinuit: sed statim pauperibus erogauit. Vel fortè per segregationem in Egyptū per septennium imminente prouidè reseruauit. Vel fortè non in magna quantitate talia obrulerunt: cū hæc in significatione mysticā offerrent. Ponit autem expositor tres oblationes de domino factas. Prima facta est de ipso à parentibus. Secunda pro ipso de auiibus, Tertia fecit ipse in cruce pro hominibus. Prima ostendit eius humilitatem: quia dominus legis subiecit se legi. Secunda paupertatem: quia pauperum oblatione elegit. Tertia charitatem: quia se pro peccatoribus tradidit. Proprietates turturis habentur his versib'. Alta petit turtur: cantando gemit veniens ver. Nunciat & castè viuit: solusq̄; moratur. Pullos nocte fouet: morti cinisq̄; fugit. Proprietates vero columbæ his versib' notantur. Grana legit: volitat sociata, cadauera vitat. Fellic caret, plangi locū, que per oscula tangit. Petra dat huic ridū, fugit hostem in flumine visum. Rostro non legit, gemitos pullos bene nutrit. Dicitur secundò hæc festiuitas ypapanti quod idem est, quod presentatio, ex eo quod christus est in templo presentatus. Vel ypapanti, quod idem est quod oblatio. Quia Symeō & Anna obuiauerunt domino, cum offerretur in templum. Et dicitur ab ypa: quod est ire: & anti, quod est contra. Tunc autem accepit eum Symeō in vlnas suas. Et notandū quod triplex obumbratio siue exinanitio hic de salute ore nostro facta est. Prima est exinanitio veritatis. Ille enim q̄ est veritas, q̄ omnē hominē ducit per scriptum: q̄ est vita, in seipsum quod est vita ducit, hodie ab alijs se duci permisit. Cum induceret (inquit) puerum Iesum & c. Secunda est exinanitio bonitatis. Quoniam ille q̄ solus sanctus & bonus est, tanquā in mundus voluit cū matre expiari. Tertia est exinanitio maiestatis. Quoniam ille qui est portans omnia verbo virtutis sue: hodie in vlnis senis se recipi & portari permisit: qui tamen portabat portentem se secundum illud. Senex puerum portabat. Puer autem senem regebat. Tunc autem Symeō benedixit eum dicens. Nunc dimittis seruum tuum domine & c. Et appellat eum Symeōn tribus nominibus. scilicet salutare, lumen, & gloriam plebis Israel. Ratio autem huius triplicis nominis potest quadrupliciter sumi. Primò pe-

nes nostram iustificationem: vt dicatur salutare, remittendo culpam: quia Iesus interpretatur saluator: ex eo quod saluum facit populum. s. à peccatis eorū. Lumen, dando gratiam. Gloria plebis, dando gloriam. Secundò penes nostram regenerationem. Nam primò puer exorcizatur & baptizatur: & sic à peccato mundatur quo ad secundum. Tertio ad altare offertur quo ad tertium. Quarto penes hodiernam processionem. Nam primò candelæ benedicuntur, exorcizantur. Secundò accenduntur, & in manibus fidelium dantur. Tertio ecclesiam cum canticis ingrediuntur. Quarto penes triplicem huius festi denominationem. Nam dicitur purificatio quo ad purgationem culpæ per hoc quod dicitur salutare. Dicitur candelaria, quod ad illuminationem gratiæ: per hoc quod dicitur lumen. Dicitur yppanti, quo ad collationem gloriæ: per hoc quod dicitur, gloriam plebis tuę Israel. Tunc enim occurremus obuiam Christo in aera. Vel potest dici, quod laudatur christus in hoc cantico: vt pax: vt salus: vt lux: vt gloria. Pax, quia mediator est. Sal⁹ quia redemptor. Lux, quia doctor. Gloria, quia premiator. Dicitur & tertio hoc festum candelaria, ex eo quod candelæ accensæ in manibus portantur. Quare autem ecclesia hoc ordinauerit, vt. s. in hac die candelæ accensæ in manibus portantur: possent assignari quatuor rationes: primò propter remouendam erroneam consuetudinem. Romani enim olim in cal. february ad honorem Februe matris martis, qui erat Deus belli, vrbem de quinto in quintum annum cum cereis & fascibus tota nocte lustrabant: vt filius suus, scilicet mars eis victoriam de inimicis concederet, cuius matrem tam sollemniter honorarent: & illud spacium dicebant lustrum. Romani etiam in february sacrificabant. Februo. i. Plutoni & ceteris dijs infernalibus: & hoc pro animabus antecessorum suorum. Vt ergo proptiarentur eorum: ideo & eis solemnes hostias offerebant: & tota nocte eorum laudibus insistentes cum cæreis & accensis facibus vigilabant. Mulieres etiam Romanorum, vt ait Inno. papa his diebus festum luminarium exercebant: quod à quibusdam fabulis poetarum originem traxit. Aiunt enim quod proserpina aucto spesiosa, quod Pluto Deus infernalis eam concupiscens ipsam rapuit & Deam eam fecit. Parentes autem sui per siluas & nemora cum facibus & luminariis eam multo tempore quesierunt: & istud mulieres Romanorum representantes cum facibus & luminariis circumbant. Et quoniam difficile est consueta relinquere, christiani degentibus ad fidem conuersi difficile poterant relinquere huiusmodi consuetudines paganorum. Ideo que Sergius papa hanc ad consuetudinem in melius commutauit: vt. s. christiani ad honorem sanctę matris domini omni anno in hac die totum mundum cum accensis candelis & benedictis cereis illustrarent: vt solēnitas quidem staret: sed alia intentione fieret. Secundo propter ostendam virginis puritatem. Alique enim audientes virginem purificatam, possent credere ipsam purificationem indiguisse. Vt ergo ostendatur quod tota fuit purissima & splendida: ideo ordinatur ecclesia, vt luminosos cereos baiulemus, ac si ipso facto dicat ecclesia. Virgo beata purificatione non indiget: sed tota utilitas, tota

splendes. Verè enim purificatione non indigebat: quia & non suscepto semine conceperat: & in matris vtero perfectissime mundata, & sanctificata erat. Ad eam autem fuit matris vtero & in aduentu spiritus sancti sanctificata, & mundata: quod non solum aliquod inclinamentum ad peccatum in ea pœnitens non remansit: sed etiã virtus sanctitatis eius vsque ad celos extendebatur & transfundebatur: ita quod in alijs omnes motus carnalis concupiscentiæ extinguebat: vnde dicunt Iudei quod cum Maria pulcherrima fuerit: à nullo tamen potuit vnquã concupisci. Et ratio est, quia virtus suæ castitatis cunctos aspicientes penetrabat: & omnem in eius concupiscentiam repellerebat. Vnde comparatur Cedro: quia sicut Cedrus serpentes odore suo interficit: ita eius sanctificatio in alijs radiabat: & omnes motus in carne serpentes occidebat. Comparatur etiã myrrhæ: quia sicut myrrha interficit vermes, sic eius sanctitas concupiscentias carnales: & hanc prerogativam habuit præ ceteris sanctificans in vtero virginibus: quia eorum sanctitas & castitas in alios non transfundebatur: nec carnales motus in alijs extinguebat. Virtus autem castitatis virginis etiã impudicorum corda medullitus penetrabat: & ea quo ad ipsam protinè casta reddebat. Tertio propter representandam hodiernam processionem. Nam Maria & Ioseph & Simoë & Anna hodie honorabilem processionem fecerunt: & puerum Iesum in templum presentauerunt. Sic & nos processione facimus: & cereum accensum per quæ significatur Iesus, in manibus baiulamus, & vsque in ecclesias deferimus. Tria enim sunt in cereo. s. cera, lychnus, & ignis: & per hæc tria significantur tria quæ fuerunt in Christo. Nam cera significat carnem christi, que nata est de Maria virgine sine corruptione carnis sicut apes ceram gignunt sine alterum comixione: Lychnus in cera latens significat animam candidissimam in carne latentem. Ignis vero siue lumen significat diuinitatem: quia deus noster ignis consumens est. Vnde quidam sic ait. Hanc in honorem pię candelam portat Marię. Accipe per ceram carnem de virgine veram. Per lumen numen, maiestatisque; cacumen. Lychnus est anima super carne latens per optima. Quarto, propter instructionem nostram in hoc enim instrumur, quod si volumus esse ante Deum purificati & mundi: tria in nobis habere debemus. s. fidem veram: actionem bonam, intentionem rectam. Nam candelam in manu accensa est fides cum operatione bona. Et sicut candelam sine lumine dicitur esse mortua: & lumē per se sine candelam non lucet, sed mortuū esse videtur, sic & opatio sine fide, & fides sine bono opere mortua esse dicitur. Lychnus autem intus in cera occultatus est intentio recta. vnde Greg. sic fit opus in publico: vt tantum intentio maneat in occulto.

E. ¶ Quodam matrona nobilis in beatam virginem maximam deuotionem habebat. Hęc quandam capellam iuxta domum suam construxerat: & proprium capellanū habes quotidie missam de beatavirgine audire volebat. Appropinquante autem festo purificationis beatę virginis sacerdos ob quoddam suū negotium longius secessit & domina illo die missam habere non potuit: vel vt alibi legitur omnia que habere poterat etiam vestimenta pro amore virginis dabit: vnde cum clamidē dedisset ad ecclesiam ire non posset & sine missa illa ea die mane oport-

oportebat. De quo cum plurimum doleret: ecclesiam propriam seu cameram intrauit: & ante altare beatę virginis se prosternit: tunc subito in excessu mentis facta videbatur sibi se in quadam ecclesia pulcherrima & speciosa collocatam esse. Et respiciens vidit turbam maximam virginum in ecclesiam venientem, quas quaedam virgo pulcherrima diademate coronata preibat. Cumque omnes per ordinem confederissent: ecce turba alia iuuenum, qui & ipsi iuxta ordinem confederunt. Et ecce quidam maximum cereorum fascem de ferens cerentim primo virgini, quæ ceteras anteibat, dedit: & postea alijs virginibus & iuuenibus tribuit. Deinde ad illam matronam venit, & cereum ei obtulit, quem illa libeter accepit. Tunc per chorum respiciens vidit duos cerofenarios subdiaconum & sacerdotem sacris indutos vestibus, ad altare procedentes tanquam misarum solemniam celebrare volentes. Videbatur autem sibi quod acoliti essent, Vincentius & Laurentius: diaconus & subdiaconus duo angeli: sacerdos autem christus. Facta autem confessione duo pulcherrimi iuuenes in medium chori ierunt: & officium missæ alta voce & deuotissimè inceperunt: & ceteri qui in choro erant, prosequuntur. Cum autem ad oblationem ventū fuisset: regina virginum & ceteræ virginis cum alijs qui erant in choro, cereos suos sacerdoti vt moris est flexis genibus obrulerunt. Cum autem sacerdos illam matronam expectaret, vt sibi cereum suum offerret: & illa ire nollet misit ad eam regina virginum per nuncium, quod rusticitatem faceret, quod sacerdotem tantum diu expectare permitteret. Illa autem respondit quod sacerdos in missa sua procederet: quia cereum suum sibi non offerret. Tunc iterum regina alium nuncium misit, cui illa similiter respondit, quod cereū sibi datū paritum nulli daret: sed illum ex deuotione teneret. Regina autem virginum nuncio præcepit di. ¶ Vade & iterum eam roga, vt cereum offerat: sin autem ipsum de manibus eius violenter auferas. Cumque nuncius iussit, & illa rogantem audire recularer: dixit se in mandatis homine; vt ipsum ab ea violenter offerret. Tunc ille cum magna violentia cereum cepit: & ipsum auferre conabatur. Illa autem fortius tenebat & se viriliter defendebat. Cumque longa fieret altercatio, & hinc inde cereus violentius traheretur subito cereus fractus est, & medietas in manu nuncij & alia medietas in manu ipsius domine remansit. Ad hæc igitur vehementem fractionem illa subito ad se redijt & se iuxta altare vbi se posuerat inueniens cereum fractum in manu sua reperit. De quo valde admirans immentas gratias beatę virginis reddidit, que eam sine missa illa die remanere non permisit: sed tali officio interesse fecit. Illa autem cereum diligenter reposuit: & pro maximis relictis referauit. Sed & omnes, vt dicitur, qui tuncangebantur de eo à quacumque detinebantur infirmitate protinus liberabantur. Quodam autem alia matrona dum esset grauida quadam nocte in somnis vidit se portare quoddam vexillum, quod colore sanguineo erat ictum. Euigilans autem continuo sensum amisit: quã diabolus ad eum ludificabat, vt videretur sibi quod christianam fidem, quam hactenus habuerat, inter manus illas haberet: & inde continuo exiret: que cum nullatenus curari posset, in quadam ecclesia beatę virginis in festo purificationis pernoctauit,

& integram sanitatem recepit.

¶ De sancto Blasio.

BLASIVS quasi blandus: vel Blasius quasi belafius, à bela q. est habitus: & syor parvulus: fuit enim blādus per dulcedinē sermonū, habitus per habitum virtutū: parvulus per humilitatem morum.

LEGENDA XXXVIII. A.

BLASIVS cū omni mansuetudine & sanctitate polleret: Christiani eū in Sebaste ciuitate Capadocię in episcopū elegerūt. Qui episcopatu suscepto ad Diocletiani persecutionem spelūcam petijt, & ibi heremiticam vitam duxit. Cui aues pabulum afferbāt: ac fere ad eum vnanimiter cōstuebāt: & vsq; dum imponeret manū eis benedicens nō recedebāt ab eo. Denique si qui infirmabantur ad eū continuo veniebant & sanitatem ad integrū reportabant. Præsides igitur illius regionis, dū milites suos ad venandū misissent, & illi inuanū alibi laborantes ad antrū sancti Blasij casu peruenissent, magnam ibidē bestiarū multitudinē ante ipsum stantium repererūt. Quas dum nullatenus capere possent at toniti dominō suo nūciauerūt. Qui statim milites plures misit, & vt ipsum cū omnibus Christianis ad se adducerent præcepit. in ipsa autē nocte ter Christus ei apparuit dicens. Surge & offer mibi sacrificiū. Ecce autē aduenerūt milites dicentes Egrede, vocat te Præsides. Quibus respondit sanctus Blasius, Bene venistis filij. Nunc video quia Deus non est oblitus mei. Pergēs verò cū eis nūquam à prædicatione cessauit, & coram eis miracula multa fecit. Tūc mulier quædam filiū suum morientē, in cuius gutture os piscis transuersum erat ad pedes eius attulit, & vt sanaretur, cū lachrymis postulabat. Sanctus verò Blasius manus super eū imponens orauit, vt puer ille & omnes qui in eius nomine aliquid peterent, sanitatis beneficiū obtinerēt, & statim sanus est.

B Mulier quedam pauperula vnū solum porcum habens, quē tamē violenter lupus rapuerat sanctū Blasium deprecabat, vt sibi reddi faceret suū porcū. Qui subridēs dixit. Mulier noli contristari, reddetur tibi porcus tuus: & continuo lupus venit ad viduam: & porcum reddidit. Ingrediens verò Blasius ciuitatem iussu principis carceri mancipatur. Alia verò die iussit pretes ipsum sibi presentari, quem videns blandis sermonibus salutauit, dicens. Gaude Blasii amice deorum. Cui Blasius. Gaude tu optime preses: sed ne dicas eos deos, sed demones: quia eterno igni cum his qui eos honorant, traduntur. Iratus preses eum sustibus eedi iussit: & in carcerem retrudi fecit: Cui Blasius dixit. Insensate speras per penas tuas Dei mei à me auferre amorem, qui ipsum in me habeo corroboratorem. Audiens hoc vidua cui porcum reddiderat: porcum ipsum occidit & caput cum pedibus candelam & pane ad sanctum Blasium deportauit. Ille gratias agens comedit: sibiq; dixit. Singulis annis candelam in ecclesia nominis mei offeras: & tibi & quicumque hoc fecerit, bene erit. Quod semper egit, & tibi propteritas multa fuit. Post hoc cum eductum à carcere preses ad deos inclinare non posset: iussit eum in li-

gno suspendi: & carnem eius cum ferreis pectinibus laniari: & sic iterum in carcerem reportari.

C Septem ergo mulieres sequentes guttas sanguinis colligebant, que mox tenentur: & ad eorum sacrificium compelluntur. Quae dixerunt. Si vis ut deos tuos adoremus cum reuerentia, mitte eos ab stagnum, ut ibi facies ablutis mundius adorare possimus. Latus preses efficitur: & citius quod dixerant adimpletur. Ille vero deos arripuerunt: & eos in stagni medium proiecerunt, dicentes. Si dii sunt videbimus. Quod preses audiens pre ira infans & seipsum percutiens dixit ministris. Cur non tenuistis deos nostros, ut non mitterentur in profundum lacu. Qui dixerunt. Dolose tecum locute sunt mulieres: & eos in stagnum proiecerunt. Cui mulieres. Deus verus dum non patitur: sed si dii fuissent, prescuisissent utique: quid eis facere volebamus. Et iratus preses iussit plumbum liquefactum & pectines ferreos septem loricas igne candentes ex vna parte parari: & ex alia septem camisas afferri lineas. Quo dicente, ut ex his quod mallent, eligerent: vna illarum duos pueros habens audacter cucurrit: & lineas camiseas accipiens in caminum proiecit. Pueri vero matri dixerunt. Non nos mater dulcissima post te relinquis: sed sicut nos replesti dulcedine lactis: sic nos reple dulcedine regni caelestis. Tunc preses iussit eas suspendi: & carnes earum pectinibus ferreis laniari. Quarum carnes, ut nix albisima erant: & pro sanguine lac fluebant. Cum autem supplicia inuiter ferrent, angelus domini ad eas venit: & eas viriliter confortauit, dicens. Nolite timere: bonus enim operarius qui bene incipit & bene perficit & a conducente se benedictionem meretur pro completo opere: & mercedem accipit pro labore & gaudium posside pro mercede. Tunc preses iussit eas deponi, & in caminum mitti: que diuinitus igne extincto exierunt illaesa. Quibus preses. Iam nunc magicam artem dimitte: & deos nostros adorate. Quae responderunt. Perfice quod coepisti: quia iam ad regnum caeleste vota est sumus. Tunc ille data sententia eas decollari mandauit. Quae dum decollari deberent, flexis genibus adorauerunt, dicentes. Deus qui nos a tenebris separasti: & in hanc lucem dulcissimam adduxisti: qui nos sacrificium tuum fecisti, animas nostras suscipe, & ad vitam aeternam facias peruenire: & sic truncatis capitibus ad dominum migrauerunt.

D. Post hoc iussit preses Blasium sibi presentari, & dixit ei. Vel nunc adora deos, vel non. Cui Blasius Impie non timeo minas tuas: age ut vis, corpus enim meum parit tibi tradere. Tunc iussit eum mitti in stagnum. Ipse vero aquam signauit: & mox sicut terra arida fixa permanit. Dixitque. Eis. Si veri sunt dii vestri ostendite virtutem eorum, & in gradimini huc. Ingressique. lxx. viri stagnum continuu fuerunt submersi. Angelus autem domini descendens dixit ei. Egrede re Blasii & coronam tibi a Deo paratam suscipe. Cumque exisset dixit ad eum preses. Omnino decreuisti non adorare deos. Cui Blasius. Cognosce miser: quia Christi seruus sum: nec daemones adoro. Et statim iussit eum decollari. Ipse autem ad dominum orauit: ut quicumque pro infirmitate gutturis, vel alia quacumque infirmitate eius patrocinia postularer: exaudiri continuo mereretur. Et ecce vox de caelo ad eum venit,

quod sic fieret, ut orauit. Sicque praenominatus sanctus cum duobus puerulis decollatus est circa annos domini. cclxxxiii.

De sancta Agatha virgine. A.

A GATHA dicitur ab agios, quod est sanctus. & theos, Deus, quasi sancta Dei. Trium enim sunt sicut dicit Chryso. que sanctum faciunt, & illa perfecte fuerunt mea. s. ordinis munditia: spiritus sancti praesentia, & bonorum operum affluentia. Vel dicitur ab a, quod est sine, & geos, terra: & theos Deus: quasi Dea sine terra. i. sine amore terrenorum. Vel ab aga, quod est loquens: & thau consummatio: quasi consummata & perfecta loquens, quod patet in suis responsis. Vel ab agad, quod est seruitus: & thaas, superior: quasi seruitus superior & hoc propter illud, quod dicit summa ingenuitas est ista &c. Vel ab aga, quod est solemnitas: & thau, consummatio, quasi solemniter consummata. i. sepulta, quod patet in angelis, qui eam sepelierunt.

LEGENDA XXXIX. B.

A GATHA vero ingenua mente & corpore pulcherrima in vrbe Cathanensium Deum semper in omni sanctitate colebat. Quintianus autem consularis Siciliae, cum esset ignobilis, libidinosus, auarus, & idolis deditus, beatam Agatham comprehendere nitentur, ut quia erat ignobilis, comprehendendo nobilem timeretur, quia libidinosus, eius pulchritudine frueretur, quia auarus, eius diuitias raperet, quia idolatra, dijs eam faceret immolare. Fecitque eam ad se adduci. Quae cum adueta esset, & eius immobile propositum cognouisset, tradidit eam cuidam meretrici nomine Affrodisiae, & nouem filias eius, eiusdem turpitudinis, ut per. xxx. dies suaderet ei, quomodo eius animum immutaret. Et modo promittendo lata, modo terrendo per alperat sperabant eam a bono proposito reuocare. Quibus beata Agatha dixit. Mens mea super petram solidata est, & in christo fundata. Verba vestra venti sunt, promissiones vestrae pluuiae sunt, terrores vestri flumina sunt. Quae quantumuis impugnans fundamentum domus meae, cadere non valebit. Haec autem dicens, flebat quotidie, & orabat sitiens ad martyrii palmam peruenire. Videns igitur Affrodisia ipsam immobilem permanere, dixit Quintiano. Facilius possent saxa molliri, & ferrum in plumbi molliciem conuerti, quam ab intentione christiana mens istius puellae conuerti seu reuocari. Tunc Quintianus fecit eam adduci, & ait illi. Cuius conditionis es. Cui illa. Non solum ingenua: sed & spectabilis genere, ut omnis parentela mea testatur. Cui Quintianus. Si ingenua es, cur moribus te feruilem personam habere ostendis. Illa respondit. Quia ancilla christi sum:ideo feruilem meam exhibeo personam Quintianus dixit. Si te ingenuam dicis, quomodo ancillam asseris. Illa respondit. Summa ingenuitas est ista, in qua seruitus christi comprobatur. Quintianus dixit. Elige quod volueris: aut scilicet dijs sacrificare, aut diuersa supplicia sustinere. Cui Agatha. Sit talis vxor tua, qualis fuit venus dea tua, & tu talis sis,

sis, qualis fuit deus tuus Iupiter. Tunc Quintianus iussit eam alapis cedi: dicens. In iniuriam iudicis noli temerario ore garrere. Agatha respondit. Miror te virum prudentem ad tantam stultitiam deuolutum: ut illos dicas deos tuos esse, quorum vitam non cupias tuam coniugem vel te imitari: ut dicas tibi iniuriam, fieri si eorum vias exemplo. Nam si dii tui sunt boni: bonum tibi optant. Si autem execraris eorum confortia, mecum sentis. Quintianus dixit. Qui mihi verborum superfluum cursus: aut sacrificia dijs: aut te faciam diuersis supplicijs interire. Agatha respondit. Si feras mihi promittas, & audio christi nomine mansuecunt: si ignem adhibeas, de caelo mihi rorem salutificum angeli ministrabunt: si plagas vel tormenta ingeras, habeo spiritum sanctum per quem despicio vniuersa.

C. Tunc iussit eam trahi ad carcerem: quia voce eum publica confundebat: ad quem letissimè & gloriante ibat, & ad epulas quasi inuitata agonem suam domino commendat. Sequenti die dicit Quintianus Abnega christum & adora deos: que cum reuereret iussit eam in euleo suspendi & torqueri. Dixitque Agatha. Ego in his poenis ita delector: sicut qui bonum nuncium audit: aut qui videt quem diu desiderauit: aut qui multos thesauros inuenit. Non enim potest triticum in horem poni, nisi theca eius fuerit fortiter conculcata, & in paleas redacta: sic anima mea non potest intrare in paradysum cum palma martyrii: nisi diligenter feceris corpus meum a carnificibus arreptari. Tunc iratus Quintianus iussit eius mammillam torqueri, & tortam diuissime iussit abscidi. Cui Agatha. Impie crudelis & dire tyranne non es confusus amputare in femina quod in matre suxisti. Ego habeo mammillas integras intus in anima mea, ex quibus nutrio omnes sensus meos, quos ab infantia domino consecraui.

D. Tunc iussit eam in carcerem recipi prohibens ingressum medicorum & panem vel aquam sibi ab aliquo ministrari. Et ecce circa mediam noctem venit ad eam quidam senex, quem antecedeat puer luminis portitor diuersa secum ferens medicamenta, & dixit ei. Licet consularis infans senis tormentis te affligerit: tu eum tuis responsis amplius afflixisti. Et licet vbera tua corserit: illius tamen vbertas in amaritudinem conuertetur. Et quoniam ibi eram, quando haec patiebaris, vidi quia mammilla tua potest curam salutus suscipere. Cui Agatha. Medicinam carnalem corpori meo nunquam exhibui: & turpe est, ut quod raudiu seruauit, nunc perdem: dixit ei senex. Filia ego christiana sum: ne verecunderis. Cui Agatha. Et vnde verecundari possum, cum sis senex & grandaeuus: ego virgo ita crudeliter lacerata, quod nemo de me possit conspiciere voluptatem: sed ago tibi gratias domine pater qui sollicitudinem tuam mihi impendere dignatus es. Cui ille. Et quare non permittis, ut cures te. Agatha respondit. Quia habeo dominum Iesum christum, qui solo verbo curat omnia: & sermone restaurat vniuersa: hic si vult, potest me continuo curare. Et subridens senior dixit. Er ego apostolus eius sum, & ipse me mittit ad te: & in nomine eius scias te esse sanam. Et continuo Petrus apostolus disparuit. Et proci dens beata Agatha gratias agens inuenit se vndique

sanatam: & mammillam suo pectore restitutam. Cum ergo ex immenso lumine custodes territi aufugissent & apertum carcerem reliquissent: rogabant eam quidam ut abiret. Absit inquit, ut fugiam: & coronam patientie perdam: & custodes meos tribulationibus tradam.

E. Post dies quatuor dixit ei. Quintianus, ut deos adoraret: ne grauiora supplicia sustineret. Cui Agatha. Verba tua fatua sunt & vana aerem maculantia, & iniqua. Miser si a intellectu quomodo vis, ut lapides adores, Deum caeli, qui me sanauit, dimitte: Quintianus dixit. Et qui te sanauit. Cui Agatha. Christus filius Dei. Quintianus dixit. Iterum tu christum audes nominare, quem ego nolo audire? Agatha dixit. Quamdiu vixero christum corde & labijs inuocabo. Quintianus dixit. Nunc videbo si christus te curabit. Et iussit testas fractas spargi: & super testas carbones ignitos mitti: & ipsam de super nudo corpore voluptrari. Quod cum fieret, ecce terremotus nimis factus est, qui totam ciuitatem iram concussit, ut pars conuens duos consularios Quintiani opprimeret: & omnis populus ad eum concurreret, & conclamans quod propter iniustum agathae cruciatum talia paterentur. Cum Quintianus ex vna parte terremotum, ex alia seditionem populi metuens ipsam iterum in carcerem recipi iussit, vbi sic orauit dicens. Domine Iesu christe, qui me creasti & ab infantia custodisti, qui corpus meum a pollutione seruaisti, & a meo amorem seculi abstulisti: & qui tormenta me vincere fecisti: & in eis virtutem patientiae tribuisti accipe, spiritum meum: & iube me ad tuam misericordiam peruenire. Haec cum orasset cum ingenti voce spiritum tradidit circa annum domini. cclij. Sub Daciano alias Decio imperatore.

F. Cum autem fideles cum aromatibus corpus eius condirent: & in sarcophago collocarent: quidam iuuenis feris indutus cum plusquam centum viris pulcherrimis & ornatis ac albis indutis, qui nunquam in illis partibus visi fuerant, ad corpus eius venit: & tabulam marmoream ad caput eius ponens ab oculis omnium statim disparuit: erat autem in predicta tabula scriptum. Mentem sanctam: spontaneam, honorem Deo, & patrie liberationem: quod sic intelligitur. Mentem sanctam habuit: spontaneam se obtulit: honorem Deo dedit, & patrie liberationem fecit & hoc miraculo divulgato etiam gentiles & Iudei sepulchrum eius plurimum venerari coeperunt. Quintianus autem dum ad eius inuestigandas diuitias pergeret, duobus equis inter se fremitu dentibus, calcisq; iactantibus: vnus eum morfu appetijt: alter calce percussum in flumine proiecit: ita quod corpus eius nusquam potuit inueniri. Reuoluto anno circa die natalis eius modos quidam maximus circa ciuitatem ruptus, eructauit incendium: quod quasi torrens de monte descendens, & saxa terramque liquefaciens ad vrbem cum magno impetu veniebat. Tunc paganorum multitudo descendit de monte: & ad sepulchrum eius confugiens velut eius quo cooperitum erat sepulchrum, arripuit: & ipsum statuit cum igne statim in die natali ipsius virginis ignis stetit: & ultra vllatenus non processit. De hac virgine dicit Ambrosius in praefatione O felix & incita virgo quae meruit domini pro laude fidelis martyris sanguine clarificare suum. O illustris & gloriosa gemina illustrata decore: quae inter tot tormenta aspa-

cunctis prelati miraculis, & mystico pollens suffragio apostoli meruit visitatione curari: sic nuptam Christo susceperunt ethera: sic humani artus gloriosa fulgens obsequia: vbi angelorum chorus sanctitatem mentis & patrie indicat liberationem.

De sancto Vedasto.

VEDASTVS quasi verè dans estus: qui a verè sibi dedit estus afflictionis & penitentie. Vel quasi ve distans, quia ve eternum ab eo dicitur. Nam damnati semper dicent ve. s. quia Deum ostendit: ve: quia diabolo consensit: ve: quia natus fuit: ve: quia mori non valeo: ve: quia tam malè torquetor: ve: quia nunquam liberabor.

LEGENDA XL. A.

VEDASTVS à beato Remigio in Attrabatensem episcopum ordinatus fuit. Qui cum ad portam ciuitatis venisset & ibidem duos pauperes vnum cecum & alium claudum petentes eleemosinam reperisset: dixit eis. Argètum & aurum non est mihi: quod autem habeo vobis do: & facta oratione utrosque sanauit. Cùmque autem in quadam ecclesia derelicta veribus operata, lupus habitaret eidem precepit, vt inde fugeret, nec vltra illud redire auderet: quod & factum est. Denique cum verba & opere multos conuertisset, quadagesimo anno sui episcopatus vidit columnam igneam à caelo vsque in domum suam descendente qui finem suum adesse considerans post modicum in pace quieuit circa annum domini quingentesimum quinquagesimum. Cùm autem corpus eius transferretur Audomarus pre senio cecus dolens, quod corpus episcopi videre non poterat, mox lumen recepit, sed post modum ad votum suum lumen amisit.

De sancto Amando.

AMANDVS dicitur, qui amabilis fuit. Habuit enim tria in se, quae faciunt hominem amabilem. Primum est societas grata. Proverb. xviii. Vir amabilis ad societatem magis amicus est quod frater. Secundum est conuersatio nis honestas: & sic dicitur de Hester. ij. c. quod omnium oculis amabilis videbatur. Tertium est prohibitatis virtuositas. ij. Regum. ij. Saul & Ionathas amabiles & decori.

LEGENDA XLI. A.

AMANDVS ex nobilibus parentibus ortus monasterium introiuit. Qui dum per monasterium ambularet: quendam maximum serpentem inuenit, quem statim virtute crucis & oratione ad foueam vnde exierat, redire coegit, nunquam inde exiturum. Veniens autem ad sepulchrum sancti Martini annis. xv. vbi mansit cilicio indutus & aqua & pane ordeaceo sustentatus. Post hoc dum Romam iuisset, & in ecclesia sancti Petri in oratione pernoctaret, custos ecclesie ipsum irreuerenter foras eiecit, qui dum ad amonitionem sancti Petri, qui sibi ante fores ecclesie dormienti apparuit, ad Gallias iuisset, & ibidem Regem Dagobertum pro suis criminibus increparet, iuratus Rex eum de suo regno eiecit. Denique cum rex alium non haberet, & oratione facta ad dominum si-

lium habuisset, cogitare cepit, à quo infantem suum faceret baptizari. Venitque in mentem eius, vt ab amando eum baptizari faceret. Quæsit igitur amando, & ad Regem adductus, rex ad pedes eius prosternitur, rogauitque vt sibi indulgeret, & suum filium, quem sibi dominus dederat, baptizaret. Ille verò primam petitionem benignè concessit, sed secularibus negotiis implicari metuens secundam renuit, & abscessit. Tandem victus precibus annuit voto Regis, quem cum baptizaret, tacentibus cunctis infans respondit amen. Post hoc Rex ipsum in traiectensem episcopum sublimari fecit, qui cum à plerisque verbum predicationis cõtemni videret, in valconiam iuit. Vbi cum quidam ioculator verba eius irrideret, à damone arripitur & proprijs dentibus se discerpens quod viro Dei iniuriã fecerit confiteretur, & statim miserabiliter moritur.

B Dum autem quadam vice manus laueret, quidam episcopus aquam illam seruari fecit, de qua quidam cæcus post modum curatus fuit. Cùm in quodam loco de voluntate Regis monasterium construere vellet, quidam episcopus proxime ciuitatis molestè hoc sustinens, misit famulos suos vt aut ipsum occiderent vel inde eijcerent. Qui venientes eidem dolose dixerunt, vt secum pergeret: & sibi locum aptum ad monasterium ostenderet. Ille autem maliciam eorum pre cognoscens vsque ad cacumen montis, vbi eum occidere cupiebant cum eis iuit: eo quod multum martirium affectaret. Sed ecce tanta pluuia & tempestate mons tegitur, vt se mutuo videre non possent, & se iam mori putantes prostrati veniam postulabant, & vt eos viuos abire permitteret, exorabant. Qui orationem effudit, & serenitatem maximam impetrauit. Illi ergo ad propria redierunt, & sanctus Amandus euadens, & multa alia miracula faciens, in pace quieuit. Floruit circa annum domini. dclij. tempore Eraclij.

De sancto Valentino.

VALENTINVS dicitur quasi valorem tenens, hoc est, in sanctitate perseverans vel dicitur Valentinus, quasi valens tyro. i. miles Christi. Miles dicitur valens, qui nunquam cedit, fortiter ferit, se valenter defendit, potenter vincit, sic Valentinus non cessit martyrium vitando, percussit idolatriam euacuando, defendit fidem confitendo, vicit patiando.

LEGENDA XLIII. A.

VALENTINVS reuerendus presbiter fuit, quem Claudius imperator ad se adduci faciens interrogauit, dicens. Quid est Valentina, cur amicitia nostra non frueris, vt deos nostros adorans superstitionem tuam abijcias & unitatis. Cui Valentinus. Si gratiam Dei scires, ista nequaquam diceres, sed ab idolis animam reuocares, & Deum, qui est in caelis, adores. Tunc quidam qui Claudio asabat, dixit. Quid vis dicere Valentinae de sanctitate deorum nostrorum Cui Valentinus. Ego de eius nil dico, nisi quod fuerunt homines miseri, & omni immunditia pleni. Ad quem Claudius. Si Christus verus Deus est, cur mihi non dicis, quod verum est. Cui Valentinus. Verè christus solus Deus est in quem si credideris, anima tua salua-

saluabitur respublica angebitur, omnium inimicorum tibi victoria concedetur. Respondens autè Claudius astantibus dixit. Viri Romani audite quam sapienter & rectè loquitur homo iste. Tunc dixit praefectus. Seductus est imperator. Quomodo deferemus quod ab infantia tenuimus? Et tunc cor Claudij immutatum est. Traditur autem cuidam principi in custodiam. Et tunc in domum eius ductus fuisset, dixit. Domine Iesu Christe verum lumen illumina domum istam: vt te verum Deum cognoscant. Cui praefectus. Miror te dicentem, quod Christus est lumen. Equidem si filiam meam diu cæcam illuminaueris: faciam quaecumque preceperis. Tunc Valentinus orans eius filiam cæcam illuminauit: & omnes de domo sua conuertit. Tunc imperator Valentinum decollari precepit circa annum domini. cclxxx.

De sancta Iuliana.

LEGENDA XLIIJ. A.

IULIANA dum Eulogio praefecto Nicomediae desponsata esset: & noller sibi aliquatenus copulari, nisi reciperet fidem Christi: iussit eam pater suus expoliari, & grauissime caedi, ac ipsi praefecto tradi. Cui praefectus ait. Dulcissima mea Iuliana, cur me ita delulsisti: vt me sic renueres? Cui illa. Si tu adoraues Deum meum acquiesca tibi: alioquin nunquam dominus meus eris. Cui praefectus. Domina mea hoc facere non possum: quia imperator amputari faceret caput meum, Cui Iuliana. Si ita times imperatorem mortalem: quomodo vis vt imperatorem non timeam immortalem, Fac quicquid vis, quia me decipere non valebis, Tunc praefectus iussit eam grauissime virgis caedi: & dimidio die per capillos appendi: et plumbum liquefactum in capite eius fundi: quod cum nihil ei nocuisset. ipsam cathenis ligauit, & in carcerem reclusit. Ad quam venit diabolus in specie angeli dicens. Iuliana ego sum angelus dñi, qui me ad te misit vt te de bea comouere: vt, dijs sacrifices, ne tandiu crucieris, & tantam morte moriaris. Tunc Iuliana flens orauit dicens. Domine Deus meus ne permittas me perire, sed ostende mihi quis est iste, qui mihi talia persuadet. Factusque est ad eam vox, vt ipsum apprehenderet, & quis esset ipsum cogere confiteri, quæ cum eum tenuisset & quis esset interrogasset. dixit ei quod daemon esset, & quod ad eam decipiendam pater suus ipsum misisset. Cui Iuliana. Et quis est pater tuus? Respondit Beelzebub, qui ad omnia mala nos dirigit, & facit nos grauiter verberari, quoties à Christianis fuerimus superati, & ideo scio quod malo meo huc veni, quia te superare non potui. Inter alia quæ confessus est, dixit, quia tunc maxime à christianis elongabatur, quado mysterium dominice corporis agebatur, & quæ orationes & prædicationes fiebant, tunc Iuliana manibus retrorsum ipsum ligauit, & ad terram ipsum deiiciens cum cathena, qua erat ligata, ipsum durissime verberauit. Diabolus verò clamans rogabat eam dicens. Domina mea Iuliana miserere mei. Tunc iussit praefectus, vt Iuliana de carcere educeretur, & exiens traheretur post se daemone alligatum. Daemone autem rogabat eam dicens. Domina mea Iuliana noli amplius de me ridiculum facere. Nò enim potero vltra in quæpiã præualere. Christiani enim dicuntur misericordes

esse, & tu nullam de me misericordiam habes. Sicque per totum forum ipsum traxit, & postea in quadam latrinã ipsum proiecit. **B.** Cùm autem ad praefectum peruenisset, in quadam rota adeo est extensa, quod omnia eius ossa vsque ad medullarum exitum sunt contracta. Angelus autem domini rotam comminues ipsam in momento sanauit, quod videtes quæ aderat, crediderunt, & statim de collati sunt viri quingenti, & mulieres. cxxx. Deinde cum in quadam ollã plumbo liquefacto plenã missa fuisset, sed plumbum velut temperatũ balneum factum esset, maledixit praefectus dijs suis, qui vana puellam punire nõ poterant quæ tantã iniuriã eis irrogabat. Tunc iussit eã decollari. Quãdã ad decollandũ duceretur, daemone quæ verberauerat in specie iuuenis apparens clamabat dicens. Nolite ei parcere, quoniam deos vestros vituperauit, reddite ergo ei quod meruit. Cùmque Iuliana paululum oculos aperuisset, vt videret quis esset, quæ talia loqueretur, daemone aufugies exclamauit. Heu heu me miserum, adhuc puto quod me velit capere & ligare. Cùm ergo beata Iuliana decollata fuisset, praefectus nauigas in mari cum. xx. xliij. viris orta tempestate submersus est. Horum autem corpora cum mare iactasset à feris & auibus sunt comesta.

De cathedra sancti Petri apostoli.

ATHEDRA triplex esse dicitur. scilicet regalis. i. regum. xxij. Dauid sedens in cathedra & c. Saacerdotali. i. Reg. ij. Heli, sacerdos sedente super cellam & c. Magistralis. Mat. xxij. Super cathedram Moysi & c. Beatus ergo Petrus sedit in cathedra regali, quia fuit princeps omnium regum. Saacerdotali, quia fuit pastor omnium clericorum. Magistrali, quia fuit doctor omnium Christianorum.

LEGENDA XLIIJ. B.

ATHEDRA sancti Petri ab ecclesia festiuè colitur, quia tunc beatus Petrus apud Antiochiã in cathedra honore sublimatus fuisse perhibetur. Huius autem solennitatis insitutio quadruplicem causam habere videtur. Prima causa est. Cùm em beatus Petrus apud Antiochiã prædicaret, Theophilus princeps ciuitatis illius dixit ei. Petre, quare rone populũ meũ subueris. Cũ ergo Petrus fidẽ Christi prædicaret ille. eũ vinculari fecit, & sine cibo & potu eum manere permisit. Sed cũ Petrus iam penè deficeret, resumptis ramen viribus eleuans oculos ad cœlum ait. Iesu Christe miserere adiutor adiuua me in his tribulationibus deficiẽtẽ. Cui dominus respondit. Petre credis te derelictũ à me. Meæ bonitati derogas, si talia cõtra me decere non formidas. Præstos es, quæ tuæ subueniat misericordia. Audiens autẽ Paulus incarnationẽ Petri ad Theophilũ venit, & se multis operibus & artibus summũ opificẽ esse asseruit. Ligna & tabulas se scire sculperẽ, tentoria pũgere, & multa alia industria operari dixit. Qui à Theophilo obnixè rogatur, vt in eius curia secum cõsistat. Euolutis paucis diebus. Paulus ad Petrũ absconẽ in carcerẽ introiuit: quẽ vidẽs penè mortuũ & consumptũ amarissimè flere cœpit, & in amplexus eius quasi flẽdo deficiebat, & propòs sic inquit. O Petre frater mi gloria mea, gaudiũ meũ, dimidiũ animæ meæ, meo introitu resume vires. Tunc Petrus oculos aperies, & ipsum cognoscẽs lachrymari cœpit, sed sibi loqui non potuit, & accurrens Paulus vix os eius aperuit: & imponens cibum ipsam

re focillauit. Cum autem Petrus cibo confortatus fuisset: occurrens in oscula Pauli ruit: & ambo plurimum fuerunt. Paulus autem occulte rediens Theophilo dixit. O bone Theophile magna est gloria tua, & curialitas tua honestatis amica. Dehonestat multa bona exiguum malum. Reminiscere quid fecisti illi Deicolæ qui dicitur Petr' velut esse aliquid magni. Pānosus, deformis macia, cōsumpt' p omnia vilescit, solo sermone clarescit: & talem te decet in carcerē ponere. Qui potius, si libertate solita frueretur, posset tibi in aliquo vtilior esse. Nam sicut de illo homines quā aiunt. Infirmos sanant: mortuos suscitant. Cui Theophilus. Fabulosa sunt ista Paulæ quæ dicis: quia si mortuos suscitare posset: seipsum de carcere liberaret. Cui Paulus. Sicut Christ' suus à mortuis resurrexit, vt dicitur, q tñ de cruce descendere noluit: sic Petrus, vt aiunt, hoc exēplo se nō liberat: & pati pro Christo nō formidat. Cui Theophilus. Dic ergo ei vt filiū meū iā p xiiij. annos mortuum resuscitet, & incolumē eū reddā & liberū. Ingressus igit' Paul' dixit Petro quomodo resuscitationē filij principis spopōdissit. Cui petr'. Rē grādā Paule promissisti: sed dñi virtute facillimā. Sed cum Petrus educt' de carcere monumēto apto pro eo orasset: cōtinuō resurrexit. Sed penē p omnia verisimile nō videt' vt aut Paulus humana astutia se talia fabrilia scire cōponere sineret: aut vt sentētia iuuenis per xiiij annos suspensa fuisset. Tūc Theophilus & vniuersus populus Antiochiæ, & alij quā plures dño crediderunt: & gloriosā ecclesiā fabricauerūt. In cuius medio excelsum cathedrā collocauerūt, vt Petr' ab omnibus videri & audiri posset, exaltauerunt. In qua septē annis sedit: sed post modum veniēs Romā, in Romana cathedra sedit. xxv. annis. De primo tñ honore ecclesia celebrat: quā tūc priūlati ecclesiæ cōperit loco potestate & nomine sublimari. Tunc ergo impletum est illud, quod legitur in psalmo, Exaltēt eum in ecclesia, &c. Et notandum, quod triplex est ecclesia, in qua beatus Petrus fuit exaltatus. scilicet ecclesia militāriū, malignānū & triumphānū. In hac triplicē ecclesiā exaltat' est secundū triplicē festiuitatē, quā de ipso ecclesia celebrat. Est enim exaltat' in ecclesia militāriū eidē spōdēdo, & eā in animo & fide & morib' laudabiliter regendo: & hoc quātū ad solennitatē hodiernā quæ dicitur cathedra: quia tunc super Antiochenā ecclesiā pōtificatum accepit: & eā. vij. annis laudabiliter rexit. Secundō est exaltatus in ecclesia malignāntium: ipsam. scilicet dissipādo, & eā ad fidem conuertendo: & hoc pertinet ad secundam festiuitatem quæ dicitur, ad vincula. Tunc enim malignāntium ecclesiā dissipauit: & multos ad fidē cōuertit. Tertio est exaltatus in ecclesia triumphantium in ipsam sollicitem introēdo: & hoc quantum ad tertiam solennitatem quæ est passionis eius: quia tunc ecclesiam triumphantium introiuit. C. ¶ Notandum etiam, quod pluribus alijs rationib' ecclesia ter in anno de eo festiuitatē facit: sed propter priuilegium: propter officium: propter beneficium: propter debitum: & propter exemplum. Propter priuilegium, quoniam beatus Petrus ab alijs apostolis in tribus fuit priuilegiatus, propter quæ tria priuilegia ecclesia ter in anno eum honorat. Fuit enim p̄ ceteris dignior in autoritate, quoniam princeps apostolorum extitit, & clamus regni cœlorum accepit. Feruentior in amore, cum

maiore enim feruore Christum dilexit quā ceteri, si cut in multis locis euāgelij manifestatur. & efficacior in virtute. Nam ad vmbra Petri (vt legitur in actibus) sanabantur infirmi. Secundō propter officium. Ipse enim officium prælationis super vniuersam ecclesiam habuit, & ideo sicut Petrus fuit princeps & prælat' totius ecclesiæ: quæ diffusa est in tribus partibus mundi. scilicet Asia, Africa & Europa, ita ecclesia ter in anno celebrat festum eius. Tertio, propter beneficium, quia ipse qui potestatem accepit ligandi atq; soluendi liberat nos à tribus generibus peccatorum. scilicet cogitationis locutionis & operationis, vel quod in Deum, quod in proximum, quod in nos peccauimus. Vel istud beneficium potest esse triplex beneficium. aliud quod virtute clauium peccator in ecclesia consequitur. Primum est absolutionis à reatu ostensio. Secundum est poenæ temporalis secundum partem relaxatio. Et propter hoc triplex beneficium sanctus Petrus tripliciter est honorandus, Quartum propter debitum: quia enim ipse tripliciter pavit & pascit nos. scilicet verbo, exemplo & temporali subsidio, siue orationis suffragio, ideo obligamur, vt ipsum tripliciter honoremus. Quintum propter exemplum, vt nullus peccator desperet, etiam si tertio sicut Petrus, Deum negauerit, si tamen eum sicut ipse velit corde, ore & opere cōfiteri. D. ¶ Secunda causa institutionis est hæc, quæ quidem de iustitiam ratione Clemētis est sumpta. Cum enim Petrus verbū Dei prædicans Antiochiam appropinquaret, omnes de ciuitate illa ei obuiauerunt nudis pedibus pergentes cilicij se induentes, & caput puluere aspergentes, agentes poenitentia, quod contra eum. Simoni mago consentissit, Petrus verò eorum poenitentiam videns, gratias deo egit. Tūc illi obtulerūt ei omnes vexatos lægionibus, & dæmonibus fatigatos. Quos cū Petrus ante se poni iussisset, & sup eos nomē dñi inuocasset, immēsum lumē ibidē apparuit, & omnes protinus sūt sanari currentes & osculātes vestigia sancti Petri. Tūc intra septē dies plus quā decem milia hominū baptisma susceperūt, ita vt Theophilus præcepit ciuitatis illius domū suā in basilicā fecerit cōsecrari, & ibidē Petro excellā cathedrā collocari, vt ab omnibus videretur, & audiretur. Nec istud contrarium est his, quæ superius dicta sunt. Potuit etiam fieri, q Petrus p operationē Pauli à Theophilo & toto populo magnificē sit susceptus. Sed recedente Petro Simo magus populū peruertit, & cōtra Petrum grauiter incitauit. Postmodum verò poenitentiam agens, iterum honorabiliter eum recepit. Hoc autem festum de cathedratione beati Petri consuevit appellari festum epularum beati Petri, & hinc tertia sumitur ratio institutionis huius festi, consuetudo enim fuit antiquitus gentilium (vt ait magister Ioannes Belet' h) singulis annis in mense februario certo die epulas offerre super tumulos parentum suorum, & eas de nocte dæmones consumebant. Ipsi autem ab animabus circa tumulos errantibus, quas vmbra vocabant, vastari putabant. Solebant enim antiqui dicere, vt idem ait, quod quādo in humanis corporibus sunt, dicuntur animæ, in inferis manes spiritus verò vocabant, quando ad cœlos ascendebāt, vmbra, quando recens erat sepultura, siue quādo circa tumulos errabant. Hæc autem consuetudo de ipsi-

epulis

epulis vix à christianis potuit extirpari. Quod sancti patres attendentes, & hoc penitus extirpare volentes festū de incathedratione beati Petri: tū de illa quæ fuit Romantū de illa quæ fuit Antiochiæ statuerūt illo. scilicet eodē die, quo talia fiebāt. Vnde ab illis epulis adhuc ab aliquibus festū beati Petri epularum vocat. Quartō instituta est propter reuerentiā coronæ clericali. Notandum enim quod iuxta aliquorū traditionē corona clericorum hinc primo sumpsit initium. Nā dum Petrus Antiochiæ prædicaret in cōtumeliā nominis christiani summatatē eius capitis abraferunt. Quod quidē postmodum toti clero deditur in honorē, q p Christo apostolorū principi in cōtumeliā fuerat irrogatū. Circa autē ipsam coronā clericorū tria attēdunt. scilicet capitis abrasio capillorū detruncatio & formæ circulario. Abrasio autē in superiori pte capitis sit triplici rōne: quarū duas assignat Dionysius in ecclesiastica hierarchia dicens. Detōsio capillorum signat mundā & nō formabilem vitā. Ad capillorum emū detōsionē siue capitis abrasionē tria sequunt. scilicet munditiæ cōseruatio: deformatio & denudatio. Munditiæ cōseruatio: quia ex capillis fordes in capite aggregātur. Deformatio: quia capilli ad ornatum sunt. Significat ergo tōsura mundā & nō formabilem vitā. hoc est quod clerici debēt habere munditiā mētis interioris, & nō formabilem. i. nō exquisitum habitum exterius. Denudatio autē significat, q inter se & Deum nihil debet esse medium: sed immediatē debēt Deo vniri & eleuata facie domini gloriā speculari. Capillorū detruncatio sit, vt ex hoc det intelligi, q clerici omnes cogitationes superfluas à mēte sua debēt scindere: & ad verbū Dei semp auditū paratū & expeditū habere: & omnia tēporalia præter quā ad necessitatē à se poenitus remouere. Fit autē circularis figura multiplici rōne. Primò, quā hæc figura non habet finē neque principii: p quod dat intelligi, quod clerici sūt ministri Dei, q nec habēt principium nec finē. Secundò, quā hæc figura nullū angulū habet: & significat quod clerici nō debent habere fordes in vita: quā vbi angulus, vbi fordes: vt dicit Ber. Et debēt habere veritatē in doctrina: quā veritas angulos nō amat, sicut dicit Hier. Tertio, quā hæc figura est omnium figurarū pulcherrima. Vñ in hac Deus cælestes creaturas fecit: p quod significatur, q clerici debēt habere pulchritudinem interioris in mēte, & exterius in conuersatione. Quarto, quoniam hæc figura est omnium figurarū simplissima. Nulla enim figura, vt dicit Aug. ex vna linea consistit. Sola circularis figura est, quæ vna tantum linea clauditur: p quod significatur q clerici habere debent simplicitatem cōlumbā iuxta illud. Estote simplices sicut columbæ.

De sancto Mathia apostolo. A.

MATHIAS hæbraice: latine dicitur donatus domino: vel donatio dñi: vel humilis siue pūulus. Nā donatus à dño fuit, quā ipsum de mundo elegit, & inter septuaginta duos discipulos designauit. Donatio dñi fuit, quando sortē electus inter apostolos nominari promeruit. Paruus fuit: quia veram semper humilitatem seruauit. Est autē triplex humilitas, sicut dicit Ambr. Prima est afflictio nis, quæ quis dicitur humiliatus. Secunda consideratio nis, quæ procedit ex consideratione sui. Tertia deuotionis: quæ procedit ex cognitione creatoris. Primam habuit beatus Mathias martyrium patiendo. Secun-

dam seipsum despiciendo. Tertiam maiestatem Dei admirando. Vel dicitur à manu quod est bonum: & thesis positio: inde Mathias bonum positum pro malo. scilicet pro Iuda. Eius vitam quæ per ecclesias legitur. Bedam scripsisse creditur.

LEGENDA XLV. B.

MATHIAS apostolus in locum Iudæ substitutus est: sed primo ortum & originem ipsius Iudæ proditoris breuiter videamus. Legitur enim in quadam historia, licet apocripha, quod fuit quidam vir in Hierusalē nomine Ruben, quem alio nomine dictus est Simon de tribu Dan. vel secundum Hiero. De tribu Ysachar, quæ habuit uxorem quæ Cyborea nuncupata est. Quadam igitur nocte cum sibi mutuo debitum exsoluissent, Cyborea obdormiēs somnium vidit, quod præterita cum genitibus & suspirijs viro suo retulit, dicens. Vi debatur mihi quod filium flagitiosum parere qui totius gentis nostræ causa perditionis existeret. Cui Ruben, Nephariam inquit rē: nec relatu dignā prophas, & spiritu seu puto phitonico raperis. Cui illa. Si me concepisse sensero, & filium peperero: absq; dubio nō spiritus phitonicus extitit: sed reuelatio certa fuit. Procedere igitur tēpore cū filii peperisset, parētēs plurimū timuerunt: & quod de eo faceret, cogitare cōperūt. Cūq; filium abhorrent occidere: nec vellēt destructionem sui gnīs enutrire: ipsum in fiscella positū mari exponunt. Quæ maris fluctus ad insulā prætulērūt, quæ Scharioth dicit. Ab illa igitur insula Iudas Scarioth appellatus est. regina autē illius loci carēs liberis ad litrus maris causa spaciādī, pcessit & fiscellam à marinis suctibus iactari vidēs ipsam aperiri pceptit: inueniēns quib' puerum elegantis formæ suspirans ait. O si solatijs tantæ subleuarer sobolis: ne regni mei priuarer successore. Puerum igitur secreto nutriri fecit, & se grauidam simulauit. Tandem se filium peperisse mentitur: & per totum regnū fama hæc celebris diuulgat. Princeps pro suscepta sobole vehemētē exultat: & ingenti gaudio plebs lætatur. Ipsum igitur secundum magnificentiam regiam regina educari fecit. Non post multum verò temporis regina de rege concepit: & suo tempore filium parturuit. Cum autem pueri aliquantum iam creuissent, ad inuicem sapius colludebant: & puerum regium Iudas crebris molestijs & iniurijs molestabat: & ad sterum sapius prouocabat. Regina autē hoc molestē ferēs & Iudā ad se nō pertinere sciēs ipsum crebris verberabat: sed nec sic à molestia pueri desisteat. Tandem res panditur. & Iudas non verus reginæ filius, sed inuentus fuisse aperitur. Quod Iudas vt comperit, vehementer erubuit, & fratrem suum putatium filium regis latēter occidit. Ob hoc capitalē sententiā timēs cum tributarijs in Hierusalē aufugit, seq; curiæ Pilati tunc præsidis mācipauit. Et quoniam res similes sibi sunt habiles. Pilatus Iudā suis moribus inuenit cōgruere, & ideo cepit ipsum valde charū habere. Vniuersi igitur curiæ Pilati Iudas præficunt, & ad eius nutum omnia disponuntur. Quadam igitur die Pilatus de Palatio suo in quoddam pomerium aspiciens, illorū pomorum tantum desiderio captus est, vt penē deficere videret. Erat autem illud pomerium Ruben patris Iudæ: sed nec Iudas patrem, neq; Ruben

filium agnoscebat: qui & Rubē ipsum in marinis fluctibus perijisse putabat: & Iudas quis pater aut que patris sua fuerit penitus ignorabat. Pilat⁹ atq; accersito Iuda ait. Tanto illorum fructuum captus sum desiderio, quod si his frater frater fuero, spiritum axalabo. Cōcitus igitur Iudas in pomerium insilijt: & velocius mala carpit. Interea Ruben venit: & Iudam mala sua carpentem inuenit. Fortiter igitur ambo contrēdunt, & iurgia super addunt. Post iurgia surgunt ad verbera: & mutuis se iniurijs affecerunt. Tandem Iudas Ruben in ea parte qua ceruix collo connectitur lapide percussit, pariter & occidit. Poma igitur sustulit: & Pilato quid acciderit enarrauit. Iā die inclinante & nocte superueniente Rubē mortuū inuenit: subitaneāq; morte puentus esse putatur. Tūc Pilatus omnes facultates Rubē Iudæ tradidit. & Cyborēā vxorē Ruben in coniugem Iudæ ei dedit. Quadā igitur die dū Cyborēā grauius respiraret: & Iudas vir eius qd haberet, diligēter interrogaret, illa respōdit. Heu infelicissima sum omnium sceminarū: quia infātulū meū marinis fluctibus immerisit: & virū meū morte puentū inueni: sed & dolori misere. Pilatus addit dolorē q me mestissimā nuptiū tradidit, & inuitissimā tibi in coniugē copulauit. Cūq; illa omnia de illo infantulo enarrasset: & Iudas illa q sibi acciderant retulisset, inuētū est q Iudas matrē suā in vxorem duxerat, & q patrē suū occiderit. Pœnitētia igitur ductus suadente Cyborēā dominū nostrū Iesum Christū adiit: & suorū delictorū veniā implorauit. Hucusq; in p̄dicta historia apocripha legitur: que vtrū recitāda sit lectoris arbitrio relinquitur: licet sit potius relinquenda quā asserēda, Dñs autē eū suū fecit discipulū: & de dēfipulo in suū elegit apostolū. Qui adeo sibi familiaris exiit & dilectus: vt eū faceret suū procuratorē, quē postmodū pertulit suū p̄ditōrē. Portabat em̄ loculos: & ea q Christo dabant, furabatur. Dolens verō tēpore dñicæ passionis q vnguentū quod tricēt os denarios valebat, nō fuerat vēditū, vt illos etiā denarios furaretur: & abiit & dominū. xxx. denarijs vendidit, quorū vnusquisq; valebat decē denarios vsuales: & ita damnū trecentorū denariorum recompensauit. Vel vt quidam aiunt, omnium quæ Christo dabantur, decimam partem furabatur: & ideo pro decima parte quam in vnguento amiserat. s. pro xxx. denarijs dominum vendidit. Quos tñ pœnitētia ductus retulit: & abiēs laq̄ se suspēdit, & suspēsus crepuit medijs: & diffusa sunt viscera eius. In hoc autē delatū est ori: ne pos offenderetur. Nā em̄ dignū erat, vt os tā vililiter inquinaret, quod tā gloriosum os. s. Christi cōgrerat. Dignū etiā erat vt vicerā q p̄ditionem cōceperat, rupta caderēt: & guttur à quo vox p̄ditionis exierat, laq̄ arretetur. In aere etiā interiit, vt qui angelos in cœlo & homines in terra offenderat, ab angelorū & hominū regione separaret. & i aere cū dæmonibus sociaret. C. Cū igit inter ascēsiōnē & p̄tēcositē apostoli in cœnaculo simul esēt, vidēs Petr⁹ quod numerus. xij. apostolorū erat diminut⁹, quos tñ dñs in hoc numero elegerat, vt fidē trinitatis i quatuor mūdi p̄tib⁹ p̄dicaret, surrexit. I medio fratrū dicēs. v̄ri fratres oportet vt aliquē loco in hāc substantiam, q̄ f̄stetur nobiscū resurrectionem Christi, qā dñs dixit nobis. Eritis mihi testes i Hierusalē & i omni Iudæa & Samaria & vsq; ad vltimū tē-

re. quia testis nō nisi de his q̄ vidit, debet testimoniū ferre, eligendus est vnus ex his viris, qui nobiscū semper fuerunt: & domini miracula viderunt: & eius doctrinam audierūt. Et statuerunt duos de septuaginta duobus discipulis. s. Ioseph, qui cognominatus est iustus pro sanctitate sua, qui fuit frater Iacobi Alphei, & Mathiā, de cuius laude subicitur, quia sufficit ei p̄ laude, q̄ in apostolū est electus: & orātes dixerunt. Tu domine qui nosti corda omnium ostende quē elegeris ex his duobus accipere locū ministerij huius & apostolatum quem Iudas amisit. Et datis illis sortibus cecidit fors super Mathiā: & annumeratus est cū. xj. apostolis. Et notandum quod exēplo hoc, vt ait Hieronim⁹ est sortibus vtendū: quia priuilegia paucorum cōmunem legem nō faciunt. Rursus etiā sicut ait Beda donec veniret veritas figuram licitū obseruare. Vera enim hostia in passione fuit immolata: sed in Pēthecoste cōsummata. & ideo in electione Mathiæ sortibus vsi sunt, ne à lege discrepant, in qua summus sacerdos forte quærebatur. Post Penthecostē verō iam veritate propalata septē diaconos nō sorte sed discipulorum electione & apostolorū oratione & manuum impositione ordinari sunt. Cuiusmodi autem hæc sortis fuerint duarū sanctorum patrū extant sententiæ. Hieronim⁹ & Beda volunt, q̄ hæc sortes tales fuerunt, quales illa quatuor in veteri lege creberimus vsus erat. Dionysius autē qui fuit Pauli discipul⁹, irreligiosum existimat hoc arbitrari, asserens sibi videre q̄ illa fors nihil aliud fuerit, nisi qdā splendor & radius diuinitus super Mathiā emissus, per quem ipse ostēdebat in apostolū assumēdus. Ait enim sic in libro ecclē. Hieronim⁹. De diuina autē sorte quæ super Mathiā diuinitus cecidit, alij quidā alia dixerāt non religiose sicut arbitror, meā autem & ipse intentionem dicam. Videtur enim mihi eloquia sortem nominare hierarchicū quoddam donum demōstrās. illi hierarchico choro à diuina electione susceptum. Hic igitur Mathiā apostolus Iudæam in sortem accepit: & prædicationi ibidem insistent, & multa miracula faciens, in pace quiescit. In nōnullis verō codicibus legitur, q̄ pacibulum crucis pertulit, & tali martyrio coronatus cœlos ascēdit. Huius corpus Romæ in ecclesia sanctæ Mariæ maioris sub lapide porphyreico sepultum esse dicitur: & ibidem caput eius populō demonstratur.

D. ¶ In quadam verō legenda quæ treueris inuenitur, sic inter cætera legitur: Mathias de tribu Iudæ & ciuitate Bethleem illustri prosapia, oriūsus fuit. Qui literis traditus omnem in breui legis & prophetarum scientiam apprehendit. Lasciuia quoq; abhorrens, pueriles annos morum maturitate vincebat. Informabatur quoq; eius animus ad virtutem, vt esset ad intellegendam habili ad misericordiam facilis, in prospectu non elatus, in aduersis constans & intrepidus. satagebat vt quod iussu præceperat, opere compleret, & oris doctrinam manuum operatione monstraret. Hic cum per Iudæā prædicaret, cæcos illuminabat, leprosos mundabat, dæmones expellebat, claudis gressum, surdis auditum, mortuū vitam restituebat. Qui cum coram pontifice accuseretur, in multis respondit de obiectis quæ crimina dicitis non oportet me multa dicere, quoniam christianum esse non est criminis sed gloriæ. Cui pontifex. Si tibi dantur induciæ, vis pœnitentia?

tere? Et ille. Absit vt à veritate quam semel inueni, per apostasiā digrediar. Igitur Mathias in lege erat doctissimus: corde mundus: animo prudēs: in soluendis q̄stionibus sacrę scripture acutus: in cōsilio prouidus: in sermocinatione expedit⁹. Qui cū verbū dei p̄ Iudæā prædicaret, multos signis & p̄digijs cōuertebat. Vñ Iudæi inuidentes ipsum in cōsilio statuerūt. Duo ergo falsi testes, qui ipsum accusauerāt primō, in ipsum lapides miserūt, quos lapides in testimoniū illis secū petijt sepeliri. Qui dū lapidaret, securi more romano pcutit: & extensis in cœlū manibus spm̄ dño reddidit. Et subditur ibidē. Cuius corp⁹ de Iudæa Romā & inde treuerim est trāslatū. E. ¶ In quadā verō alia legenda legitur, q̄ dū Mathias in Macedoniā aduenisset: & fidē Christi prædicaret, quadā potione toxicatā q̄ visu cūctos priuabat, sibi dederūt: quā in Xpi nomine bibit: & nullā lēsiōnē incurrit. Et cū illa potione plusq̄. ccl. excecessent, ille singulis manū imponēs oēs illuminauit. Diabol⁹ autē in similitudine infantis eis apparens suauit, vt Mathiā occideret, qui eorū cultū euacuaret. Et cū ipse in medio eorū cōsisteret: tribus tñ dieb⁹ eū querentes, minime inuenerūt. Tertia autē die se eis manifestans dixit. Ego sum, quē manibus post tergū ligatis & fune collo imposito crudeliter afflixerunt: & sic in carcere recluserūt: vbi dæmones apparentes dentibus in eū fremebāt: sed appropinquare nō poterant, Dñs autē cū multo lumine ad eum veniens ipsum de terra leuauit: & vincula soluens, dulciter confortans ostium aperuit. Qui egressus verbum dñi predicauit. Cum autem quidam obstinati peristerent, dixit eis. Denuncio vobis, quod viui in infernum descendetis. Moxq; terra se aperuit: & cunctos illos deglutiuit: reliqui verō ad dominum sunt conuersi.

De sancto Gregorio.

GREGORIUS dicitur à grex: & gregē, quod est prædicare siue dicere: vnde Gregorius, quasi gregis prædicator, Vel dicit Gregori⁹, quasi egregorius, ab egregius & gregē, quasi egregius prædicator & doctor. Vel Gregorius in lingua nostra vigilās sonat: quia ipse vigilauit sibi deo & gregi. Sibi per mundiciē cōseruationem: Deo per internam cōtemplationem: gregi per assiduam prædicationem & hæc tria merentur Dei visionem. Aug. in lib. de ordine. Is videt Deum, qui bene viuunt, bene student, & bene orat. Eius vitā scripsit Paulus lōgobardorum historiographus, quem Ioānes diaconus diligentius postmodum compilauit.

LEGENDA XLVI. B.

GREGORIUS senatoria stirpe progenitus: cuius pater Gordianus & mater Siluiana dicebatur. Cū summū philosophiæ apicem in ipsa sua adulescentia attigisset, acerrū & diuitiarum copia plurimū abudaret: cogitauit tamen hæc omnia deserere, & in religionē se tranfferre. sed dum longius conuersionē protraheret: & vt tutius se Christo famulaturū putaret, si sub prætoris vrbani habitu mūdo specie tenus deserviret: cōceperunt multa contra eum ex seculari cura succrescere: ita vt non tñ specie: sed in eo tetineretur, & mente. Tandem patre orbatus sex monasteria in Sicilia construxit: septimum intra mœnia vrbis sub honore sancti Andreæ Apostoli in proprio dogmate fa-

bricauit. In quo relictis fericis auro gēmisq; radientib⁹ vili monastico habitu tegebatur: vbi ad tantā perfectionem in breui deuenit: vt in ipso suæ conuersionis initio posset iam in perfectorum numero computari. Cuius quidem perfectio ex verbis suis, quæ in prologo sup dialogū ponit, aqualiter perpendi potest: vbi sic dixit. Is scilicet animus meus occupationis suæ pulsatus vulnere, meminit qualis aliquē monasterio fuit quō ei labentia cuncta subter erāt: quantū rebus omnibus quæ voluēt eminebat, quod nulla nisi cœlestia cogitare cōsueuerat, quod etiam retent⁹ corpore ipsa iam carnis claustra cōtemplatione trāsbat: quod mortē quoq; pœnē cūctis pœna est: videlicet vt ingressum vitæ & præmiū laboris sui amabat. Tanta denique districōne corpus suū afflixit, vt infirmato sto macho sustinere vix valeret: & incisionem vitalium, quam græci sincopim vocant, patiens crebris angustijs per horarum momēta ad exitum propinquaret. Quadam vice dum quidam in monasterio suo, vbi abbas præerat, scriptitaret angelus domini in specie naufragi sibi affuit, sibiq; misereri lachrymabiliter postulauit: cui cū Gregori⁹ sex argenteos dari fecisset, & abiisset, eadem die iterum redijt: seq; multa perdidisse: pauca verō recepisse phibuit. Qui cū ab eo totidē argenteos recepisset, iterū vice tertia reuersus misereri sibi importunis clamorib⁹ postulabat. Sed Gregori⁹ cū à procuratore sui monasterij didicisset, nihil dandū præter scutellā argenteā quam mater sua cū leguminib⁹ mittere solebat i monasterio remāsisse, illā statim dari precepit. Quā ille libētē accipiens letus abscessit. Hic autē angel⁹ domini fuit, sicut se sibi postmodum reuelauit. C. ¶ Quadā die beatus Gre. p̄ forū vrbis Romane trāsies cernit quosdā pueros forma pulcherrimos: vultu venustos: capillorum nitore p̄spicuos esse inuales interrogat mercatorem, & de qua illos patria attulisset. Qui respōdit. De Britānia, cuius incolæ simili cadore resulgēt. Interrogat iterum si christiani sunt. Cui mercator. Non, sed paganici erroribus implicati tenent. Tūc Gre. acriter ingemiscēs, heu proch dolor inquit quā splendidas facies princeps tenebrarum nunc possidet. Interrogat insup quod esset vocabulū gētis illius. Cui ille. Anglici vocantur. Bene inquit Anglici quasi angelici: quia & angelicos vultus habent. Interrogauit iterum eum quod nomē haberet illa prouincia: ait mercator. Prouiciales illi Deiri vocantur. Gregorius. Bene inquit Deiri vocatur: quia de ira sunt eruenti. Rursus de nomine regis interrogat, ait mercator, q̄ Aelle diceret. Et Gregorius bene Aelle: quia alleluia in partibus illis decātarī oportet. Qui mox ad summū p̄ficē accedens cum multa instātia & precibus vix obrinuit, vt ad illos cōuertendos mitteretur. Cūq; iam iter arripisset, Romani de eius absentia plurimū perturbati Papā adēūt: & eū taliter alloquuntur: Petrum offendisti romā destruxisti: Gregorium demisisti. Sicq; papa perterritus ad eū reuocādum continuō nuncios destinauit. Dūmq; Gre. iā iter trium dierū peregisset: & in quadā loco diuertēs quidā ceteris quiescētibus lecticaret, locusta supueniēs eū cōegit à legēdo quiescere: & ex cōsideratione sui nominis docuit eū in eodem loco stare debere. Quod ille spiritu prophético dicēs statim comites adhortat: vt velocius debeant p̄ficisci. Sedi superuenien-

tibus apostolicis nuncijs redire cōpellitur: licet de hoc plurimum tristatur. Tunc papa ipsum à monasterio suo abstraxit: & suum diaconē cardinalem ordinauit.

D. ¶ Quodā tēpore Tyberis fluuius alueum suū egressus in tantum excreuit: vt super muros vr̄bis infueret: & plurimas domos euerteret: Tunc etiā p̄ Tyberim fluuium multitudē serpētū cū draconē magno in mare descendit. Sed à fluctibus cūfocati & ad lit̄ proiecti totū aērē sua putredine corruerunt: sicq; pla ga pessima qua ī īguinariā vocāt, secuta est: ita vt etiā corporali visu sagittæ cœlitus venire, & singulos quos que p̄cutere viderent. Qua primo omnium pelagium papam percussit & sine mora extinxit. Post modum verō ita in reliquum vulgus defecit: vt subtractis habitatoribus domos plurimas vacuas in vr̄be reliquerit. Sed quia ecclesia Dei sine rectorē esse nō poterat: Gregoriū licet totis viribus retinentem: plebs omnis elegit. Cum ergo benedici deberet: & lues populum deuastaret: sermonem ad populum fecit: processione faciē lētānias instituit: vt omnes Deum attentius exoraret admonuit. Cū igitur Deum omnis congregatus populus exoraret: intantum lues ipsa defecit, vt in vna hora. xc. homines spiritum exalarent. Sed nequaquam cessauit populum admonere, vt ab oratione nunquam desisterent: donec pestem ipsam diuina propulset miseratio. Finita processione fugere voluit: sed nequirit: quia die noctūq; portas vr̄bis propter eum vigilēs obseruabant. Tandem mutato habitu à quibusdam negociatoribus obtinuit: vt in quodam dolio super quadrigam de vr̄be educeretur. Qui mox siluam expedit cauernarum: latibula requisit ubiq; tribus diebus latuit. verumtamen dum sollicitē quæreretur, columna lucis præfulgida a cœlo dependens super locum in quo latitabat, apparuit in qua columna angelos descendentes & ascendentes quidam reclusus aspexit. Moxq; ab vniuerso populo capitur, trahitur, & summus pontifex consecratur. Quod verō ad hoc honoris culmen inuitus ascenderit, qui verba sua legit, patēter aduertit. Nam in epistola ad Narsum patricium sic ait. Dum contemplationis alta describitis, ruinae meæ mihi gemitum, renouatis. Quia audiui quid intus perēdi, dum foras ad culmen regiminis immeritus ascendi. Tanto autē me merore percussum cognoscite, vt vix loqui sufficiam. Nolite ergo me vocare noēm. i. pulchrum, sed vocatē me mara, quia amaritudine plenus sum. Item alibi, quod me ad episcopatus ordinē cognoscitis peruenisse, si me diligitis plangitis, quia & ego incessanter defleo, atq; vt Deum pro me exoretis, rogo. In plōgo quoq; super dialogum sic ait. Et occasione curæ pastoralis animus meus secularium hominē negotia patitur, & post tam pulchram suā quietis speciem terreni actus puluere fodatur. Perpendo itaq; quid tollero, perpendo quid amisi. Dumq; intueor illud quod perdidī, fit hoc grauius quod porto. Ecce enim nunc magni maris fluctibus quatour, atq; in nauī mentis tempestatis validæ procellis illidor, & cum prioris vitæ recollo, quasi post tergū ductis oculis viso littore suspiro. Sed quia Romam adhuc prædicta pestis vastabat more solito processione cum Letanijs per ciuitatis circuitum quodam tēpore paschali ordinauit, in qua imaginem beatæ Mariæ semper virginis qui adhuc (vt aiunt) est

Romæ in ecclesia quæ dicitur sancta Maria maior, quam Lucas arte medicus & pictor egregius formasse dicitur: & eidem virgini similima per omnia perhibetur, ante processione reuerenter portare fecit. Et ecce tota aērē infectio, & turbulencia imagini sedebat: ac si ipsam imaginem fugeret, & eius præsentiam ferre nō posset: sicq; post imaginem mira serenitas, & æris puritas remanebat. Tunc in aère vt refertur, iuxta imaginem audita sunt voces angelorum canantium. Regina cœli lætare alleluia: quia quem meruisti portare alleluia: resurrexit, sicut dixit alleluia. Statimq; beatus Gregorius quod sequitur adiunxit. Ora pro nobis Deum rogamus alleluia. Tunc beatus Greg. vidit supra castrum crescentij angelum domini qui gladiū cruentaum detergens in vaginam remittebat. Intellexitq; Gregorius quod pestis illa cessasset, & sic factum est. Vnde & castrū illud, castrum angeli deinceps vocatum est. Tandem vt desiderauerat, Augustinum Mellitum & Ioannem cum quibusdam alijs in Angliam misit: & eos suis scibus & meritis ad hunc conuertit. E. ¶ Tantæ etiam humilitatis beatus Greg. extitit: vt se laudare nullo modo permitteret. Nam Stephano episcopo qui eam in suis epistolis laudauerat, ita scripsit. Multū mihi (& vltra quā audire debui indignus) fauorem in vestris epistolis demonstratis. Et tñ scriptum est. Ne laudes hominem quādiu uiuit: tñ & si audire talia digni non fui, orationibus vestris peto vt dignus efficiat: vt si bona q̄ esse in me dixisti, quia nō sunt, ideo sint, q̄ dixisti. Item in epistola ad Narsum. patricium. Quod causæ & nominis similitudine faciendo p̄ scripturas, claufulas, declamationesq; formati: certē frater charissime Simian Leonem vocas: quod eo modo vos agere conspicimus quo scabiosos catulos sēpē Pardos vel Tigres vocamus. In epistola ad Anastasium patriarcham Antiochenum. Quod vos memos domini lucernā dicitis: q̄ loquēdo multis prodesse, multisq; posse lucere perhibetis: exitima tione meā fateor mihi in dubitationem maximā p̄duxistis. Cōsidero nāq; qui sum: & nihil me ex huiusmodi boni signo deprehēdo. Cōsidero autē qui estis, & vos mentiri posse nō arbitror. Cū ergo credere volo, q̄ dicitis, cōtradicit mihi infirmitas mea: cū disputare volo, q̄ in laude mea dicitur, cōtradicit mihi sanctitas vestra. Sed q̄o vir sanctæ nobis aliquid de hoc certamine nostro cōueniat: vt si nō quod dicitis ita est: ita, quia dicitis. Vocabula etiā iactantia vel vanitatis fontia omnino respuebat. Vñ Eulogio patriarchæ Alexandrino, qui eū vniuersalem Papā vocauerat, ita scribat. In præfatione epistolæ quā ad me direxistis, sup̄be appellationis verbū vniuersalem me Papā dicentes imprimere curauistis. Quod peto dulcissima sc̄ctitas vestra: vltra nō faciat: quia vobis subrahāt, quod alteri plusquā ratio exigit, præbetur. Ego em̄ verbis prosperari nō quæro: sed moribus: nec honorem esse reputo, in qua fratres honorem suum perdere cognosco. Recedant ergo verba quæ vanitatem ipsant. charitatem vulnerant. Hinc est cum Ioannes episcopus Constantinopolitanus hoc vocabulum vanitatis sibi vltur parerit: & se vniuersalem Papam vocari fraudulenter à synodo obtinuisse, inter cætera sic de eo scribit. Gre. Quis est iste qui contra statuta euangelica, contra canonum decreta nouum sibi nomen usurpare præsumit: vt vel sibi siue imminutione sit vnus, qui esse appetit vniuersus? Verbū etiā iusionis sibi à conceptis dici nolebat. Vñ aīn epistola ad Eulogium episcopum Alexandrinū. Vestra mihi charitas loquitur dicens. Sicut iussistis. Quod verbū iusionis peto à meo auditu remoueri: quia scio qui sum, & q̄ estis. Loco em̄ mihi fratres estis moribus patres. Insup̄ ob nimiam humilitatē qua erat præditus, nolebat q̄ matronæ sc̄cillas suas dicerent. Vnde rusticanae principia scribens ait. Vñ in tuis epistolis egrē suscepi: quia quod semel esse poterat, lapsus dicebatur ancilla vestra & ancilla vestra. Ego enim q̄ p̄ episcopatus onera omnium seruū sum factus, qua rōne te mihi ancillā dicitis: cuius ante episcopatum susceptū proprius fui: Et ideo rogo p̄ omnipotentē Deū ne hoc verbū aliquādo ad me in scriptis tuis inueniā. Primū in suis epistolis sc̄d seruum seruorum Dei no minauit: & alios nominari instituit Libros suos dum adhuc viueret, ob nimiam humilitatem publicari nolebat: & in aliorū cōparatione suos nihil valere existimabat. Vnde Innocentio præfecto Aphricæ sic scribit. Quod expositionē. s. Iob vobis trāsmitti voluistis, vestro studio congaudemus. Sed si delitioso cupitis pabulo saginari: beati Augustini cōpatrioti vestri opuscula legite: & ad comparationē illius similitudinē nostrū furfurē nō quærat. Neq; em̄ volo dū in hac carne sū, si qua dixisse me cōtigit, ea facile hominib; innotesci.

F. ¶ Legit quoq; in quodā libro de græco in latinū trāslato, q̄ quā sanctus pater nomine abbas Ioannes cū Romā ad visitādū apostolorū umina venisset, & beatum Greg. papam per medium ciuitatis trāsire videret, voluit ei occurere: ac vt dicebat, reuerentiā exhibere. Cernēs verō beatus Greg. q̄ se in terrā vellet prosternere: festinauit: & primō se corā ipso in terram prosternit: nec inde surrexit, quousq; abbas primō surrexit, in quo maxima eius humilitas commendatur. Tāta autem largitatis eleemosynarum extitit: vt non solum præsentibus, sed etiam longē positīs, & in monte Synai monachis necessaria ministraret. Nā omnium indigentium nomina scripta habebat, & eis liberaliter subueniebat. Monasterium Hierosolymis instituit: & Dei famulis illic degētibus necessaria mittere procurauit. Tribus quoq; milibus ancillis Dei p̄ quotidianis stipendijs octoginta libras auri annualiter offerebat: quotidiē etiam ad suam mensam peregrinos quoslibet inuitabat. Inter quos die quadā vnus accessit in cuius manibus dum ipse ex humilitate aquā fundere vellet, cōuersus vr̄cem accepit: sed repente eū in cuius manibus aquā fundere volebat, nō inuenit. Cūque hoc factum secū ipse miraret, eadē nocte dominus per visionem ei dixit, Cæteris diebus me in membris meis hesterno autem die me in memetipso suscepisti. Alio quoque tempore præcepit cancellario, vt. xij. peregrinos ad prandium inuitaret: qui per gēs iussa compleuit. Dum autem simul discumberent, intuens papa xij. numerauit: & accessit cancellario cur contra suā iusionem xij. inuitare præsumplerat, inquit iuit: quos cancellarius numerans & tantum, xij. inueniens, ait. Crede mi pater non sunt nisi, xij. Animaduertit Greg. virum proprius discumbentem vultum crebro mutare: & nunc adulescentem, nunc verō sibi vetulum veneranda quadam canitū simulare. Finito igitur conuiuio illum in cubiculo duxit vehementer adiurans,

vt ei se nomē suum proderē dignaret. Qui respondēs ait. Et cur interrogas de nomine meo quod est mirabile. Verumtamē sc̄to: quia ego sum naufragus ille, cui scutellā argenteā tribuisti, quam tibi miserat cū leguminibus mater tua. Et hoc tibi pro certo sit cognitum: quia ab illo die quo mihi dedisti destinauit te fieri ecclesiæ suæ præfatum et Petri apostoli successore. Cui Greg. Et tu quomodo hoc nosti, q̄ tunc me dominus p̄esse suæ ecclesiæ destinauerit. At ille. Quoniam angelus eius sum, & me tibi dominus nunc remisit, vt te semper debea; prægere, & omne quod petieris p̄ me apud ipsum valeas impetrare, statimque ab eo disparuit.

G. ¶ Eo tēpore fuit quādam heremita vir magnæ virtutis, q̄ omnia p̄pter Deū reliquerat, & nil p̄ter vnā cathā possidebat, quā bladiēs crebro quasi cohabitricē in suis gremijs refouebat. Orauit igitur ad Deū, vt sibi ostendere dignaret, cum quo futura remuneracionis mōstrō sperare debuisset, q̄ illius amore nil ex diuitijs huius seculi possideret. Quadā igit nocte sibi reuelat, q̄ cū Gre. romano pontifice mansionem sibi sperare deberet. At ille fortiter ingemiscens sibi bi volūtariā paupertatē profuisse putabat, si cū eo remunerationem reciperet, q̄ tātis mundialibus diuitijs abundaret. Cū ergo Gregorij diuitias suæ paupertatē die noctūque suspirando cōferreret, alia nocte audiuit dominū sibi dicētē. Cū diuitē non possessio diuitiarū, sed cupido faciat, cur audes paupertatē tuā Gregorij diuitijs cōparare, qui magis illam cartham quam habes, quotidiē palpando diligere comprobis, quā illæ tantas diuitias quas non amando, sed contemendo cunctisque liberaliter largiendo dispergit. Itaque solitarius Deo gratias terulit. Et qui meritum suum decreuisse putauerat, si Gregorio conferretur orare cepit, vt cum eo mansionem quādoque percipere mereretur. H. ¶ Cū apud Mauriciū imperatōrē & filios eius super mortem cuiusdam episcopi falso accusaretur, sic ait in epistola quam Apocrifario mittit. Vnum est quod breuiter suggeras dominis meis, quia si ego seruus eorum in mortem Longobardorum vel damnum me miscere voluissē, hodie Longobardorum gens, nec regem, nec ducem, nec comites haberet, ita q̄ in sua confusione esset. Sed quia Deum times, in mortem cuiuslibet hominis me miscere formido. Ecce quantæ humilitatis extitit, quia cum esset summus pontifex imperatoris se seruum vocabat, & dominum suum eum appellabat. Ecce quantæ innocentiz, quia in mortem inimicorum suorum consentire nolebat. Cū Mauriciū imperatōrē Gregoriū, & ecclesiā Dei p̄sequeretur, inter cætera sic ei scripsit, gre. Quia em̄ peccator sum, credo q̄ omnipotentē Deū tanto vobis ampli; placatis, quādo me ei malē seruierē affligitis. Quadā igitur vice quādam monastico habitu indutus spādā euaginatā dextera tenēs corā imperatore intrepid; astitit, & cōtra eū vibrans illū gladio moriturum p̄dixit. Tertius Mauricius à p̄secutione gre. cessauit, & vt p̄ se orare deberet, in stanter petijt, quatenus ipsum in hac vita de malis suis Deus puniret, & non puniendum extremo examini reseruaret. Quadam igitur vice vidit se Mauricius ante tribunal iudicis stare, & iudicem proclamare. Date Mauricium. Et capientes eum ministri ipsum ante iudicem posuerunt. Cui ille. Vbi vis vt redam tibi mala quæ in hoc seculo perpe-

traſti? Ille rñdit. Hic potius ea domine mihi, & non in ſeculo futuro retribuere. Statimq; diuina vox iuſſit tra di Mauriciũ, vxorẽ, filios & filias Foca militi occiden dos: quod & factũ eſt. Nõ poſt multũ em tẽporis Foca qdẽ miles eius ipſum cũ tota familia ſua gladio occidit: & ei in imperio ſucceſſit. Cũ apud ſanctã Mariã maiorẽ in die paſchæ miſſam celebraret: & pax dñi p nunciaret: angelus domini alta voce reſpõdit. Et cum ſpiritu tuo. Vbi Papa apud illã eccleſiã in die paſchæ ſtationẽ fecit: nec ſibi cũ dicit pax dñi, in huius miracu li teſtimonium rñdeſ. I. ¶ Quodã tẽpore Traianus imperator romanus ad quoddã bellum vehemẽtiſſi me feſtinabat. Cui vidua quoddã ſebiliter occurrit dicẽs. Obſecro vt ſanguinẽ filij mei innocẽter perẽpti vñdicare digneris. Cũmq; Traianus ſi ſanus reuertereſ ſe vñdicare teſtaret, vidua dixit. Et q̄s mihi hoc præſta bit, ſi tu in prælio mortuus fueris: Traianus dixit. Ille q̄ poſt me imperabit. Cui vidua. Et tibi qd̄ proderit, ſi alter mihi iuſtitiã fecerit. Traianus dixit vtiq; nihil. Et vidua. Nõne inquit melius eſt tibi, vt mihi iuſtitiã facias: & pro hoc mercedẽ accipias, quã vt alteri hanc trãſmitras, tunc Traianus pietate cõmorus de equo de ſcãdit: & ibidẽ innocẽtis ſãguinẽ vñdicauit. Fert̄ quoq; q̄ cũ qdã filius Traiani p vrbẽ equitãdo nimis laſci nẽ diſcurreret, filiu cuiuſdã viduã interemit: quod cũ vidua Traiano lacrimabiliter exponeret: ipſum filium ſuum q̄ hoc fecerat, viduã, loco filij ſui deſuncti tradi dit: & magnificẽ ipſam dotauit. Dum igit̄ quadã vice diu iã deſuncto Traiano Gregorius p forum Trai ani trãſiret: & huius manſuerudinem iudicis recordatus fuiſſet: ad ſancti Petri baſilicã puenit: & ibidem pro e ius errore a marifiſinẽ fleuit. Tunc ſibi diuinitus eſt re ſponſum. Ecce petitionem tuam compleui: & Traiano pœnã æternã peperci. De cãteris autẽ diligẽtiſſime ca ueas ne pro damnato aliquo præces fundas. Damafce nus autem in quodam ſuo ſermone narrat. q̄ Greg. p Traiano orationem fundens audiuit vocẽ ſibi diuini tus illatam. Vocem tuam audiui: & veniam Traiano do. Cuius rei, vt ibidem dicit, teſtis eſt oriens omnis & occidens. Super hoc dixerunt quidam quod Trai anus reuocatus fuit ad vitam: vbi gratiam cõſecutus veniam meruit: & ſic gloriam obtinuit. Nec erat in ierno finaliter deputatus, nec ſententia diffinitiuã dã nat. Alij dixerũt q̄ anima Traiani nõ fuit ſimpliciter à reatu pœnã æternã abſoluta: ſed eius pœna vſq; ad tẽp. l. vsq; addidẽ iudicij fuit ſuſpẽſa. Alij q̄ pœna quo ad locum vel modum aliquem tormenti ſub conditio ne fuit taxata: donec orante Gregorio per Chriſti gra tiam locus vel modus aliquis mutaretur. Alij vt Ioan nes diaconus qui hanc legendã compilauit, q̄ nõ le gitur oraffe, ſed fleuiſſe: & frequẽter dominus miſer tus concedit, q̄ homo quamuis deſiderans petere non præſumit: & quod eius anima non eſt ab inferno libera ta, & in para diſo repoſita: ſed ſimpliciter ab inferni cruciatibus liberata. Valer enim vt dicit anima & in inferno exiſtere: & inferni cruciatibus p Dei miſericordiã nõ ſentire. Alij q̄ pœna æterna cõſiſtit in duobus. ſ. in pœna ſenſus & in pœna damni, quã eſt carentia vi ſionis diuinã. Pœna igitur æterna quantum ad pri mum eſt ſibi diſmiſſa: ſed quantum ad ſecundum reten ta. Fertur quoq; q̄ & angelus iſtud adiecerit. Quia enim pro damnato rogãſti, duorum tibi datur optio,

Aut enim in purgatorio duobus diebus cruciaberis: aut certe toto tẽpore vitæ tuæ inſirmitatibus & dolo ribus fatigaberis. Qui prælegit toto tempore vitæ ſuæ doloribus concuti quã duobus diebus in purga torio cruciari. Vñ factum eſt q̄ ſemper deinceps aut ſe bribus laborauit: aut podagrã moleſtia pſſus fuit: aut à validis doloribus conquaſſatus: aut dolore ſtomachi miſerabiliter cruciatus. Vñ in quadã epiſtola ſic lo quitur, dicens. Tantis podagrã: tãtis moleſtiarum do lorib⁹ p̄mor, vt vita mea mihi grauiffima pœna ſic: quotidie em i dolore deſicio, & mortis remediũ expe ctãdo ſuſpiro. Itẽ alibi. Dolor me⁹ iterdũ mihi lãt⁹ eſt: terdũ nimi⁹: ſed neq; ita lãt⁹, vt recedã: neq; ita nimi⁹ vt interficiã: vnde ſit vt qui quotidie in morte ſum, re pellar à morte. Sic autem me inſectio noctij humoris imbibit: vt viuere mihi pœna ſit, & mortem deſideran ter expectem, quam gemitiſus meis ſolam credo eſſe remediũ. K. ¶ Matrona quãdã ſingulis diebus dñicis beato Greg. panes offerebat. Cui cũ poſt miſ ſarum ſolemnia corpus domini offerret, & diceret: cor pus domini nſi Ieſu Chriſti cuſtodiat te in vitã æternã Laſci uã ſubſiſſit. Ille cõtinuõ dexterã ab eius ore cõuertẽs p̄culã illã dominici corporis ſuper altare de poſuit. Poſtmodũ corã populo interrogauit, quam ob cauſam ridere præſumpſerit. At illa, quia panẽ quẽ p̄ prijs manibus fecerã, tu corpus dominicũ appellabas, Tũc Greg. p̄ incredulitate mulieris ſe in oratione pro ſtrauit, & ſurgẽs particulã illã panis inſtar digiti carnẽ factã reperit, & ſic matronã ad fidẽ reduxit. Orauit iterũ & carnẽ illã in panẽ cõuertã vidit, & matrone ſu medũ tradidit. Quibusdã p̄cipibus aliquas p̄cioſas reliquias petentibus aliquãtulũ de ſancti Ioãnis euã gelia: Dalmatica tribuit. Quod illi ſuſcipientes tan quam viles reliquias cum indignatione nimia eidem reddiderunt. Tunc beatus Grego. orationẽ factã cul tellum petijt, & panem illum pupugit, ex cuius pun ctionibus ſanguis p̄tinus emanauit, ſicq; quã p̄cioſã eſſent reliquias diuinitus eſt oſtenſum. Quiddã diuini tum romanorum relicta cõiuge fuerat à pontifice communionẽ priuatus. Quod ille moleſtiſſime ferẽs, ſed autoritatem tanti pontificis euacuare non valens, magorum ſuffragia requiſiuit, Qui ſe ſuis carminibus agere promiſerunt, vt ſimmiſſo dãmone tandiũ ca ballus pontificis vexaretur, quousq; cum ſeſſore ſuo periclitaretur. Cũmq; Grego. aliquando ſuper cabal lum ſuum tranſiret, immiſſo dãmone magi eius e quum tam fortiter vexari fecerunt, vt nequaquam ab aliquo teneri valeret. Tunc beatus Grego. reuelante ſpiritu diabolicã immiſſionem cognofcens, factõ crucis ſignaculo tam caballum à præſenti rabia libe rauit, quam maleficos perpetua cecitate mulcãuit, qui reatum ſuum conſiſtentes ad ſagri baptiſmi gra tiam poſtmodum peruenerunt. Quibus lumen ne ar tem magicã eligerent, reddi noluit, eos tamen eccle ſiaſtico ſubſidio nutriri præcepit. Legitur quoq; in li bro qui à grecis lymon dicitur. q̄ abbas q̄ præerat mo naſterio ſancti Greg. eidem nunciãuit, q̄ quidã mo nachus penes ſe numiſmata triã haberet. Quem Gre. ad aliorũ terrorẽ excõmunicãuit. Poſt modicũ tẽpo ris frater moritur ſancto Gregorio neſciente, q̄ iratus q̄ ſine abſolutione mortuus fuerat, orationẽ in pictã uo ſcripſit, qua eũ ab excõmunicatiõis viculo abſolue bat.

bat: deditque eam vni diaconorum precipiens: vt eam ſuper foueam fratris deſuncti legeret. Quo iuſſa con plente, ſequenti nocte qui deſunctus fuerat, abbati ap paruit: & ſe vſque modo in cuſtodia detentum ſed heri abſolutum fuiſſe perhibuit. L. ¶ Officiũ & cãtũ eccleſiaſticum, nec non & ſcholam cantorum inſtituit & p hoc duo habitacla vnum iuxta baſilicã ſancti Petri: alterum iuxta Lateranẽſem eccleſiã fabricauit. Vbi vſque hodie lectus eius, quo recumbens modula batur: & flagellum eius quo pueris minabatur cũ an tiphonio autentico veneratione congrua reſeruantur. In canone apoſuit. Dieſque noſtros in tua pace diſponas, atque ab æterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum iubeas grege numerari. Tandem beatus Greg. cum ſediſſet annis. xiiij. menſibus. vj. & diebus. x. plenus operibus bonis migrãuit à corpore. In cuius tũba hi verſus ſcripti ſunt. Suſcipe terra tuo corpus de corpore ſumptum. Reddere quod valeas viuificante Deo. Spiritus aſtra peti: lati nil iura noſce hunc. Cui vitẽ alterius mors magis ipſa vita eſt. Pontificis ſummi hoc claudũt membra ſepulchro. Qui janueris ſemper per viuit vbique bonis. Fluxerunt autem anni ab incarnatione domini. dcvi. ſub foca impe ratore. Poſt mortem beati Greg. regionem totam ma xima fame inuaſit. Vnde pauperes quos liberaliter Greg. paſcere ſolebat, ad ſucceſſorem ſuum veniẽtes dicebant. Domine quos pater noſter Greg. ſolebat paſ cere tua ſanctitas fame non ſinat perire. Quibus ver bis papa indignatus ſemper taliter reſpõdebat. Si Gre gorius ad famam ſuã laudis cunctos populos curauit ſuſcipere: nos autem non poſſumus paſcere. Et ſic eos ſemper vacuos remittebat. Vnde ſanctus Greg. ter ei apparuit: & eum blande de ſua tenacia & deſtractione redarguit: ſed ille ſe de nullo emendare curauit. Vnde illi quarto apparẽs terribiliter illum corripuit: & in ca pite letaliter percuffit. Cuius dolore vexatus in breui vitam finiuit. Dum autem adhuc predicta fame inſta ret quidã inuidi cõperunt Greg. detrahere aſſerẽtes quod totum theſaurum eccleſiẽ tanque vir prodigus conſumpſiſſet. Vnde ob huius vñdictã ad comburã dos libros ſuos cãterorum animos inclinãrunt. Quo rum dum quõſdã combuſſent, & cãteros combure re yellent: Petrus diaconus eius familiariffimus, cum quo quatuor libros dialogorum diſputauerat tradi tur vehemẽtiſſimẽ: reſtituiſſe aſſerens hoc ad eius de lendã memoriã nil valere: ſum in diuerſis mundi partibus exemplaria tenerentur: adiũgens immane ſã crilegiũ eſſe tanti patris tot & tales libros exurere: ſuper cuius caput ipſe ſpiritu ſanctum in ſimilitudine columbẽ frequentiſſime proſpexiſſet. Tandem eos hanc ſententiã adduxit, vt ſi illud quod dixerat iure iurando conſirmans mori continuõ meruiſſet, ipſi à li brorum exuſtione deſiſterent. Si verõ mori non meri iſſet, ſed ſuperſtes ſuj teſtimonij extiſſet: ipſe quoque combuſtoribus munus daret. Fertur enim Gregorium ſibi dixiſſe, quod ſi miraculum de viſione columbã periclitaret: poſt hoc viuere non valeret. Itaque cũ ap paratu diaconatus euãgeliorum librum baiulans ve nerabilis leuita Petrus adueniens mox vt tactis ſacro ſanctis euãgelijſ Gregorij ſanctitati teſtimoniũ per hibuit à dolore mortis extraneus ſpiritu inter verba yerẽ confeſſionis efflauit. M. ¶ Quiddã monach⁹ mo

naſterij ſancti Gregorij quoddã penes ſe peculium cõ gregauit beatus autẽ Gregorius alteri monacho ap parens dixit, vt ſibi denunciaret, quod peculiu diſper geret, & penitentiam ageret: quia die tertia eſſet moriturus. Quod ille audiens vehementer expauit, pãni tentiã egit, & peculiu reddidit. Mox que febribus adeo correptus eſt, vt à diluculo diei terriẽ vſque ad horam termã pre nimio incendio linguã ab ore proijciens vl timũ ſtatũ emitere videretur. Sed cũ circũſtantes monachi corã ipſo pſallerent pſalmodiã tandẽ interrẽp tes ei detrahere cõperunt. Ille autẽ continuõ reuiuif cẽs: & oculos ſubridendo concutiens ait. Parcat vobis dominus fratres: quare mihi detrahere voluiſtis? Nã impedimentũ mihi non modicũ generaſtis: quia tã à vobis quam à diabolo ſub vno tẽpore accuſatus ne ſciebã, cui calũniã primitus reſponderẽ. Sed ſi quando quemlibet migrãntẽ videriſis, eidẽ non detractiõnẽ, ſed cõpoſitiõnẽ impendãtis vt pote qui ad tam diſtricti iudicis cũ criminatore ſuo iudiciũ vadit. Nã ad iudiciũ cũ diabolo ſteri: & adiuuãte ſancto Gregorio cunctis ſuis obiectiõibus bene reſpondit. Tantũ de vna obie ctione conuictus erubui: pro qua vt vididiſtis, taliter ſũ vexatus: & adhuc me non potui liberare. Cũmq; de ea fratres requirent, ait. Non audeo dicere, quia cũ ad vos à beato Greg. iuſſus ſum venire: diabolus de hoc plurimũ eſt conqueſtus putã, quod me ad pœni tentiam agendã pro cã illa Deus remitteret, quã pro pter beatũ Gregoriũ vadẽ dedi: ne cõmorã calũniam cuiſlibet reuelare, moxque clamans dixit. O Andrea Andrea hoc anno percas qui me prauo cõſilio ad hoc periculũ compuliſti. Et ſtatim reuolutis terribiliter oculis expirauit. Erat autẽ in vrbe quiddã nomine Andrea qui eodẽ momento, qui ei monachus moriens periculum fuerat imprecatuſ, in tã gra uẽ morbũ deci dit, vt deſluentibus carnibus cõſumi poſſet, mori autẽ non poſſet. Tunc monachis monaſterij ſancti Greg. conuocatis confeſſus eſt, quod cũ predicto monacho quãdã monaſterij chartulas capuſſerã: ſuſcepit pre tijs extraneis tradidiſſet. Moxque is qui dudũ mori non poterat, inter verba ſuã confeſſionis ſpiritu exa lauit. N. ¶ Ep̄ tempore vt in vita ſancti Eugeni j le gitur, dñi adhuc ambroſianum officiũ magis quam Gre gorianũ ab eccleſijs ſeruaretur. Roman⁹ pontifex no mine Adrianus cõciliũ cõuocauit: vbi ſtatutũ eſt: vt Gregorianũ officiũ deberet vnũverſaliter obſeruari. Cuius rei Karolus imperator executor exiſtens per di uerſas diſcurens prouincias mipis & ſupplicijſ omnes clericos ad hoc ipſum cogebat: & libros Ambroſiani officij vbique comburebat, multosque clericos rebelles incarçerabat. Proſiſcens autẽ beatus Eugenius epif copus ad cõciliũ inuenit ipſum cõciliũ per tridũ iã ſolutũ, ſuãq; prudẽtia dominũ papã ſic induxit: quod omnes prelatos, qui cõcilio interfuẽrãt, & iã per tres dietas receſſerant, reuocauit. Cõcilio igitur cõuocato omniũ patrũ hæc ſententiã vna fuit, vt miſſa le Ambro ſianũ & Gregorianũ ſup altare beati Petri apoſtoli po nerentur: & fores eccleſiẽ optime clauderentur: ac plu rimorũ epifcoporũ ſigilliſ diligentiſſimẽ imunitur: & ipſi totã nocte orationib⁹ inſiſterent: vt domin⁹ per ſignũ aliquod reuelaret quod horũ ab eccleſijs magis ſeruari vellent. Sicq; p omnia vt ordinauerant faciẽtes, mane januas eccleſiã aperuerũt, & vtrũq; miſſale ſup

altare apertum inuenerunt: vel ut alij asserunt, missale Gregorianum penitus dissolutum, & huc illucq; dispersum inuenerunt: Ambrosianum autē, solummodo apertum super altare in eodem loco in quo posuerant repererunt: quo signo diuinitus sunt edocti, ut Gregorianū officium deberet per mundū totū dispergi: Ambrosianum autē tantū in sua ecclesia obseruari. Sicque sancti patres, & ut diuinitus edocti fuerāt, ita uerūt, & sic usq; hodie obseruatur. Narrat Ioannes diacones quā vitā beati Gregorij compilauit, quōd dum vitam eius conscriberet & cōpilarēt: quidā uir sacerdotialiter in se gaitus ei dormienti, & ad laternā: ut sibi uidebatur scriberet, affuit: cui de super candidissima, & ad eō tenuissima uelut erat, ut eius raritate nigredo subterio 115 tunicā appareret. Hic propterea accessit: & in stans buccis risum continere non potuit. Cūque Ioannes eū interrogaret: cur uir grauioris officij sic dissolute rideret: quia tu scribis de mortuis, quos uiuētē nunquam uidiſti. Cui Ioannes. Et si illum non uouerim facie: tamen de illo scribo que didici lectione. At ille. Tu inquit ut video, sicut uoluisti, fecisti: & ego que facere poterō, non cessabo. Moxque illi lumen laternæ extinxit: & adeo ipsum perterruit: ut uehementer exclamans putaret se ab illo gladio iugulatum. Moxque Gregorius affuit comitante secum dextrorsum beato Nicolao, sinistrorsum uerō Petro diacono eique dixit. Modicæ fidei quare dubitasti. Cūque post corticam lecti aduersarius latitaret, Gregorius ex manu Petri diaconi magnā facē, quā tenere uidebatur, arripiens eiusque flāmis os faciemque ipsius aduersarij exurens ad instar ethiopiis denigrauit. Quædam autē scintilla paruissima cadens in eius uestem candidā ipsam dicto citius conflagrauit, & sic nigerrimus totus apparuit. Dixitque Petrus beato Grego. Satis denigrauius eū. Cui Gregorius. Nos illum non denigrauius, sed nigrum fuisse monstrauius. Sicque ibidem multo relicto lumine abierunt.

De sancto Longino.

LEGENDA XLVII. A.

LONGINVS fuit quidam Centurio, qui cum alijs militibus cruci domini affans iussu Pilati latus dominij lancea perforauit, & uidens signa que fiebant, solē, scob securatum & tremotum in Christum credidit maxime ex eo ut quidam dicunt, quōd cum ex infirmitate vel senectute eius oculi caligassent, de sanguine christi per lanceam decurrente fortuito oculos suos terigir, & protinus clarē uidit. Vnde renunciās militiæ, & ab apostolis instructus in Cæsarea Capadociæ uiginti octo annis monasticā uitam duxit, & uerbo & exemplo ad fidem multos conuertit. Cū autē a preside tentus fuisset, & sacrificare noller, iussit preses omnes dentes eius excuti, & linguam abscindi. Longinus tamen ex hoc loquelam non perdidit, sed accepta securi omnia idola comminuit & fregit, dicēs. Si dii sunt, uidebimus. Dæmones autem de idolis exeuntes in presidem & in omnes socios ei⁹ intrauerūt, & infantes & latrantes se longini pedibus prostrauerunt, & ait Longinus demonibus. Cur habitatis in idolis. Qui responderunt. Vbi non nominatur Christ⁹ & eius signum non est positū, ibi est habitatio nostra. Cum ergo preses insaniret & oculos amisisset. Dixit

ei Longinus. Scito, quia sanari non poteris, nisi quando me occideris: quōd cito enim a te mortuus fuero, pro te orabo, & sanitatem tibi corporis & animæ impetabo, & statim eum decollari iussit. Post hoc abijit ad corpus eius, & prostratus cum lachrymis pœnitentiā egit, & continuō uisum & sanitatem recepit & in bonis operibus uitam finiuit.

De sancto benedicto.

BENEDICTVS dictus est, uel quia multa benedixit, uel quia in hac uita multas benedictiones habuit, uel quia omnes benedicebant de eo, uel quia æternam meruit benedictionem habere. Vitam eius sanctus Gregorius sciipit.

LEGENDA XLVIII. A.

BENEDICTVS ex Nursia provincia ortus cum Romæ liberalibus studijs traditus esset in ipsa sui infantia literas deseruit, & desertum petere decreuit, quem nutritrix sua que eum tenerrimē diligebat, usque in quendam locum qui dicitur Esilde, secuta est, ubi ad purgandum triticum mutuo capisteriū perijt, sed super mensam incautē ponens cum corruisset, in duabus partibus fractum uidit. Quam benedictus flere conspiciens partes capisterij accepit, & ab oratione surgens integrē solidarum inuenit. Post modum nutritricē occultē fugiens in quendam locum uenit, ubi tribus annis hominibus incognitus mansit, excepto quidam monacho Romano nomine, qui sibi sedule necessaria ministrabat. Cū uerō ad specum a Romano monasterio iter non esset, panem in longissimo fune ligabat, & sic eum deponere consueuerat. Tintinnabulum etiā ipsi chorde inseruit, ut ad eius sonitum uir Dei cognosceret, quando sibi Romanus panē preberet, quem exiens acciperet. Sed antiquus hostis unius charitati, & alterius inuidens refectioni, lapidem iactauit, & tintinnabulum fregit, sed tamen Romanus sibi ministrare non desijt. Post hoc cuidā presbitero refectionem sibi in paschali solēnitare patenti dominus per uisum apparuit dicēs. Tu tibi delicias preparas & seruus meo illo in loco famæ cruciatur. Qui protinus surrexit, & cum difficultate magna eum inueniens dixit. Surge & sumamus cibū, quia hodie pascha domini est. Cui benedictus. Scio, quia pascha est, quia uidere te merui. Lōge quippē ab hominibus positus, quia die eadē paschalis esset solēnitatis ignorabat. Cui presbyter. Veraciter hodie resurrectionis dominicæ dies est, abstinere te nō conuenit, quia ob hoc ad te missus sum, sicque Deum benedicientes sumpserunt cibū. B. ¶ Quædam die auis quædam nigra que merula uocatur, importunē circa eius faciem uolitauit, ita ut ab eo manu capi potuisset. Sed signo crucis edito auis recessit, moxque diabolus quandam sceminā quā aliquando uiderat, ante ei⁹ oculos mentis reduxit eiusque animū tāto igne in speciem illius accendit, ut penē eremū uoluptate uictus deserere deliberaret, sed subito diuina gratia ad se reuertus continuō se exiuit, & in spinis & uerpibus que ibi aderent, se adeo uolutauit, ut toto corpore inde uulneratus exiret, & per cutis uulnera, mentis uulnera educeret. Vicit itaque peccatum, quia mutauit incendiū. Ab illo autem tempore nulla postmodum tentatio in eius corpore pullulauit. Crebrescētē itaque eius fama

cum

eū abbas monasterij cuiusdā obijisset: tota ipsius monasterij congregatio ad eum uenit: & ut preesse eis deberet, petijt. Qui diu negando distulit suis illorumq; fratrum moribus se conuenire non posse predixit, sed tandem uictus assensum dedit. Cūque regulam illic districtius seruari præciperet semet ipsos reprehendebant, quōd, ipsum sibi preesse poposcerant, quorum scilicet fortitudo normam eius rectitudinis offerebat. Cūque sibi cum eo aspiceret illicita non liceret: & graue esse sedulo assuetu relinquere, uenenum uero miscuerunt & sibi recumbenti obtulerunt. Sed benedictus signū crucis edidit, & quasi iactu lapidis uas illud uitreum fregit. Intelligens igitur, quia potum mortis habuerat, quōd portare non potuit signū, uirē, illic surrexit, & placido uultu dixit. Misereatur uestri omnipotēs Deus fratres nunquid non dixi uobis, quia uestris ac meis moribus non conuenirem. Tunc ad locum derelictæ solitudinis redijt, ubi crebrescentibus signis claruit, & multis ad eum uenientibus duodecim monasteria contruxit. In uo autem illorum quidam monachus erat, qui ad orationem diu stare non poterat: sed orantibus alijs mox foras exibat, & aliqua terrena & transitoria agebat. Quod cū abbas illius monasterij beato Benedicto narraſset, iuit illuc, & uidit, quod illum monachum, qui manere in oratione non poterat, quidam niger puerulus pro uelimenti fimbriam foras trahebat. Dixitque abbati monasterij & mauro monacho. Nunquid aspiciſtis quis est iste, qui eum trahit. Cumque respondiſſent non ait. Oremus, ut uos etiam uideatis. Orantibus illis mauros uidit: sed abbas uidere non potuit. Die igitur alia expleta oratione uir Dei monachum foris reperit, quem pro sui cecitate uirga percussit: & extunc immobilis in oratione permansit. Sicque antiquus hostis dominari non ausus est in eius cogitatione, ac si ipse percussus fuisset ex uerbero. Ex his monasterijs tria sursum in rupibus montis erant, quæ deorsum cum magno labore aquas hauriebant. Cumque fratres illi uirum Dei factu perogarent, ut monasteria sua muraret: quodam nocte cum quodam puero montem ascendit: ubi diutius orans tres petras in eodem loco pro signo posuit. Cūque de mane domum redijſſet, & fratres pro eadem causa ad eum ueniſſent, dixit. Ite & illam rupem in qua tres petras positas inueneritis in medio cauate: ualet enim dominus uide uobis aquam producere. Qui euantes & iam illam rupē sudantem inuenientes concauum locum illum fecerunt: & mox aqua repletū uiderunt, qui usque nunquam sufficienter emanat, ut ab illo montis cacumine usque ad inferiora descendat. Quadam uice dum circa monasterium uiri Dei quidam cum falcastro uepres abscideret ferrum de manubrio proſiliens in quendam lacum profundum cecidit. Cūque de hoc ille nimis angustiareretur, uir Dei manubrium in lacum posuit, & mox ferrum usque ad suum manubrium enatauit. C. ¶ Placidus puer & monachus ad hauriendum aquā egrediens flumem cecidit & mox ipsum unda rapuit: & penē in unius sagitte cursum a terra introrsus traxit. Uir autem Dei in cella consistens hoc in spiritu statim nouit: & mauros uocans quid de puero acciderit indicauit, ac ut ad ipsum eripiendum pergeret, impetrauit. Accepta benedictione concitus mauros perrexit: & per terram se ire

exilimans super aquas usque ad puerum uenit: eumque per capillos tenens de aqua extraxit. Qui ad uirum Dei ueniens reseruit, quid acciderat: sed ipse hoc non suis meritis sed eius obedientia deputauit. Presbyter quidam Florentius nomine uirō ei inuidens ad tantam deuenit malitiam: ut panem ueneno infectum uirō Dei tanquam pro benedictione transmitteret. Quem sanctus gratanter accepit: & coruo qui de manibus eius panem accipere consueuerat: ipsum proiecit dicens. In nomine Iesu Christi tolle hunc panem, & eum in talli loco ubi a nullo homine sumi ualeat projice. Tunc coruus apertore ore expansis alis circa eundem panem cœpit discurrere atque crocitare, ac si aperere diceret, & obedire se uelle: & tamen iussa implere non posse. Cui sanctus iterum atque iterum precipiebat dicens. Leua leua eum securus atque ipsum ut dixi, projice. Qui tandem eum tollens post tres dies redijt, & de manu eius annonam quam consueuerat, accepit. Videns autem Florentius, quia corpus magistri necare non potuit, se ad extinguendas discipulorum animas accendit: ita ut septem nudas puellas in orto monasterij ludere & cantare faceret: ut sic ad libidinē monachos inflammaret. Quod sanctus uir de cella prospiciens lapsum discipulos pertimescens inuidiæ locum dedit: & quibusdam secum assumptis fratribus ipse habitationem est mutatus. Sed Florentius cum in solario consistens eum recessisse conspiceret, & gaudebat, repente solarium cecidit & ipsum protinus extinxit. Tunc mauros post uirum Dei currens ait. Reuertere, quia qui te persequatur, extinctus est. Quod ille audiens uehementer ingemuit: uel quia inimicus occubuit: uel quia de inimici morte discipulus exultauit. Qua de re factum est, ut eidem pœnitentiā indiceret, quōd mandans talia gaudere de inimici morte presumpsiſſet. Ipse autem ad alium migrans locum non hostem mutauit. Nam ad montem Casinum uenit: & templum apollinis, quod ibi situm erat, in sancti Ioannis baptistæ oratorium fabricauit, & circumadiacentem populū ab idolatria conuertit. Sed hoc antiquus hostis grauius ferens corporalibus eius oculis teterrimus apparebat: & in eum ore oculisque flammantibus uisibiliter sauebat, atque dicebat. Benedicte, Benedicte. Sed cum ille nihil sibi responderet, dicebat. Maledicte, maledicte, non Benedicte quid me persequeris. Quadam die lapidem quendam in terra iacentem fratres in ædificium leuare uolebant: sed ne quaquam ualebant. Cūque uirorum multitudo abesset: & ab eius leuari non posset, adueniens uir Dei benedictionem dedit, & tunc maxima celeritate leuatus est. Et quo perpenderunt, quōd diabolus illic incidit, & qui eum moueri non permittebat. Cūque fratres parietem paulo alius ædificarent, antiquus hostis uirō Dei apparuit, & quia ad laborantes fratres pergeret, indicauit qui protinus ei nuncium misit, dicens. Fratres caute uos agite, quia ad uos spiritus malignus uenit. Vix autem nuncius uerba compleuit: & ecce parietem antiquus hostis euertit: & quendam puerum monachum ruina contriuit, sed uir Dei puerum mortuum & laceratum in sacco ad se adduci fecit & oratione sua ipsum resuscitans opere predicto restituit.

D. ¶ Laicus quidam honestæ uitæ singulis annis

ad visitandum virum Dei ieiunans venire consueverat quada[m] igitur die du[m] illic iret, se illi alter viator adiunxit, q[ui] sumedos in itinere cibos portabat. Cu[m]q[ue] ia[m] tardior hora excreuisset, dixit, Veni frater sumamus cibum ne lassum in via: quo respodere quod nullaten[us] cibum in via gustaret: ad hora[m] illa[m] subcubicum: postmodum ad hoc ipsum inuitauit, sed ille consentire noluit. Denique cu[m] hora[m] preterisset, & eos longu[m] fatigasset iter: pratum & fontem & quecu[m]q[ue] corpus ad reficiendum delectare poterat, inuenit. Tunc viator hoc ei ostendit: rogauit vt paululu[m] gustaret: & ibidem quiesceret. Cum igitur verba auribus & loca oculis blandirentur, eidem consentit. Cu[m] que ad Benedictu[m] venisset dixit ei vir Dei. Ecce frater malignus hostis semel tibi persuadere non potuit: secundo non valuit, sed tertio superauit. Tunc ille pedibus eius aduolutus se deliquisse ingemuit. Totyla rex Gothorum experiri volens vtrum vir Dei prophetice spiritum haberet, cuida[m] suo spatario vestimenta regalia tribuit: eum que cu[m] omni apparatu regio ad monasterium destinauit que ille venientem conspiciens dixit. Pone fili pone hoc quod portas non est tuu[m], qui protinus in terra cecidit: & quia tanto viro illudere presumpisset, expirauit. Clericus quida[m] q[ui] a diabolo vexabat, ad viru[m] dei vt sanaret adductus est. Cu[m]q[ue] ab eo diabolus expulisset, ait. Vade: & de cetero carnes non comedes, ad nec sacros ordines accedas. Quacu[m]q[ue] autem die ad sacros ordines accedere presumpseris, iuri diaboli macipaberis. Cu[m] vero hoc aliquo tempore custodisset: sed minores suos sibi preponi in sacris ordinibus cerneret: verba viri Dei quasi ex longo tempore oblitus, postposuit: atq[ue] ad sacru[m] ordinem accessit: que[m] mox is q[ui] eum reliquerat, diabolus tenuit, eumque vexare quouisq[ue] animae eius excuteret, non cessauit. E. Vir quida[m] duos flaskones vini per quedam puerum ad eum misit: sed ille vnum in via abscidit & alium detulit. Vir autem Dei cum gratiaru[m] actione accepit vnum & descendente puerum admonuit, dicens. Fili vide ne de illo flaskone que[m] abscidisti, bibas: sed inclina illu[m] caute, & inuenies quid intus habeat. Qui consusus valde ab eo exiuit: & reuersus volens adhuc probare quod audierat, cum flaskone inclinasset, protinus de eo serpens egressus est. Quada[m] vice du[m] vir Dei in sero cerneret, monachus quida[m] filius defensoris ei assisistens, & lucerna tenens p[er] spiritum superbia[m] intra se cogitare cepit: quis est hic, cui ego maducati assisto: lucerna teneo seruitiu[m] impendo: quis sum ego: vt isti serui? Cui statim vir Dei ait. Signa cor tuu[m] frater, signa cor tuu[m]: quid est quod loqueris: vocatiq[ue] fratris? Lucerna iussit de manibus eius tolli: ipsum vero iussit ad monasterium accedere, & quietum sedere. Gothorum quida[m] zalla nomine perfidia[m] fuit Arriana[m] q[ui] Tolylae regis temporibus contra catholicam ecclesiam religiosos viros ardore immanissimae crudelitatis exarsit, ita vt quisquis clericus monachusue ante faciem venisset ab eius manibus vitus nullo modo exiret. Quada[m] vero die avaritiae suae estu succensus in rapina rerum inhiatis: du[m] quenda[m] rusticum crudelibus tormentis affligeret, eumq[ue] p[er] supplicia diuersa laniet, victus poenis rusticus leses suas Benedicto dei famulo commadasse professus est & dum hoc a torquente creditur suspensa interim crudelitate ad vitam interim reparatur. Tunc idem zalla cessauit rusticum tormentis affligere, sed eius brachia loris tortibus astringens ante equum cepit impellere,

vt quis esset ille Benedictus, q[ui] eius res susceperat, de[m]onstraret. Quem ligatis brachijs rusticus antecedens duxit ad sancti viri monasterium, eumque ante ingressum cellula[m] solum sedentem reperit, & legentem, eidem autem subsequenti & seuienti zalla rusticus dixit. Ecce iste est de quo dixerat Benedictus pater quem dum feruido spiritu cum peruerse mentis infania fuisset intuitus, eo terrore quo censerat aditum se existimans, magnis cepit vocibus clamare, dicens. Surge, surge. Et res istius rustici redde quas accepisti. Ad cuius vocem vir Dei protinus oculos leuauit, & a lectione cessauit eumq[ue] intuitus mox & rusticum q[ui] ligatus tenebatur, attendit. Ad cuius brachia dum oculos deslaxisset, miro non tanta celeritate coeperunt alligata brachia lora dissolueri, vt dissolui tam cito nulla hominum festinatione potuissent. Cu[m]q[ue] q[ui] ligatus venerat coepisset subito astare: solutus ad tanta[m] potestatis vim tremefactus zalla ad terra[m] corruit, & ceruicis crudelitatis rigide ad eius vestigia inclinans orationibus se illi commadauit. Vir autem sanctus a lectione minime surrexit, sed vocatis fratribus eum introrsus tolli, vt benedictionem acciperet, precepit, Quem ad se reductu[m] vt a tanta crudelitatis infania nihil scire deberet, admonuit. Qui refectus recedens nihil vterius repetere a rustico presumpsit, quem vir Dei non tangendo, sed respiciendo soluerat. Quoda[m] tempore in Capania regione fame incubuerat magna, que omnes alimentorum indigentia coangustabat, itaq[ue] in Benedicti monasterio triticum deerat, panes vero omnes consumpti fuerat, vt non plusquam quinque ad refectio[n]is hora[m] fratribus inuenire potuissent. Cu[m]q[ue] eos venerabilis pater contristatos cerneret, eorum pusillanimitatem induit molesta increpatione corrigere, & rursus promissione subleuare, dicens, quare de panis inopia vester animus contristatur, hodie quid minus est, sed crastina abundanter habebitis. Sequenti autem die ducenti farinae modij ante fores cellae in saccis inuerti sunt, quos omnipotens Deus, quibus deferentibus transmississet, nunc vsque mane incognitum. Quod cum fratres cernerent, domino gratias referentes didicerunt iam de abundantia nec in egestate dubitare, Legitur quoque quod quida[m] habebat filium morbo elephantino corruptum ita vt iam pilis cadentibus cutis intumesceret, atque inrescentem sanie occultare non posset, qui ad virum Dei ab eodem patre eius missus salutis pristinae sub omni celeritate restitutus est, & de hoc immensas gratias domino obtulerunt, & postmodum dictus puer in bonis operibus perseuerans in domo feliciter obdormiuit. Cu[m] quosda[m] ex fratribus ad quenda[m] locu[m] mitteret, vt ibidem monasteriu[m] construerent constituta die se ad eos venturum dixit, & qualiter constructi deberet indicaret. Nocte vero eadem que promissus illucescebat dies monacho quem illic preposuerat: atque eius prepositio in somnis apparuit, & loca singula vbi queque edificari debuissent subtiliter designauit. Cum autem visioni fidem non darent, & adhuc ipsum expectarent tandem ad eum reuersi dixerunt. Expectauimus pater, vt venires, sicut promisseras, nec venisti. Cui ille. Quare fratres ista dicitis. Nunquid non vobis apparui: & loca singula designaui. Ite, & sicut per visum vniuersis Deus ostendit, omnia ordinate.

F Non longe ab eius monasterio duae sanctimonianae

niales formine ex nobili genere erant, que lingua non restringebant: sed eum qui eis preerat incautus sermonibus saepe ad iracundiam prouocabant. Qui cum hoc viro Dei retulisset: mandauit eis dicens. Restringite linguam vestram, alioquin excommunicabo vos. Quae excommunicationis sententiam non profere[n]do intulit: sed intendendo. Illi autem nihil murare intra paucos dies defunctae sunt: & in ecclesia sepultae. Vbi dum misse celebrarentur, & diaconus ex more diceret que non comunicari, exeat foras: nutrix earum que p[er] eis semper oblatione[m] offerebat: eas de sepulchris suis progredi & exire ecclesiam videbat. Cu[m]que sancto Benedicto nunciatum esset: ille manu sua oblatione[m] dedit, dicens. Ite & hanc oblationem pro eis offerte: & vterius excommunicatae non erunt. Quod cum factum fuisset: & diaconus ex more clamaret: ab ecclesia de cetero exire visae non sunt. Monachus quida[m] cu[m] ad visitandos parentes exisset sine benedictione: & ea die qua ad eos peruenit defunctus fuisset, & sepultus semel & bis terra reiecerat: parentes eius ad eum venerunt: & vt eis suam benedictionem impenderet, rogauerunt. Qui corpus domini accipiens ait. Ite, & hoc super pectus eius ponite: eumque sic sepulture tradite. Quod cum factum fuisset: sepultum corpus terra retinuit: nec vltra proiecit. Quidam Monachus in monasterio manere non valens: viro Dei tantum institit, donec ipsum iratus abire permisit. Qui mox, vt de monasterio exiit: aperto ore draconem in itinere inuenit. Quem cum deuorare vellent: clamauit dicens: currite: quia draco iste vult me deuorare. Currentes autem fratres draconem minime inueniunt: sed tremantem & palpitantem monachum ad monasterium reduxerunt. Qui statim promisit se nunquam de monasterio recessurum. Quodam autem tempore dum tota[m] illam provinciam fames valida occuparet: & vir Dei omnia que inuenire poterat egentibus tradidisset, ita quod nihil in monasterio preter modicum olei in vase vitreo remansisset: iussit celario vt illud modicum olei quida[m] egenti daret. Ille vero imperantem audiuit: sed implere contempsit: eo quod nihil olei fratribus remanebat. Quod vt vir Dei comperit, vas vitreum cum oleo per fenestram proieci iussit: ne quid in monasterio per inobediantiam remaneret. Proiectum ita que vas cum superigentia laxa cecidisset: nec vas fractum est, nec oleum effusum. Quod ille leuare iussit: & dari integrum postulanti. Monachum autem illum de inobedientia & diffidentia increpans, se in oratorio dedit: & continuo quoddam magnum dolium, quod ibi erat, oleo plenum fuit: quod adeo excreuit: vt per pavementum effusere videretur.

G. Quada[m] vice ad visitandum sororem suam descenderat. Cum ad mensam sederet, rogauit eum vt secum illa nocte remaneret. Cui cum ille nullatenus acquiesceret: illa caput in manibus dominum rogaturam inclinauit. Cu[m]que caput leuasset tanta concussione: & tonitruu[m] virtus tantaque innudatio pluuie erupit, vt nec quidem pedem mouere posset, cum tamen ante serenitas mira esset. Illa enim, quia lacrimarum fluuijs fudit serenitatem, aereis ad pluuiam conuertit, & traxit, cui vir Dei contristatus ait. Parcat omnipotens Deus (sicut) Quid est quod fecisti. Cui illa Rogauit te & audire nolui, rogauit dominu[m] & exaudi

uit me. Modo ergo egredere si potes, sicque sancti est vt tota[m] illam noctem peruigiles ducerent, atq[ue] per sacra eloquia sese vicaria relatione satiare[n]t, tunc ecce post triduum cum ille ad monasterium redisset, eleuatis oculis animam fororis suae in specie colube caeli secreta penetrantem aspexit. Qui mox corpus eius ad monasteriu[m] iussit deferri, & in monumento, quod sibi preparauerat, collocari. Quadam nocte dum per fenestra[m] conspiceret, & dominum exoraret, vidit fuscama[m] lucem de super cunctas tenebras noctis effugasse. Subito autem omnis mundus velut sub vno solis radio collectus ante oculos eius adductus est, ibique animam Germani episcopi Capuani ad caelum deferri videns manifeste, postea comperit quod eade[m] hora a corpore migravit. H. Eodem anno quo de hac vita erat exiturus, obitus sui diem fratribus denunciavit. Ante sextum vero diem sui exitus, sibi aperiri sepulchrum iubet. Qui mox febribus correptus cum per singulos dies languor ingrauesceret, sexta die in oratorio se portari fecit, ibique exitum suum dominici corporis & sanguinis preceptione munivit: atque inter discipulorum manus imbecillia membra sustentans erectis in caelum manibus stetit: & vltimum spiritum inter verba orationis efflauit. Ipsa autem die qua vir Dei migravit ad Christum duobus fratribus vni in cella moranti alteri longe posito reuelatio eadem monstrata est. Viderunt namque viam lucida[m] palijs strata[m] ac innumeres coruscantes lapidibus a cella beati Benedicti versus orientem ad caelum tandem: cui venerando habitu vir de super clarus assisistens cuius etiam & via quam cernerent, inquisiuit. Qui cum nescire se dicerent, ait. Hec est via que dilectus vir Dei Benedictus caelum ascendit. Sepultus vero est in oratorio sancti Ioannis baptiste quod destructa ara Apollinis ipse construxit. Floruit circa annos domini, cxviii. tempore iustini senioris.

De sancto Patricio.

LEGENDA XLIX.

A. PATRICIUS qui cepit circa annos domini cclxxx, dum sanctorum regis de christi passione predicaret, stans ante eum & apudians se super ferulam quam manu tenebat, & casu pedis regis superposuerat: cu[m] aucto pedem perforauit. Rex vero credens sanctum episcopum ex industria hoc facere: & se aliter fidem christi non posse suscipere: nisi similia pro christo pateretur patienter sustulit, Sanctus hoc tandem intellegens obstupuit: & precibus regis sanauit: ac tota[m] provinciam obtinuit, quod nullum venenosum animal ibi da[m] possit viuere. Quod non solum obtinuit: imo etiam ligna & conia illius regionis contraria, vt dicitur, sunt veneno. Quidam vir ouem sui vicini furatus fuerat, & comederat. Et cum vir sanctus sapius hortaretur satisfacere furem quicumq[ue] ille esset, & nullus compareret: dum totus populus ad ecclesiam conuenisset: in virtute Iesu christi precepit: vt in cuius ventrem ouis intrasset, coram omnibus balatum daret. Quod factu[m] est, Et egit reus penitentia[m]: & alij a furtis sibi cauebant. Erat ei consuetudo omnes cruces quas videbat deuore venerari: sed ante quandam crucem magna[m] & pulchram inuisam preterijt, a suis socijs autem admonitus, cur illa non viderit, & non inclinauerit: du[m] precibus a domino re-

quiritet, cuius esset, audiuit vocē de sub terra. Nō vidisti: quia ego hic sepultus sum paganus, & signo crucis indignus. Vnde fecit crucem illam abinde tolli.

B. Cum beatus Patricius per Hiberniam predicaret, & fructum ibi per modicum faceret, rogauit dominum, vt aliquod signum ostēderet, per quod terri penitenterent. Iussu igitur domini in quodam loco circulum magnum cum baculo designauit: & ecce terra intra circulum se aperuit, & putens maximus & profundissimus ibi aparuit. Reuelatumque est beato Patricio quod ibi quidam purgatorij locus esset: in quē quisquis veller descendere, alia sibi penitentiā non restaret: nec aliud pro peccatis purgatorij sentiret. Pleiuntque autem inde non redirent, & qui redirent, eos ā mēne vsque in sequēs mane ibidem morā facere oporteret. Multi igitur ingrediebantur, qui de cetero non reuertebantur. Post longum igitur tempus mortuo Patricio vir quidam nobilis nomine Nicolaus, qui peccata multa commiserat: cum eum delictorum suorum penitenteret, & purgatorium sancti Patricij sustinere veller: cum antea .xv. diebus vt omnes faciebant se ieiunij macerasset apertō ostio cum clauī quē in quadam abbatia seruabatur, in predictum puteū descendit: & quoddam hostium ā latere ipsius inuenit. In quod ingrediens cum quoddam ibi oratorium reperisset: quidam monachi albis induti oratorium intrauerunt: & officium facientes Nicolao dixerunt, vt cōstans esset, quia multa diaboli tentamenta eum sustinere oporteret. Cum ille perquireret, quod adiutoriū cum hoc habere possum: dixerunt. Cum te pœnis affligi senseris, protinus exclama, & dic. Iesu christe fili Dei viui miserere mihi peccatori. Recedentibus igitur predictis viris continuo assunt demones, & vt reuertatur & sibi obediatur primo blandis promissionibus persuadent, asserentes quod eum custodiēt, & ad propria incolumē perducant. Sed cum eis ille nullatenus obedire veller, protinus diuersarum ferarum terribiles audiuit voces, pariter & mugitus, ac si omnia elementa concuterentur. Ad quod cum ille terrore horribili palpitarēt. Iesu christe fili Dei viui miserere mihi peccatori, protinus exclamauit, & statim omnis ferarum illarum tumultus terribili conqueiuit. Processit & vltra ad alium locum, & ibidem adest demonum multitudo dicentium sibi. Putas quod manus nostras euaseris, Nequaquam: sed nunc potius incipies affligi & torqueri. Et ecce quidam maximus ignis & terribilis ibidem aparuit. Dixeruntque ei demones. Nisi nobis consenseris, in ignem te iactabimus comburandum. Quod cum ille renueret, ipsum acceperunt, & in illū ignem terribilem proiecerunt. Vbi dum cruciaretur protinus exclamauit. Iesu christe &c. statimque ille ignis extinctus est. Ad alium denique procedens locū vidit quosdā viros in igne viuos cremari: & laminis ferreis candantibus ā demonibus vsque ad viscera flagellari, aliosque ventres deorsum terrā præ dolore mordere & clamare. Parce parce. Quos tūc demones grauius flagellabant. Aliosque vidit quorū mēbra serpentes vorabant, & bufones ignitis aculeis eorum viscera extrahabant. Qui cum eis assentire nollet: in eundem ignem & pœnis flagellatur, sed cum ille exclamasset. Iesu christe &c. ā pœna predicta protinus liberatus est. Deinde processit ad quēdā locū vbi

homines sartagine frigebātur, vbi tota maxima erat vncinis ferreis ignitis plena, in quibus per diuersa mēbra homines erant suspēsi, quē tam velociter voluebatur, quod globum igneū emittēbat, post hoc vidit maximā domū habentem foueas metallis bullientibus plenas, in quibus alij vnū pedē, alij duo habebāt, alij ibi erant vsque de genua, alij vsque ad ventrem, alij vsque ad pectus, alij vsque ad collū, alij vsque ad oculos. Sed hæc omnia percurrens nomē dei inuocabat. Processit iterum & quēdā latissimum puteū inuenit de quo fumus horribilis & foetor intolerabilis exibat. Indeque homines vt ferrū candentes in modū fauillarum exibat, sed demones eos reimpēgebant. Dixeruntque ei demones. Locus ille quē conspicias, est infernus, in quo dominus noster Beelzebub habitat, in ipsum igitur puteū te iactabimus, si nobis assentire recusas, postquam autē illuc iactat⁹ fueris nullū inde remedium euadendi obtinebis. Quos dū ille audire cōtēneret, ipsum arripientes in predictum puteū iactauerunt. Qui tam vehementer dolose abortus est, vt fere oblitus fuerit nomē domini inuocare. Sed dum ille ad se rediens. Iesu christe &c. exclamasset corde, quia voce non poterat, protinus inde illatus exiuit, & omnis demonū multitudo, tanquam victa euanuit. Procedens ad locū aliū vidit quēdā pœtē, super quē eū transire oportebat, qui quidem erat stridissimus, & instar glacie politus & lubricus, sub quo fluuius ingens sulphureus & igneus fluebat. Super quem dum transire se posse omnino desperaret, tamen recordatus verbi quod eum de tot malis eripuit cōfidenter accessit, & vnū pedem super pontem ponens. Iesū christe &c. dicere cœpit. Validus autem clamor adeo eum terruit, vt subsistere vix valeret, sed predictū verbum protulit, & securus mansit. Deinde alium pedē posuit, & eadem verba iterauit. Ad quēlibet etiā passum eadem verba protulit, & sic securus transiuit. Cū ergo transisset in quoddam pratū a menissimum deuenit, vbi deuersorum florum mira suauitas redolebat. Et ecce duo speciosi iuuenes ei apparuerunt, qui ipsum vsq; ad quādam ciuitatē speciosissimā ex auro & gemis mirabiliter rutilatē perduxerūt. De cuius porta odor mirabilis emanabat, qui illū adeo recreauit quod nullum dolorem vel foetorem sensisse videbatur. Dixeruntque ei quod illa ciuitas paradysus esset. In quem cum Nicolaus intrare veller dixerunt ei predicti iuuenes quod primo ad suos rediret, & per loca per quē venerat, eum redire oporteret, demones tamen eum non laderent, sed eo viso territi fugerēt, & quod post xxx. dies in pace quiesceret, & tunc illam ciuitatem cuius perpetuus introiret. Tunc Nicolaus inde ascendens supra puteum se restitutum inuenit, & omnia omnibus qui sibi contigerant narrans post .xxx. dies in domino feliciter requieuit.

De annunciatione dominica.

LEGENDA L. A.



ANNUNCIATIO dominica dicit, quia tali die ab angelo aduentus filij Dei in carnem fuit annuntiatus. Congruum enim fuit, vt incarnationem filij Dei precederet angelica annuntiatio triplici ratione, primō ratione ordinis conuotandi, vt. f. ordo preparationis responderet ordini præuacuationis, vnde

sicut diabol⁹ tērauit mulierē, vt eā pertraheret ad dubitationē, & per dubitationē ad consensum, & per consensum ad lapsum: sic angelus nunciavit virginī, vt nūciando excitaret ad fidē: & per fidē ad cōsensum, & per consensum ad cōcipiēdū filiū Dei. Secundō ratione ministerij angelici: quia enim angelus est Dei minister, & seruus: & beata virgo electa erat, vt esset Dei mater, & cōgruū est ministeriū domino famulari: cōueniēs igitur fuit, vt beate virginī annuntiatio per angelū fieret. Tertiō ratione lapsus angelici reparandi. Quia enim in carnatio non tantum faciebat ad reparationē humani lapsus, sed etiā ad reparationē ruine angelicę: ideo angelus non debuerunt excludi. Vnde sicut sexus mulieris non excluditur ā cognitione ministerij incarnationis & resurrectionis: sic etiā nec angelicus nunciatus imō Deus vtrūque angelo mediante nūciat mulieri. f. incarnationem virginī Marię: & resurrectionē Marię Magdalene. Cū ergo virgo beata ā tertio anno etatis sue vsque ad quartū decimū annū in tēplo cū alijs virginibus extitisset, & vorū de seruāda castitate emississet: Deus aliter deponeret: eā Ioseph despōsauerat domino reuelatē, & Ioseph virga frōdente sicut in historia de natiuitate beatę virginis plenius continetur & in Bethleē, vnde oriundus erat, necessaria nuptijs prouisurus iuit: ipsa verō in Nazareth in domū parentū redijt. Nazareth interpretatur flos: vnde dicit Ber. quod flos nasci voluit de flore in flore & floris tēpore. Ibi igitur angelus ei apparuit: & ipsam salutauit, dicens. Ave gratia plena dominus tecū: benedicta tu in mulieribus. Ber. Inuitat nos ad Marię salutationē Gabrielis exēplū. Ioānis tripudiū: & resalutationis lucrū. Sed hic primō vidēdū est, quare dominus matrē suā voluit despōsari, Super hoc assignat Ber. tres rationes dicens. Necessario despōsata est Maria Ioseph: quoniam per hoc mysteriū ā demonibus absconditur, & ā spōso virginitas cōprobatur: & virginitatē verecūdiā quā famę prouideretur. Quarta ratio est, vt ab omni gradu mulieris opprobriū toleretur. f. ā coniugatis virginibus & viduis. Vnde ipsa virgo in hoc triplici statu fuit. Quinta, vt viri ministerio vteretur. Sexta vt matrimonio bonū cōprobaretur. Septima, vt per virū genealogie series texeretur. Dixit ergo angelus. Ave gratia plena. Ber. in ventre gratia deitatis: in corde gratia charitatis: in ore gratia affabilitatis: in manibus gratia misericordie & largitatis. Idē. Verē plena: quia de plenitudine eius capiunt. vniuersi captiui redēptionē: egri curationē: tristes cōsolationē: peccatores veniam: iusti gratiā: angeli, lætitiā: denique tota trinitas gloriā filij hominis humanę carnis sustantiā. Dominus tēcū. Dominus pater tecū qui genuit quē concipis: & dominus filius quē carne tua induis: sic dicit Ber. Benedicta tu in mulieribus. i. super omnes mulieres, quia scilicet eris mulier, & virgo, & mater dei. Triplici maledictio mulieres subiecta erāt: scilicet maledictio opprobrij: maledictio peccati: & maledictio supplicij. Maledictio opprobrij, quo ad nō cōcipiētes. Vnde dixit Rachel. Abstulit Deus opprobriū meū. Maledictio peccati, quo ad cōcipiētes: vnde in psalmo. Ecce enī in iniquitatib⁹ cōcepit sum. Maledictio supplicij, quo ad parturiētes, vnde in Gen. In dolore paries &c. Sola autē virgo Maria benedicta est inter omnes mulieres, cuius virginitati sōcūditas

additur: & sōcūditati in cōceptu sanctitas: & sanctitati in partu iucunditas. Dicitur ergo gratia plena, sicut dicit Ber. propter quatuor quę fulserunt in eius mente, quę fuerunt, deuotio humilitatis: reuerentia pudoris: magnitudo credulitatis: martyrium cordis.

B. Dicitur, dominus tecū propter illa quatuor, quę ei fulserunt de cælo, sicut idem dicit, quę sunt Marię sanctificatio: angelica salutatio, spiritus sancti superuotio: filij dei incarnatio. Dicitur etiam, Benedicta tu in mulieribus. Propter alia quatuor, quę sicut ibidē dicit fulserunt in eius carne: quia. f. sicut virginitatis primicia: sine corruptione secunda, sine grauedine grauida, & sine dolore puerpera. Quę cū audisse turbata est in sermone angeli, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Hinc aparet laus virginis in auditu, affectu & cogitatu. In auditu laudatur modestia: quia audit & tacer. In affectu verecūdiā, vnde turbata est. In cogitatu prudentia: quia cogitauit qualis esset ista salutatio. Turbata est autē de angeli sermone, non de eius visione, quoniam beata virgo angelos sæpē viderat: sed nunquā talia loquentes audierat. Petrus Rauē. Venerat inquit angelus blandus in specie, sed in sermone terribilis. Vnde quam leuiter lætificauit visus nimis turbauit audit⁹. Ber. Quod turbata est, fuit verecūdiā virginis, quod non perturbata, fortitudinis: quod tacuit & cogitauit, prudentiā & discretionē. Et tūc angelus confortās eam dixit. Ne timeas Maria inuenisti gratiā apud dominū. Ber. Quam gratiā Dei & hominum pacē mortis destructionem vitæ reparationē. Ecce concipies & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. i. saluatorem, quia saluum faciet populū suum ā peccatis eius. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Ber. Hoc est ille qui est magnus Deus futurus est magnus. f. magnus homo, magnus doctor, magnus propheta. Dixit autē Maria ad angelum. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco. i. mē non propono cognituram. Et ita fuit virgo mente, carne, proposito. Sed ecce Maria interrogat: & qui interrogat, dubitat. Cur ergo solus zacharias plagam taciturnitatis incurrit. Super hoc Petrus Rauē. assignat quatuor rationes, dicens. Ille peccatorum cognitōr nō verba, sed corda preiudit, Non quid dixerint, sed qui senserint iudicauit. Erat enim interrogatum causa dissimilis species diuersa. Hęc contra naturā credidit, ille dubitauit pro natura. Hęc integrē ordinē quærīt, ille qui Deus vult fieri, non posse prescribit. Ille impelentibus exemplis non accedit ad fidem, hęc sine exemplo percurit ad fidem. Hęc miratur de partu virginis, ille de cōceptu disputat coniugali. Non ergo dubitat de facto, sed modum quærīt & ordinem. Nam cum triplex sit modus concipiendi naturalis, spiritualis, & mirabilis, quo istorum concipiat, sciscitatur. Et respondēs angel⁹ dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te, qui ipsum tuum cōceptū efficiet. Vnde & dicitur, de spiritu sancto conceptus, & hoc propter quatuor rationes.

C. Primō, propter ostensionem eximie charitatis vt. f. ostendatur, quod ex ineffabili Dei charitate verbū Dei caro factum est. Io. iij. Sic Deus dilexit mundum &c. Et hæc ratio est magistri sententiarum. Secundō, propter ostensionem gratiæ absque meritis: vt p hoc quod dicit cōceptus de spiritu sancto ostēdat quod sit ex sola gratia, quā nulla hominū præcesserūt merita.

Et hæc est ratio Aug. Tertio, propter virtutem operationis: quia scilicet operatione & virtute spiritus sancti conceptus est. Et hæc est ratio Ambr. Quarto, propter motuum conceptionis. Et hæc est ratio Hugo. de sancto viatore. Motuum amoris viri in mulierem, & mulieris in virum conceptio naturalis est. Sic in virgine inquit: quia in eius corde amor spiritus sancti singulariter ardebat: ideo in ei⁹ carne amor spiritus sancti mirabilia faciebat. Et virtus altissimi obumbrabit tibi hoc secundum glo. sic exponitur. Umbra à lumine & corpore obiecto solet formari: & virgo sicut purus homo plenitudinem diuinitatis capere nequibat. Sed virtus altissimi obumbrabit. Dum in ea incorporea lux diuinitatis corpus suscepit humanitatis, vt sic posset Deum pati. Hanc expositionem videtur tan gere Ber. qui sic ait. Quia Deus spiritus est: nos verò umbra corporis sui temperauit se nobis: vt per obiectum viuificæ carnis videamus verbū in carne: solem in nube, lumen in testa: cereum in laterna secundum Ber. sic exponitur. q. d. Illud modum quo de spiritu sancto concipies, Dei virtus Christus in suo secretissimo consilio obumbrando occultabit: vt sibi tantum notum habeatur & tibi. Ac si dicat. Quid ad me queritis: quod in te mox experieris. Scies scies, & foeliciter scies: sed illo doctore quo auctore. Ego nunciare misus sum virginalem conceptum, non creare. Vel obumbrabit. i. te à vitiorum estu refrigerabit. Et ecce Elizabeth cognata & c. Ecce dicit, vt ostendat hoc esse magnum, nouum, vicinum. Quatuor de causis conceptus Elizabeth Mariæ nunciatur secundum Ber.

D. ¶ Prima est cumulus lætitiæ. Secunda perfectio scientiæ. Tertia perfectio doctrinæ. Quarta obsequiū misericordiæ. Dixit enim sic Hieron. Sterilis cognatæ conceptus Mariæ nunciatur: vt dum miraculum miraculo additur: gaudio gaudium cumuletur. Vel ideo: quia profecto decebat, vt verbum mox diuulgandum vbique sciret, prius virgo per angelum, quod audiret ab homine, ne mater Dei à consilij filijs videretur amota: si eorum que in terris tam propè geruntur remansisset ignara. Vel ideo potius, vt dum tunc saluatoris nunc precursoris edocetur aduentus rerum tempus & ordinem tenens, ipsa postmodum scriptoribus atque predicatoribus referet veritatem. Vel ideo, vt audiens cognatam vetulam & grauidam, cogiter iuuenula de obsequio vt sic, paruulo prophete detur locus obsequendi domino: & mirabilis miraculum fieri de miraculo. Item Ber. Da virgo responsum festinanter. O domina responde verbum, & suscipe verbum, profer tuum, & suscipe diuinum: emitte transitorium & amplectere sempiternum: surge: curre: aperi. Surge per fidem: curre per deuotionem: aperi per cōsensum. Tunc Maria exptēsis manibus, & oculis ad cælum eleuatis ait. Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuū. Ber. Alijs in aure: alijs in ore: alijs in manu verbum Dei factum fuisse memoratur. Mariæ autem factum est in aure, per angelicam salutationem: in corde, per fidem in ore per confessionem: in manu per contrectationem: in ventre, per incarnationem: in gremio, per sustentationem: in brachijs, per oblationem. Fiat mihi secundum verbum tuum. Ber. Nolo vt fiat mihi aut declamatoriæ predicatum: aut figuratiler significatum, aut imaginatoriè somnium: sed

silenter inspiratum: personaliter incarnatum: corporaliter inuiseratum. Statimque filius Dei in vtero illi conceptus est perfectus Deus: perfectus homo. Et in ipsa prima die conceptionis tantæ sapientiæ ac potentia extitit: quantæ in tricesimo anno fuit. Tunc surgens Maria abiit in montana ad Elizabeth. Et cū eam salutasset: Ioannes in eius vtero exultauit, glo. Quia lingua non poterat animo exultante salutare: & suæ precursionis officium inchoat. Fuit autem in eius obsequio tribus mensibus, donec Ioannes nasceretur, quem manibus suis de terra leuauit: sicut in libro iustorum legitur. In hac die vt dicitur, per multa temporum curricula Deus multa operatus est. Que quidam egregijs versibus sic declarauit. Salua festa dies que vulnera nostra coerces. Angelus est missus, est passus in cruce Christus. Est Adam factus: & eodē tempore relapsus. Ob meritū decime cecidit Abel fratris abesse. Offert Melchisedech: Isaac supponitur aris. Est decollatus christi baptista beatus. Est Petrus erectus, laeobus sub herode peremptus. Corpora sanctorum cū christo multa resurgunt. Latro dulces tum per christū suscipit amen.

E. ¶ Miles quidam diues ac nobilis seculo abrenunciauit: & ordinem cisterciensium introiuit. Et quia literas nesciebat, erubescens monachi tam nobilem personam inter laicos deputari: dederunt ei magistrum, si fortè modicum adiscere posset, & sub hac occasione inter monachos permaneret. Sed cum diu cum magistro fuisset, & nihil omnino præter hæc duo vocabula: Aue Maria. discere potuisset. Hæc tam aude retinuit, vt quocumque deambularet, quicquid ageret, ea incessanter nominaret. Tandem moritur: & in cimiterio cum alijs fratribus sepelitur, & exsepulchro eius tumulum speciosum excreuit lilium & quod libet folium Aue Maria, literis aureis habebat in scriptum. Currentes omnes ad tam grande spectaculum terram de cumulo effuderunt, & radicem lilij de ore defuncti procedere repererunt. Intellexerunt ergo cū quanta deuotione illa duo verba dixerat, quem dominus tanti honore prodigij illustrauit. Quidam miles quoddam in via castrum habebat, & omnes transeuntes sine miseratione aliqua spoliabat virginem tamē matrem Dei quotidie salutabat, nec pro aliquo impedimento emergenti ab illa salutatione aliqua die cessare volebat. Accidit autē vt quidam vir religiosus & sanctus inde transitum faceret, & ipsum predictus miles continuo expoliari iuberet. Vir autem sanctus rogauit predones, vt ipsum ad dominum suum deducant: quia ad ipsum habet secreta que perferat. Adductus autem rogauit militem vt omnes de familia sua & castro congregari faceret, & vt eis verbum domini predicaret, cum autem congregati fuissent, ille ait. Nequaquam hic estis omnes, sed aliqui adhuc deest. Cui cum omnes se ibidem esse assererent, aiebat. Diligenter perquirite, & aliquem inuenietis abesse. Tūc vnus exclamans dixit, quoniam solus camerarius illic non venisset. Ille autem dixit. Verè ipse est, qui solus deest. Pro eo igitur cito mittitur, & in medium deducitur. Cum autem virum Dei vidisset, reuolutis terribiliter oculis caput instar insani agitabat. nec propius accedere audebat. Vir autem sanctus dixit ei. Adiuro te per nomen domini nostri Iesu christi, vt quis

quis sis, nobis edisseras: & ob quam cām huc veneris, palam pādas, Cui ille respondit. Heu ad iuratus, pcedere cogor inuitus. Ego em non sum homo: sed demō, qui formā hoīs accepi & .xiii. annis cū hoc milite sic permāsi. Nā noster princeps me huc misit, vt diem, qua hic suæ Mariæ saluationē nō diceret: diligētius obseruare: vt in eū potestatis accepta ipsum continuo stranguerē: & sic in male operibus vta finiens noster esset. Quacūq; enim die illam salutationem dicebat, in eū potestatis habere nō poterā. Ecce autē de die in diē diligentius obseruauit: & nullū diem, quin eā saluauerit, prætermisit. Hæc miles audiens vehementer obstupuit: & ad pedes viri Dei se pijciens veniam postulauit: & in melius deinceps vitam mutauit. Vir autem sanctus dixit dæmoni. Præcipio, tibi dæmō in nocte domini Iesu christi. vt hinc abscedas: & talem hædens locum possideas: vt nulli gloriosam Dei genitricē inuocanti nocere præsumas. Hæc vbi iussa dedit, dæmon abscedens euauit. Et miles virū sanctū cū reuerentia & gratiā actione liberū abire permisit.

LEGENDA LI. A.

PASSIO Christi fuit ex dolore amara, & illusione despecta, & ex utilitate multiplici fructuosa. Dolor autem causatur ex quinque. Primò ex eo quod ipsa passio fuit ignominiosa: & hoc propter ignominiosum locū: quia in Caluaria, vbi malefactores puniebantur. Propter ignominiosum supplicium: quia morte turpissima cōdemnatus est. Crux enim supplicium erat latronum. Et licet crux tūc esset multæ ignominia: nunc est immensæ gloriæ. vnde Aug. Crux quæ erat supplicium latronū: nunc trāsit ad frontes imperatorū. Si tantū honorē Deus cōtulit supplicio suo, quid conferret seruo suo? Propter ignominiosum cōfortiū: quia cū sceleratis deputatus est. i. cum latronibus, qui primo erant sceleratis: postea vnus conuersus est. f. Dismas, qui erat à dextris: sicut dicitur in euangelio Nicodemi: & alius dānatus. f. Gessmas: qui erat à sinistris. Vni ergo dedit regnū, alteri supplicium. Ambro. Autor pietatis in cruce pendens in singulis negotijs pietatis officia diuidebat perfectionē apostolis: pacē discipulis: corpus Iudæi: crucifixoribus vestimēta: patri spiritū: virgini paranympū: latroni paradysum: peccatoribus infernū: crucē christianis pœnitentibus cōmendabat. Ecce testm quod fecit Xps in morte pendens in cruce. secūdo ex eo quod fuit iniusta: quia pētū nō fecit: & non est inuentus dolus in ore eius. & ideo qui venit indignè pœna dolēda venit. De tribus enim iniuste pēcipuæ eū accusabāt. videlicet, quia tributū reddi phibeat: quia se regē dicebat: & quia filium Dei se faciebat. Cōtra hæc tres accusationes dicimus in pasce in persona saluatoris tres accusationes. Popule meus quid feci tibi, & c. vbi reprobat Christ⁹ tria beneficia eis collata. f. liberationem ab Aegypto: regimē in deserto: plantationem vineæ in loco optimo. Quasi Christ⁹ dicat. Accusas me de redditiōe tributū, potius gratias agere deberes: quia liberaui te à tributo. Accusas me, quia dixi me regem: potius deberes gratias agere: quia regaliter paui te in deserto. Accusas me, quia me filium dei dixi: potius deberes gratias agere: quia te in vineam meam elegi: & in lo-

co optimo plantaui. Tertio ex eo quod fuit passus ab amicis. Tolerabilior enim esset dolor, si pateretur ab his, qui aliqua de causa deberent esse sui inimici: vel ab his qui essent alieni, vel extranei: vel ab his quib⁹ aliqua incommoda intulisset: sed tamen patitur ab amicis. i. ab his, qui deberent esse sui amici. Item à proximis, id est ab his de quorum stirpe natus est. De his duobus dicitur in psal. Amici mei & proximi mei. Job. xxx. Noti mei quasi alieni recesserunt à me. Item ab his, quibus multa, bona contulerat. Io. viij. Multa bona operatus sum eis. Bernar. O bone Iesu quam dulciter cum hominibus conuersatus es: quā magna & abundantissima eis largitus es, quā dura & aspera p eis passus es: dura verbera: duriora verba: durissima crucis tormenta. Quarto nonne tenentitudinis corporis. Vnde in figura Dauid dicitur de eo. ij. Reg. penul. Ipse est quasi tenerrimus ligni verniculus. Bernar. O Iudæi, lapides estis: lapidē percutitis molliorem: de quo resonat tinnitus pietatis, & bullit oleū charitatis. Item Hieron. Traditus est Iesus militibus verberandus: & illud sacratissimum corpus pectusq; Dei capax flagella secuerunt. Quinto ex eo, quod fuit vniuersalis: quia p oēs, & oēs partes sensus. Primò em fuit hic dolor in oculis: quia lachrymatus est, sicut dicitur ad Hæb. f. Ber. Ascendit in altum, vt longius audiretur: fortiter clamabat, vt nullus excusaretur: clamori lachrymas addidit, vt homo cōpateretur. Aliās etiam his lachrymas fudit. f. in resurrectione Lazari, & super Hierusalem. Itaque primæ lachrymæ fuerūt amoris. Vt & quidam cum vidissent eum lachrymantem dixerunt. Ecce quomodo amabat eum. Secundæ fuerunt compassionis: sed hæc tertiæ fuerunt doloris. Secundò fuit in auditu: cum ei. f. opprobria & blasphemia irrogata sunt. Chryst⁹ enim specialiter quatuor habuit: in quibus opprobria & blasphemias audiuit: habuit enim excellentissimam nobilitatem: quia quātum ad diuinam naturam fuit æterni regis filius: & quātum ad humanam de regia stirpe genitus: ita quæ etiam in quātum homo fuit rex regum, & domin⁹ dominantium. Habuit ineffabilem veritatem: quia ipse est via, veritas & vita. Vnde de se iterum dicit. Sermo tuus veritas est. Filius enim est sermo siue verbū patris. Habuit insuperabilem potestatem: quia omnia p ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Habuit insuper singularem bonitatem: quia nemo bonus nisi solus Deus. In his Christus audiuit opprobria & blasphemia. Primò quidem quo ad nobilitatem. Mat. xij. Nonne hic est filius Fabri? Nonne mater eius dicitur maria. & c. Secundò ad potestatem, Mat. xi. Hic non deijcit dæmonia, nisi in Beelzebub principe dæmoniorū. Itē Mat. xxvij. Alios solos fecit, seipsum non potest saluum facere. Ecce dicunt ipsum impotentem: cum tamen adeo potens extitit, quod persecutores suos sola voce prostrauit. Nam cum interrogasset, quem queritis: & illi respondissent Iesum Nazarenū: & ipse dixisset ego sum: continuo ceciderunt in terram. Aug. Vna vox turbam odijs plenam & ferocē. armis terribilem sine vilo telo percussit, repulit. strauitque virtute latētis diuinitatis. Quid iudicatur⁹ facite: quæ iudicandus hoc facit. Quid regnaturus poterit, quæ moriturus hoc potuit. Tertio quo ad veritatem. Ioan. viij. Tu de te ipse testimonium perhibes:

testimonium tuum non est verum. Ecce qui dicunt eum mendacem cum tamen ipse sit via, veritas & vita. Hanc veritatem Pilatus scire vel audire non meruit. quia ipsum secundum veritatem non iudicavit. Inchoavit quippe iudicium à veritate: sed in veritate non permansit, & ideo de veritate quæstionem meruit inchoare: sed non meruit solutionem audire. Alia ratio est secundum Aug. quare solutionem non audiuit: quia cum illam quæstionem fecisset, subito venit illi in mentem consuetudo Iudæorum. qua solebat vnus dimitti in pascha, & ideo statim exiit, & solutionem non expectauit. Tertia ratio est secundum Chryl. quia sciebat quæstio tam difficilis indigebat multo tempore & multa discussione, & ipse ad liberationem Christi properabat, & ideo statim exiit. Legitur tamen in euangelio Nichodemi quod cum Pilatus Iesum interrogasset, quid est veritas. Iesus ei respondit. Veritas de celo. Et Pilatus in terris non est veritas. Dixit ei Iesus. Quomodo potest esse veritas in terris que iudicant ab his, qui potestatem habent in terris. Quarto quo ad bonitatem, Dicebat enim ipsum esse peccatorem in corde. Io. ix. Nos scim⁹, quia hic homo peccator est. Sed uicium in sermone, Luce. xiiij. Comouit populum docens per vniuersam Iudæam incipiens à Galilea vsq; huc. Legis præuaricationem in opere. Io. ix. Non est hic homo à Deo, qui sabbatum nõ custodit. Tertiõ fuit in odoratu, quia magnum fetorem sentire potuit in loco Caluarie: vbi erant corpora foetida mortuorum. Vnde dicitur in scholastica historia quod Caluarie propriæ est os capitis humani nudum: vnde & quia ibi decollabantur rei, & multa ossa capitum ibi diuersa erant: dicebat Caluarie locus, vel Caluarium. Quarto fuit in gustu, vnde cum clamaret, sicut: dederunt ei acetum cum myrrha & felle mixtum, vt ex aceto citius moreretur: & ipsi custodes à custodia carceris liberarentur. Dicitur enim crucifixos citius mori, si acetum bibant, & ex myrrha pateretur olfactus, & ex felle gustus, Aug. Pro mero repletur sinceritas aceto, inebriatur felle dulcedo, adijcitur innocentia quo, moritur vita pro mortuo, Quinto fuit in tactu, quia in omnibus partibus corporis à planta pedis vsque ad verticem nõ fuit in eo sanitas. De hoc autem qualiter in omnibus sensibus dolorem habuit: dicit Ber. Caput angelicis tremendum spiritibus densitate spinarum pungitur, & facies pulchra præ filiis hominum spuris Iudæorum deturpatur, oculi lucidiores sole caligant in morte: aures quæ audiunt angelicos cantus, audiunt peccatorum insultus, os quod docet angelos felle & aceto potatur, pedes quorum scabellum adoratur, quoniã sanctum est cruci clauo affiguntur, manus quæ formaerunt celos sunt in cruce extensæ & clauis affixæ: corpus verberatur, latus lancea perforatur. Et quid plura. Non remansit in eo nisi lingua, vt pro peccatoribus exoraret, & matrem discipulo commendaret.

B Secundo eius passio fuit ex illusione despecta. Quatuor enim vicibus fuit sibi illusus. Primo in domo Annæ, vbi recepit sputa, alapas, velationem oculorum. Ber. Vultum tuum bone Iesu desiderabilem, in quæ desiderant angeli prospicere spuris inquinauerunt, manibus percusserunt, velo pro derisione operuerunt, nec amarum vulneribus pepercerunt. Secundo in domo Herodis qui cum fatuum & non sanum men-

ris æstimans, ex eo quod nullum ab eo responsum habere potuerat, pro derisione eum veste alba induit. Ber. Tu homo es habes fertu de floribus, & ego Deus, & habeo coronandæ spinis. Tu habes chirothecas in manibus, & ego habeo clauos defixos. Tu in albis vestibus tripudias, & ego pro te derisus fui ab Herode in veste alba, Tu tripudias cum pedibus, & ego laboravi cum meis pedibus. Tu in choreis brachia extendis in modum crucis in gaudium, & ego ea in cruce extensa habui in opprobrium. Ego in cruce dolui, & tu in cruce exultas. Tu habes latus apertum & pectus in signum vanae gloriæ, & ego latus effossum habui, pro te: tamen remperere ad me, & suscipiam te. Sed quare dominus tempore suæ passionis coram Herode, Pilato & Iudæis sic tacebat. Huius triplex est ratio. Prima ratio est, quia non erat digni audire suam responsionem. Secunda, quia Eua peccauerat per loquacitatem, & ideo Christus voluit satisfacere per taciturnitatem. Tertia, quia quicquid respondebat, totum calumniabantur, & deprauabant. Tertiõ in domo pilari vbi militibus clamidem coccineam circumdederunt ei, & arundinem in manu dederunt, & coronam spinæ super caput eius posuerunt, & genu flexo dicebant, Ave rex Iudæorum. Illa autem spinea corona dicitur fuisse de iuncis marinis, quorum acies non minus spina est dura & penetratior. Vnde & sanguinem de capite dicitur illa corona spinea extraxisse. vnde Ber. Caput illud diuinum multiplici spinarum densitate vsque ad cerebrum confixum est. De anima sunt tres opinionones vbi, scilicet anima principalem habeat sedem, scilicet vel in corde, propter illud. De corde exeunt cogitationes malæ &c. Vel in sanguine, propter illud. Anima omnis carnis in sanguine est. Vel in capite, propter illud. Et inclinatio capite tradidit spiritum &c. Hanc triplicem opinionem Iudæi ipso facto videntur sciuisse. Nam vt eius animam à corpore euellerent, quæsierunt ipsam in capite, cum spinas vsque ad cerebrum infixerunt. Quæsierunt in sanguine, cum eius venas in manibus & pedibus aperuerunt. Quæsierunt in corde, cum eius latus perforauerunt. Contra has tres illusiones in parascæus præmittimus ante reuelationem crucis tres adorationes, dicens. Agios &c. quasi ter adorantes, ter illumus propter nos. Quarto in cruce. Mat. xxv. Principes sacerdotum illudentes eum cum senioribus & scribis dicebant. Si rex Israel est, descende nunc de cruce & credemus ei. Ber. Super hunc locum, Interim patientiam, magis exhibet, humilitatem commendat, obedientiam implet, charitatem perficit. In his nempè virtutum gemmis quatuor erucis cornua ornantur, & supereminetior charitas à dextris, obedientia à sinistris, patientia radix omnium virtutum, humilitas in profundo, hæc omnia quæ Christus passus est. Bern. Breuiter recolligit dicens. Memor ero quædiu vixero laborum, quos pertulit in prædicando, fatigationum in discursu, vigiliarum in orando, tentationum in ieiunando, lacrymarum in compatiendo, insidias: um in colloquendo, postremo cõuictorum, spurorum, collaphorum, sublanationum, clauorum, exprobrationum.

C Tertiõ passio eius fuit utilitate multiplici fructuosa: cuius utilitas potest esse triplex. Scilicet peccatorum remissio gratiæ, collatio, & gloriæ exhibitio: & hæc tria

notant in titulo crucis: quia Iesus quo ad primu, Nazarenus quo ad secundu, rex Iudæorum quo ad tertium, quia ibi erimus omnes reges. De eius utilitate dicit Aug. culpa deleuit christus præsentem præteritã & futuram. Præterita peccata tulit: ea remittendo, præsentia homines ab eis retrahendo, futura gratiã, qua vitare tur cõferendo. De eius etiã utilitate dicit Aug. Admirerur, gratulemur, amem⁹, laudemus, adoremus: quoniam nam per redemptoris nostri mortem de tenebris ad lucem, de morte ad vitam, de corruptione ad incorruptionem, de exilio ad patriam, de luctu ad gaudium vocati sumus. Quam utilis autem modus redemptiois nostre fuerit, patet ex quatuor rõnibus, videlicet, quia fuit accessibilissimus ad placandum Deum, congruentissimus ad curandũ morbum, efficacissimus ad attrahendũ gen⁹ humanum, prudentissimus ad expugnandũ humani generis inimicum. Primõ ergo fuit accessibilissimus ad placandum & reconciliandum Deũ: quia sicut dicit Ansel. in lib. Cur Deus homo. Nihil asperius & difficili⁹ potest homo pari ad honorẽ Dei spõte & nõ ex debito quem mortem. Et nequã magis homo se potest dare Deo quã cõ se morti tradit ad honorem ipsius. Et hoc est quod dicitur Ephe. v. Tradidit semetipsum oblationem & hostiã Deo in odorẽ suauitatis. Qualiter autem fuit sacrificium, nos Deo placans & reconcilians. dicit Aug. de tri. Quid tam grate suscipi possit quã caro sacrificij nostri corpus effectum sacerdotis nostri. Vt quoniam quatuor cõsiderantur in omni sacrificio: cui offeratur, quid offeratur, pro quib⁹ offeratur, & quis offerat: idem imple vnus vtriusq; mediator per sacrificium pacis reconcilians nos Deo cõ ipso maneret, cui offereret, vnũ in se faceret pro quibus offereret: vn⁹ ipse esset, qui offereret, & quod offereretur. De hoc autem etiam qualiter per christum sumus reconciliati. dicit idem Aug. quod christus est sacerdos & sacrificium; Deus & templum. Sacerdos per quem sumus reconciliati, sacrificium quo sumus reconciliati, Deus cui sumus reconciliati, templum in quo sumus reconciliati. Vnde quibusdam hanc reconciliationem parvipendebat. Aug. in persona christi exprobrat, dicens. cum esses inimicus patri meo reconciliaui te per me: cõ esses longe, ego veni, vt redimerẽ te, cum inter omnes montes & silvas errares, quæsiui te inter lapides & ligna inueni te, & ne luporum ferarumq; rapido ore lanaueris, collegi te, humeris meis portauit te: patri meo reddidi te. Laboravi, sudauit, caput meum spinis appolui, manus meas clauis obieci, lancea latus aperui, tot nõ dicam iniurias, sed asperitatis lania tus sum, Sanguinem meum fudi, animam meam posui, vt coniungerem te mihi, & tu diuideris à me.

D Secundo fuit congruentissimus ad curandum morbum. Congruitas autem attenditur ex parte temporis: ex parte loci, & ex parte modi. Ex parte temporis: quia Adam factus fuit, & peccauit in mense martii feria sexta & hora sexta, & ideo christus pati voluit in martio: quia in die qua fuit nunciatus, fuit & passus. Item in feria sexta & hora sexta. Secundo ex parte loci, quoniam locus suæ passionis tripliciter cõsideratur. scilicet cõmunis, aut specialis, aut singularis, locus cõmunis fuit, terra promissionis, specialis caluarie, locus singularis, crux. In loco autem cõmuni primus homo fuit formatus: quia in partibus illis iu-

xta Damascum, in agro Damasceno dicitur fuisse formatus. In loco speciali fuit sepultus: quia ibidem vbi christus passus est Adam dicitur fuisse sepultus, licet autenticum non sit. Cum secundum Hiero. Adã in Ebron mote sepultus fuit, sicut etiam soluz. xiiij. expresse habetur. In loco singulari fuit deceptus, nõ quod in illo ligno in quo christus passus est Adã fuit deceptus, sed pro tanto dicitur: quia sicut Adam deceptus fuit in ligno, ita christus passus fuit in ligno. In quadam tamẽ historia Græcorum dicitur quod in eodem. Tertio ex parte modi curandi, qui quidam modus fuit per similia & per contraria. Per similia: quoniam sicut dicit Aug. in lib. de doct. christiana. Per sceminam deceptus, per sceminam natus, Homo homines, mortalis mortales, morte mortuus liberauit, Ambro. Ex terra virgine Adam: christus ex virgine. Ille ad imaginem Dei: hic imago Dei. Per mulierem stultitia, per mulierem sapientia. Nudus Adam, nudus christus. Mors per arborem, vita per crucem. In deserto Adam, in deserto christus. Per contraria: quoniam primus homo secundum Grego. peccauerat per superbiam, inobedientiam & gulam. Voluit enim a simulari Deo per scientiã sublimitatem, transgredi præcepti Dei limitem, & gustare pomi suauitatem, Et quoniam cõ ratio habet fieri per contrarium: ideo iste modus satisfaciendi congruentissimus fuit: quia fuit per humiliationem: diuinæ voluntatis impletionem, & afflictionem, de his tribus ad Philip. ij. Humiliauit semetipsum, quo ad primum factus obediens quo ad secundum, vsque ad mortem quo ad tertium.

E Tertiõ fuit efficacissimus ad attrahendum genus humanum. Nunquid enim saluo liberratis arbitrio magis ad amorem suum, & fiduciam genus humanum attrahere potuit? Qualiter autem per hoc ad amorem nos attrahat dicit Bern. Super omnia reddit te amabilem bone Iesu calix quem bibisti opus redemptionis nostræ. Hoc omnino amorem nostrum facile vendicat totum tibi, hoc est, quod nostrum amorem & blandius allicit, & iustus erigit, & citius astringit, & vehementius afficit. Etenim vbi te exinanisti, vbi te naturalibus radijs exuisti, ibi pietas magis emicuit: ibi charitas plus effulsit, ibi gratia amplius radiavit. Qualiter autem ad fiduciam dicitur Roma. viij. qui etiam proprio filio suo non peperit: sed pro nobis omnibus tradidit illum. quomodo non etiam animam cum illo nobis donauit. De hoc etiam Bernard. Quis nõ rapiatur ad spem impetrandi fiduciam, qui eius attendit corporis dispositionem? videlicet caput inclinatum ad osculum: brachia extensa ad amplexandum: manus perforatas ad largiendum: latus apertum ad diligendum, pedum afflictionem ad nobiscum commanendum, corporis extensionem ad se totum nobis impendendum.

F Quarto fuit prudentissimus ad expugnandum humani generis inimicum. Iob. vigesimosexto Prudentia eius percussit superbum. Et vltimõ. Nunquid poteris capere Leviathan hamo. Christus enim hamum suæ diuinitatis absconderat sub eca humanitatis. Et diabolus capere volens escam carnis, captus est ab hamo diuini

nitatis. De hac prudenti captione dicit Aug. Venit redemptor, & victus est deceptor. Et quid fecit redemptor captiuatoris nostri. Tereudit musci pulam: cruce suā posuit in ea, escam sanguinem suum. Ipse autem voluit fundere sanguinem non debitoris, propter quod recessit a debitoribus. Huiusmodi debitum apostolus vocat chirographū, quod quidē Christus tulit. & cruci afflixit. De quo chirographo dicit Aug. Eua peccatū à diabolo mutauit: chirographū scripsit: fidei iussorem dedit: & vsura posteritati creuit. Tunc enim à diabolo peccatum mutauit: quando cōtra præceptū Dei suæ prauæ iusioni vel suggestioni consensit. Chirographum scripsit: quando manū ad pomum vetitum porrexit. Fidei iussorem dedit: quādo Adā p̄ctō cōsentire fecit. & sic vsura peccati posteritati creuit. Contra igitur cōtēnentes hanc redemptionem: quæ nos de inimici potestate reduxit, Ber. exprobrādo dixit in persona Xpi, Popule meus (ait dominus) quid tibi facere potui & nō feci? Quid causæ est, quod inimico meo magis libet seruire, quā mihi: nec ille creauit vos: sed nec pascit. Si parua hæc videtur ingratis: nō ille: sed ego redemi vos, Quo præcio. Nō utique auro corruptibili vel argento: nō sole, aut luna: nō saltem angelorū aliquo, sed proprio vos cruore redemi. Cæterum si nequā multiplici iure debitū est à vobis elicere famulatum, ommissis omnibus meū saltem ex denario diurno conuenire. Et quia in mortē Xpm irradiderunt Iudas per auaritiam: Iudæi per inuidiam, pilatus per timorem, ideo videndū esset de pœna à deo his inflicta merito huius peccati. Sed de pœna & origine Iudæ inuenies in legenda sancti Mathiæ, de pœna & excidio iudeorum, in legenda sancti Iacobi minoris, de pœna autem & origine Pilati, in quadam historia, licet apocrypha, sic legitur. G. ¶ Fuit quidem rex nomine Tyrus qui quandam puellam nomine Pilam filiam cuiusdam molēdinarij (nomine. Atus, carnaliter cognouit, & de ea filium generauit. Prima autem ex nomine & patris sui, qui dicebatur Atus) vnū nomen cōposuit, & nato puero, imposuit nomen Pilatus. Cū autem Pilatus tres annos haberet, ipsum Pilatum ad regem transmisiit. Habebat autem rex filium de regina coniuge sua, qui fere Pilato coarctatē videbatur. Isti dum annos discretionis attigissent, sapius luctamine, pugna & funda adinuicē colludebat. Sed regis legitimus filius, vt & genere erat nobilior, sic in omni loco. Pilato inueniebatur strenuior, & omni genere certaminis aptior. Ob hoc Pilatus inuidiæ liuore cōmorus, & felleo dolore stimulatus, fratrem suum latenter occidit. Quod rex audiens vehementer doluit, & concione conuocata quid de scelerato & homicida faciendum sit, filio requisit, qui cum omnes reum mortis esse vnanimiter acclamauerunt. Rex autem ad se reuersus iniquitatem iniquitati noluit duplicare: sed ipsum pro tributo quod annuatim debebat Romanis oblidem misit: tum volens innoxius esse ab occisione filij: tū à tributo Romanorum cupiens liberari: Tunc em̄ tps erat Romæ filius regis Fraciæ quē similiter rex miserat Romā pro tributo. Huic Pilatus afflocat⁹ eū se ab eo moribus & industria præcellit videret, cū inuidiæ stimulis agit⁹ occidit, Sed cū Romani quid de eo faciendū esset, inquireret: dixerūt. Hic si superuixerit, qui fratrem neca-

uit: oblidē iugulauit reipublicæ utilis erit, & colla ferociū hostium: ferox ipse domabit. Dixerūt ergo cū reus mortis habeatur, in Pōthos insulam gentibus illis que nullū patiunt, iudicē, in dē præficiatur: si forte eius nequitia ipsorū cōtumacia edometur, si nō q̄ meruit patiā. Missus igitur Pilatus ad gentē ferocē, & suorū iudicū peremptricē nō inscius ad quos missus sit, & quā pēdula vitæ suæ snia tacitē rem cōsiderans, vitā seruare voluit, & gentē nequā ipse minis & promissis supplicio & p̄cio pōnit⁹ subiugauit. Qui igitur tā dure gētis victor extitit, à Pōthos insula pōt⁹ Pilat⁹ nomē accepit. Herodes autē hoīs illius industria, vt audiuit versutis eius cōgaudēs ipse vsertur eū ad se muneribus & internūcijs inuitauit, & sup Iudæam & Hierusalē potestātē & vicem suam ei tradidit. Qui cū pecuniā innumerabilē cōgregasset, nesciente Herode Romā adijt, & infinitā pecuniā tiberio imperatori obtulit, & ab eo sibi dari, quod ab Herode tenebat, muneribus impetrauit, Huiusmodi causa facti sunt inimici Pilatus & Herodes: quoad utq; tempore passionis domini nō sibi recōciliauit: eo q̄ dominū se misit. Alia cā inimicitia assignatur in historia scholastica. Quidā em̄ se filij Dei faciens multos de Galilæis seduxerat, quos eū in Garisim deduxisset. vbi dixerat se ascēsurū in cœlū superueniēs Pilatus ipsum cū omnib⁹ occidit, tumēs ne similiter Iudæos seduceret, Ob hoc facti sunt inimici, quia Herodes præsidebat Galilæis, & vtraq; causa potuit esse vera. cū autē Pilat⁹ dominū Iudæis crucifigendū tradidisset, timens tamē offensam Tiberij, Cæsaris eo quod cōdemnasset sanguinē innocentē, quendā sibi familiārē pro sui executione ad Cæsarem destinauit. Interea cū Tiberius morbo graui teneret: nunciat eīdē q̄ Hierosolymia quidā medic⁹ esset, qui oēs morbos solo verbo curaret, nesciēs q̄eū Pilatus & Iudæi occidissent. Dixitq; Volusiano sibi priuato. Vade citi⁹ trans partes marinas: diceſq; Pilato vt hūc medicū mihi mittat, qui me pristinæ sanitati restituat. Cū autē ille ad Pilatū venisset, & mādātū imperatoris exposuisset, eidem territus Pilatus. xiiij. dierum in duciā postulauit. Intra quod spacū dū Volusianus quidā matronā que fuerat familiaris Iesu noīe Veronicā vbinam Xps Iesus inueniri possit, interrogasset: ait. Heu dominus meus & Deus me⁹ erat, quē Pilatus in inuidiā traditū condēnauit, & crucifigi præcepit. Tunc ille nimis dolens, ait. Vehementer doleo: quia, quod mihi domin⁹ meus iusserat, explere nō valeo: Cui veronica, Dñs meus cū predicādo circumiret, & eius p̄ntia nimis inuitē carerē, volui mihi ipsius depingi imaginem, vt dū ei⁹ priuaret præsentia, mihi saltē p̄staret solacium imaginis suæ figuræ. Cūq; lintheū pictori deferrē pingendum, dominus mihi obuiauit, & quo tenderem requisit. Cui cum vitæ causam aperuissem, à me petijt pannum, & ipsum mihi venerabili sua facie reddidit insignitum. Imaginis ergo huius aspectum, si dominus tuus deo te intuebitur, continuo sanitatis beneficio potietur Cui ille. Est ne huiusmodi imago auro vel argento cōparabilis: Cui illa. Non, sed pio affectu deuotionis. Tecum igitur proficiscar, & videndam Cæsari imaginem deferam, & reuertar, Venit igitur Volusianus cū Veronica Romā. Dixit Tiberio imperatori. Iesum cū te diu desideratum Pilatus & Iudæi iniuste morti tra-

diderunt, & per inuidiam crucis patibulo affixerūt. Venit igitur matrona quedam mecum ipsius Iesu imaginem deferens, quam si deuotē prospexeris: mox sanatis tuæ beneficium obtinebis. Cæsar igitur pannis precis viam sterni fecit: & imaginem sibi præsentari præcepit. Qui mox vt eam sicut intuitus: sanitatem pristinam esse assecutus. Pontius igitur Pilatus imperio Cæsaris capitur: & Roma perducitur. Audiens Cæsar Pilatum aduenisse nimio furore contra eum repletus: eum ad se adduci fecit. Pilatus autem tunicam domini inconsutilem secum detulit, quæ in indutam coram imperatore portauit. Mox vt imperator eum vidit: omnem iram deposuit, & ei protinus assurrexit: nec sibi dure in aliquo loqui præualuit: & qui in eius absentia videbatur tam terribilis & ferus: nūc in eius præsentia inuenitur quodammodo mansuetus. Cūq; eum licentia esset: mox contra eum terribiliter excaudescit: se miserum clamans q̄ ei furore sui peccatoris minime ostendisset. Statimq; eum reuocari fecit: iurans & contestans q̄ filius mortis esset: nec phas sit eū viuere super terram. Qui vt cum vidit, contionē eum salutauit, & omnem animi ferocitatem abiecit. Miratur, omnes mirabatur & ipse, quod sic contra Pilatum dum abesset, excaudesceret: & dum præsens esset, nil ei asperē loqui posset. Tandem diuino nutu: vel fortē alicuius christiani suasu ipsum illa tunica expoliari fecit: & contra eum pristinam animi ferocitatem mox resumpsit. Cūq; de hoc imperator plurimum miraretur: dictum est sibi, q̄ illa tunica fuisse domini Iesu. Tūc imperator ipsum in carcerem recipi iussit: donec sapientum consilio deliberaret, quid de eo fieri oporteret. Data est igitur in Pilatum sententia, vt morte turpissima damnaretur. Audiens hoc Pilatus cultello proprio se necauit: & tali morte vitam finiuit. Cognita Cæsar morte Pilati, dixit. Verē mortuus est morte turpissima: cui manus propria non peperit. Molē igitur ingenti alligatur: & in Tyberim fluuium immergit. Spirit⁹ verō maligni & sordidi corpore maligno & torrido congaudentes, & nunc in aquis nunc in aere raptientes: mirabiles inundationes in aquis mouebant, & fulgura tempestates tonitrua & grandines in aere terribiliter generabant: ita vt cuncti timore horribili tenerentur. Quapropter Romani cum à Tyberis fluuiō extrahentes derisionis causa ipsum Viennam deportauerunt, & Rodano fluuiō immerferunt. Vienna enim dicitur, quāsi via gehenne: quia erat tunc locus maledictionis vel potius dicitur bienna eo q̄ vt dicitur biennium sit constructa. Sed ibi nequam spiritus non defuerunt ibidem eadem operantes. Homines ergo illi tantam infestationem demonum non ferentes, vas illud maledictionis à se remouerunt: & illud sepeliendum Losanna ciuitatis territorio commiserūt. Qui cum nimis præfatis infestationibus grauaretur: ipsum à se remouerunt, & in quodam puteo, motibus circumsepto immerferūt: vbi adhuc relatione quorundam quædam diabolica machinationes ebullire videntur. Hucusq; in prædicta historia apochripa legitur. Quæ vtrum recitāda sit: lectoris arbitrio relinquatur. Nota tñ q̄ in historia scholastica legit q̄ Pilatus à Iudæis accusatus est apud Tyberium de violenta innocentum interfectione. Et quia Iudæis reclamantibus imagines gentilium in templo ponebat. Et quia

pecuniam repositam in corbanam in suos redegerat vsus, inde faciens aquæ ductum in domum suam. Et pro his omnibus deportatus est Lugdunum in exiliū: vnde oriundus fuerat: vt ibi in opprobria gētis suæ moreretur. Potuit esse tamen illa historia continere veritatem: quia primo iam edictum dederat: vt Lugdunum in exiliū deportaretur: & q̄ ante reuerſionem Volusiani ad imperatorem fuerit, ibi deportatus. Sed postmodum Tyberius audiens qualiter Christum occidisset: ipsum de exilio educit: & ad se Romam adduci fecit. Eusebius autem & Beda in suis chronicis non dicunt ipsum in exiliū relegatum: sed tantum q̄ in multis calamitatibus incidēs propria manu se peremit. ¶ De festiuitatibus quæ occurrunt intra tempus reconciliationis.

DICTO de festiuitatibus quæ occurrunt intra tempus deuotionis, quod incepit ab Adam, & durauit vsq; ad Moysen: quod tēpus representat ecclesia à septuagesima vsq; ad pascha sequitur videre de festiuitatibus quæ eueniunt intra tempus reconciliationis, quod tempus representat ecclesia à pascha vsq; ad octauam Pentecostes.

LEGENDA XLII. B.

RESURRECTIO Christi tertia die à passione ipsius facta est. Circa autem ipsam resurrectionem dominicam septem per ordinem sunt consideranda. Primò, qualiter verum sit q̄ tribus diebus & tribus noctibus in sepulcro iacuit, & in tertia die resurrexit. Secundò, quare non statim, vt mortuus est, resurrexit, sed vsq; ad diem tertium expectauit. Tertio, qualiter resurrexit. Quarto, quare resurrectionem suam accelerauit, nec vsque ad generalem resurrectionem distulit. Quintò, propter quid resurrexit. Sextò, quoties apparuit resurgens. Septimò, qualiter sanctos patres, qui erant in limbo, inde eduxit, & quid ibi egit. Circa primum notandum est, q̄ Christus tribus diebus & tribus noctibus in sepulcro fuisse dicitur secundum Aug. per sinecdochen, vt prima dies accipiatur secundum partē sui postremam. Secunda dies secundum se totam & integram. Tertia dies secundum partem sui primam, & sic erunt tres dies. Et quilibet horum dierum suam noctem habuit præcedentem. Tunc enim secundum Bedā mutatus est ordo & cursus dierum ac noctium. Antea enim dies præcedebant & noctes sequebantur. Post passionem autem hic ordo mutatus est, ita q̄ noctes præcedūt, & dies sequuntur. Et hoc mysterio congruit, quoniam homo primò de die gratiæ cecidit in noctem culpæ, per Christi autem passionem & resurrectionem de nocte culpæ redijt ad diē gratiæ. Circa secundum sciendum est, quod conueniens fuit, vt non statim, quando mortuus fuit Christus, resurgeret, sed vsq; in diem tertium expectaret propter quinque rationes. Primò propter significationem, vt. l. ex hoc signifi careretur, quod lux suæ mortis curauit nostrā duplam mortem, & ideo vna die integra, & duabus noctibus iacuit in sepulcro, vt per diem intelligatur lux suæ mortis, per duas noctes nostra duplex mors. Et hanc rationem assignat glo. super illud Luc. xxiii. Oportuit Christum pati &c. Secundò, propter probationem, quia sicut in ore duorum vel trium testium stat omne verbū, sic in tribus diebus experitur quis omne

factum. Et ideo ut mortem bene probaret, & se pbaste ostenderet, tribus diebus iacere voluit in sepulcro. Tertio, propter potestatis suae ostensionem, quia si ita tim resurrexisset, non videretur potestatem habere ponendi animam suam, sicut resurgendi. Et haec ratio videtur tangi j. corin. xv. super illo. Quoniam Christus mortuus est &c. Ideo inquit de morte praemittitur, ut sicut vera mors ostenditur, ita vera resurrectio ostendatur. Quarto, propter restauratorum prafigurationem. Haec ratio est assignat Petr^o Rauenen. di. Tres dies voluit esse suae sepulturae, quae in caelo sunt restauratur^o, q̄ in terra reparatur^o. q̄ apud inferos redempturus. Quinto, propter triplicis status iustorum representationem. Hanc rationem assignat Grego. super Ezech. di. Sexta feria Christ^{us} passus est, sabbato quieuit in sepulcro, dominico autem die resurrexit a morte. Praefatos autem vita adhuc nobis sexta feria est, quia in augustijs & doloribus cruciamur. Sed sabbato quasi in sepulcro quiescimus, quia requiem animae post mortem inuenimus. Dominico autem die à conditione octava cum corporea morte resurgimus, & in gloria aeternae etiam cum carne gaudemus. Dolor ergo nos in sexta feria, requies in septima, & gloria excipit in octava. haec Grego. Circa tertium scilicet qualiter resurrexit. Notandum quod primo surrexit potenter, quia virtute propria. Io. x. Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumēdi eam. Io. ij. Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Secundo scilicet, quia deposita omni miseria. Marth. xvj. Post autem resurrectionem praecedet vos in Galileam. Galilea interpretatur transmigrationis. Christus ergo quando resurrexit in Galilea praecessit, quia de miseria ad gloriam, de corruptione ad incorruptionem transiit. Leo Papa. Post passionem christi ruptis vinculis mortis infirmitas in virtutem: mortalitas in eternitatem, contumelia transit in gloriam. Tertio vtiliter, quia capta praeda. Hiero. iij. Ascendit leo de cubiculo suo, & praedo gentium se leuauit. Item Io. Cum exaltatus fuero à terra omnia traham ad meipsum. i. cum exaltatus fuero à terra animam meam. s. educendo de limbo, & corpus de sepulchro omnia trahā &c. Quarto mirabiliter, quia remanente clauso sepulcro, sicut enim existente clauso matris uero exiuit, & ad discipulos clausis ianuis intrauit, sic nimirum existente clauso sepulcro inde exire potuit. Vnde legitur in historia scholastica quod cuidam monacho facti Laurentij Romae extra muros anno ab incarnatione domini. M. cxj. miranti de cingulo suo quo accinctus erat in soluto proiecto ante illum vox in aere est facta. Sic potuit Christus clauso exire sepulcro. Quinto veraciter, quia in corpore vero & proprio. Sex autē modis se vere resurrexisse probauit. Primo per angelum, qui non mentitur. Secundo per frequentem apparitionem. Per haec duo ostendit se vere resurrexisse. Tertio per comestionem, per quod probauit quod non arte magica. Quarto per palpationem per quod probauit quod in vero corpore. Quinto per cicatricum ostensionem, per quod probauit quod in eodem corpore in quo mortuus fuit. Sexto per domus clausis ianuis ingressionem, per quod ostendit quod glorificatus surrexit. Haec enim omnes dubitationes circa christi resurrectionem videntur fuisse in discipulis. Sexto surrexit

immortaliter, quia nunquam de caetero moriturus. Rom. vj. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur &c. Dicit tamen Dionysius in epistola ad Demophilum. Christum etiam post ascensionem cuidam sancto viro nomine Carpo dixisse: paratus sum rursus pro hominibus saluandis pati. Per quod videtur si possibile esset adhuc pro hominibus mori paratus esset. Retulit enim praedictus carpus vir mirae sanctitatis beato Dionysio, ut in eadem epistola continetur, & cum quidam infidelium fidelem quendam peruertisset: a deo Carpus molestē tulit: ut ex hoc infirmitatē incurreret. Tanta autem sanctitatis erat: ut nunquam celebraret, quin sibi caelestis visio inferretur: sed cum pro vtriusque conuersione curare deberet: Deum tamē quotidianē exorabat: ut combustione quadam amborum simul immisericorditer abrumperet vitas. Et ecce circa noctis medium dum euigilaret: & hanc orationem faceret: subito domus in qua erant in duo diuisa fuit: & quaedam fornax immēsa ibidem apparuit. Respiciesque sursum vidit caelum apertum: & ibidem Iesum circumdatum multitudine angelorum. Deinde iuxta fornacem praedicti duo viri tremuli stare cernuntur, qui à serpentibus de fornace procedentibus morsibus, & inuolutionibus violenter in fornacem trahebantur: necnon à quibusdam alijs viris impingebantur. Haec videns carpus adeo in istorum vindicta delectabatur: ut superiorem quidem visionem intueri contemneret: & in horum vindictam totus intentus maneret: ita quod plurimum molestē ferebat, quod in fornacem non cito cadebant. Tandem cum difficulter in caelum respuisset: & praedictam visionem, ut prius vidisset: ecce Iesus hominū illorū miserus ex sup caelesti throno surrexit: & vsq; ad illos cum multitudine angelorū descendēs manū extendit: & ipsos eripuit. Dixitq; Iesus carpo. Manu extenta percute cōtra me: de caetero enī paratus sum rursus pro hominib^{us} saluandis pati: & hoc mihi amicū, non quod alij peccent homines. Hanc autē visionē quā recitat Dionysius gratia huius verbi posuimus.

C. Circa quartum, quare non expectauit cum alijs resurgere quā. s. fiet generalis resurrectio. Sciendū est quod propter tres rationes noluit differre. Primo propter corporis dignitatē. Cū enī illud corpus esset dignissimū, ex eo quod erat deificatum, siue diuinitati unitū non fuit decēs, ut tādū sub puluere iaceret. Vñ psalm^{us}. Nō dabis sanctū tuū i. corpus sanctificatū. i. deificatū videre corruptionē. Item psalmus. Surge domine in requietuam tuā & archa sanctificationis tuae. Et vocat archa sanctificationis corpus illud quod fuit cōtemptiū diuinitatis. Secundo propter fidei firmitatē. Si enī tūc nō resurrexisset: fides periisset: nec verum Deū eū aliq; ere didisse quod pater ex hoc quod i. p. sidē excepta beata virgine omnes fides amiserūt: sed cognita resurrexisset ipsa recuperauerunt. j. cor. xv. Si Christus nō resurrexit vana est fides nostra. Tertio, propter nostrā resurrectionis exemplaritatē. Raro enī inueniretur, qui resurrectionem futuram speraret: nisi eā in exemplo processisset videret: & propter hoc dicit apostol^{us}. Quia si Christus resurrexit, & nos resurgem^{us}: quia ei^{us} resurrectio est causa exemplaris nostrae resurrectionis. Greg. Exēplo dñs monstrauit quod pmissū in pmo. Ut sicut omnes ipsū se surrexisse fideles cognoscerent: ita in seipsis in fine mundi premia resurrectionis speraret. Idē. Non plus quam

triduanam esse mortem voluit, ne si in illo resurrectio differretur, in nobis omnino desperaretur: Ideo habemus spem resurrectionis nostrae considerata gloria capitis nostri. Circa quintū. s. propter quod resurrexit. Sciendū est quod propter quatuor magnas utilitates nostras resurrexit. Est enim eius resurrectio operans iustificationem peccatorū: docens nouitatē morū, generans spem de receptione remuneratorū: & cauans resurrectionē omnium. De primō Rom. iij. Traditus est propter delicta nostra: & resurrexit propter iustificationē nostrā. De secundo Ro. vj. Sicut Christus resurrexit a mortuis per gloriā patris, ita & nos in nouitate vitae ambulemus. De tertio. j. Pet. ij. Qui propter magnā misericordiam suā resuscitauit, nos in spem vitae per resurrectionem christi à mortuis. De quarto. j. Cor. xv. Christ^{us} dominus resurrexit a mortuis primitiae dormientium, quoniam quidē per hominē mors, & per hominē resurrectio mortuorū. Et notādū quod sicut pater praedicta christus in sua resurrectione quatuor habuit propria. Primum est, quod nostra resurrectio vsque in finē differtur, sua verō die tertia celebrata est. Secundo, quia nos per illū resurgimus: ille verō per se. vnde Amb. Quomodo potuit adiutorium sui corporis querere suscitadi, qui alios suscitauit? Tertium est, quia nos incineramur, sed corpus eius incinerari non potuit. Quartum est, quia sua resurrectio est nostrae resurrectionis causa efficiens, exemplaris & sacramentalis. De prima causa glo. super psal. Ad vesperū memorabitur factus &c. Resurrectio christi est causa efficiens resurrectionis animae in presenti & corporis in futuro. De secunda. j. Cor. xv. Si christus resurrexit &c. De tertia Ro. vj. Ut quomodo christus &c. D. Circa sextū. s. quoties resurgens apparuit. Notādū est, quod ipsa die resurrectionis apparuit quinq; vicibus, & alijs diebus sequentibus etiā quinq; vicibus. Primo enim apparuit Mariæ Magdalene. Io. xx. Itē Mar. vlti. Surges mane prima sabbati apparuit primō Mariæ Magdalene & c. qui typū gerit, penitentium. Voluit autē primō apparere Mariæ Magdalene quae de causis. Primō quia ardētius diligebat. Luc. vij. Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Secundo, ut ostenderet se mortuū pro peccatoribus. Mat. ix. Non veni vocare iustos sed peccatores. Tertio, quia meretrices precedent sapientes in regno caelorum. Mat. xxj. Amē amē dico vobis, quia meretrices precedent vos in regno Dei &c. Quarto, ut sicut mulier fuit nuncia mortis: ita esset nuncia vitae secundū glo. Quinto, ut ibi abundauit delictū, super habundaret & gratia, sicut dicitur Ro. v. Secundo apparuit mulieribus redeuntibus à monumento, quādo dixit eis. Aue. Et accesserūt & tenuerūt pedes eius. Mar. vlti. Et typū gerūt humiliū quibus domin^{us} appareret, tamē ratione Iesus, tū ratione affectus, quia tenuerūt pedes eius. Tertio apparuit Simon, sed vbi aut quādo nescitur, nisi forte quando sedebat à monumento cū Ioanne. Potuit enim esse quod Petrus à Ioanne alicubi diuertit, & ibi dominus sibi apparuit. Luc. vlt. Vel fortē quādo ad monumentū solus intrauit: sicut dicit in historia schola. Vel fortē in cauca siue spelūca. Dicit omnium in eadē historia quod quādo christū negauit: fugit in caueā, q̄ modo dicitur gallicatus, in qua (ut dicitur) per dies Heuisset, ex eo quod christū negauit. Et ibi christ^{us} sibi apparuit, & eū cōfortauit. Petrus autē interpreta-

obediens: & gerit typū obedientium, quibus dominus apparuit. Quarto apparuit discipulis in emaus, quod interpretatur desiderium cōsiliij, & significat pauperes christi, qui volunt illud cōsiliū adimplere. Vade & vende omnia quae habes, & da pauperibus &c. Quinto apparuit discipulis congregatis in vniū, & significat religiosos, cū foribus quinq; sanctorū clausos, Io. xx. Haec quinq; apparitiones ipsa die resurrectionis factae sunt, & has representat sacerdos in missa quinq; se vertens ad populū, sed tertia versio est cū silentio: quia significat tertiā apparitionē factā Petro, quae uescitur vbi vel quando facta fuerit. Sexto apparuit octaua die discipulis congregatis praesente Thoma, qui dixerat se nō credere nisi videret: & significat haeritantes in fide. Io. xx. Septimo discipulis piscantibus. Io. vl. & significat predicantes, qui sunt piscatores hominū. Octauo discipulis in monte tabor. Mat. vl. & significat cōtemplatiuos, quia in praedicto monte transfiguratus fuit. Nonō vndecim discipulis recumbentibus in caenaculo vbi incredulitatē eorū & duritiā cordis exprobrauit. Mat. vl. per quos intelligimus peccatores in vnderario transgressionis positos, quos dominus aliquando visitat misericorditer. Decimō & vltimō apparuit discipulis existentibus in monte Oliueti. Lu. vl. per quos significatur misericordes & misericordiae oleum diligentes. De hoc loco ascendit in caelū: quia pietas ad omnia valet promissionē habens &c. j. Tim. iij. E. Sunt & aliae tres apparitiones, quae referuntur in ipsa die resurrectionis factae, sed tamē hoc ex textu nō habetur. Prima qua apparuit Iacobo iusto. i. Iacobo Alphaei: de qua apparitione iuuenies in legenda ipsius Iacobi. Alia quae ipsa die apparuisse dicitur Ioseph, sicut legitur in euangelio Nicodemi. Nam cum audissent Iudaei quod Ioseph corp^{us} Iesu à Pilato petisset, & ipsum in monumento suo posuisset, indignati aduersus eū ipsum coeperūt, & in quodā cubiculo diligenter clauso & sigillato recluserunt, post sabbatū eum occidere volentes. Et ecce Iesus in ipsa nocte resurrectionis sigillata domo, à quatuor angelis ad eum intrauit: & faciem eius exteruit: & osculum dedit: & inde salus sigillis eū educēs in domū suā in Arimathia ipsum adduxit. Tertia quae ante ceteros virgini matri apparuisse creditur, licet hoc ab euangelistis taceatur. Hoc romana ecclesia approbare videtur quae statim ipsa die apud sanctam Mariam celebrat stationem. Sic enim hoc ideo non creditur, quia nullus euangelista testatur, consequens est: ut post resurrectionē nunquā sibi apparuerit, quia vbi vel quādo nullus euangelista edidit. Sed abijt ut rāte matrē, talis filius, tam negligentia de honorauerit: sed ideo forsitan hoc euangelistae subiciuerunt, quia eorū fuit officium solūmodo resurrectionis testes inducere, matrē autē ad testificandū pro filio inducere eos nō deceat. Si enī verba extraneorum sceminarū deliramenta visa sūt quomodo non magis, matrē pro filij amore crederet delirant. Hoc igitur euangelistae scribere noluerūt, sed p̄ cōstāti relinquerunt. Debuit enim matrē prius latificare de resurrectione quā amplius ceteris cōsolari de morte: ne matrem preterear, qui sic alios consolari festinat. Hoc etiā Amb. testatur in li. iij. de virginibus dicens. Vidit mater resurrectionē domini, & prima vidit & creditur. Vidit Maria magdalena quamuis adhuc ipsa nuntaret. Sed iulius quoque agens de Christi appa-

ritione sic dicit. Sēper virgo manens huius se visibus
astans. Lucæ palā dominus prius obtulit bona mater
Grandia diuulgans miracula que fuit olim. Aduenien
tis iter hæc fit redeuntis & index. F. ¶ De septimo
autē & vlti. hoc considerando qualiter sanctos patres
erant qui in limbo Christus eduxit, & quid ibi egit e
uangelium apertē non explanauit Aug. tamen in quo
dam sermone: & Nicodemus in suo euangelio aliqua
tenus hoc ostendunt. Ait enim sanctus Aug. Mox vt
Christus spiritū tradidit, vnica suæ deitati anima ad
inferorum profunda descendit. Cūque tenebrarum
terminum quasi quidā depredator splendidus ac terri
bilis attigisset, aspicientes eum impie ac tartareæ le
giones territæ inquirere cœperunt dicentes. Vnde est
iste tā foris, tā terribilis, tā splendidus, tam preclarus?
Mundus ille qui nobis subditus fuit: nunquā nobis tā
lē mortuum misit, numque inferis talia munera desti
nauit, quis est ergo iste qui sic intrepidus nostros fines
ingreditur, & non solum nostra supplicia non veretur
verum etiam alios de nostris vinculis absoluit? Ecce
ipsi qui sub nostris solebant suspirare tormentis, in
sultant nobis de perceptione salutis, & non solum iā
nihil verentur, sed insuper nobis minantur. Nunquā
hic sic mortui superbierūt, nec aliquando sic potuerūt
lati esse captiui, vt quid huc illum adducere voluistis.
O princeps noster perijt omnis læticia tua, in luctum
conuersa sunt gaudia tua, dum tu Christum suspēdis
in ligno, ignoras quanta damna sustineas in inferno.
Post istas crudelium voces infernalium ad imperium
domini omnes ferrei confracti sunt vectes. Et ecce in
numerabiles sanctorum populi eius genibus prouolu
ti lachrymabili voce dixerant. Aduenisti desiderabilis
redemptor mundi, aduenisti domine quem desideran
tes quotidie expectabamus. Descendisti pro nobis ad
inferos, noli nobis deesse cum reuersus fueris ad supe
ros. Ascende domine Iesu inferno expoliato, & auctore
mortis suis vinculis irretito. Redde iam letitiam mū
do succurre inquit iam sæuas extinguere pœnas, &
miserendo resolue captiuos, dum hic est absolue reos,
dum ascenderis, defende tuos. Hæc Aug. In euangelio
autem Nichodemi legitur, quod Carinus et leucius fil
lij Simeonis senis cum christo resurrexerunt: & Annæ
& Cayphæ & Nichodemus & Ioseph & Gamalieli appa
ruerūt: & ab eis adiurati que Christus apud inferos ges
sit, narrauerunt dicentes. Cum esset cum omnibus
patrius nostris patriarchis in caligine tenebrarum,
subito factus est aureus solis color purpureusque & re
galis lux illustrans super nos, statimque Adā humani
generis pater exaltauit dicens. Lux ista est auctoris lu
minis sempiterni, tibi nobis promissum mittere lumen
coeternum. Et exclamauit Esaias di. Hæc est lux patris
filius Dei, sicut predixi, cum essem viuus in terris. Po
pulus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnā.
Tunc superuenit genitor noster Simeon, & exultans
dixit. Glorificate dominum: quia ego Christum infan
tem natum in manibus suscepi in templo: & cōpulsus
spiritu sancto dixi. Nunc viderunt oculi mei salutare
tuum. Quod parasti & c. Post hoc superuenit quidā ere
mita: cultor & interrogatus a nobis quis iste esset, dixit.
Ego sum Ioannes qui Christum baptisauit, & ante fa
ciem eius parare viam eius præui, & ipsum ostendi di
gito, dicens. Ecce Agnus Dei & c. & descendi nunciare

vobis: quia in proximo est Christum visitare vos. Tūc
Seth dixit. Cū iuisssem ad portas paradisi rogare do
minum, vt transmitteret mihi angelum suum, vt daret
mihi de oleo misericordix: vt inungerē corpus patris
mei Adæ cū esset infirmus, apparuit Michael ange
lus Dei dicens. Noli laborare lachrymis orando pro
pter oleū ligni misericordix, quia nullo modo poteris
de illo accipere: nisi quando cōpleti fuerint quinque
milia ducenti anni. Hoc audientes omnes patriarchæ
& prophete exultaerunt magna exultatione. Tunc
Sathā princeps & dux mortis dixit ad infernum. Præ
parate suscipere Iesum, qui se gloriatur christū filium
Dei esse: & homo est timens mortē, dicens. Tristis est
anima mea vsque ad mortem & c. Et multos quos fe
cit curuos sanauit, & claudos erexit. Respondens in
fernus dixit. Si potens est tu, qualis est homo ille Iesus
qui timens mortem potētiæ tuæ aduersatur. Nā si di
cit se timere mortem, capere te vult, & vt tibi erit in
sempiterna secula. Cui Sathā. Ego illum tentauit, &
populum aduersum illum excitauit: iā læceam exacui,
fel & acetum miscui, lignum crucis preparauit, in pro
ximo est mors eius vt perducā eū ad te. Cui infernus.
Ipse ne est, qui fuscitauit lazarus, quem tenebā. Cui
Sathā. Ipse est. Cui infernus. Coniuro te per virtutes
eius & meas ne perducas eum ad me. Ego enim cū au
diui imperium verbi eius contremui: nec ipsum laza
rum continere potui: sed excuties se, vt aquila super
omnem agilitatem saliens exiuit a nobis. Et cū hoc
loqueretur facta est vox vt tonitruū, dicens. Tollite
portas principes vestras, & eleuamini porte æternales,
& introibit rex gloriæ. Ad hanc vocem concurrunt de
mones, & ostia gœa cū vestibus ferreis clauerunt. Tūc
dixit Dauid. Nonne ego prophetaui di. Conſiteantur
domino & c. quia contriuit portas æreas & c. Facta est
iterum vox magna dicens. Tollite por. & c. Videns in
fernus quod duabus vicibus clamauerat, quasi igno
rās dixit. Quis est iste rex gloriæ? Cui Dauid. Domi
nus fortis & potēs, dominus potens in prelio, ipse est
rex gloriæ. Tunc rex gloriæ superuenit: & æternas tene
bras illustrauit. Et extendens dominus manū & tenēs
dexterā Adæ, dixit. Pax tibi cū omnibus filijs tuis ius
tis meis. Et ascendit dominus ad inferos: & sancti sunt
eū secuti. Dominus autē tenēs manū Adæ tradidit Mi
chaeli archangelo: & introduxit eos in paradysum. Qui
bus occurritur duo viri vetusti, dierum & interroga
ti sunt a sanctis. Qui estis vos, qui nobiscū in infernis
nondū mortui fuistis: & in paradiso corpore collocati
estis: & respondit vnus ex eis. Ego sum Enoch qui huc
translat' sum. Hic autē est Elias qui huc curru igneo
assumptus est: & adhuc mortē non gustauimus: sed vs
que in aduentu antichristi reseruati sumus cum eo
preliaturi & ab eo occidendi, & post triduum & dimi
dium diem in nubibus assumendi. Et cum hec dice
ret: ecce superuenit alius vir portans in humeris cru
cis signum. Qui interrogatus, quis esset dixit. Ego la
tra fui, & cum Iesu crucifixus fui, & credidi ipsum esse
creatorem & orauit dicens. Memor esto mei domine,
quādo veneris in regnū tuū. Tunc dixit mihi. Amē dico
tibi, hodie mecū eris in paradiso. Et dedit mihi istud
crucis signum, dicens. Hoc portans ambula in parad
iso: & si nō dimiserit te ingredi angelus custos parad
isi, ostēde illi signū crucis, & dices ad illū. Quia christus
qui

nunc crucifixus est, transmisiit me. Et cum hoc fecisē,
& dixissem angelo, statim aperis introduxit me, &
ad dexteram paradisi collocauit me. Cū hoc Carin
& leucius locuti fuissent, subito transfigurati sūt,
& amplius non visi sunt. Greg. quoque; Niceus vel se
cundum quosdam libros. Aug. de hoc eodem sic ait.
Confestim æterna nox inferorum Christo descēden
te respēdit, mox ferruginei ianitores talia inter
se vmbrosa silentia metu incumbente submurmurāt.
Quis nam est iste terribilis & nimio splendore coru
scans. Nunquam talem noster accepit tartarus. Nun
quam in nostram cauernam talem euomuit mundus.
Inuator est iste, non debitor, effractor est, & destruc
tor non peccator, sed prædator iudicem videmus non sup
plicem, venit pugnare, non succumbere, eripere, non
manere.

¶ De sancto Secundo martyre.

SECUNDVS dicitur quasi secūdens. i. se ho
neſte morum componens. Vel secūds di
citur, quasi secūdas. i. obsecundans. i. man
datis domini obtemperans. Vel secundus,
quasi secum dux. Fuit enim Ius dux, quia ratione sen
sualitatis bene præfuit, & ipsam ad omne opus bonū
perduxit. Vel secundus dicitur respectu primi. Duæ e
nim sunt viæ eundi ad vitam. Prima per pœnitentiæ
lamentum. Secunda per martyrium. Iste autem mar
tyr præciosus non solum iuit per primam, sed etiam
per secundam.

LEGENDA LIII. A.

SECUNDVS miles strenuus & athleta
Christi egregius martyrque domini glo
riosus in ciuitate Astenſi martyrio coro
natus est. Cuius gloriosa præsentia prædi
cta ciuitas illustratur, & eo velut singula
ri patrono latatur. hic a beato Colocero, qui a San
britio præfecto in ciuitate Astenſi in carcere teneba
tur, fidē Christi edoctus est. Cū igit' beat' Marcianus
in Terdonensi ciuitate detineretur in carcere Sambri
tius illuc proficisci voluit, vt eum faceret immola
re. Secundus autem tanquam causa solatii secum est
profectus beatus Marcianum videre desiderās. Cum
ergo extra ciuitatem Astenſem fuissent, columba su
per secundum descendit, & capiti eius insedit. Cui di
xit Sambritius. Vide Secundē quod dii nostri te amā
t, vt etiam aues celestes ad te visitārium transmittant.
Cū autem ad Tanagiū fluuium peruenissent, vidit
Secundus angelum domini super aquam ambulātem,
& sibi dicentem. Secunda fidem habeas, & sic super i
dolorum cultores ambulabis. Cui Sambritius. Frater
Secundæ Deos audiui ad te loquentes, cui Secundus.
Ambulemus ad desideria cordis nostri. Cū verō ad
Burimam flumen peruenissent, angelus similiter ibi
dem sibi aparuit, eiq; dixit. Secunde credis in Deum
an forte dubitas. Cui Secundus, credo veritatem pas
sionis & resurrectionis eius. Cui Sambritius. Quid est
quod audio de te? Cū autem Terdonam ingrederetur:
Martianus ad præceptum angeli de carcere exiit.
Secundo apparuit eiq; dixit. Intra secundē viam veri
tatis, & perge: vt accipias palmam fidei. Sambritius di
xit. Quis est hic, qui nobis quasi somnians loquitur.
Cui Secundus. Tibi somnium: sed mihi admonitio &
confortatio est. Post hoc Secundus Mediolanum iuit,

& Faustinum & Ionitam, qui in carcere detinebātur,
angelus domini ad se extra ciuitatem adduxit: & ab
eis baptisma quadam nube aquam præbente suscepit.
Et ecce subito columba de cœlo venit: & corpus & sa
guinem domini deferēs ea Faustino & Ionitæ tribuit.
Dedit autem Faustinus corpus & sanguinem domini
Secundus: vt ad Marcianum deferret. Rediens igitur
Secundus cum iam nox esset: & ad ripam Padī venis
set: angelus domini frenum accipiens equi super Pa
dum ipsum transiuit: & vsq; ad Terdonam carcerem
ad Marcianum eum introduxit. Deditque; secundus
Marciano munus Faustini: & ipse illud sumens dixit.
Corpus & sanguis domini mecum sit in vitam æter
nam. Tunc ad mandatum angeli Secundus de carcere
exiuit: & ad suum hospitium iuit. Post hoc Marcianus
capitalem sententiam accepit: & Secundus corpus e
ius rapiens sepeliuit. Quod audiēs Sambritius ipsum
ad se vocauit: eiq; dixit. Quantum video christianum
te esse profiteris. Cui Secundus. Vere christianum pro
fiteor me esse. Cui Sambritius, Quātum video malam
mortem desideras. Cui Secundus. Illa tibi potius debe
tur. Cūmq; sacrificare noller, iussit eum expolari. Sta
tūmq; angelus domini affuit, & sibi vestem parauit.
Tunc Sambritius eū in eculēū iussit: tādū torqueri fe
cit: donec eius brachia a suis compaginibus solueren
tur. Sed cum fuisset sanitati pristinæ a domino restit
us iussit eum in carcerem reduci. Vbi dum esset, an
gelus domini ad eum venit eiq; dixit. Surge Secunde
sequere me: & ciuitatem te ad creatorem tuum. Tunc
ipsum vsq; in ciuitatem Astenſem perduxit: & eum in
custodia vbi erat Colocerus & aliuor cum eo po
suit. Quem videns Secundus ad eius pedes se proiecit.
Cui saluator. Noli timere Secunde: quia ego sum domi
nus deus tuus: qui te de omnibus malis eripiam. Bene
dicēsq; ei ascendit in cœlum. Mane igitur Sambritius
ad carcerem misit, qui carcerem quidem signatum in
uenerunt: Secundum verō non inuenerunt. Pergēs au
tem Sambritius de Terdona ad ciuitatem Astenſem:
vt saltem Colocerus puniret: iussit vt prædictus Colo
cerus sibi præsentaretur. Et ecce nunciauerunt sibi,
Secundus cum Colocero esset. Quo audito eos ad se
adduci fecit: eiq; dixit, Quoniam dii nostri sciunt vos
esse contemptores suos: vos infimul mori volunt. Cū
autem sacrificare noller, piscem cum resina liqueſieri
fecit: & super eorum capita fundi: & in ora eorum ia
ctari. Illi autem hoc tanquam aquam suauissimam cū
magno desiderio bibebāt: & voce clara dicebāt. Quā
dulcia faucibus meis eloquia tua domine. Tunc San
britius super eos dedit sententiam: vt Secundus in ci
uitate Astenſi decollaretur, Colocerus verō Albiganū
mitteretur: & ibidem puniretur. Cū autem beatus
Secundus decollatus fuisset: ecce angeli domini corpus
eius tulerunt: & ipsum cum multis laudibus &
cantu sepulturæ dederunt. Passus est autem tertio Ka
lendis Aprilis.

¶ De sancta Maria egyptiaca.

LEGENDA LIII. A.

MARIA Aegyptiaca, quæ peccatrix appel
latur. xlviij. annis in eremo artificissimā
vitam duxit, quam circa annos domini
cclxx. tempore Claudij intrauit. Quidam
autem abbas nomine Zozimas dum ior
f 5

danem transire, & eremum magnum percurreret. Si forte aliquem sanctum patrem inueniret: vidit quidam ambulans nudo nigroque corpore, & ex incendio solis exusto. Hæc autem erat in Maria: aegyptiaca: statimque hæc fugam arripuit: & zozimas post eam velocius currere cepit. Tunc ait illa. Abba zozima quid me persequeris. Ignosce mihi, non possum faciem meam ad te conuertere: eo quod mulier sum & nuda: sed pallium tuum mihi porrige: ut possim sine verecundia te videre. Qui te nominari audiens stupefactus pallium tribuit: & in terram prostratus: ut se benediceret rogauit. Cui illa. Ad te pater benedictio magis spectat: quia sacerdotij dignitas ornat. Ille ut audiuit, & nomen & officium eius sciret, amplius mirabatur: & se benedictio obnoxius præcabatur. Tunc illa, benedictus Deus redemptor animarum nostrarum. Cumque illa extensis manibus oraret, vidit eam quasi vnus cubiti mensura eleuari à terra. Tunc senex dubitare cepit ne forte spiritus esset: & fingendo orationem faceret. Cui illa. Satisfaciat tibi Deus, qui me peccatricem mulierem immundum spiritum existimasti. Tunc zozimas illam per dominum coniurauit: ut conditionem suam ei narrare deberet. Cui illa. Ignosce mihi pater: quia si tibi statum meum narrauero, velut à serpente territus fugies: & aures tuas à sermonibus meis contaminabar: & aer à fordibus polluetur. Cuique ille vehementer instaret dixit. Ego frater in Aegypto natus sum. xij. ætatis mex anno Alexandriam ueni: ibique xij. annis publicæ Libidini me subieci: & nulli vllate nus me negaui. Cui autem homines illius regionis pro adrenda sancta cruce Hierosolyma ascenderent. rogauit nautas, ut se secum dimitterent proficisci. Cui verò me de nauo quererent dixit. Non habeo fratres aliud nauum: sed pro nauo corpore habeatis meum. Sicque sumpserunt me: & corpus meum nauis gratia habuerunt. Cui autem Hierosolymam peruenissim: & adoranda cruce vsque ad fores ecclesie cum alijs deuenissim: subito & inuisibiliter repulsam patior, nec intus intrare permittor. Iterum autem atque iterum perueni vsque ad limen ianuæ: & subito iniuriam patiar repulsa, cui tamen omnes liberum haberent aditum, nec aliquod iauentent impedimentum. Rediis igitur ad me cogitans quod hoc mihi ob scelerum meorum immanitatem accidit: respectus meum cepi manibus tuedere: lacrymas amarissimas fundere: & à cordis intimo grauite. In spirare. Respicentque vidi ibi imaginem beatæ virginis Mariæ. Tunc ipsam lacrymabiliter exorare cepi. vj. peccatorum meorum veniam impetraret, & ad adorandam crucem sanctam me intrare permitteret, promittens me secum abrenunciaturam. & de cætero castam mantram. Cumque hoc orassim, & in nomine beatæ virginis fiducia recepissim, fores iterum ecclesie adij: & sine aliquo impedimento, ecclesiam intraui. Cum autem sanctam crucem deuotissime adorassim, quidam mihi tres nummos tribuit, de quibus tres panes emi. Audiuique vocem dicentem mihi. Si iordanem transieris, salua eris. Iordanem igitur transiui, & hoc desertum vidi, vbi xlviij. annis nullum penitus hominem videns mansi. Illi autem tres panes quos mecum detuli, in istar lapidis per tempora durauerunt: & xlviij. annis, mihi ex his comedendo iussederunt. Vestimenta autem mea

laudum putrefacta sunt: & xvij. primis anniis hoc deserto à tentationibus carnalibus molestata fui: sed nunc per Dei gratiam omnes vici. Ecce omnia opera mea tibi narraui: & rogo ut pro me ad Deum preces fundas. Tunc senex ad terram prostratus in formula sua dominum benedixit. Cui illa. Obsecro te, ut in die dominicæ carnæ ad Iordanem redeas: & corpus dominicum tecum feras. Ego autem ibidem tibi occurram: & de manu tua corpus sacrum suscipiam. Nã à die qua huc veni, communionem domini non recepi. Rediens igitur senex ad monasterium enoluto anno, dum die carnæ appropinquaret, tulit corpus dominicum: & vsque ad ripam Iordanis veniens, ex alia ripa mulierem itantem prospexit. Quæ supra aquas factæ crucis signaculo iuit, & ad senem vsque peruenit. Quæ videns senex obstupuit: & ad pedes eius humiliter se prostrauit. Cui illa. Vide ne feceris cum sacramenta dominica penes te habeas & sacerdotij dignitate refulgeas: sed obsecro vt sequenti anno ad me pater: redire digneris. Tuoc illa factæ signo crucis super Iordanis aquas iuit: & eremi solitudinē, petiuit. Senex verò ad suum monasterium rediens sequenti anno ad locum in quo primo secum locutus fuerat venit: & eam ibidem expirasse reperit. Qui lacrymari cepit & ipsam tangere non præsumptit. Dixitque intra se. Ego quidem corpusculum sancte sepelire volebam: sed timeo ne hoc sibi displiceat. Hæc eo cogitante vidit iuxta caput suum literas in terra descriptas ita continentes. Sepeli zozima Mariæ corpusculum: redde terræ puluerem suum: & ora pro me ad dominum: ad cuius præceptum secundæ die aprilis reliqui hoc seculum. Tunc senex pro certo cognouit, quod mox vt dominum sacramenta accepit, & ad desertum reddijt & vitam finiuit. Illud desertum quod zozimas per triginta die rum spacium vix ambulauit: illa in vna hora percurrit: & ad Deum migrauit. Cuique, senex terram fodere: sed nequiret: vidit leonem ad se venientē mansueti: dixitque ei. Sancta hæc mulier præcepit sepelire corpus suum: & ego cum sim senex, fodere non possum: nec etiam aptum habeo ferramentum: tu ergo terram fode, vt possimus corpus eius sanctissimum sepelire. Tunc leo cepit fodere: & aptam foueam parauit: quo peracto leo, vt agnus mansuetus abijt: & senex ad suum monasterium glorificans Deum venit.

De sancto Ambrosio. A

AMBROSIVS dicitur de ambrâ, quæ est species valde redolens & preciosa. Ipse enim ecclesie valde preciosus exiit, & in dictis & in factis suis valde redoluit. Vel dicitur Ambrosius ab ambrasyos, quod est Deus quasi ambrâ. Dei. Deus namque per eum quasi per ambram ubique redolet. Fuit enim & est bonus odor Christi in omnino loco. Vel dicitur ab ambro, quod est pater luminis: & syor, quod est paruulus, quia pater multorum filiorum spirituali generatione luminosus in sacre scripturæ expositione: & paruulus in sua humili cõuersione. Vel sicut dicitur in glosario. Ambrosius odor vel sapore Christi cœlestis ambrosia esca angelorum ambrosium cœlestis mellis fauam. Fuit enim cœlestis odor per odoriferam famam: sapor per contemplationem

nem internâ: cœlestis mellis fauam per dulcem scripturarum expositionem, esca angelica per gloriosam fructuositatem. Eius vitam scripsit Paulinus Nolanus episcopus ad Augustinum.

LEGENDA LV.

AMBROSIVS filius Ambrosij præfecti Romæ cum in cubilibus in atrio prætorij esset positus, & dormiret: examē apud subitro veniens faciem eius & os ita compleuit, vt quasi in alveolum suum intraret, pariter & exirent. Quæ post ea euolantes in tantam ætatis altitudinem subleuatae sunt: vt humanis oculis minime viderentur. Quo peractò territus pater ait. Si verò vixerit in saeculum iste, aliquod magi erit. Postea cum adoleuisset, & videret matrem & sororem sacram virginis manus sacerdotibus osculari, ipse ludæ toron dexterâ ferrebat asserens, & sibi id ab ea fieri oportere. Illa verò vt adulescentem & nescientem quid diceret, respuebat. Romæ igitur literis eruditus cum causâ prætorij splendide peroraret à Valentiano imperatore ad regendum Liguriæ Emiliaque, prouincia directus est. Cumque Mediolanum venisset, & ibidem episcopus tunc deesset. Conuenit populus vt sibi de episcopo prouideret. Sed cum inter Arrianos & catholicos de eligendo episcopo seditio non modica oriretur, illuc Ambrosius causa sedendæ seditionis perrexit: & statim vox infantis insonuit dicens, Ambrosium episcopum. cuius vocis omnes vnanimis consenserunt, Ambrosium episcopum acclamantes. Quo ille cognito, vt eos à se terroribus remoueret: ecclesiam exiens tribunal cõscendit. Et contra consuetudinem suam tribuna perfonis adhiberi iussit. Quod cum faceret, populus nihilominus acclamabat. Peccatum tuum super nos, Tunc ille turbatus domum redijt: & philosophiam profiteri voluit. Quod vt ne faceret reuocatus est. Publicas mulieres publice ad se ingredi fecit: vt his visis ab eius electione populum reuocaret. Sed cum nec sic proficeres: sed semper populū peccatum tuum super nos acclamare videret, fugam media nocte petijt. Cuique Ticinum pergere se puraret, mane ad portam ciuitatis Mediolanæ que Romana dicitur inuenitur. Qui inuentus cum custodiretur à populo missa relatio ad clementissimum imperatorem Valentianum qui summo gaudio accepit quod iudicis à se directi ad sacerdotium pateretur. Letabatur enim probus præfectus quod verbum suum fuerat in eum adimpletū. Dixit enim cum proficiscenti mandata donaret, Vade age non vt iudex: sed vt episcopus. Pendente relatione iterum abcedit, sed inuenit cum adhuc esset cathecumenus baptizat, & octauo die in episcopatum cathedrâ sublimatur. Cum autem post annos quatuor Romam iussit, & foror sua sacra virgo eius dexterâ oscularetur, subridens ait, Ecce vt dicebâ sibi sacerdotis manum oscularis.

Cum autem in quâdam ciuitate pro quodâ episcopo ordinando iussit, & eius electioni Iustina imperatrix & alij hæretici cõtraderet, volentes vt aliquis de sua secta ordinaretur, vna de Arrianorum virginibus impudentior ceteris tribunal conscendit, & beatus Ambrosium per vestimentum apprehendit: volens ipsum ad partem mulierum detrahere, vt ab eis casus de ecclesia cum iniuria pelleretur. Cui Ambrosius ait. Et si ego indignus sum tanto sacerdotio tibi tamen non conuenit in qualicumque sacerdotem manus iniicere. Vnde timere debuisti iudicium Dei, ne tibi aliquid contingat: quod dictum exitus confirmauit. Nam die alio mortuam ad sepulcrum vsque; deduxit: gratiam pro cõtumelia rependens, quod factum omnes perterruit. Post hoc Mediolanum reuersus innumeras incidias à Iustina imperatrice pertulit muneribus & honoribus aduersus eum populos excitante. Cum ergo multum in exilium pellere niterentur: vnus eorum ceteris infelicior in tantum furorem excitatus est, vt iuxta ecclesiam domum sibi locaret: ac in ea quadrigam paratam haberet: qua procurante Iustina facilius raptum ad exilium deportaret. Sed Dei iudicio ipso die quo eum rapere arbitrabatur, in eadem quadriga de eadem domo in exilium pulsus est. Cui tamen Ambrosius reddens bona pro malis sumptus & necessaria ministravit. Cantus & officium in ecclesia Mediolanensi primum celebrari instituit. Erant & tunc temporis Mediolani multi à dæmonibus obsessi, qui se torqueri ab Ambrosio magnis vocibus clamabant. Iustina autem & multi Arrianorum cum simul habitarent, dicebant Ambrosium pecunia homines comparare, qui se ab immundis spiritibus vexari mentirentur, & ab Ambrosio dicerent se torqueri. Tunc subito vnus ex illis Arrianis, qui astabant arreptus à dæmonio in media profiliit, & clamare cepit. Vtinam sic torqueretur, vt torqueor, qui non credunt Ambrosio. At illi confusi in piscinam submersum hominem necauerunt. Quod hæreticus acerrimus disputator & durus & inconuertibilis ad fidem cum audiret Ambrosium prædicantem vidit angelum ad aures eius loquentem verba, quæ populo prædicabat: quo viso fidem quam persequetur cepit defendere.

D Quidam aruspex dæmones aduocabat, & ipsos ad nocendum Ambrosio trans mittebat. Sed reuersi dæmones renunciabant quod non solum ad ipsum, sed nec etiam ad fores domus suæ appropinquare valebant: quoniam ignis insuperabilis omne illud ædificium comminueret, vt etiam longè positi viderentur. Prædictus verò aruspex, cum à iudice propter quædam maleficia torqueretur, clamabat: amplius ab Ambrosio se torqueti. Quendam dæmoniacum Mediolanum ingredientem domum dimisit, egredientem inuasit. Interrogatus de hoc dæmon ait, Ambrosium se timuisse. Alius quidam nocte eius cubiculum adiit, vt gladio ipsum necaret, precibus ac precio à Iustina inductus. Sed cum dextera gladium alleuasset, vt ipsum percuteret: continuo aruit manus eius. Cum viri Thessalonice ciuitatis imperatori aliquid deliquissent: & eis imperator præcibus beati Ambrosij indulgisset clam à gente curialium malitia peruersum imperatoris nesciente Ambrosio plurimi sunt occisi. Quod vt Ambrosius comperit: imperatori copiam intrandi ecclesiam denegauit. Cui cum imperator diceret, quod David aduertit: & homicidium commisisset, respondit. Qui secutus errantem: tequeret corrigentem. Quod cum audisset clementissimus imperator. ita gratanter suscepit, quod puram penitentiam agere non uulgauit. Quidam à dæmonio arreptus clamare

cœpit ab Ambrosio, se torqueri Ambrosius Obmutescere diabole: quia non te torquet, Ambrosius: sed tua inuidia: quia illud homines ascendere cōspicis. vnde turpiter corruisti. Nam Ambrosius nescit inflari. At ille statim obmutuit.

E Quadam vice cū beatus Ambrosius per ciuitatem pergeret: casu quidam lapsus est in terra prostratus iacebat, quod vidēs alter ridere cœpit. Cui Ambrosius. Et tu qui stas, vide ne cadas. Quo dicto statim lapsum suum doluit, qui riserat alienum. Quadā etiā vice Ambrosius ad palatiū Macedonij magistri officiorum: Vt pro quodam intercederet, venit. Sed cū fores clausas inuenisset: nec intrandi copiam habere potuisset: ait. Et tu quidem venies ad ecclesiam, & nō clausis tanuis, sed apertis intrare non valebis. Elapso aliquo tempore metuens inimicos Macedonius ad ecclesiam fugit, & patentibus ianuis aditū reperire nō potuit. Fuit etiā tantæ abstinentiæ q̄ quotidie nisi in sabbato & die dominico & festis precipuis ieiunabat. Tantæ etiā largitatis erat, quod omnia que habere poterat, ecclesijs & pauperibus nil sibi retinēs tribuebat. Tantæ cōpassionis, vt cū aliquis lapsum suum sibi confitebatur: sic amarissime flebat, q̄ illum similiter flere cōpellebat. Tantæ humilitatis ac laboris erat vt libros quos dictabat, propria manu scriberet: nisi cum infirmitate corporis grauaretur. Tantæ autē pietatis & dulcedinis: vt cū alicuius sancti sacerdotis: vel episcopi sibi obitus iunciaretur, sic amarissime flebat: vt vix cōsolari valeret. Cū autem interrogaretur, cur viros sanctos qui ad gloriam proficiscebantur sic flere aiebat. Ne putetis me flere q̄ recesserint: sed quia me precesserint: & quia difficile inuenit, qui tam dignus ei⁹ officio habeatur. Tantæ etiā constantiæ & fortitudinis, quod imperatoris vel principum vitia nō palpabat, sed eos voce libera constantissime arguebat. Cū quidam vir quoddam flagitiū perpetrasset: & coram eo adductus fuisset, dixit Ambrosius. Oportet illum tradi Sathane in interitum carnis: ne talia deinceps audeat perpetrare. Quem eodem momento rū adhuc sermo esset in ore eius, immundus spiritus discernere cœpit. Quadam vice vt aiunt, cū beatus Ambrosius Romā pergeret: & in quadā villa Tusciæ apud quēdā hoīem nimū locupletē hospitat⁹ fuisset: illum hominē sup̄ statu suo sollicitē requisit. Cui ille respondit, Status meus domine semper felix extitit & gloriosus. Ecce em̄ diuitijs infinitis abundo, seruos & famulos quā plures habeo: copiosam filiorū & neporum turbam possideo, & omnia semper ad vota habui: nec vnquā mihi aliquid aduersum accidit, vel quod cōtristaret, euenit. Quod audies Ambrosius vehementer obstupuit: & his qui erant secum in comitatu, dixit. Surgite & hinc q̄ citi⁹ fugiamus: quia dñs nō est in loco isto. Festinate filii festinate: nec in fugiendo morā facite: ne nos hæc diuina vltio apprehendat & in peccatis illorū nos pariter inuoluat. Cū ergo fugerent, & aliquatūlū processissent: subito se terra aperuit: & hominem illū cum vnueris quæ ad illum pertinebāt ita absorbit, vt nullū inde vestigiū remaneret. Quod cernans Ambrosius dixit. Ecce fratres quā misericorditer De⁹ parci cū hic aduersa tribuit: & q̄ cæuere irascitur: cū semper prospera elargitur. In eodem autem loco fouea quædam profundissimā

remanisse dicitur, que vsq; hodie in huius facti testimoniū, perseuerat. **F** Cū autē sanctus Ambrosius radicē oīm malorū auaritiā magis ac magis in hominibus crescere cerneret, & maxime in his qui erant in potestatibus cōstituti, apud quos oīa prætio vendebatur, necnō & in his, qui erāt lacris ministerijs deputati, vehementer ingemuit, & se de huius seculi eritania liberari instāti⁹ exorauit. Qui cū se id obtinuisse gauderet, & reuelauit fratribus q̄ vsque ad resurrectionē dñicā cum eis esset. Ante verō paucos dies quā lectulo detineret. xliiij. psal. cū notario dicitaret, subito ipso vidente notario in mundū securi breuis ignis caput eius operuit, atq; paulatim per os eius, tanquā in domū habitatorum intrauit: tunc facies ei⁹ tanquā nix effusa est: sed postmodū ad suā spēm reuerfa est. Ipso igit die scribendi & dictandi finē fecit: nec ipm psal. expleere potuit. Post igitur paucos dies infirmitate corporis laborare cœpit: tūc comes Italia: cū Mediolani esset, nobiles cōuocauit dicens, q̄ tūto viro recedente periculū esset, ne Italia interit⁹ immineret, rogauitq; vt ad virū Dei accederet, rogātes, vt sibi adhuc spatū viuendi vno anno a dño impetraret. Quod ille vt ab illis audiuit, rēdit, Nō ita inter vos vixi, vt me viuere pudeat. Nec mori timeo, cū bonū dominū habeamus. Eo tempore quatuor eius diaconi intucē cōueniūt tractātes inter se quis post eius obitū bon⁹ esset ep̄s. Cū ergo a loco in quo vir Dei Ambrosius iacebat, lōge essent: & Simplicianū ita silenter nominassent: vt vix inuicē se audiret: ille ab eis longē positus tertio exclamauit. Se nō desidero bonus. Quod audientes territi fugerūt, & nō nisi illum post eius obitū elegerunt. In loco autem in quo iacebat vidit Iesum ad se venientē, & sibi vultu alacri ridentē. Honorat⁹ verō ep̄s Versellen. qui beati Ambrosij obitum expectabat, cū se fopori dedisset: vocem tertio se clamantis audiuit, Surge: quia modo es recessurus. Qui cōsurgens Mediolanū concitus venit, & ei dominici corporis sacra mentū dedit. Moxq; ille manus in modū crucis expandit, & vltimū spiritū inter verba orationis efflauit. Floruit circa annos domini. ccc. lxxxix. Cū autem in nocte paschæ corpus ei⁹ ad ecclesiā fuisset delatum, plurimi infantes baptizati eū viderunt, ita vt aliqui eū sedentē in cathedra tribunali dicerēt, alij ascendentem digito suis parentibus demonstrarent, nonnulli verō stellā super caput eius se videre narrarent. Quidā presbyter cū in conuiuio cū multis alijs esset, & sancto Ambrosio detrahere cœpisset, eo continuo plaga percussit, & de cōuiuio ad lectū duct⁹ vitā finiuit. In vrbe Carthaginē si cum tres ep̄i simul cōiuuaret, & vn⁹ eorū btō Ambrosio detraheret, relatu⁹ est qd illi psbytero, q̄ sibi detraheret accidisset. Quod cū ille vilipēderet, subito letale vultus, accepit: & ex tremū cōtinuō diē clausit. **G** Notandū q̄ btūs Ambrosius i multis cōmēdabilis fuisse videt. Primō in liberalitate, quia oīa q̄ habebat pauperū erāt, vnde refert de se ipso q̄ imperatori petenti basilicā, sic respōdit, & in decreto cōuenior. xxij. q. viij. Si a me peteret, q̄ meū esset. i. fundū meū, argentū meū, & hīdō meū: nō refragarer, quāquā oīa que mea sunt, pauperū sint. Secūdo in mūditiē puritate. Fuit em̄ virgo, vnde refert Hiero. eū dixisse. Virginitatē nō solū offerim⁹, sed seruam⁹. Tertio in fidei puritate. vnde dicit, cū imperator pereret basilicā, & est in eodem capi-

Prius est vt animam mihi quod fidem auferat. Quarto in martirij auiditate, vnde legitur in epistola sua de basilica non tradenda, quod prepositus Valentiniani Ambrosio mandauit dicens. Tu contemnis Valentiniani num, caput tibi tollo. Cui Ambrosius. Deus permittat tibi vt facias quod minaris. Atque vtinam Deus auertat eos ab ecclesia, & in me omnia tela sua conuertat & meo sanguine situm suam expleant. Quinto in orationis instantia, vnde dicitur de eo, & habetur in. xj. ecclesiastica histo. Ambrosius aduersum reginē furorem non se manu defendebat, aut telo, sed ieiunijs & continuatis vigilijs sub altari positus per obsecrationes defensoris sibi atque ecclesiæ Deum orabat. Sexto in lachrymarum abundantia. Habuit enim tria genera lachrymarum. s. lachrymas compassionis pro aliorum culpis: vnde dicit Paulinus de eo in legenda quod cum aliquis lapsum sibi confitebatur, sic amarissime flebat, quod illum flere similiter compellebat. Lachrymas deuotionis per æternis desiderijs: tamen supra dictū est a Paulino, quod cum interrogaretur, cur sanctos qui moriebantur, sic fleret: respondit. Ne me flere putetis: quia recesserint: sed quia me ad gloriam precesserint. Lachrymas compassionis pro aliorum iniurijs. Vnde ipse dicit de se & est in decreto in superioribus. Aduersus milites Gothos lachrymæ meæ arma mea sunt. Talia enim munimenta sunt sacerdotis: aliter hæc debeo, nec possum resistere.

H. Septimo in forti constantia, cuius constantia maxime in tribus apparet. Primō in defensione catholice veritatis: vnde dicitur in lib. xj. ecclesiastica histo. quod Iustina mater Valentiniani imperatoris Arriane hereseos alumna conturbare cœpit ecclesiarum statū comminari sacerdotibus depulsionem, & exilianis Ari menis concilij decreta reuocarent, qui bello ecclesiæ murum ac turrim validissimam pulsabat Ambrosium. In eis quoque perfectione sic de eo cantatur. Tanta Ambrosium virtute solidasti constantia: tanto munere cœlitus decorasti: vt per eum exclusa torquerent demonia: Arrianorum impietas propulsa taceceret: at secularium principum colla tuo iugo subacta redderentur humilima. Secundo in tuitione ecclesiasticæ libertatis, vnde cum imperator auferre vellet quandā basilicam, opposuit se Ambrosius contra imperatorē sicut ipse testatur: & est in decre. xliij. q. viij. cōuenior ipse a comitibus, vt per me basilicæ fieret matura traditio dicentibus imperatore iussisse iure suo tradere debere respondit. Si patrimonium perit inuadite: si corpus, occurrat. Vultis in vincula rapere, vultis in mortem: voluntatis est mihi. Non ego me valla bo circumfusione populorum: nec altaria tenebo vitam obsecrās, sed pro altaribus gratis immolabor. Mandatur tradere basilicam. Virgemur ira que preceptis regalibus sed cōfirmamur scripturæ sermonibus, que respondit. Tanquam vna ex insipientibus locuta est. Noli gaude te tu imperator, vt putes te in ea que diuina sunt imperiale: aliquid ius habere. Ad imperatorem palatia pertinent: ad sacerdotes ecclesiæ. Sanctus Naboth vineam suo proprio, cruore defendit. Si ille, vineam non tradidit suam: nec nos trademus Christi ecclesiā. Tributum Cæsaris est non negatur, ecclesiæ Dei est, Cæsari vtique non donetur. Si de me aliquis compellere vult, & polceretur: aut fundus: aut domus: aut aurum: aut

argentum: id quod iuris mei esset, libenter offerre. Tēplo Dei nihil possum decerpere, nec detrahere: cū illud custodiendum non trahendum acceperim. Tertio in obiurgatione vitij & omnis iniquitatis: vnde legitur in histo. tripartita in quadam chronica quod cū apud Thessalonica orta seditione quidā iudices fuissent a populo lapidati, Theodosius imperator indignatus iussit omnes interimi innocentes ab innocentibus nō secernens, vbi ferē quinque milia hominum sunt occisi: Cū igitur imperator Mediolanum venisset, & ecclesiam intrare vellet, occurrit ei Ambrosius ad ianuā: eisque aditum prohibuit, dicens. Cur imperator post causam tanti furoris non agnoscis molem tuæ præsumptionis: sed fortē recognitionem peccati prohibet potestas imperij. Decet te vt vincat ratio potestatis. Principes es o imperator, sed conseruorum. Quibus per oculis aspicias communis domini tēplū, quibus pedibus calcabis sanctum pauimentū. Quomodo manus extends, de quibus adhuc sanguis stillat iniustus, quæ præsumptione ore tuo poculum sanguinis eius percipies, dum furore tuorum sermonum tentus iniussit sic sanguis effusus. Recede ergo recede, ne secundo peccato priorem nequitiam augere contendas. Suscipe vinculum quo te dominus nunc ligauit, est enim medicina maxima sanitatis. His sermonibus imperator obediens, gemens & fleus ad regalia remeavit. Cū ergo diu in fletu mansisset: Rufinus magister, militum causam tantæ tristitiæ requisit. Cui ille. Tu inquit mea mala non sentis: quia seruis & mendicantibus aperta sunt templa, mihi verō ad ea ingressus non est. Et hoc dicens singula verba singultibus interrumpēbat. Cui Rufinus. Curre si vis ad Ambrosium: vt tibi soluat vinculum quo te ligauit. Et ille. Non poteris suadere Ambrosio, quia non verebitur imperialem potestatis, vt legē possit preuaricari diuinā. Sed cū ille promitteret quod eum flecteret, eum imperator ire precepit, & ipse post paululū est secutus. Mox ante vt Ambrosius Rufinū vidit, ait. Impudentiā canū imitatus es. O Rufine, tantæ videlicet necis autor existens, & nec pudorem ex fronte detergens, non erubescis contra maiestatem latrare diuinā? Cumque Rufinus pro imperatore supplicasset, & diceret eum sequi superno zelo accusas: Ambrosius ait. Ego tibi predico, quoniā ingredi eū sacra lumina prohibeo. Si verō potestatis in tyrānidē mutauerit, nec libenter suscipio. Quod cū Rufinus imperatori renunciaisset, pergā inquit ad eum, & iustas faciē cōtumelias recipiā. Cū ergo venisset, & sua solui vincula postulasset: occurrens Ambrosius & ingressum prohibens ait. Quæ penitentiam ostendisti post tantas iniquitates. Et ille. Tuū est imponere: meū obduperare. Verū cū imperator allegaret, quia & David adulterū & homicidium comississet, ait Ambrosius. Qui secutus es errantē, sequere penitentē. Quod ita gratā ter imperator suscepit, quod publicā penitentiam agere non recusauit. Cū igitur recōsiliat us ecclesiā intrasset, & intra cancellos staret, requirit Ambrosius, quid ibi expectaret. Cui cū diceret se persequonē sacrōrum mysteriorū expectare, ait Ambrosius. O imperator interiora loca sacerdotibus sunt tantum collata. Egredere igitur: & hanc expectationē cū cæteris habe commūnem Purpura nāque imperatores facit, nō sacerdotes. Cui imperator protinus obediuit. Cū ergo Constantino-

polim reuerfus extra cancellos staret: mandauit eidem episcopus, vt intraret. Et ille ait. Vix discere potui, q̄ differētia sit imperatoris & sacerdotis. Vix enim veritatis inuenit magistrum Ambrosium: nanque solū noui vocari pontificē. I. ¶ Octauo in sana doctrina. Eius nanque doctrina habet altā profunditatē. Hic. de xij. doctoribus. Ambrosius super profundorū pœnitentia raptus, & aëris volucer quādiu in profūdū ingreditur: fructum de alto capere viderit. Firmū solitatē. Hiero. ibidē. Eius omnes sententię fidei & ecclesię, & omniū virtutū firmę sunt colūne. Elegātē venustatē. Aug. in lib. de nuptijs & contractibus. Pelagius hærēsarcha sic laudat Ambrosium, vt dicat beatus Ambrosius, episcopus, in cuius precipue libris romana lucet fides, qui scriptorum inter latinos flos quidā emicuit. Et subdit Aug. Cuius fidē & purissimū inscripturis sensum: nec inimicus quidā ausus est reprehendere. Magnā auctoritatē, quia antiqui doctores, sicut Augu. verba sua pro magna auctoritate habebāt. Vnde refert Aug. ad Ianuariū, quod cum mater eius mirata fuisset, cur Mediolani sabbato non ieiunaretur, & de hoc Aug. Ambrosium interrogasset, ait Ambrosius. Cum venio Romā ieiunio sabbato. Sic & tu ad quā fortē ecclesiam veneris. eius moram serua, si cuiquā non inde vis scandālū esse, nec quenquā tibi. Et subdit Aug. Ego de hac sentētia etiā atque etiā cogitans: ita semper habui, tanquā eā cœlesti oraculo acceperim. ¶ Vita & passio Tyburtij & Valeriani in passioe sanctę Cecilie continentur.

¶ De sancto Georgio.

GEOGIUS dicitur à geos, quod est terra, & orge, quod est colere: quasi colens terrā. i. carnem suā. Augu. autē in lib. de trinitate dicit, quod bona terra est in altitudine montium tēperamento collium planitie cāporum. Prima enim est bona ad virentes herbas: secunda ad vineas, tertia ad fruges. Sic beatus Georgius fuit altus despiciendo inferiora, & ideo habuit vniorem puritatis. Tēperat⁹ per discretionem, & ideo habuit vinum internā iucunditatis. Planus per humilitatē, & ideo protulit fruges bonę operationis. Vel Georgius dicitur à gerar, quod est sacrum: & gion, quod est arena, quasi sacra arena. Fuit enim arena, quia ponderosus morū grauitate, minutus humilitate: & siccus à carnali voluptate. Vel Georgius dicitur à gerar: quod est sacrum: & gion, quod est luctatio: quasi sacer luctator. Quia luctat⁹ est cum dracone & carnifice. Vel Georgius dicitur à gero, quod est peregrinus: & gir, preciosus, & us consiliator. Ipse enim fuit peregrinus in contemptu mundi: preciosus in corona martyrij & conciliator in predicatione regni. Eius legenda inter scripturas apocryphas in Niceo concilio connumeratur ex eo, quod eius martyriū certam relationē non habet. Nam in Calendario Bedę dicitur, quod sit passus in perfida ciuitate Diaspoli: que prius Lida vocabatur, & est iuxta Loppem & Alibi dicitur quod passus sit sub Diocletiano & Maximiano imperatoribus. Alibi legitur, quod sub Diocletiano imperatore Persarum presentibus. lxx. regibus imperij sui. Hic dicitur, quod sub Datiano p̄fide imperantibus Diocletiano & Maximiano.



GEOGIUS tribunus genere Capadoc peruenit quadā vice in provinciam Libie in ciuitatem que dicitur Silena, iuxta quā ciuitatem erat stagnum instar maris, in quo draco pestifer latitabat: qui sæpe populum contra se armatum in fugam conuerterat: statūque suo ad muros ciuitatis accedens omnes inficiebat. Quapropter compulsi ciues duas oves quotidie sibi dabant: vt eius furorē sedarent. Alioquin sic muros ciuitatis inuadebat, & aërem inficiebat per omnia & ita plurimi interibant. Cum ergo iā oves penē deficerent: maximē cum harū copiam habere non possent inito concilio ouē cum adiuncto homine tribuebant. Cum igitur sorte omniū filij & filie darentur, & fors neminem exciperet, & iā penē omnes filij & filie populi essent consumpti: quadā vice filia regis sorte est deprehensa: & draconi adiudicata. Tunc rex contristatus ait. Tollite aurum & argentum & dimidium regni mei & filiam meam mihi dimittite, ne taliter moriatur. Cui populus cū furore respondit. Tu rex hoc edictū fecisti: & nunc omnes pueri nostri mortui sunt: & tu vis filiā tuā saluare. Nisi in filia tua compleueris: quod in alijs ordinasti succedemus te & domū tuā. Quod rex audiens cepit filiam suam flere, dicens. Heu mea filia me dulcissima quid de te faciā: aut quid dicam: quando plus videbo nuptias tuas. Et conuersus ad populum dixit. Oro vt inducias octo dierū lugēdi mihi filiā tribuat. Quod cū populus admisisset: in fine octo dierū reuersus populus est cum furore dicens. Quare perdis populum tuū propter filiā tuā. Et omnes afflatu draconis morimur. Tunc rex videns quod non possit filiā liberare, induit eā vestibus regalibus, & amplexatus eā cū lachrymis dixit. Heu me filia mea dulcissima de te filios in regali gremio nutrice credebam & nūc vadis, vt à dracone deuoreris. Heu me filia mea dulcissima sperabā ad tuas nuptias principes inuitare, & palatiū margaritis ornare, tympana & organa audire, & nunc vadis, vt à dracone deuoreris. Et deosculans eam dimisit eam: dicens. Vtinā filia mea ego ante te mortuus essem, quod te sic amississem. Tunc illa pro cedit ad pedes patris petens ab eo benedictionē suā. Quā cum pater cum lachrymis benedixisset: ad lacum processit. Quam beatus Georgius casu inde transiens, vt plorantem vidit eam, quid haberet, interrogauit. Et illa. Bone iuuenis velociter equum ascende & fuge: ne mecum pariter moriaris. Cui Georgius. Noli timere filia: sed dic mihi, quid hic prestolaris omni plebe expectante. Et illa. Vt video bone iuuenis magnifici cordis es: tu sed cur mecum mori desideras. Fuge velociter. Cui Georgius. Hinc ego nō discedam: donec mihi qui habes, intima bis. Cum ergo totū sibi exposuisset: ait Georgi⁹. Filia noli timere: quia in christi nomine te iuuabo. Et illa. Bone miles mecum ne peras: sed teipsū saluare festines, sufficit enim vt sola peras. Nam me liberare non posses: & mecum perires. Dum hæc loqueretur ecce draco veniens caput de lacu leuauit. Tunc puella tremefacta, dixit. Fuge bone domine, fuge velociter. Tunc Georgi⁹ equum ascendens & cruce se muniens draconē cōtra se venientē audacter aggreditur: & lanceā fortiter vibrans, & se deo cōmēdas ipsum

ipsum grauitur vulnerauit, & ad terram deiecit: Dicit que puella. Projice zonam tuam in collum draconis nihil dubitans filia. Quod cum fecisset, sequebatur eā velut mansuetissimum canem. Cum ergo eum in ciuitatem duceret: populi hoc videntes per montes & colles fugere cœperunt: dicens. Ve nobis, quia iam omnes peribimus. Tunc beatus Georgius inquit eis dicens. Nolite timere. Ad hoc enim me misit domin⁹ ad vos, vt à pœnis vos liberarem draconis. Tantummodo in Christum credite: vnusquisq; vestrum baptizetur, & draconem istum occidat. Tunc rex & omnes populi baptizati sunt. Beatus autem Georgius euaginato gladio draconem occidit: & ipsum extra ciuitatem efferri præcepit. Tunc quatuor paria bouum ipsum extra ciuitatem in magnum campum foras duxerūt. Baptizati autem sunt in illa die. xx. milia hominum exceptis paruulis ac mulieribus.

B. ¶ Rex autem in honore beatę Marię & beati Georgij ecclesiam mire magnitudinis construxit: de cuius altari fons viuis emanat: cuius porus omnes languidos sanat. Rex verò infinitam pecuniā beato Georgio obtulit: quam ille recipere nolens, pauperibus eā dari præcepit. Tunc Georgius regem de quatuor breuiter instruxit. vt ecclesiarum Dei curam haberet: sacerdotes honoraret: diuinum officium diligenter audiret, & semper pauperum memor esset, & osculato regē inde recessit. In aliquibus tamen libris legitur, quod cum draco ad deuorandū puellam pergeret, Georgius se cruce muniuit, & draconem aggrediens interfecit. Eo tempore imperantibus Diocletiano & Maximiano sub p̄fide Datiano tanta persecutio christianorū fuit, vt intra vnum mensem. viij. milia martyrio coronarentur. Vnde inter tot tormētorum genera multij christianorum deficiebant, & idolis immolabant. Quod videns sanctus Georgius taētus dolore cordis intrinsecus omnia que habebat dispersit: militarem habitum abiecit christianorum habitum induit, & in medium profiliens exclamauit. Omnes dij gentiū dæmonia, dominus autem cœlos fecit. Cui p̄fides iratus dixit, Quæ p̄sumptione audes deos nostros dæmonia appellare. Dic tamen vnde es tu, aut quo nomine vocaris? Cui Georgius ait. Georgius vocor ex nobili capadocum prosapia ortus. Palestinam christo fauē te deuici, sed omnia deserui vt seruire possent liberi? Deo cœli, cum autem p̄fides eum ad se inclinare non posset, iussit eum in eculeum leuari, & membratim corpus eius vngulis laniari oppositis insuper ad latera facibus patentibus viscerum rimis, sale plagas eius fricare iussit. Eadem nocte dominus cum ingenti lumine ei apparuit, & ipsum dulciter confortauit. Cuius mellisua visione & allocutione sic confortatus est, vt pro nihilo duceret cruciatus. Videns Datianus quod eū pœnis superare non posset, quandam magum accessit, eiq; dixit, christiani suis magicis artibus tormentata ludificant, & deorum nostrorum sacrificia paruipendūt. Cui magus. si artes eius superare nequero, capitis reus ero. Ipse maleficijs suis iniectis, & deorū suorū nominibus inuocatis, venenū vino immiscuit, & factū Georgio sumēdū porrexit. Cōtra quod vir Dei signū crucis addidit, haustiq; eo nil læsionē sensit. Rursū magus priore fortius venenū immiscuit, quod vir Dei signo crucis edito sine læsione aliqua totū bibit. Quo

viso magus statim ad pedes eius cecidit: veniam lamētabiliter petijt: & se christianum fieri postulauit: quē mox iudex decollari fecit: & sequenti die iussit Georgium poni in rota gladijs bis acutis vndiq; circumpecta: sed statim rota frāgit: & Georgius illæsus pœnit⁹ inuenitur. Tunc iratus iussit eum in sartagine plumbo liquefacto plenā projici: qui factō signo crucis in eā intrauit: sed virtute Dei cœpit in ea quasi in balneo refoueri. Quod vidēs Dacianus cogitauit eū emolire blādicijs, quem minis superare nō poterat vel tormentis: dixitq; illi. Vides fili Georgi quantā mansuetudinis sunt dii nostri, qui te blasphemū tā patienter sustinēt: parati nihilominus si cōuertir voueris indulgere. Age ergo dilectissime fili quod hortor: vt superstitione relicta dijs nostris sacrifices: vt magnos ab ipsis & à nobis cōsequaris honores. Cui Georgi⁹ subridēs ait: Vt quod à principio non magis mihi persuasisti blandis sermonibus quā tormentis? Ecce paratus sum facere quod hortaris. Hæc promissione Dacianus delusus læt⁹ efficitur. Iussitq; sub voce p̄conis, vt omnes ad se conuenirent: & Georgiū tādū reluctatē tandē cedere & sacrificare viderēt. Ornata igitō tota ciuitate p̄æ gaudio, cū Georgius idolorū tēplū sacrificaturus intraret: & omnes ibidē gaudētes altarē: flexis genibus dominū exorauit: vt tēplū cū idolis sic omnino destrueret, quaten⁹ ad sui laudē & populi conuersionem nihil de eo pœnit⁹ remaneret. Statimq; ignis de cœlo descendēs tēplū cū dijs & sacerdotibus cōcremauit: terrāq; se aperiens omnes eorum reliquias deglutiuit. Hic exclamauit Ambro, in p̄fatione dicens. Georgius fidelissimus miles Christi, dum christianitatis professio silentio tegetur: solus inter Christi colas intrepidus Dei filiū est cōfessus. Cui & tantam constātia gratia diuina concessit: vt & tyrānicę potestatis p̄cepta contemneret, & innumerabili nō formidaret tormēta pœnarum. O felix & inclitus domini p̄lator, quē non solum temporalis regni blanda nō persuasit, promissio: sed persecutore deluto simulacrorū eius portēta in abyssum deiecit. Hæc Ambrosius Hoc audiēs Dacianus Georgium ad se adduci fecit: eiq; dixit: quæ sunt maleficia tua p̄sime hominum, qui tantum facinus commisit: Cui Georgius. Nam credas me non sacrificare: sed mecum perge, & iterū me immolare vide. Cui ille. Intelligo fraudem tuam: quia vis me face re absorberi: sicut templum & deos meos absorberi fecisti. Cui Georgius. Dic mihi miser, dii tui qui se iuuare non potuerunt, quomodo te iuuabunt. Iratus rex nimis dixit Alexandria vxori suæ. Deficiens moriar, quia ab hoc homine me superatum cerno. Cui illa. Tyranne crudelis & carnifex nunquid non dixi tibi sæpius ne christianis molestus esses, quia Deus eorum pro ipsis pugnet, & nunc scias me velle fieri christiana. Stupet factus rex ait, Heu procholor, nunquid & tu es seduct⁹? Facitq; eam per capillos suspendi & flagellis durissimē cedi. Quæ dum caderetur dixit Georgio. Georgi lumen veritatis quo putas perueniā non dū aqua baptismi renata? Cui Georgi⁹. Nihil hæsites filia, quia sanguinis tui effusio baptismus tui reputabitur & corona. Tūc illa orans ad dñm emisit spiritū. Hic attestat Ambrosius in p̄fatione di. Ob hoc & gentiū regina p̄fatiū crudeli à viro dictata sentētia nodū baptismi gratiā cōsecuta, gloriose passiois meruit pal

mam, vnde nec dubitare possumus quod rosæ per fu
sa sanguinis vnda, referas polianuas ingredi me-
ruit, regnumq; possidere cœlorum. hæc Amb.
C. ¶ Sequenti verò die Georgius talē accepit senten-
tiam, vt per totam ciuitatem traheretur: postmodū
capite puniretur, Orauit autem ad dominum vt qui-
cumque eius imploraret auxilium petitionis sue con-
sequeretur effectum. Diuina autē vox ad eum venit
q; sic fieret, vt orauit. Cōpleta oratione capitis absci-
sione martyrium cōsummauit sub Diocletiano & Ma-
ximiano qui cōperunt circa annum dñi. cclx xvij.
Dacianus autem cum de loco in quo decolatus est ad
palatium rediret: ignis de cœlo cecidit: & ipsum cum
ministris suis cōsumpsit. Refert Grego. Turon. quod
cum quidā quasdam reliquias sancti Georgij deferret
& in quodam oratorio hospitari fuissent: mane nul-
lateus capam mouere posuerunt, donec ibi reli-
quiarum particulam dimiserunt Legitur in histo-
ria Antiochena q; cum Christiani ad obsidēdum Hie-
rusalem pergerent: quidā iuuenis speciosissimus cui-
dam sacerdoti apparuit, qui sanctum Georgium ducē
Christianorū esse se dicens monuit: vt eius reliquias
secum in Hierusalem deportarent: & ipse cū eis esset,
Cum autem Hierusalem obsedissent, & Saracenis re-
sistentibus per scalas ascenderent non auerēt: beatus
georg: us armis albis indutus, & cruce rubea insigni-
tus apparuit, inuens, vt post se securi ascenderent: &
ciuitatem obtinerent. qui ex hoc animaci ciuitatem
cōperunt: & Saracenos occiderunt.

De sancto Marco euangelista.

MARCVS interpretatur sublimis mādato;
certus, declinatus & amarus. Sublimis man-
dato ratione perfectionis in vita: quia non
solum seruauit mandata communia: sed et-
iam sublimia, sicut sunt consilia. Certus ratione cer-
titudinis in doctrina: quia doctrinā euangelij sui cer-
tam tradidit, vt pote quā à Petro magistro suo didicit
Declinatus ratione profundæ humilitatis. Nam pro-
pter nimiam humilitatem pollicem sibi emputasse dicitur,
vt sacerdotio reprobis haberetur, Amarus ratio-
ne acerbis pœnæ: quia vbiq; per ciuitatē tractus
fuit, & inter hæc tormēta spirituum tradidit. Vel Mar-
cus dicitur à Marco, quod est malleus maior, qui quid-
dem eodem ictu ferrum domat, melodiam generat,
incudem firmat: sic Marcus vnica doctrina sui euan-
gelij domat hæreticorum perfidiam: dilatat laudem
diuinam, confirmat ecclesiam.

LEGENDA. LVII. B

MARCVS euangelista leuiticus genere &
sacerdos Petri apostoli in baptisate si-
lius, atque in diuino sermone discipulus,
cum ipso beato Petro Romam profectus
est. Cum autem Petrus ibidem euangeliū
prædicaret: rogauerunt fideles, qui erant Romæ be-
atum Marcum, vt euangeliū ad perpetuam fidelium
memoriam deberet conscribere. Quod ille quidem
ex ore magistri sui Petri audierat, fidei filo conscri-
psit, Petrus autem illud diligenter examinās, vbi om-
ni veritate plenum conspexit: recipiendum ab omni-
bus fidelibus comprobauit. Vidēs autem Petrus Mar-
cum constantem in fide ipsum Aquilegiā destinuit,
vbi verbum Dei prædicans innumeras gentiliū mul-

titudines ad fidem Christi conuertit: ac euangeliū
suum similiter ibidem conscripsisse dicitur quod qui-
dem vsq; hodie in Aquilegiensi ecclesia ostenditur, &
deuotione congrua referat. Tandem beatus Mar-
cus Aquilegiensem ciuem scilicet Hermagorā, quem
ad fidē Christi conuertit: Romam ad beatum Petrum
adduxit, vt eum in Aquilegiā episcopum consecraret
Suscepit itaq; Hermagorās pontificatus officio cum
Aquilegiensem ecclesiam optimē gubernasset, tandē
ab infidelibus capitur, & ibidē martyrio coronatur.
Marcus verò à beato Petro Alexandria missus est,
& ibi primum verbum Dei prædicauit. In primo autē
introitu suo Alexandria (vt ait Philo disertissimus
Iudæorum) maxima multitudo in fide & deuotione
& continentia obseruatione adunata est: Papias quo-
que Hieropolitanus episcopus valde præclara eius
preconia præcipuo delucit filo. Petrus verò Damia-
ni, sic ait de eo. Tandem eidem Deus apud Alexandria
gratiam prærogauit: vt omnes qui tunc ad fidei rudī-
menta confluerant, mox per continentiam ac totius
sanctę conuersationis instantiam tanquam ad mona-
sticę perfectiois fastigium peruolarent, ad quod non
solum miraculorum prodigijs, non solum prædicatio-
nis eloquijs, sed etiam eximij; prouocabat exemplis
Et infra. Factum est autem, vt post mortem ad Italiā
deindefert reuerfus, vt terra in qua datum est sibi e-
uangelij scribere, sacras mereatur eius reliquias pos-
sidere. Beata es ò Alexandria triumphali hoc sanguine
purpurata: scilicet tu Italia corporis huius thesauri
dies efflata.

C. ¶ Tanta autē humilitatis dicitur fuisse, vt pollicem
sibi amputauerit, ne ad ordinem sacerdotij posset hu-
mano iudicio promoueri. Verūcamen dispositio Dei
& auctoritas sancti Petri præualuit: quæ ipsum Alex-
andriæ episcopum destinauit. Mox autem vt Alex-
andriam est ingressus: subito calciamentum eius ruptū
est, atq; solutum: quod in spiritu intelligens ait. Vere
expeditum fecit dominus iter meum. nec me Satana
nas impedire poterit, quam ab operibus mortuis do-
minus iam absoluit. Videns autem Marcus quen-
dam vetera consuetem, eidem calciamentum tradi-
dit corrigendum. Quod cum faceret sinistram manū
grauiter vulnerauit, ac fortiter clamare cepit. Vnus
Deus. Quo audito vir Dei ait. Vere dominus prosperum
fecit iter meum. Factoq; luto ex spūto manum
eius vixit, & continuo sanitatem recepit. Videns ho-
mo ille rātam eius efficaciam in domum suam illum
introduxit, & quis esset, vel vnde percunctari cepit.
Cui ille se dñi nostri Iesu Christi seruū confessus est.
At ille, Vellem ergo videre eum. Et Marcus, Ego tibi
eum demonstrabo, Incipientesq; Marcus Christum ei
euangelizauit: & ipsum cū tota domo sua baptizauit
Audientes autē viri ciuitatis illius quendam Galileū,
qui deorum sacrificia contemneret aduenisse, ei in-
sidias posuerunt. Quod ille cognoscens hominē quem
curauerat, qui dicebatur anianus ibidem episcopum
ordinauit, & ipse Perentapolim perexit. Et cū ibidem
duobus annis steteret, iterum Alexandria reddiit,
quæ & iuxta mare in rupibus ecclesiam construxerat
in loco qui dicitur Buculli, & fideles ibidem multipli-
catos inuenit. Pontifices autem temporum eum cō-
prehendere conabantur. Cum autē in solennitate pa-
schali

schali beatus Marcus missam celebraret, conuenerūt
illuc omnes & fune in collo eius missio ipsum per ci-
uitatem trahebant, dicentes. Trahamus bubalum per
loca buculi. Carnes autem eius in terra fluebāt: & san-
guine lapides ringebantur. Post hoc in carcere recludi-
tur: & ibidem ab angelo confortatur. Sed & ipse domi-
nus Iesus christus eum visitauit: eumq; conforta-
uit: dicens. Pax tibi Marce euangelista meus, noli ti-
mere: quia ego sum tecum, vt eruum te. Mane ergo fa-
cto sinem iterum collo eius immittunt: & huc illucq;
raptim eum pertrahunt, exclamantes. Trahite bubal-
lum ad loca buculi. Ipse autem dum traheretur, gra-
tias agebat: dicens. In manus tuas commēdo spiritum
meum. Et hæc dicens spiritum exaluit: sub Nerone,
qui cepit circa annum domini. lviij. Cum autem pa-
gani eum vellent comburere, subito aër turbatur:
grando exoritur: & tonitruū intonant: fulgurq; co-
ruscant: ita vt quilibet euadere niteretur, & sanctum
corpus ibidem intactum relinquerent, christiani verò
corpus eius rapuerunt, & in ecclesia cum omni reue-
rentia sepelierunt. Fuit autem forma beati Marci hu-
iusmodi. Longo naso, subduco supercilio, pulchris ocu-
lis, recalaster, proluxa barba, habitudinis optimæ æ-
tatis in edia: canis aspersus, affectione continens, gra-
tia Dei plenus. Beatus autem Ambr. de eo sic ait. Dum
beatus Marcus innumeris coruscaret miraculis con-
tingit vt futur cui calciamentum tradiderat corrigē-
dum sinistram sibi in eius labore pertunderet manum
hic cum inflicto vulnere vnus Deus clamauit, dei fa-
mulus audiens lætus affuit, lutum ex spūto factum ac-
cepit, eiusq; manum inunxit, sanāq; illic reddidit, &
labori tradidit. Illius nempe cuius prædicabat euan-
gelium, similiter imitatur miraculum cæci, videlicet
à natiuitate illuminati à domino factum. hæc Ambr.

D. ¶ Anno ab incarnatione domini. cccclxviij.
tempore Leonis imperatoris Veneti corpus sancti Mar-
ci de Alexandria transtulerunt, vbi ecclesia in honore
sancti Marci mirē pulchritudinis fabricata est. Qui-
dem namq; mercatores Veneti, qui Alexandria per-
reuerant duos præbyteros custodes corporis sancti
Marci precibus & promissionibus induxerunt, vt oc-
cultē corpus illud tolli permitterent. & Venetias trāf-
portarent. Verum cum corpus de tumulo leuaretur,
tantus odor totam Alexandria sic perfudit, vt omnes
vnde tanti prodiret odoris suauitatis, mirarentur. Dum
autem nauigarent, & qualiter corpus sancti Marci de
ferret, alijs nauibus reuelassent, vnus illorum ait. For-
sitam alicuius Aegyptij corpus vobis datum defertis,
& sancti Marci corpus vos deferre putatis. Continuo
igitur nauis in qua erat corpus sancti Marci seipsam
mira celeritate se vertit, & in naue, in qua ille reside-
bat, insurgens lateris partem fregit, non prius illam o-
mittens, donec omnes se ibidem corpus esse beati Mar-
ci credere acclamarent.

E. ¶ Cum quadam nocte naues cursu velocissimo
ducerentur, & nauatē tempestate concassati & tene-
dis obuoluti, quo pergerent ignorarēt, sanctus Mar-
cus cuidam monacho custodi corporis sui apparuit, di-
xit hominibus istis, vt velociter vela deponant, quia
non longē à terra distant, quibus depositis mane fa-
cto se iuxta quandam insulam inueuerunt. Verum
cum per littora diuersa transirent, & sanctum thesau-

rum omnibus occultarent, venientes incole conclama-
bāt. O quā beati estis, q; sancti Marci corp⁹: portatis fini-
te vt ipsum suppliciter adoremus. Quidam naua ad-
huc omnino incredulus à dæmone arripitur, & tādū
vexatur donec ad corpus sancti adductus se credere
confitetur: qui liberatus gloriam Deo dedit & beatū
Marcum in deuotione magne deinceps habuit. Quo-
dam tempore dum corpus sancti Marci intra quandā
columnam de lapidibus marmoreis factam paucis cō-
seijs esset repositum, vt ibi cautius seruaretur: conti-
git vt testibus illis ex hac luce sublatis, nemo vbinam
sanctus esset thesaurus posset cognoscere: nec aliquis
desolatio ingens in laicis: meror imminet vniuersis.
Formidabat siquidem plebs deuota, ne patronus tam
inclitus furtiue fuisset sublatus: ideoq; ieiunium so-
lemne indicitur, processio solēnior ordinatur. Et ecce
cunctis videntibus & stupentibus lapides à columna
profluunt: & archam vbi corpus eius latebat, omnibus
evidenter ostendunt mox deuotas laudes agunt crea-
tori omnium, qui suum eis dignatus est reuelare pa-
tronum: sicq; dies illustrata tanti prodigij gloria sin-
gulis annis decurrentibus posteris sic festiua. Iuuenis
quidam cæcri morbo in mamilla vermibus corroden-
tibus cruciatus cepit beati Marci suffragia mente im-
plorare deuora, & ecce sibi dormiēti quidam peregrini
no habitu insignitus apparuit, qui gradu concito ali-
quo pergere videbatur. Qui ab eo interrogatus quis
esset: vt quo velociter festinaret, Marcum se esse asse-
ruit, qui tam velociter pergeret, vt cuidam naui se in-
uocanti periculo subueniret: extēlāq; manu infirmū
tetigit, qui mane vigilans penitus se sanatum sensit.
Post modicum nauis illa portum Venetiarum intra-
uit: narrās & suum periculum & Marci adiutorium.
Pro vtriusq; igitur beneficio Deo gratiarum actio ex-
coluitur, & in sancto suo Marco Deus mirabilis prædi-
catur. Dum quidam mercatores Veneti supra quandā
nauem Sarracenorum Alexandria pergerent: & im-
minens periculum euidenter viderent: mox super sca-
pham ascendunt, & funem prædicunt, statimq; nauis
illa fluctuum inundatione perijt, & vniuersos Sarrace-
nos vnda vorax inuoluit. Vnus autem ex eis beatum
Marcum inuocans, voto quo potuit, se astrinxit: quod
si suum sibi conferret auxilium, & sacrum baptismum su-
sciperet, & ipsius limina visitaret: mox sibi vir splendi-
dus quidam apparuit, qui ereptum de fluctibus in sca-
pham cum cæteris collocauit. Ille autem Alexandria
ueniens, sed liberatori suo ingratus existens: nec sancti
Marci festinat ad limina, nec nostræ fidei suscepit
sacramēta. Cui denuo sanctus Marcus apparuit: & ip-
sum de sua ingratitude increpauit. Rediens igitur
ad se Venetias venit: & ibidem sacro baptismatis fon-
te renatus: & Marcus appellatus in Christum perfe-
ctē credidi: & in bonis operibus vitam finiuit. Vir qui
dam dum in lummitate campanillis sancti Marci de
venetijs quidam operis exerceret: subito cadit impro-
uide membratim toto corpore lanatus. In ipso ta-
men casu suo sancti Marci non immemor eius patro-
cinium implorauit. Qui cadens ex insuperato cui-
dam ligno prominenti sublitit: & dato fune illatus
enatus: & ad opus pristinum consummandum deuotus
assurgit. Quidam cuiusdam nobilis provincialis tem-

poraliter seruus, dū voto astrictus corpus sancti Marci visitare velle: sed à domino suo licentiā obtinere non possit: taudem sūmorem carnalis domini timorē ecclesiis postposuit: & insaturatō domino ad sanctū visitandum deuotus accessit. Quod dominus egrē ferens ipsum reuersum exofculari mādauit. Paucis quācūq; crudeli domino crudeliores satelite, & Dei simul sanctum Marcum inuocantem ad terram proiciunt: & acutos palos oculis effodiendis apponunt: sed nihil palorum proficiebat conamine: quia in se tabescebant subita fractione. Iubet igitur vt securi erura frangant, & pedes præciant: sed indomabile ferū securium proinus mollescit in plumbū. Iubet malleis feruere oculos & dentes cōrundi: sed ferū suā virtutis obliuiscitur: & Dei potentia hebetat. quod dominus videns: & stupens veniā petijt: & cum seruo sepulcrum sancti Marci deuotione si sedula visitauit. Miles quidam in prælio sic vulneratus in brachio, vt manus a brachio dependeret: adeo vt ipsam præcindēdam medici & amici consulerent. Ille vero erubescens fieri mangus, qui confluuit haberi tam probus: manū in locum suum restitutam panis siue medicamenti ligari fecit. Inuocauit igitur beati Marci suffragia: & manus continuo fuit sanitati pristina restituta: sola cicatrix remansit, & in tanti miraculi testimonium, & in talis benefici monumentum. Vir quidam de ciuitate Mantuæ falsō ab inuidis accusatus, in carcerē est reclusus. Qui cum xl. dies peregisset ibidem: & nimio affligeretur: tædio tandem triduo ieiunio se maccans beati Marci patrimonium inuocauit: qui sibi apprensus iuber, vt de carcere securus accedat. Ille viro dormitās præ tēlio negligit parere iussionib⁹ sancti, existimans iussionib⁹ se deladi. Deinde secūdo & tandē tertio sibi apparuit, & eadē similiter imperauit. Qui ad se rediens & ostium apertum conspiciens, de carcere securus exijt. & instar stupæ compedes mox confregit. Ibat igitur die media per medium custodiū carceris: quæ omniū: ita vt ipse sanctos videns à nemine videretur. Qui veniens ad sancti Marci tumulum exoluit deuotē debitum gratiarum. cū totam Apuliā sterilitas magna inuaderet: nec terram illam benedictionis pluuia irrigaret: reuelatum est quod tali plaga percuteret: eo quod ibi sancti Marci festiuitas non coleretur. Dum igitur sanctum Marcū inuocaret, & festū eius festiuē se celebraturos pmitterēt. sterilitate ab eis Marcus expulit, & in superabundantiā ministravit, dāns eis salubrem aërem & pluuiam congruentem. Circa annum domini. M. cxxj. apud papiam in conuentu ordinis fratrum prædicatorum fuit quidā frater religiosē ac sanctæ vitæ nomine Iulianus natione Fauentinus iuuenis corpore. sed canus mente. qui infirmitate vltima elaborans cum priorem domus supstatu suo requisisset: & ille mortem vicinam sibi innere diceret: statim facie exhilaratus: manib⁹ ac toto corpore applaudens clamare cepit. Date locum fratres: quia prauinitia leticia abundantia anima iam profiliet extra corpus, ex eo quod iam iucundo rumores audiuit: & eleuatis in cælū manib⁹ dicere cepit. Educ de carcere aīn meū. & c. Infelix ego homo q's me libera bit de corpore mortis huius: Inter hoc ille leui somno obdormiſſus vidit beati Marci ad se venisse: & se iuxta eius lectū collocasse: & vox ecce ad eū dicens. Quid ibi

agis dō Marce? Et ille. Ad morientem accessi istū: quia Deo eius ministerium est acceptum. Et iterum vox ad eum. Quare iter ceteros sanctos ad eū maximē tu venisti. Et ille. Quia in me specialem deuotionē habuit: & locum vbi corpus meum quiescat, deuotione sedula visitauit: & ideo veni eum in hora sui exitus visitare. Et ecce quidam abati totam domum impleuerunt quibus ait Marce, Quare huc venistis? Et illi. Vt istius animam in conspectu domini presentemus. Euigilās autem prædictus frater pro priore domus à quo ego ista audiui, continuo miuit: & omnia quæ viderat sibi recitans cum multo gaudio in domino feliciter obdormiuit.

De sancto Marcellino papa.

LEGENDA LVIII. A



MARCELLINVS annis nouem & mensibus quatuor romanam ecclesiam rexit. Hic iussu. Diocletiani & Maximiani capitur, & ad sacrificandum adducitur. Cū autem nō assentiret, & ex hoc diuersorum tormentorū genera sustinere deberet, metu passionis duo grana incensū sacrificio posuit. Tunc magna adest infidelium leticia: sed fideles ingēs tristitia percussit. Verumtamen capite infirmato tortiora membra resurgunt: & minas principum paripendunt. Tunc fideles ad summum pontificem conueniunt, & ipsum plurimum redarguunt: quod ille cerneus in consilio episcoporum se suppouit iudicandum. Ad quem illi. Absit vt summus pontifex ab aliquo iudicetur: sed tu in te collige causam tuam, & proprio ore te iudica. Ipse autem iam pœnitens pluuimū ingemuit, & se ipsum deposuit, sed tamen eū oīs turba iterū reelegit. Quod Cæsares audiētes iterū eū capi fecerunt, & dum nullatenus sacrificare vellent: eum decolari mandauerunt. Et totantum creuit furor hostilium, vt intra mensē. xvij. milia Christianorum perimerentur. Marcellinus autem dum decapitari deberet, se Christiana sepultura indignum esse asseruit: & ideo omnes qui se pelire præsumerent excommunicauit: qua propter corpus eius insepultum. xxxv. diebus remansit. Post hoc beatus Petrus apostolus Marcellus successorī eius apparuit dicens. Frater Marcella: quare non sepelis me. Cui ille. Nonne dudum sepultus es domine, Cui apostolus, Me insepultum reputo quamdiu Marcellinum insepultum videro. Cui ille. Nonne domine nosti: quia ille omnes qui eum sepelirent anathematizauit. Cui Petrus. Nonne scriptū est. Qui se humiliat exaltabitur. Vnde hoc attendere debuisti. Vade igitur & ipsum ad pedes meos sepelias. Qui statim iuit & iussu laudabiliter compleuit.

De sancto Vitali.



ITALIS quasi viuens talis: quia qualis viuebat exterius in opere. talis erat intus in corde. vel vitalis à vita: vel vitalis viuens talis, id est tuens se alius virtutum. Ipse enim fuit tanquam vnus de animalibus Dei, quas vidit Ezechiel habere in se quatuor alas: scilicet alam speculatiuam, alam amoris, quam volabat in

Deum: alam timoris quam volabat in infernum alam cognitionis qua volabat in seipsum. Eius passio in bello geruasij & Prothasij reperta fuisse putatur.

LEGENDA LIX. A.



ITALIS miles consularis ex Valeria vxore Geruasium & Prothasium genuit. Hic cum Paulino iudice Rauennam ingressus cum quendam ibidem cristianum medicum nomine Vrsicinum post multa tormentorum genera iussu decolari videret & ille medicus nimium expauescit, exclamauit ad eum sanctus Vitalis dicens. Noli frater Vrsicine me dice qui alios curare consueuisti te ipsum eterna morte occidere et qui ad palmam martirij per multas passiones venisti, noli coronam amittere tibi à deo paratā. Quod Vrsicinus audiens confortatus est: & de pauore suo penitus martirium libenter accepit. Sanctus autē Vitalis eum honorifice sepeliri fecit & primus hoc ad paulinum dominum suum vltra venire cōtempit. Ille vero nimium indignatus, tum quia ad se venire noluit: tum quia Vrsicinum sacrificare volentem retraxit tum quia cristianum se esse ostendit: iussit eum in euleum leuari. Cui dixit vitalis. Stultissimus es si me putas decipere, qui alios semper studui liberare. Et ait paulinus ministris. Ducite eum ad palmam, & si sacrificare noluerit, foueam profundissimam donec peruenierit ad eam ibidem facite, & ibi eum viuam & supinum sepelite, quod & fecerunt & beatum Vitalem ibidem viuam sepelierunt sub Nerone q̄ cepit circa annum domini lvij. Sacerdos autem qui hoc cōsiliū dederat statim à demone arreptus per septem dies in sanienis in illo loco exclamabat, dicens. Incendis me sancte Vitalis. Die autem vij in flumen à demone precipitatus miserabiliter expirauit. Vxor autem sancti vitalis cum Mediolanum rediret inuenit quosdam idolis immolantes eum eam hortarentur, vt idolis immolata cōmēderet, Rūdit christiana sū, nō licet mihi de vestris sacrificijs manducare. Quod illi audientes tam diu eam verberauerunt quod homines sui, qui cum ea erant vique Mediolanum eam semiuuam duxerunt vbi intra triiduum feliciter migravit ad dominum.

De virgine quadam Antiochena.

LEGENDA LX. A.



IRGO quedam Antiochiæ cuius historiā Ambrosius in ij. li. de virginibus recitat in hæc verba. Antiochie nuper virgo quedam fuit fugitās publici visus ostentatio nē. Sed quo magis virorum vitabatur oculis, incēdebat affectus eo amplius impudicos. Pulchritudo enim audita necōsifa plus desideratur: duobus illi malis cupiditatum amoris & cognitionis, dum nihil occurrat quod minus placeat, & plus putatur esse quod placeat: nō iude x oculus explorat, sed animus amator exoptat. Itaque sancta virgo ne diutius aleretur potic de hies cupiditatis integritatem pudoris professā sic restrinxit improborum facies, vt iam non amaretur

sed proderetur. Ecce persecutio puella fugere nesciatate pauida ne incidere in inciarios pudoris animam, ad virtutem parauit tam religioſa vt mortem non timeret tam pudica vt mortem expectaret. Venit enim corone dies maxima omnium expectatio: producitur puella duplex professā certamen & castitatis & religionis: sed vbi viderunt constantiam professionis metum pudoris paratam ad cruciatum erubescens ad aspectus cogitare ceperunt, quemadmodum speculatiuitatis religionem toleraret, cum id abstulissent quod erat amplius: etiam id eriperent quod delinquerent. Aut sacrificare virginem aut lupanari prostitui iubent. Quomodo colunt deos suos, qui sic vindicant aut quemadmodum ipsi viuunt, qui ira iudicant. Hæc puella non quo de religione ambigeret, sed quo de pudore trepidaret, ipsa secum inquit. Quid agimus hodie: aut martyr aut virgo: aut altera nobis inuidetur corona: sed nec virginis nomen agnoscutur, vbi virginis autor negatur. Nam quemadmodum virgo, si meretricem colas, quemadmodum virgo, si ad alterum diligas, quemadmodum virgo si amorem petas, tolerabilius est mentem virginem quam carnem habere vtrumque bonum si liceat, & si non liceat, saltem non homini caste, sed Deo scimus. Et raab meretricis fuit, sed postquam domino credidit salutem inuenit. Et Iudith se vt adultero placeret ornauit, que tamen, quia hoc religione non amore faciebat: nemo eam adulteram iudicabat. Bene successit exemplum. Nam si illa que se commisit religioni, & pudorem seruauit & patriam fortassis & nos seruando religionem, seruabimus etiam castitatem quod, si Iudith pudicitia religioni præferre voluisset: perdita patria etiam pudiciam perdidisset. Itaque talibus informata exemplis simul animo tenens verba domini, quib⁹ ait, Quicumq; perdidit animam suam propter me inueniet eam, stetit & tacuit, ne eam vel loquentem adulter audiret nec pudoris elegit iniuriam, sed christi recusauit. Estimare vtrum adulterare potuerit corpore, quæ nec voce adulterauit. Iamdudum verecundebatur oratio mea, & quasi adire gestorum seriam, criminofam atque explanare formidat. Claudite aures virginis Dei, ducitur puella Dei ad lupanar. Sed aperite aures virginis Dei: virgo prostitui potest, adulterari non potest. Vbiunque Dei virgo est, templum Dei est, nec lupanaria infamant castitatem, sed castitas etiam loci abolet infamiam. Ingens petulantium concursus sic ad fornacem: discite martyrum miracula sanctæ virginis: discite locorum vocabula. Claudite intus columba, strepunt accipitres foris certant singuli, qui prædā primus inuadat. B est At illa manibus ad cœlum leuatis, quasi ad domum orationis venisset, non ad libidinis diuersorium. Christe (inquit) domuisti virgini feroces leones potes domare etiam hominum feroces mentes, Caldeis rorant, ignis Iudæis, sese vnda suspendit misericordia tua non natura sua. Susanna ad supplicium genua flexit: & de adulterijs triumphauit. Aruit dextera quæ templi tui docta violabat. Nunc tēplum ipsum attractatur tuum: de patiaris incestum facilegij qui non passus es furtum. Benedicatur & nunc nomen tuum, vt quæ ad adulterium virgo veni: virgo discedat. Vir cū

plernat orationem. & ecce miles specie terribilis irupit: quæadmodum virgo tremuit, cui populus tremas celsit. Sed illa nō immemor lectionis. Et Daniel (inquit) supplicium Sufanæ spectaturus aduenat: & quæ populus, dānauerat, vnus abfoluit. Potest & in hoc lupi habitu vnus latere. Habet & Christus milites suos qui etiam legiones habe: aut fortasse percussor intrauit, ne verearis anima: & tales solēt martyres facere. O virgo fides tua te saluā fecit. Cui miles. Quæ so ne pauas foror. huc veni saluare animā, nō perdere. Serua me vt ipsa serueris, quasi adulter ingressus, si vis martyr egrediar, vestimēta mutemus: conueniūt mea tibi, & tua mihi: sed vtraq; Xpo. Tua vestis me vrum militem faciet, & mea te virginem. Bene tu vltieris: ego melius exuar: vt me persecutor agnoscat. Sume habitū, qui abscondat scēminā. tradā qui consecret martyrem, Induā clamidē, qui occultet membra virginis, & seruet pudorem: Sume pileū, qui tegat crines: abscondat ora: solent erubescere, qui lupanar intrauerunt. Sanē cum egressa fueris, ne respicias retro: memor vxoris Loth quæ naturā suā: quia impudicos licet castis oculis aspexit amittit: nec vereare ne quid perat sacrificio. Ego, p te hostiā Deo me reddā: tu p me militem Xpo habens bonā militiā, castitatis quæ stipendijs militat sempiternis lorica iustitiae, quæ spiritali munimine corpus induat, scutum fidei, quo valens repellas, galeam salutis. Ibi enim est præsidū nostræ salutis, vbi est Christus: quoniā mulieris caput est vir, virginum Xps. Et inter hæc clamidem exuit, suspectus tamen adhuc habitus, & persecutoris & adulteri. Virgo ceruicem, clamidē cœpit miles offerre. Quæ pōpa illa, quæ gratia, cū in lupanari de martyrio certarent. Addātur personæ miles & virgo. Hæc dissimiles inter se, natura, sed Dei miseratione conformile, vt cōpleatur oraculum. Tunc lupi & agni simul pascētur. Ecce agna & lupus nō solum simul pascunt: sed etiā immolātur. Quid plura mutato habitu euolat puella de laqueo iam nō suis alis, vtpote quæ spiritalibus ferebatur, & q̄ nulla vnquā viderūt secula, Egreditar de lupanari virgo Xpi. Ait illi, qui videbant oculis, & nō videbāt corde, seu raptores ad agnā lupi fremuere ad prædā vnus: qui erat immodestior, introiuit. Sed vbi hausit oculis rei exitū, quid hoc inquit est puella ingressa est, vir viderit. Ecce nō fabulosum, illud serua pro virgine, sed quod verū est, miles ex virgine. At etiā audierā, & non crediderā, quod aquas Xps in vina cōuertit iā mutare cœpit sexū. Recedamus hinc dū adhuc quod fuimus sumus. Nūquid & ipse mutatus sum, qui aliud cerno quā credo. Ad lupanar veni. Cerno vadimonii: & tamē dum muratus egrediar, pudicus exibo, qui adulter intrauit, iudicio rei, quia debebatur tanta corona victori, dānatus est pro virgine, qui p virgine cōprehensus est. Ita de lupanari nō solum virgines: sed etiā martyres exierunt.

C Fertur puella ad locum supplicij cucurrisse, certasse ambos de nece. Cū ille diceret, ego sum iussu occidi, te abfolui sententia, quando me tepuit. At illa clamauit. Non ego te vadem mortis elegi, sed præsidem pudoris optaui. Si pudor quæritur, mane sexus: si sanguis exponitur, fidei iussorem non desidero, vnde dissoluam habeo, in me lata est sententia, quæ pro me lata est. Certē si pecuniā te fidei iussorem dedissem,

& absente me iudex tuū sensum fenera tori adiudicasset, eadem me sententia conuinceret, meo patrimonio soluere tuos nexos. Si recusarem, quis me indignam morte censeret? quāto maior est capitis huius censura. Moriar innocens, ne moriar nocens. Nihil mediū est hodie, aut rea ero sanguinis tui, aut martyr mei. Si cito redij, quis me audeat excludere? Si moram feci, quis me audeat abfoluere? Plus legibus debeo: re nō solum fugā meā: sed etiam cædis alienæ. Sufficiunt membra morti, quæ nō sufficiebant iuuitia. Et in virgine vulneri locus, qui non erat cōtumeliæ, ego opprobrium declinaui, non martyrium tibi celsit, vestē nō profersionem mutauit. Quod si mihi præcipis: mortem non redemisti me, sed circūuenisti. Cæue quāso ne contendas: cæue ne cōtradicere audeas. Noli eripere beneficium, quod dedisti, dum mihi hæc sententiā negas, illam restituis superiori. Sententia enim sententia superior mutatur: si posterior me nō tenet, superior sententia tenet. Possimus vtrique satisficere sententiæ, si me prius patiaris occidi. In se habent aliā quā exerceat pœnam, i virgine obnoxius pudorem. Itaq; gloriofior eris, si videris de adultera martyre fuisse, quā de martyre adulteram reddidisse. Quid expectatis: dno cōtēderunt, & ambo vicerunt, nec diuisa est corona, sed addita. Ita sancti martyres inuicem sibi beneficia cōferentes, altera principium martyrio dedit, alter affectum.

D Ad etiam philosophorum gymnasia dæmonē & synthyam pictagoreos incolas ferunt, quorū vnus cū esset morti adiudicatur, cōmendatū suorum tēpus poposcit. Tyrānus autem astutissimus cū reperiri nō posse existimaret, petiuit, vt sponsorem daret qui pro se feriretur, si ipse moram faceret. Quid de duob; præclarior nescio vtrūq; præclarum, alter vadē mortis inuenit, alter se obtulit. Itaq; cū reus morā supplicio faceret, fidei iussor sereno vultu mortē nō recusauit. Cū duceret amicus reuersus est ceruicem substituit, colla subiecit. Tunc admiratus tyrānus chariorem philosophis amicitiam quā vitā fuisse petiuit, vt ipse ab ipsis quos dānauerat, in amicitia reciperetur, tantā virtutis esse gratiā, vt tyrannū inclinaret digna laudē, sed minora nostris. Nam illi ambo viri, hęc vna virgo, quæ priō etiā sexū vincere. Illi amici, isti incogniti. Illi tyranno vni se obtulerūt. Isti tyrānis pluribus ac etiā crudelioribus, quod ille pepercit, isti occiderūt. Inter illos in vno obnoxia necessitate, in his amborum voluntas liberas. Hoc quoque isti prudentiores, quia illis studij sui finis amicitia gratia istis corona martyrij. Illi enim certaerūt hominibus isti domino. Hæc Ambrosius,

C De sancto Petro nouo martyre.

PETRVS interpretatur agnosens, vel discalciam: vel dicitur Petrus à petros, quod est firmum. Per hoc intelliguntur tria priuilegia, quæ fuerunt in beato Petro. Fuit enim prædicator egregius, & inde dicitur agnosens: quia & perfectam scripturarum noticiam habuit: & in prædicatione, quid cuique conueniret, agnouit. Secundo fuit virgo purissim⁹: & inde dicit discalcians: quia pedibus suarum affectionum omnem amorem mortuū discal-

discalciauit & exiit: vt non solum corpore, sed etiam mente virgo esset tertio fuit martyr domini gloriosus: & inde fuit firmus: quia martyrium pro defensione fidei constanter sustinuit,

LEGENDA LXI. A

PETRVS nouus martyr de ordine prædicatorum fidei pugil egregius de ciuitate Veronensi extitit oriundus. Hic tanquā splendidum lumen defumo lilium candelis, de sensibus rubens rosa de spinis exortitur, dum de parentibus per errorē execratis lucidus prædicator exurgit: & de sauciatis mente corporeque corruptis virginale decus procedit: ac de spinis, id est æterno incendio deputatis inclitus martyr ascendit. Parentes namque suos infideles & hæreticos beatus Petrus habuit, à quorum tamen errore se penitus mūdum seruauit. Cū autem adhuc septem esset annorum, & à scholis iam pater suo qui hæresim sapiebat, quidā in scholis didicerit, interrogatur. Qui respondit, se didicisse? Credo in Deum patrem omnipotentem creatorem cœli & terræ, & c. Et ille. Noli dicere creatorem cœli & terræ, cum ipse visibilis creator non fuerit, sed diabolus omnia ista quæ videntur, creauerit. Ipse verò se potius velle dicere, sicut legerat, affirmabat, & sicut scriptum erat se potius credere velle, dicebat. Tūc ille per autoritates hoc ei persuadere vt poterat, nitebatur, quas omnes puer spiritali sancto repletus sic contra eum conuertit. eūque proprio gladio interemit, vt ille quod diuerteret, non haberet. Qui indignè ferens à puero se confusum, patri totum quod inter se gestum fuerat, retulit, & vt petrinum à scholis remoueret, modis omnibus persuasit. Timeo enim (ait) ne cū petrinus bene fuerit eruditus, ad meretricem illā romanam ecclesiam se conferat, & sic fidem nostram destruat & confundat. Qui nesciens verum dixit, dum Petrum hæreticorum perfidiam destrutum esse tanquā alter Cayphas prophetauit. Sed quia res à Deo fiebat pater fratris monitis assensum non præbuit, sperans quod per aliquē hæresiarcham ad suam sectam eum trahi faceret, cum in grammaticalibus fieret eruditus.

B Videns igitur puer sanctus non esse tutum cum scorpionibus habitare, mundum parentisque despiciens mundus ipse fratrum prædicatorum ordinem introiuit. In quo quidem iordine quā laudabiliter vixerit, innocentius papa in sua epistola aperit dicens, Cum enim beatus Petrus à mundi fallacijs in adolescentiæ annis prouide declinasset, ad ordinem fratrum prædicatorum se transfudit, in quo quidem ordine triginta serē annorum spacio sultus caterua virtutum: fide præambula, spe astente, comitante charitate sic præualuit & profecit circa defensionem ipsius fidei: pro qua totus ardebat, quod contra illius diros hostes mente intrepidatē: seruentisque spiritū cōtinuō certamen exercens suam tandem agone diuturno victrici superante martyrio feliciter consummauit. Et sic Petrus firmus in petra fidei, petra demum passionis allisus ad petram Christum digne laureandus ascendit, Virginitatem quoque mentis & corporis semper illibatam seruauit: nec alicuius mortalis criminibus suarum affectionum omnem amorem mortuū discal-

nis & vnquam sensit cōtactum, sicut suorum confessorum fidei, testimonio est probatum. Et quia seruis delicatē nutritio proteruit in dominū. Carnem suam assidua cibi & potus parcitate restrinxit. Ne verò per ocij desidiā hostilibus pareretur insidijs iustificationibus domini exercebatur assidue. Vt eo circa licita totaliter occupato locum in ipso illicita non haberent: & à spiritalibus nequitijs tutus esset. Nocturna quidem silentia humanæ deputata quieti post dormitionem breuem decurrebat in stultijs lectionum & somni tempus vigilijs occupabat. Dies autē impendebant commodis animarum, vel sedulis imminendo prædicationibus, vel confessionum auditiæ insistentibus confutando. In quibus specialis gratiæ, dono non scitur claruisse, Deuotione insuper gratus: humilitate lenis, obedientia placidus, benignitate suavis, pietate compatiens, patientia constans, charitate præstabilis, & in cunctis morum maturitate cōpositus alios profusus virtutū aromatis attrahebat. Feruens quoque amator fidei, cultor præcipuus, propugnator ardens. Sic animo suo fidem impresserat, sic se totum in illius mancipauerat obsequium, quod quæque ipsius opera & verba virtute fidei redolebant. Pro hac quoque mortem subire cupiens hoc principaliter à domino attentis: & crebris postulationibus supplicasse probatur, quod non sine eum ex hac luce migrare, nisi sumpto pro illo calice passionis, nec fraudatus est tandem in desiderio suo.

C Multis verò in vita sua miraculis claruit. Nam cū apud Mediolanum quendam episcopum hæreticorum à fidelibus captum beatus Petrus examinaret: & multi episcopi & religiosi & maxima pars ciuitatis illuc conuenissent: & dies tamen prædicatione, tum examinatione, & in longum prostrata fuisset: & maximus estus cunctos affligeret, dixit hæresiarcha coram omnibus, O Petre peruerse, si tu es ita sanctus, sicut hic stultus populus te esse affirmat, cur cum es tu mori permittis, & non rogas dominum, vt nubem aliquā interponat, vt non moriatur hic stultus populus tanto estu. Ad quem beatus Petrus respondit. Si vis promittere te abnegaturum hæresim tuam, & fidem catholicam recepturum, rogabo dominum, & faciet quod dixisti. Tunc fautores hæreticorum conclamantes: hæresiarcha dixerunt. Promitte promitte. Credebant enim, quod fieri non posset, quod beatus Petrus se facturum coram omnibus spondidit: & maxime cū nulla vel minima nebulula in aere appareret. Catholici autē super promissione beati Petri tristari cœperunt: timentes ne fides catholica ex hoc confusionem pateret. Cū ergo hæreticus se obligare noller: beatus Petrus cum magna fiducia dixit. Ad hoc quod verus Deus visibilium & inuisibilium creator monstratur, & ad consolationem fidelium & ad confusionem hæreticorum rogo Deum, vt aliqua nebulula ascendat, & se inter solem & populū interponat. Quod mox premissio crucis signaculo factum fuit per magnam horam in modum papilionis populum rubecula protegens. Contractus quidam nomine asserbus, cū per quinque annos mansisset. Contractus ita vt per terram in sextario traheretur Mediolanū ad beatum Petrum ductus fuit: quem cū beatus Petrus

signasset continuo sanatus surrexit, Quædam etiam miracula quæ per eum dominus dum uiueret, fecit. In nocentius in prædicta epistola recitat dicens, Cuiusdam nobilis filium præ nimio & horribili totius gulæ timore, nec loqui nec spirare valente leuatis ad dominum manibus, & crucis in co factò signaculo, illòq; accipiente ipsius cappam & infirmo supponente eum ilico sanauit. Idem nobilis uehementi postmodum corporis torsione grauatus, credens & metuens exinde sibi mortis imminere discrimen cappam ipsam, quam extunc conseruauerat, reuerenter fecit afferri, qua super apposita pectori mox uermè quendam duo habente in capita, & pillorum densitate pillosum euenit plena liberatione secuta. Cuidam iuueni muto immisso in os eius digito, sueq; lingua solu tolligamine beneficiū loquelæ concessit. Hæc & alia plura dum uiueret, dignatus est per eum dominus operari.

D ¶ Verum cum pestis hæretica in Lombardia uincia pullularet, & multas iam ciuitates contagione pestifera infecisset, summus pontifex ad pestem diabolicam abolendam diuersos inquisitores de ordine prædicatorum in diuersis Lombardia partibus delegauit. Sed cum apud Mediolanum hæretici non solum multi numero, sed etiam magni seculari potentia acuti fraudulento eloquio & pleni diabolica scientia residerent, summus pontifex sciens & intellegens beatum Petrum uirum esse magnanimum, qui ab hostium multitudine non paueret. Animaduertens quoque eius constantem uirtutem, per quam aduersariorum potētiam, nec in modico cederet, Cognouit etiam eius faciendam, per quam facile hæreticorum fallacias detegeret: non ignorans in super ipsum in diuina plene sapientia eruditum: per quam friuola hæreticorum argumenta rationabiliter confutaret: ipsum tam strenuū fidei pugilem & tam indefessum domini bellatorem in Mediolano & eius comitatu: & inquisitionem suam autoritate concessa plenaria ordinauit. Ipse igitur in unicum officium diligenter exercens hæreticos ubique perquirebat, nullam eis requiem tribuens: sed mirabiliter omnes confundens: potenter expellens: sapienter conuincens: ita ut non possent resistere sapientiæ & spiritui, qui per eum loquebatur. Quod uidentes hæretici & dolentes de ipsius morte cum suis fautoribus tractare coperunt, arbitantes se posse pacifice uiuere: si eorum tam validus persecutor de medio tolleretur. Cum igitur prædicator in trepidus mox martyr futurus de Cumis Mediolanum pro inquirendis hæreticis pergeret, in ipso itinere palam martyrij affectus esset: sicut innocentiū explicat in hæc uerba. Cum de ciuitate cumana ubi fratrum sui ordinis ibi morantium præerat mediolanum pergeret, pro exequenda inquisitione contra hæreticos sibi ab apostolica sede concessa, sicut in publica prædicatione predixerat: quidam de ipsorum hæreticorum credentibus prece illorum inductus & precio in eum salutaris propositi iter prosequentem funestus insilijt in agnum, uti lupus ferus in mitē: impiū in piū: furibundus in mansuetum: in modestum effrenis: prophanus in sanctū præsumit insultum: exercet conatum: mortem intendit: sacrum autem caput illius crudeliter impetens, & diris ipsum imprefsis uul-

neribus, & fatiato sanguine iusti ense uenerandum illum non diuertentem ab hoste: se proinus hostiam & cæloris sustinentem in patientia truces ictus dimisit spiritū superna petente in ipso loco passiois occisum. Ipso quoque sacrilego percussuras in Christi ministerium geminas inculcantes: ille non querula uoce gemens uel murmurans: sed suffersens omnia patienter suum domino commendabat spiritum dicens. In manus tuas domine commendo spiritum meum. Simbolum etiam cepit dicere fidei, cuius nec in hoc articulo desijt esse prece, prout ipse nephadus, qui a fidelibus captus fuit, & quidam frater dominicus, qui comes illius erat, & ab ipso hictore percussus diebus aliquibus superuixit, postea retulerunt. Sed cum adhuc martyr domini palpitarer, cultellum crudelis hictor arripuit: & per latera eius transfixit. In ipsa autem die sui martyrij confessor martyr propheta & doctor quodammodo esse promeruit. Confessor in eo, quod fidem Christi inter tormenta constantissimè confessus fuit: & in eo quod ipsa die confessione more solito facta obtulit Deo sacrificium laudis, Martyr in eo, quod pro defensione fidei sanguinem suum sudijt. Propheta in eo quod cum ipse tunc quartanam pateretur, & socij dicerent, quod non possent Mediolanum applicare, ille respondit. Si non poterimus ad domum fratrum peruenire: apud sanctum in Simplicium poterimus hospitari. Quod & factum est. Nam cum sacrum eius corpus deferretur: fratres propter inuicem populū frequentiam, non potuerunt illud eadem die ad domum deducere: sed apud sanctum in Simplicianum deponerunt & ibidem ea nocte permaiserunt. Doctor in eo, quod etiam cum pateretur fidem ueram edocuit: dum simbolum fidei clara uoce cecinit.

E ¶ Eius quoque passio ueneranda dominicæ passioni similis multum fuisse uideretur, Christus enim passus est pro ueritate, quam predicabat: Petrus pro ueritate fidei, quam defendebat. Christus passus est ab infideli populo iudeorum. Petrus ab infideli turba hæreticorum. Christus in paschali tempore crucifigitur. Petrus eodem tempore martyrium patitur. Christus cum pateretur, in manus tuas domine commendo spiritum meum, dicebat. Petrus cum occideretur uerba eadem clamitabat. Christus pro triginta denarijs ueditus fuit, ut crucifigeretur. Petrus pro quadraginta libris Papiensium fuit uenditus, ut interficeretur. Christus per passionem suam ad fidem multos adduxit: Petrus per martyriū hæreticos multos conuertit. Quauis enim egregius doctor & fidei pugil hæreticorum dogma pestiferum in uita sua plurimum eradicaue- rit, post mortem tamen suam eius meritis & corruclatibus miraculis fuit adeo extirpatum: ut quæ plurimi errorem suum relinquerent, & ad gremiū sancte ecclesie conuolarer: ita ut ciuitas Mediolani, & comitatus eiusdem, ubi tot hæreticorum conuenticula hictabant, adeo purgata est: ut alijs expulsis & alijs ad fidem conuersis nullus ibidem auderet aliquo modo conuolare. Plures etiam de eis maximi & famosi prædicatorum ordinem sunt ingressi, qui usque cunctos hæreticos & fautores seruo mirabili persequuntur. Sic noster Sanfon plures Philisteos interfecit moriens quæ occiderit uiuens. Sic granū frumenti cadens in terrâ & infidelium manibus compressum & mortuū uerberè con-

urgit

surgit in spicam. Sic botrus in torculari calcatus, liquoris redundat in copiam. Sic aromata pila confusa odorem pleni circumfundunt. Sic granum cinapis confritum uirtutem suam multipliciter demonstrauit.

F ¶ Post sancti uiri gloriosum triumphum multis eum miraculis illustrauit, quorum quidam summas ad sepulchrum eius dependentes plures per se ipsas abiq; omni humano studio & ministerio diuinitus sunt accensas: quia conueniens nimis erat, ut qui igne & lumine fidei excellenter claruerat, singularitate de ipso ignis acclerumis miraculum appareret. Quidam autem cum uelceretur cum alijs & eius sanctitatem, & miracula deprouaret: sum pro quadam sub artefatione morsello, quod eum non possent, si circa hoc delinque retur, transglutire sentit: mox ipsum sic gutur inuherentem, ut illi uinducere uel educere non ualeret.

Quare ilico penitens & iam uultus mutato colore, quasi sentiens uicium mortis euentum, facto intra se uoto, quod linguam de cetero ad talia non laxaret, fuit proinus illo uomito liberatus. Hidropica quadam ad locum passionis eius auxilio uiri sui uix perueniens: fusa ibi oratione sanitatem integram mox recepit, Obseffos à dæmonibus martyr ipse deiecit illis cum multo sanguinis uomitu de corporibus liberauit: febres expulit, languoresq; curauit plurimos & diuersos. Cuidam sinistra manus digitum ex morbo fistularum plurimorum foraminum concauitate defossum mira cõsolatione sanauit. Quidam in super puer ex casu grauissimo sic oppressus, ut motu & sensu penitus destitutus tanquam mortuus desereretur: mox apposita de terra suo pectori sacro eius martyris cruore contacta incolumis reuurrexit. Quædam etiam mulier cuius carnè cancer edax sedula corrosione uorbaculitatis huiusmodi terra uulneribus est curata. Alij etiam diuersis infirmitatibus occupati qui sepulchrum eius in ueliculis & alijs sustentaculis radierunt exinde postmodum plena incolumitate recepta sine aliquibus subsidijs rediere.

G ¶ Cum autem summus pontifex Inno. iij. beatū Petrum martyrem sanctorum cathalogo auctipississet, Fratres apud Mediolanum ad capitulum conuenerunt, uolentes autem eius corpus ad altiorem locum transferre, Cum plusquam pannum sub terra iacuisset, ita sanum & integrum atque sine alicuius exaltatione fæcoris repperit, ac si eadem die fuisset sepulchrum Fratres igitur super magnum pulpitrū iuxta plateam corpus eius cum magna reuerentia deduxerunt, & ibidem sic sanum & integrum coram omni populo est ostensum, & ab eo simpliciter inuocatum. Præter miracula supra hicta in literis summi pontificis positata plura alia sunt comperta. Nam super locum passionis eius, sæpè luminaria de celo descendente plures religiosi & alij quam plures uisibiliter conspexerunt. Inter quæ luminaria duo fratres in habitu prædicatorum se uidisse testati sunt. Quidam iuuenis nomine Guifredus alias Gunfredus de ciuitate Cumana dum de panno tunica sancti Petri haberet, & quidem hæreticus eidem deridendo diceret, ut si sanctum eum crederet, in ignem pānum ipsum projiceret: & si comburi non contingeret: abique dubio sanctus esset & ipse suæ fidei adhereret. Moxq; super carbones ac

cenos pannum sancti Petri proiecit: sed ab ipso igne altius resiliijt. Deinde per se super ipsos carbones resiliens ipsos arduentes penitus extinxit. Tunc incredulus ille dixit. Sic per oia pānus tuicæ meæ faciet. Positus est igitur super alios carbones ex una parte pānus hæretici & ex alia parte pānus sancti Petri. Pānus autem hæretici mox ut ignis calorem sensit, penitus est combustus: pannus uero sancti Petri igne præualuit, & igne ipsum extinxit: ita quod nec pilus aliquis combustus fuit. Quod uident hæretici ad uiam ueritatis redijt & miraculum omnibus publicauit. Apud Florentiam iuuenis quidam hæretica prauitate corruptus, cum in ecclesia fratrum de Florentia cum quibusdam alijs iuuenibus ante quandam tabulam, ubi est depictū martyrium sancti Petri staret: uident hictorem cum percutientem euaginato gladio ipse dixit. Utinam ego ibi fuisset: quia validius percussissem. Quo dicto ita tim mutus effectus est, Cumq; socij requirerent quid haberet: & ipse nihil respondere possent, eum domum reduxerunt. Sed cum in uia ecclesiam quandam sancti Michaëlis uidisset elapsus de manibus sociorum ecclesiam intrauit, & flectens genua corde sanctum Petrum rogauit, ut sibi parceret, uero sicut potuit se obligas: quod si liberaretur peccata sua confiteretur, & omnem hæresim abnegaret. Tunc subito loquelam recuperauit & ueniens ad domum fratrum abiurata hæresim peccata sua confessus est, data licentia confessori, quod hoc in populo prædicaret. Ipse quoque in publica fratrum predicatione iurgens coram omni multitudine hoc confessus est. Nauis quædam dum in medio maris penè naufragium pateretur, cæca fluctu in inundatione quassata omnesque caliginose noctis tenebræ teneretur, diuersorum sanctorum suffragia postulabat. Sed cum nullum suæ liberationis uiderent indicium, sæq; periclitari plurimum formidarent: quidam de eis natione lanuè in facta silentio sic eos alloquitur. Viri fratres nūquid non audistis qualiter quidam frater de ordine prædicatorum nomine frater Petrus, nuper ob defensionem fidei catholice sic ab hæreticis interfectus: multa q; per eum dñs signa ostendat. Nunc igitur deuotè ei patrociniū imploremus: quia spero q; nostra nequa postulatione fraudabimur. Assensit: ueniens, beatū Petrum in sui auxiliū deuotis precibus inuocantes. Illis sic oratib; mox antana nauis, in qua uelū apendit cereis accensis tota plena cõspicitur: ita quod ois obsecritas ipsorum cereorum mirabilis fulgore fugat: nōq; illa tā caliginosa in diē clarissimū cõmutatur. Respicientes uident: quædam cum habitu fratrum prædicatorum super uelū stātem de quo nulli dubiū fuit, quin beatus Petrus extiterit. Cū ergo prædicti nauis lanuæ incolumes aduenissent, ad domū fratrum prædicatorum uenerunt: & Deo, & beato Petro gratias referentes eisdem fratribus totius miraculi seriem narrauerunt. Mulier quædam in Fiadria cū a tres filios mortuos peperisset, & ex hoc a uiro odio haberet rogauit sanctū Petrum ut sibi in auxiliū fieret. Cū ergo quartū filiū peperisset, similiter mortua est repperit. Quem mater accipiens ad rogandum sanctum Petrum totam se contulit eum, ut filium suum reuiuiscere faceret precibus deuotis exorans. Vix orationem compleuerat, & ecce qui erat mortuus, apparuit uiuus. Cū ergo ad baptismum portatus fuisset, & ut Ioannes uocaretur diffinitus esset: sacerdos cū eius nomē

dicere debuit: nesciens, dixit Petrus. Vnde istud nomen postmodum ex deuotione sancti Petri semper retinuit. In prouincia Theutoniarum apud Traiectum mulieres quædam videntes ad ecclesiam fratrum prædicatorum in honore sancti Petri martyris magnum concursum fieri populorum, dum ipse in platea consistere & filarent astantibus, sic dicebant. Ecce isti prædicatores omnem modum lucrandi nouerunt. Nam ut magna possint pecuniam cumulare, & lata ædificare palatia, vnum nouum martyrem inuenerunt. Dum hæc & similia dicerent. Ecce subito filum totum sanguine cruentatum: & digiti quibus filum torquebant, sanguine mox replentur. Quod illæ videntes & admirantes digito diligenter extergunt, ne forte in eis accidisset aliqua incisura: sed cum digitos sanos omnino aspicerent: & filum sic sanguinolentum viderent, tremantes ac pœnitentes dicere cœperunt. Verè quia preciosi martyris sanguini detraximus, nobis hoc sanguinis miraculum tam stupendum euenit. Currentes igitur ad domum fratrum priori omnia exposuerunt, ac filum sanguine cruentatum eidem præsentauerunt. Prior autem ad multorum instantiam solemnem prædicationem conuocauit: & quicquid prædictis mulieribus acciderat, coram omnibus retulit, & filium ipsum sic cruentatum omnibus ostendit. Verum quidam magister artis grammaticæ in eadem prædicatione consistens factum ipsum cœpit plurimum deridere, & astantibus dicere. Videte modo qualiter isti fratres simplicium corda decipiunt. Nam cum aliquibus mulierculis de suis familiaribus construxerunt, ut filum ipsum in aliquo sanguine tingerent: & sic accidisset miraculo, se narrarent. Dum hoc ille diceret & protinus vltionis diuinæ plagam accepit, & ipsum validissimarum febrium estis multis aspiciētibus sic vexauit: ut à prædicatione ipsa inter manus amicorum in propriam domum deferretur. sed cum vehementer febris excreset, & ille mortem vicinam timeret, prædictum priorem accersiri fecit, & reatum suum cōfiteus Deo & beato Petro coram dicto priore verum vouit, quod si eius meritis sanitatem reciperet, eum semper in speciali deuotione haberet: & de cætero linguam ad talia non laxaret. Mira res, mox ut prædictum vorum protulit: sanitatem integram recepit. Quadam vice cum superior prædicti loci quosdam lapides pulcherrimos & magnos in quadam nauis pro constructione prædictæ ecclesiæ duceret: nauis ipsa ex improviso cuidam littori sic inhestit: ut nullatenus posset moueri. Descendentes verò omnes nauis vnanimiter ipsam impellebant: sed nullatenus monere poterant. Cum ergo nauem le amississe putarent prædictus supprior omnibus alijs licentiatis manum ad nauem apposuit, & leuiter ipsam impellens dixit. In nomine sancti Petri martyris, in cuius honorem lapides ipsos deferimus, vade. Statimque nauis velocissimè se mouit: & de littore sana recessit. Super quam nauis ascendentes omnes sani & hilariter ad propria remearunt.

I. ¶ In prouincia Franciæ ciuitate Senonis puella quædam cum in aquam raptim transeuntem cecidisset, & per magnum spatium temporis steteret, raderi de flumine mortua est extracta. Mortis cuius erant quatuor argumenta. Scilicet magnum spatium temporis, & rigiditas corporis, & frigiditas, & nigredo. Delata est

ergo à quibusdam ad ecclesiam fratrum, qui cum eam sancto Petro vouissent, continuè vitæ est reddita & saluti. Frater Ioānes Polonus cum apud Bononiā quartana laboraret, & in festo sancti Petri martyris sermonem ad clerum facere deberet, accessione eadem nocte iuxta cursum naturalem expectans timere valde cœpit, ne in iniuncto sibi sermone deficeret. Ad sancti igitur Petri conuersus suffragia: ad altare ipse cum deuotione accessit, orans ut eius meritis iuuaretur, cuius debebat gloriam prædicare. Sicque factum est quod illa nocte febris penitus cessauit, & postea nunquam eum inuasit. Matrona quædam nomine Girola vxor Iacobi de valle sana cum per. xiiij. annos ab immundis spiritibus fuisset obseffa, venit ad quandam sacerdotem, dicens, Ego sum dæmoniaca, & spiritus malignus vexat me. Mox sacerdos territus fugiens sacrificium intravit, & librum quandam in quo erant cōtationes dæmonum & stolam latenter sub cappa deferens cum bona societate ad mulierem redijt. Quem mox, ut vidit, ait. Lato pessime quo iuisti. Quid est quod sub cappa occulte portasti. Cum autem sacerdos adiuratio nes suas faceret, & nil curationis afferret, venit illa ad beatum Petrum, dum adhuc viueret, ab eo postulans adiuuari. Cui ille prophetica voce respondit. Confide filia ne desperes, quia & si quod postulas, ad præsens perficere non valeo, tempus tamen veniet quod id quod à me petis, plenariè obtinebis. Quod & factum est. Nam post passionem eius cum ad sepulcrum eius prædicta mulier accessisset, ab illa infestatione dæmonum fuit penitus liberata. Mulier quædam nomine Eufemia de loco Corriogo Mediolan. dicece. vij. annis est à dæmonibus vexata, sed cum ad sepulcrum sancti Petri ducta fuisset, cœperunt dæmones eam amplius agitare, & per os eius cunctis audientibus clamare. Mariola Mariola, Petrine Petrine, Tunc dæmones exeuntes eam quasi mortuam dimiserunt. sed modicum post plene sanata fuit, & surrexit. Asserebat autem quod diebus dominicis & festiuis & maximè quando missa celebratur, eam dæmones amplius molestabant. Quædam mulier nomine verbona de Beregno per sex annos à dæmonibus agitata cum ad sepulcrum sancti Petri fuisset adducta, vix à multis viris detineri poterat. Inter quos erat quidam credens hæreticorum nomine Conradus de Ladrano, qui illuc aduenerat, ut sancti Petri miracula derideret. Qui cum prædictam mulierem cum cæteris detineret, dæmones eidem per mulierem dixerunt. Cur tenes nos, nonne nos es. Nonne te ad talem locum portauimus & ibi tale hominidium perpetrasti. Nonne te ad talem & talem locum duximus, & ibi tale & tale flagitium commisisti? Cuius multa peccata sibi dixerunt, quæ nullus alius nisi ipse solus sciebat, vehementer expauit. Mox autem dæmones collum & pectus mulieris excoriantes & inde exeuntes semipiuam eam dimiserunt, sed post modicum penitus sanata surrexit. Prædictus autem Conradus hæreticus hoc videns & stupens ad fidem catholicam est conuersus. Vir quidam nomine Oppisico credens hæreticorum cum occasione cuiusdam hæreticæ consanguineæ suæ: ad ecclesiam fratrum venisset & ad tumbam sancti Petri perges duos ibi denarios cōspexisset, ipsos denarios accipiens, dixit. Bonum est ut bibamus istos. Statimque totus cœpit tremere: nec

de loco eodem aliquatenus potuit se mouere. Qui territis predictos denarios mox in loco suo restituit, & sic inde abscessit. Videns autè beati Petri virtutem hæresim deseruit, & ad fidem catholicam se conuertit. Sanctimonialis quædam erat in Alemania & in claustro Othenbach ordinis sancti fixi Constantien. dicece: quæ per annum & amplius grauem guttam in genu perpeffa est: ita quod nullo remedio poterat liberari. Hęc quia sepulchrum sancti Petri corporaliter visitare non poterat: ut pote que erat sub obedientia constituta, & quæ infirmitate grauissima urgebatur, cogitauit saltem predictum sepulchrum mentali gressu adire, & deuotione sedula visitare. Dicens verò quod in xiiij. diebus de loco illo Mediolanum posset adiri quotidie pro qualibet dicere centum pater noster ad honorem sancti Petri dicere cœpit. Mirum immo cum istas mētales dietas taliter cœpit facere successiue semper & paulatim cœpit se melius habere. At vbi vltimam dietam perfecit, & ad tumbam mentali gressu peruenit flexis genibus ac si præsentialiter coram tumba astitaret plalterium cum maxima deuotione totum legit. Quo expleto ab illa infirmitate adeo liberatæ se sentit ut iam inde modicum quid sentiret. Rediens verò eodem modo quo iuerat, antequam omnes dietas expleuisset penitus est sanata. Vir quidam de Canapicio de villa Mazati nomine Rufinus grauem valde infirmitatem incurrit. Nam vena fracta inferioribus partibus anterioris sine cessione sanguinè emittebat, ita quod à nullo medico aliquod sibi remedium potera adhiberi. Cui ergo languinis per sex dies & noctes continuè effluisset: ille beatum Petrum deuote in sui auxilium inuocauit. Qui tã subito sanatus est: ut inter effusam orationem & receptam liberationem nullum penè quidam interuallum. Cum autem le sopori venisset: vidit quandam fratrum in habitu ordinis fratrum prædicatorum grossum facie atque brunum, quem socium beati Petri martyris existimabat, sicut verè & talis formæ extiterat. Qui cum ex passione palmas plenas sanguine cum quodam suauis vnguento eidem offerrebat, dicens, sanguis adhuc recens est. Veni igitur ad recentem sanguinem sancti Petri, qui euigilans sepulchrum sancti Petri statuit visitare. Quædam comitissa de castro Mafino ypozenus dicecelis, cum in beatum Petrum speciale deuotionem haberet: & eius vigiliam ieiunaret, cum ad suam ecclesiam: ut audirent, vespere accessissent: vna earum candelam quandam in honorem sancti Petri martyris ante quodam altare beati Petri apostoli posuit comburendam. Quæ cum domum redissent sacerdos auaritia ductus ipsam candelam sufflans eam extinxit, sed mox lumen redijt & denuò ipsam accendit. Secundo & tertio eam extinguere voluit: sed lumen vt prius redijt. Vnde tedio affectus chorum intravit: & ante maius altare aliam candelam inuenit, quam clericus in honorem sancti Petri. posuerat, qui eius vigiliam similiter ieiunabat, quam sacerdos bis extinguere voluit, sed nequiuit. Quod videns clericus iratus dixit. Diabole apertum miraculum non vides, & quod sanctus Petrus non vult ut suam extinguatis candelam: Territi igitur & stupentes sacerdos & clericus castrum ascenderunt: & prædictum miraculum omnibus narrauerunt. Vir quidam nomine Roba de Meda cum vsque ad vestes in ludo omnia perdidisset,

domum in sero rediens cum lucerna accensa in lectum suum adiit, & videns se tam viles pannos habere, & se tantum amississe, considerans premissa desperatione cœpit dæmones inuocare: ad se eisdem ore nephario commendare, statimque tres dæmones affuerunt, qui lucernam accensam in solarium projicientes eum per collum arripuerunt tam fortiter ipsum stringentes, ut nullatenus loqui posset. Quem cum plurimum agitent, qui erant in domo inferiori ad eum ascendentes dixerunt. Quid est quod agis o Roba. Quibus dæmones responderunt. Ite in pace vestra & lectos vestros intrate. Illi autem, vocem esse credentes prædicti viri protinus redierunt. Illis recedētibus cœpit multo fortius à demonibus agitari. Quod illi cognoscentes sacerdotem protinus aduocauerunt. Qui cum per beatum Petrum dæmones adiurasset, duo protinus exierunt. Sequenti autem die ad sepulchrum sancti Petri aduocatus est, ad quem frater Gulielmus Vercellens. accedens cœpit dæmonem increpare. Qui eum quem nunquam viderat ex nomine vocans ait. Frater Gulielme pro te nunquam exibo: quia hic nos ter est, & nostra opera fecit. Quam cum interrogasset quo nomine vocaretur ait. Vocor Balsefas. Veruntamen cum per beatum Petrum adiuratus fuisset, ipsum in terra projiciens mox exiuit, ipse autem perfectè sanus remansit: & pœnitentiam salutarem accepit.

L. ¶ Cum quidam hæreticus acerrimus disputator & eloquenti singularis cum beato Petro cum adhuc viueret, disputaret: & errores suos subtiliter & acute proposuisset in medium, ac beatum Petrum vtriusquē deret ad proposita importunus perurgeret, ille deliberationem petens oratorium quoddam quod prope erat, intrauit. Cum lachrymis orans Deum, ut causam fidei suæ defenderet: & loquacem timidum aut ad fidei veritatem reduceret: aut linguæ priuatione puniret: ne per eam de cetero contra fidei veritatem tumeret. Rediensque ad hæreticum coram omnibus palam dixit ut suas iterum proponeret rationes. Qui ita penitus factus est mutus, vt nec vnum solum verbum aliquatenus proferre valeret. Vnde hæretici confusi recesserunt: & catholici Deo gratias retulerunt. Cum in ramis palmarum dum adhuc viueret, Mediolani predicaret: & ibi vtriusque sexus maxima esset multitudo: dixit publicè alta voce, scio pro certo quod hæretici tractant mortem meam, ita quod pro morte meam pecunia data est: sed faciāt quicquid possunt, quia magis persequar eos mortuos, quod viuus, quod verum fuisse manifestum est. Apud Florentiā in monasterio de ripulis sanctimonialis quædam in oratione posita ea die qua beatus Petrus mortem sustinuit: vidit beatam virginem in excelsis throno in gloria residere: & duos fratres de ordine prædicatorum in cœlum ascendere, & hinc inde iuxta eam collocatos esse, & cum inquireret quisnam essent, audiui vocem dicentem sibi. Hic est frater Petrus, qui in conspectu domini tanquã fumus aromatum gloriosus ascendit. Repertumque est pro certo quod eadem die mortem subiit, qua die sanctimonialis visionem vidit. Vnde cum longa graui infirmitate laboraret, ad rogandum beatum Petrum tota deuotione se contulit, & sanitatem integram mox accepit. Scholaris quidam cum de Magalona ad Montem pessulanum rediret ex quodam saltu adeo est ru

pus in inguine: & dolore nimio exaretur, & incedere non valeret. Hic aliquando audiens predicare quod quedam mulier terram sanguine beati Petri resper- sam super cancri corrosionem ponens fuerat liberata: dixit. Domine Deus de terra illa non habeo: sed qui illi terræ meritis beati Petri tantam dedisti virtutem, potes & isti dare. Accipiens igitur de terra cum signo crucis, & in vocatione martyris loco supra posuit, & statim curatus fuit anno domini. M. cclix. In ciuitate Compostellis fuit quidam vir nomine Benedictus, qui tibias inflatas habebat in modum vtrium: ventrem tumentem instar pregnantis faciem pre nimio tumore horribilem: totumque corpus inflatum ita vt monstrum aliquod videretur. Hic cum à quadam matrona vix super baculum se sustentans eleemosynam peteret, illa respondit. Magis fossa quàm aliquo cibo indigeres sed meo concilio acquiesce: & ad domum fratrum predicatorum pergens, & peccata confitens beati Petri patrocinia inuocato. Ille autem cum mane ad domum fratrum predicatorum venisset, & ostium ecclesiæ clausum esset, secus portam se posuit, & dormiuit. Et ecce quidam reuerendus in habitu predicatorum eidem apparuit: & cappa ipsum cooperiens eam in ecclesiam introduxit. Ille autem euigilans, & in ecclesia se reperit, & perfectè se sanatum inuenit. Quod multis admirationem inuitulit, & stuporem, cum viderent hominem penè mortuum tam subito à graui infirmitate fuisse liberatum.

De sancto Philippo apostolo. A.

PHILIPPVS dicitur os lampadis, vel os manuum. Vel dicitur à philos, quod est amor, & iper, quod est super: quasi amator super inorum. Dicitur igitur os lampadis, propter suam luculentam predicationem: os manuum, propter assiduum operationem, amator supernorum, propter celestem contemplationem.

LEGENDA LXII. B.

PHILIPPVS apostolus cum .xx. annis per Scythiam predicasset, à paganis tenebatur, & ad immolandum statum martis ab eisdem compellitur. Tunc subito draco quidam ingens de sub basæ exiuit, qui filium pontificis, qui ignem ministrabat in sacrificio, interfecit, duosque tribunos quorum ministri, Philippum in vinculis detinebant, extinxit, cæterosque adeo sui status fetore infecit, vt omnes morbidi redderentur. Dixitque Philippus. Credite mihi & statuum istam confringite, & in loco eius crucem domini adorare, vt infirmi vestri sanentur, & mortui suscitentur. At hi qui cruciabantur clamabant. Tantum fac vt sanemur, & hunc martem pretius confringemus. Tunc Philippus draconi precepit, vt in locum desertum descenderet: ita vt nulli omnino noceret. Qui statim recessit, & vterius non comparuit. Tunc Philippus omnes sanauit, & illis tribus mortuis vitæ beneficium impetrauit. Sicque vniuersis credentibus per annum vnum adhuc eis predicauit, & in eis presbyteros & diacones ordinans in Asiam ciuitatem Hierapolim venit, ibique hæresim Hebeonitarum, qui Christum carnem fantasticam

assumpsisse dogmatizabant, extinxit. Erant autem illi duæ sacratissimæ virginis filia eius, per quas dominus multos ad fidem conuertit. Philippus autem ante septem dies obitus sui episcopos & presbyteros conuocauit, eisque dixit. Hos septem dies propter adnotationem vestram mihi dominus concessit, erat autem annorum. lxxxvij. Post hoc infideles ipsum tenuerunt et cruci ad instar magistris sui quem predicabat, affixerunt, & sic ad dominum migravit, & feliciter vitam compleuit. Iuxta autem eum due filie eius vna à dextris et alia à sinistris vitam sepulcra. De isto Philippo sic dicit Isido. in lib. de vita & ortu & obitu sanctorum. Philippus Gallis predicabat Christum barbaras gentes vicinasque tenebras, & tumentis oceanis conuictas ad scientiæ lumen fideique portum deduxit. Demum in Hierapoli Aphrigiæ provincie vrbe crucifixus lapidatusque obiit, simulque cum filiabus suis ibi requieuit. Hæc Isido. De Philippo autem qui fuit vnus de septem diaconibus, dicit Hierony. in martyrologio. quod .viii. idus iulij signis & prodigijs inclitus apud Cæsaream requieuit, iuxta quem tres filia eius tumulate sunt: nam quarta apud Ephesum requieuit. Primus ergo Philippus ab isto differt, quia ille fuit apostolus, iste diaconus, ille quiescit apud Hierapolim, iste apud Cæsaream. Ille habuit duas filias prophetissas, iste quatuor. Licet historia ecclesiastica videatur dicere quod fuit Philippus apostolus, qui habuit quatuor filias prophetissas, sed in hoc magis Hieronymo est credendum.

De sancto Iacobo minore apostolo. A.

IACOBVS dicitur supplantator, vel supplantans festinantem, vel preparans. Vel dicitur Iacobus à ia, quod est deus, & cobar, quod est onus vel pondus. Vel Iacobus quasi iacopus, à iaculo & cope quod est casus quasi casus iaculis. Dicitur ergo supplantator mundi per contemptum supplantans festinantem diabolom preparans ad omne bonum corpus suum. Male enim passionibus nobis insunt ex tribus, sicut dicit Grego. Nactus. Ex mala educatione siue conuersatione ex corporis mala habitudine: ex vitio ignorantie. Curantur autem vt dicit, bona consuetudine, bona exercitatione: studio doctrinæ. Sic beatus Iacobus se exercuit: & ideo corpus ad omne bonum paratum habuit. Dicitur etiam pondus diuinum per grauitatem morum iaculis: & casus per martyrium.

LEGENDA LXIII. B.

IACOBVS iste apostolus, vocatus est Iacobus Alphei. filius Iacobus frater domini. Iacobus minor & Iacobus iustus: Iacobus Alphei dicitur non tantum secundum carnem: sed etiam secundum nominis interpretationem. Alpheus enim interpretatur doctus vel documentum: vel fugitiuus, vel millesimus. Dicitur ergo Iacobus Alphei: quia fuit doctus per scientiæ inspirationem: documentum per aliorum eruditionem: fugitiuus de mundo, per despectionem & millesimus, per humilitatis reputationem. Frater quidam domini dicitur, ex eo quod simillimus sibi fuisse

fuisse perhibetur, adeo vt plerique in eorum specie fallerentur. Vnde cum Iudæi ad capiendum christum pergerent: ne forte Iacobum in persona christi caperent à Iuda, qui christum à Iacobo tanquam eorum familiaris optime discernebat, signum oculi acceperunt. Hoc etiam testatur Ignatius in quadam epistola ad Iohannem euangelistam, sic dicens. Si licitum est mihi apud te ad Hierosolymam partes volo ascendere: vt viderem illum venerabilem Iacobum, qui cognominatur iustus: quem referunt christo Iesu simillimum facie, vt fratrem gemellum. Quem dicunt si video: video & ipsum Iesum secundum omnia corporis eius lineamenta. Vel dicitur frater domini: quoniam christus & Iacobus sicut à duobus sororibus descenderent: sic à duobus fratribus. Ioseph & cleopha descendere putabantur. Non enim dicitur frater domini: quia fuerit filius Ioseph sponsi Mariæ de vxore alia, sicut aliqui voluerunt dicere: sed quia erat filius Mariæ filia cleopha: quod quidem Cleophas frater ipsius Ioseph sponsi Mariæ, licet magister Ioannes Belet dicat, quod Alpheus pater ipsius Iacobi fuit frater Ioseph sponsi Mariæ, quod verum non creditur. Iudæi ergo fratres vocabant, qui ex vtraque parte sanguinis se contingebant.

C. Vel dicitur frater domini, propter prærogatiuam & excellentiam sanctitatis, ob quam præ cæteris apostolis Hierosolymis est episcopus ordinatus. Dicitur etiam Iacobus minor, ad differentiam Iacobi maioris filij Zebedei. Licet enim Iacobus Zebedei natus sit prior, fuit tamen vocatione posterior, vnde etiam hæc consuetudo in plerisque regionibus obseruatur, vt ille qui prior ingreditur, maior vocetur, & ille qui posterior, minor, licet sit prior, aut etate maior, aut sanctitate dignior. Dicitur etiam Iacobus iustus, propter meritum excellentissimæ sanctitatis. Nam secundum Hieronymum. Tantæ reuerentiæ & sanctitatis in populo extitit, vt simbram vestimentis eius certatim cuperent tangere. Vnde & de eius sanctitate sic scripsit. Egisippus apostolorum vicinus, sicut in ecclesiasticis historijs legitur, susceptus inquit ecclesiam frater domini Iacobus, qui ab omnibus nominatus est iustus, & ab ipsis temporibus domini perdurans vsque ad nos. Hic ex vtero matris suæ sanctus fuit, vinum & ficeram non bibit, carnes nunquam manducauit, ferrum in caput eius non ascendit, oleo non est vnctus, balneis non est vnctus, sine veste linea semper indutus. Toties in oratione genua flexerat, vt callos in genibus sicut in calcaneis videretur habere. Pro hoc incessabili & tumma iustitia appellatus est iustus & abba, quod est interpretatum munimentum populi & iustitia. Hic solus inter apostolos propter nimiam sanctitatem suam permittitur intrare in sancta sanctorum. Hæc Egisippus. Dicitur etiam quod primus inter apostolos missam celebravit. Nam propter suam excellentiam sanctitatis hunc sibi honorem apostoli fecerunt, vt post ascensionem domini primus inter eos missam Hierosolymis celebraret, etiam antequam esset episcopus ordinatus, cum ante eius ordinationem in actibus dicatur, quod discipuli erant perseverantes in doctrina apostolorum & communicatione panis, quod de missa celebratione accipiunt. Vel forte ideo primus celebrasse dicitur, quia prius in pontificalibus eam dixisse perhibetur, sicut &

Petrus post modum primus in Antiochia missam celebravit, & Marcus in Alexandria. Hic perpetua virginitas extitit, sicut testatur Hieronymus in libro contra Iovinianum. In parascæue autem mortuo domino sicut dicit Iosephus & Hieronymus in libro de viris illustribus, Iacobus votum vouit se non comedurum donec videret dominum à mortuis surrexisse, in ipsa autem die resurrexerunt cum vsque ad diem illam Iacobus non gustasset cibum eidem dominus apparuit, ac eis, qui cum eo erant, sic dicit. Ponite mensam & panem, deinde panem accipiens benedixit, & dedit Iacobo iusto dicens. Surge frater mi, & comede, quia filius hominis à mortuis resurrexit. Septimo igitur anno episcopatus eius celebrasse dicitur post diem paschæ cum apostoli Hierosolymis conuenerint, & interrogant eos Iacobum quanta per eos fecisset dominus, coram populo, referrebat. Cum ergo septem diebus Iacobus cum alijs apostolis in templo prædicasset coram capha & aliquibus Iudæis, & iam propè esset vt baptizari vellent, repente quidam templum ingrediens clamare incepit. O viri Israelitæ quid facitis? Cur ab istis magis vos decipi permittitis? In tantum autem populum concitauit, vt apostolos lapidare vellent. Ascendit autem homo ille super gradum ubi Iacobus prædicabat, & ipsum præcipit autem deorsum: & extunc plurimum claudi cauit. Hæc autem .vij. anno post ascensionem domini beatus Iacobus passus est.

D. In anno autem episcopatus sui .xxx. videntes Iudæi quod Paulum non possent occidere, eo quod Cæsarem appellasset: & Romam missus fuisset persecutionis suæ tyrannidem in Iacobum conuerterunt, contra eum occasionem quaerentes. Et sicut prædictus Egisippus contemporaneus apostolorum refert, secundum quod in ecclesia. histo. inuenitur. Iudæi ad eum conuenerunt, dicentes. Oramus te vt reuoces populum: quia ipse errat in Iesu, putans quod ipse sit christus. Precamur ergo vt dissuadeas omnibus conuenientibus in die paschæ de Iesu. Tibi enim obtèperabimus omnes: & de te tantum nos quæ populis testimonium ferimus: quia iustus es, & personam nullius accipis. Statuerunt igitur illi super pinnam templi & voce magna clamantes dixerunt. Virorum iustissimi cui nos omnes obtèperare debemus: quoniam populus errat post Iesum qui crucifixus est, enuncia nobis quid tibi videtur: tunc Iacobus cum ingenti voce respondit. Quid me interrogatis de filio hominis. Ecce ipse sedet in caelis à dextris summæ virtutis venturus iudicare viuos & mortuos. Hæc audientes christiani valde gauisi sunt: & libenter eum audierunt. Pharisei autem & scribæ dixerunt. Male fecimus tale testimonium præstare Iesu sed ascendamus & præcipitemus eum deorsum, vt ceteri terreantur, & ei credere non præsumant. Et simul voce magna clamauerunt dicentes. O & iustus errauit. Ascenderunt ergo & præcipitauerunt eum. Cum ergo præcipitasset lapidibus eum obruebant dicentes. Lapidemus Iacobum iustum. Qui deictus non solum mori non potuit: sed conuersus & super genua procumbens dicebat. Rogo domine dimitte eis, quia nesciunt quid faciunt. Tunc vnus ex sacerdotibus ex filiis Ioab exclamauit. Parcite quæso quid facitis per vobis orat hic iustus, quem lapidatis, Tunc vnus ex ipsis partem fullonis arripiens valido ictu caput eius impetijt & cerebrum excussit. Hic Egisippus.

Talique martyrio migravit ad dominum sub Nerone qui coepit anno domini. lviij. sepultus ibidem prope templum. Cum autem populus vellet eius mortem vindicare, & malefactores capere & punire: protinus aufugerunt. Refert Iosephus quod propter peccatum mortis Iacobi iusti factum est excidium in Hierusalē, & dispersio Iudaeorum: sed nō solum ob mortem Iacobi: sed etiam ob mortem domini precipue destructio facta est secundum quod dicit dñs. Non relinquent in te lapidem super lapidem, eo q̄ non cognoveris tempus visitationis tue. Sed quoniā non vult dñs mortem peccatoris: & vt ipsi exultationem nō haberent per. xl annos reorū pœnitentiā expectauit, & per apostolos maxime per Iacobum fratrem domini inter eos continue predicantem eos ad pœnitentiā reuocabat. Sed cum per admonitionem eos nō posset reuocare: voluit eos saltē prodigijs exterrere. Nam in his. xl. annis sibi ad pœnitentiā datis, multa monstra & prodigia, sicut refert Iosephus, euenerunt. Nam stella presulgens gladio, per omnia similis visa est ciuitati desuper immine-re, sicut per totum annū exicialibus flammis ardere. In quodam festo azimorum hora noctis non à tantus. fulgur aram templumq; circumdedit: vt omnes diem clarissimum factum putarent. In eadem festiuitate vitula ad immolandum adducta inter ministrorum manus agnā subito est enixa. Post aliquod dies prope solis occasum, visi sunt currus & quadrigae in omni regione per aërem ferri: & armorum cohortes miserinubibus: & vrbes circundare agminibus improuisis. In alio die festo quæ Pentecosten appellatur, noctu sacerdotem templum ingressi ad ministeria, ex more conplenda motus quosdam strepitūque ferentur. ac voces subitas audierūt: dicentes. Transeamus ab his sedibus. Ante quartum etiā annum belli, quidā vir nomine Iesus Anania filius in festo tabernaculorum repente clamare coepit. Vox ab oriente, vox ab occidente, vox à quatuor ventis, vox super Hierosolimā & super templū, vox super sp̄s, & sp̄s, vox super populū vniuersum. Prædictus igitur vir capitur, caeditur, verberatur, sed ille aliud dicere nequies quāto plus verberabatur, tanto fortius clamabat. Ad iudicem igitur adducitur, tormentis diris afficitur, vsque ad patefactionem ossium lanitur. Sed ille nec preces nec lachrymas effundebat: sed cū quodā vlulatu per singula pene verbera eadem proferebat, addens etiam hoc. Ve ve Hierosolymis. hæc Iosephus.

E Cū autem Iudæi nec admonitionibus conuerterentur, nec tantis prodigijs terrerentur, post quadragesimum annum dominus Vespasianum & Titū Hierosolimam adduxit, qui ipsam ciuitatem funditus destruxerunt. Hæc autem fuit causa aduentus ipsorum in Hierusalē, sicut in quadam historia inuenitur, licet apocripha. Videns Pilatus, quia Iesum innocentē condemnauerat, timēs offensam Tyberij Caesaris, pro se excusando nuncium nomine Albanum ad Cæsarem destinauit. Eo autem tempore Vespasianum monarchiam in Galacia à Tyberio Cæsare tenebat. Nuncius igitur Pilati à ventis contrariis in Galaciam pellitur & ad Vespasianum adducitur. Talis autem ibi seruabat consuetudo, vt quicumque ibidem naufragium pateretur, rebus & seruituti principis subderetur, quæ Vespasianus quis esset, aut vnde veniret, seu quo ten-

deret requisitum. Cui ille. Hierosolymitanus sum de partibus illis veni, Romam vsque tendebat. Cui Vespasianus. De terra sapientiam venis, artem nosti medicina: medicus es: curare me debes. Vespasianus em quoddam genus vermium naribus infudit ab infantia gerebat. Vnde & à Vespis, Vespasianus dicebatur. Cui ille respōdit: artem medicaminis domine nescio, & ideo curare te nō valeo Cui Vespasianus. Nisi me curaueris morte morieris. Cui ille ait. Ille qui cecos illuminauit demones effugauit, mortuos suscitauit: ille nouit quia artem medendi ignoro. Cui Vespasianus. Quis est ille de quo tanta profaris. Et ille. Iesus Nazarenus quē Iudæi per inuidiā occiderunt, in quē si credideris: sanitati gratiam consequeris. Et Vespasianus ait. Credo, quia qui mortuos suscitauit, me etiam de infirmitate hac liberare poterit. Et hæc dicendo vesp̄e de naribus eius ceciderunt, & continuo sanitatem recepit. Tunc Vespasianus ingenti gaudio repletus ait. Certus sum quia filius, Dei fuit: qui me curare potuit. Petita, igitur à Cæsare licentia Hierosolimam cum manu armata pergam, & omnes proditores huius & occisores funditus euertam. Dixitque Albano nuncio Pilati. Rebus & vita sanus & incolumis domum tuā mei licentia reuertaris. Vespasianus igitur Romam addiit: & destruedi Iudæam & Hierusalē à Tyberio Cæsare licentiam impetrauit. Per annos igitur plures exercitiū congregauit tempore. s. Neronis imperatoris, cū Iudæi imperio rebellassent. Vnde secundum chronicas non fecit hoc zelo christi: sed quia à dominio recesserat Romanorum. Hierusalē igitur cū copioso exercitu Vespasianus aduenit, & in die Paschæ Hierusalē per circuitum potenter obsedit: vbi q; infinitam multitudinem quæ ad diem festū conuenerat conclusit.

F Per aliquod autem tempus antequam Vespasianus Hierusalē adueniret: fideles qui ibi erant, à spiritu sancto admonentur: vt inde recedat, & in quodam opido trans Iordanem quod pellā vocantur, fecedant, vt ablatis ab vrbe sanctis viris celestibus vindicta fieret locus: tam de vrbe sacrilega, quam de populo sceleralo expositus. Quandā autem ciuitatem Iudæe nomine Ionapatam in qua Iosephus & dux & princeps erat, primo omnium est aggressus. Sed Iosephus cum suis viriliter resistebat. Tandem videns Iosephus imminere excidium ciuitatis assumptis. xj. Iudæis subterraneā domum intrauit: vbi quatuoridua famæ afflicti Iudæi non consentiente Iosepho malebant ibidem mori quā Vespasianū se subiicere seruituti. Volebant quæ se mutuo interficere, & sanguinem suum in sacrificium Deo offerre. Et quoniam Iosephus inter eos dignior erat, volebant eum primitus occidere: vt eius effusione sanguinis Deus citius placaretur. Vel vt in quadam chronica dicitur, ideo se mutuo interficere volebant: ne darentur in manibus Romanorum. Ad Iosephum vni prudens & mori nolens iudicem mortis & sacrificij se constituit: & quis prior alio occidendus esset, iter binos & binos sorte mittere iussit. Missis igitur sortibus fors nunc vnum, & nunc alium morte tradidit: donec ventum est ad vltimum cum quo Iosephus sorte missurus fuit: tūc Iosephus homo strenuus & agilis illi gladium abstulit. & quid magis eligeret vitam scilicet aut mortem requisitum, & vt sine dilatione eligeret præcepit. Et ille timens respōdit. Viuere nō

nō recuso, si gratia tui vitæ conseruare valeo. Tunc Iosephus vni familiari Vespasianū & sibi etiam familiari latenter locutus est, & vt sibi vita donaretur petijt, & quod petijt impetrauit. Cum autem ante Vespasianum Iosephus esset adductus, dixit ei Vespasianus. Mortem meruisses, si huius petitionibus liberatus nō esses. Et Iosephus. Si quid perperâ actum est: in melius commutari potest. Et Vespasianus: qui vt in melius facere potest. Et Iosephus. Aliquid factus est, quid facere potest. Et Iosephus. Et Vespasianus. Si dixisti meis aures tuas demulsero. Et Vespasianus. Concedatur, vt verbis tuis inhæreas: & quicquid boni dicturus es, pacifice audiat. Et Iosephus. Quid boni dicturus es, pacifice audiat. Et Iosephus. Imperator Romanus interijt, & senatus Imperatorē Imperator Romanorum venit Vespasianū in imperium sublimatum asserunt, eumq; Romam deducunt. Hoc quoq; Eusebius in chronica testatur quod. Iosephus Vespasianū prædixit tam de imperatoris morte quā de sua sublimatione. Reliquit autem Vespasianus Titum filium suum in obsidione Hierusalē, Titus autem vt in eadem historia apocripha legitur, audiens patrem suum in imperium sublimatum, tāto gaudio & exultatione repletus, quod neruorum contractione ex frigiditate corripitur, & altero cruce debilitatus paralysij torquetur. Iosephus autē audiens Titū paralysij laborare: causam morbi & tempus morbi diligenter inquirat. Causa nescit morbus ignoratur, de tempore autem, quoniam audita patris electione hoc sibi acciderit, aperitur. Iosephus autem vir prouidus & sapiens ex paucis multat coniecit, & ex tempore morbum & causam inuenit. Sciens, quia gaudio & lætitia superabundanti debilitatus fuerit. Animaduertens itaq; quia contraria contrariis curatur: sciens etiā quia quod amore conquiritur, dolore frequenter amittitur, querere coepit an aliquis esset, qui principis inimicitijs obnoxius teneretur. Et erat ibi seruus adeo Tito molestus, vt sine vehementi conturbatione nullatenus in eum posset respicere: nec etiā nomen eius audire. Dixit itaq; Tito. Si curari desideras omnes, qui in comitatu meo venerint saluos facias. Cui Titus. Quicūq; in tuo comitatu venerit securus habeatur, & saluus. Tunc Iosephus fieri cito prandium præcepit: & mensam suam mensæ Titū apposita locauit, & seruum à dextris suis sedere fecit. Quem Titus respiciens molestia cōturbati instemuit, & qui prius gaudio infrigidatus fuerat: a cōtusione furoris incaluit, neruosq; distendens curatus fuit. Post hoc Titus & seruum in sui gratiam & Iosephum in sui amicitia recipit. Vtrū autem hæc historia apocripha narranda sit lectoris iudicio relinquatur.

¶ Biennio igitur à Tito hic Hierusalē obsessa inter cætera mala quæ obsessos grauiter perurgebant tāta fames oēs tenuit, q̄ pareres filijs & filijs parētibus viti vxoribus: & vxores viris cibos nō tantum emānabussed etiā ex ipsis dentibus rapiebant. Iuuenes etiā etate fortiores velut simulaçra per vias oberrando præfam exanimis cadebāt, q̄ mortuos sepeliebāt: sæpe super ipsos mortuos mortui cadebāt, Fœctorem itaq; cadauerum non ferentes ex publico sumptu ipsa sepe

liebant. Sed deficiente sumptu vincente cadauerum multitudine de muro cadauera præcipitabant. At Titus circūiens cum vidisset valles repletas cadaueribus: & totam patriam ex eorum fœtore corruptā manus suas cum lachrymis ad cœlum leuauit, dicens. Deus tu vides: quia ego hoc non facio. Tanta enim ibi fames erat, quod calcamenta sua & corrigias comodebant. Matrona quædam in super genere & diuitijs nobilis, sicut in historia ecclesiastica legitur, cum prædones in eius domum irruentes eam omnibus expoliassent, nec sibi, vltra quid comederet, remansisset, puerulum lactantem tenens in manibus, ait. Infelicis matris, infelicitior filii: in bello, in fame, in direptione cui te referuabo. Veni ergo nunc à mi narā esto matricibus, prædones furor, seculis fabula, & his dictis filium iugulauit, & coxit, & didimium comedens partem alterā occultauit. Et ecce confestim prædones odorem carnis coctæ sentientes, in domum irruunt, & nisi carnem prodant mortem inmanant. Tunc illa detegens infantis membra, ecce inquit, vobis partem optimam referuavi. At illos tantus horror inuasit, quod nec loqui potuerunt. Et illa. Meus est inquit filius hic: meum est peccatum securi editte: quia prior ego comedi quem genui. Nolite fieri aut matre religiosiores: aut feminis molliores. Quod si vincit vbi pietas & horretis: ego totum comedam, quæ didimū iam comedi. Illi verò trementes & territi discesserunt. Tandem secundo anno imperij Vespasiani Titus Hierusalē cepit, & captam subuertit, templūq; funditus destruxit. Et sicut Iudæi christū. xxx. denarijs emerrunt: sic & ipse vno denario. xxx. Iudæos vendidit. Sicut autem narrat Iosephus nonaginta septem milia Iudaeorum vendita sunt, & vndecies centena milia famæ & gladio perierunt.

H Legitur quoq; quod Titus intrans Hierusalē quendam murum densissimū vidit, ipsumq; perforari præcepit. Factūq; foramine quendam intus senē à pectore & canicie vorabilem inuenit. Qui requisitus quis esset, respondit se esse Iosephum ab Arimathia ciuitate Iudæe, seq; à Iudæis ibidem clausum, & muratum fuisse eo quod christum sepelisset. Addidit quoq; ab illo tempore vsq; nunc cœlesti sit cibo pascus, & diuino lumine confortatus. In euangelio tamen Nicodemus dicitur, quod cum Iudæi ipsum reclusissent: christus resurgens eum inde eripuit & in Arimathia duxit. potest dici, q̄ cum eductus à prædicatione christi non cessaret à Iudæis iterum est reclusus. Mortuūq; Vespasiano imperatore Titus filius eius eidem in imperio successit. Qui fuit vir clementissimus, & multæ liberalitatis. tantæq; bonitatis fuit, sicut ait Eusebius Caesaris in chronica, & testatur Hiero. q̄ cum quodā sero recordatus fuisset, q̄ die nil boni egisset, aut nihil dedisset, ait. O amici hunc diem perdidit. Post longa tempora quidam Iudæi Hierusalē reedificare volentes, exeuntes primò mane plurimas cruce de rote inuenentur, quas tertij fugientes, & secūdo mane redeūtes: vnusquisq; vt ait milesus in chronica sua, cruce sanguineas vestibus suis infusus inuenentur, qui vehementer territi in fugam iterum versi sunt. Sed tertio die reuersi vaporem ignis de terra prodeuntes penitus sunt exusti.

De inuentione sancte crucis.

INVENTIO sancte crucis dicitur: quia tali die crux inuenta fuisse refertur. Nam & antea fuit inuenta à Seth filio Adam in terra: ubi paradiso, sicut infra narratur: à Salomone in Lioano: à regina Sabba in Salomonis templo, à Iudeis in qua spicina: hodie ab Helena in monte caluarie.

LEGENDA LXIII. A.

INVENTIO sancte crucis post annos cc. & amplius à resurrectione domini facta est. Legitur enim in euangelio Nicodemum quod cum Adam in infernaretur: Seth filius eius portat paradisi alijt, & oleum ligni misericordie: quo corpus patris perungeret: vt sanitatem reciperet, postulat. Cui apparés Michael archangelus ait. Noli laborare neque flere pro oleo ligni misericordie obtinendo: quia nullatenus illud assequi poteris, nisi quando completi fuerint quinque milia quingenti anni: licet ab Adam vsque ad passionem christi anni tantum quinque milia centum nonaginta novem fluxisse credantur. Legitur quoque à tibi, quod angelus eidem ramusculum quandam obtulit, & iussit quod in monte libani plantaretur. In quadam vero historia grecorum licet apocripha, legitur quod angelus deligno in quo peccauit Adam eidem tradidit, dicens quod quando faceret fructum pater sanaretur. Qui rediens à patrem mortuum inueniens ipsum ramum super tumulum patris plantauit. Qui plantatus in arborem magnam creuit, & vsque ad Salomonis tempora perdurauit. Vtrum autem hæc vera sint, lectoris iudicio relinquatur: cum in nulla chronica vel historia autentica hæc legantur. Salomon autem arborem tam pulchram considerans, ipsam precipit incidit: & in domo salus locari. Nusquam tamen vt ait Io. Bebeth locari poterat: nec alicui loco apta reperiri valebat, sed modo aut excedebat longitudine, aut deficiebat nimia breuitate. Si quando vero secundum loci exigentiam ipsam rationabiliter decurtassent, adeo breuis videbatur, quod omnino incognita habebatur. Ob hoc indignati artifices ipsam reprobaucrunt: & super quandam lacum, vt esset pons transeuntibus proiecerunt. Regina autem Sabba cum venisset audire sapientiam Salomonis, & predictum lacum transire vellet: vidit in spiritu, quod saluator mundi in ligno suspendendus fuerat, & ideo super illud lignum transire noluit, sed ipsum protinus adorauit, in historia tamen scholastica legitur quod predictum lignum regina Sabba in domo salus vidit. Cumque ad domum suam redisset: intimauit Salomoni quod in illo ligno quidam suspendendus esset, per cuius mortem Iudeorum regnum deleri deberet. Salomoni igitur predictum lignum in Ierusalem, & in profundissimis terræ visceribus illud lemurgi fecit. Postea probatica piscina ibidem facta est, ubi Nathionei hostias abluébant, & non solum ex descensu angeli, sed etiam ex virtute ipsius ligni tractum ibi fieri & aque commotionem & infirmorum curacionem. Appropinquante vero passione christi predictum lignum superenataste perhibetur. Cum autem ipsa Iudei vidissent, ipsum acceperunt, & crucem do-

mino paraerunt. Ipsa autem crux Christi ex quatuor generibus lignorum sancte perhibetur. scilicet palmæ cypressi, oliuæ & cedri vnde versus. Ligata crucis palma cedrus cypressus oliua. In cruce enim fuit hæc quadruplex differentia lignorum. scilicet lignum erectum, lignum transuersum, tabula superposita, & truncus, qui crux erat in fixa. Vel secundum Gre. Turon. tabula transuersa que fuit sub pedibus christi. Vnde quolibet horum potuit esse alicuius predictorum lignorum. Hanc differentiam lignorum videtur apostolus innuere, cum dicit. Vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, que sit longitudo, latitudo, sublimitas, & profunditas. Quæ verbi Aug. ibidem doctor egregius sic exponit. Crucem inquit domini cuius latitudo dicitur in transuerso ligno quo extenditur manus: longitudo à terra vsque ad ipsam latitudinem, quo à manibus infra totum corpus affigitur, altitudo à latitudine vsque sursum, cui adheret caput: profundum verò quod terræ insuam absconditur: quo ligno crucis, omnis actio humana & christiana describit bene operari in christo, & ei perseveranter inherere: sperare celestia sacramenta non profanare. B. **I**tem lignum crucis preciosum per annos. cc. & ultra sub terra latuit: sed ab Helena matre Constantini imperatoris hoc modo reperit fuit. In tæpore illo congregata est iuxta danubium fluminum multitudo innumerabilis barbarorum volens fluminem transire, & omnes regiones vsque ad occidentem suo dominio subiugare. Quod ubi Constantinus imperator cõpõter: castra mouit, & contra danubium se cum suo exercitu collocavit. At barbarorum crescente multitudine, & iam fluminem transiente: Constantinus nimio terrore cõcutitur: videns quia essent die crastino cum eo prelium commissuri. Sequenti igitur nocte ab angelo excitatur: & sursum respiciat admonetur. Qui in cælum aspiciens vidit signum crucis ex clarissimo lumine factum literis aureis: huc titulum habes scriptum, in hoc signo vinces. Qui celesti visione confortatus similitudinem crucis fecit: & ipsam ante suum exercitum ferre iussit. Irruensque in hostes ipsos in fugam vertit: & multitudinem maximam interfecit. Tunc Constantinus omnes tæporum põtices convocauit: & cuius Dei hoc signum esset, diligentius inquisiuit. Qui bus se nescire dicentibus, quidam christiani aduenerunt: & ei sancte crucis mysterium & fidem trinitatis plenius narrauerunt. Qui in christum perfectè tunc credidit: & ab Eusebio papa, vel secundum quosdam libros à Cesarientis episcopo sacrum baptismum suscepit. Sed in hac historia multa ponuntur, quibus contradicit historia tripartita & ecclesiastica, & vita sancti Siluestri gesta põtificum romanorum. Secundum quosdam non fuit iste Constantinus imperator, qui à beato Siluestro papa fuit baptizatus: & ad fidem conuersus: sicut aliqua historia videtur innuere: sed fuit Constantinus pater ipsius Constantini: sicut in aliquibus historiis inuenitur. Ille enim Constantinus alio modo ad fidem venit: sicut in historia sancti Siluestri legitur: nec ab Eusebio, sed à Siluestro baptizatus fuisse narratur. Mortuo tamen ipso Constantino: Constantinus memor victoriæ patris, quam virtute sancte crucis habuerat, Helenam matrem suam Hierosolymam post ipsa cruce inuenienda transmisit: sicut iuferius est notatum C. **I**tem historia tamen ecclesiastica hanc victoriam aliter factam narrat. Ait enim quod cum Maxentius Romanum imperium inuaderet:

Con-

Constantinus imperator aduenit iuxta pontem Albanum cum Maxentio conficturus. cum igitur anxius oculum esset, & pro sibi mittendo auxilio ad cælum multos crebro leuaret: vidit per soporem ad orientis partem in cælo signum crucis fulgore igneo rutilare: angelosque astare, & sibi dicere Constantine in hoc signo vinces. Et vt dicitur in historia tripartita, dum Constantinus quid hoc esset, miraretur. Christus nocte superueniente ei apparuit cum signo quod vidit in cælo, iussitque: vt fieret eius signi figuratio, qui foret auxilium in congressibus præliorum. Tunc Constantinus latus rutilus & de victoria: iam securus signum crucis quod in cælo videras, in sua fronte designat: & in xilla militaria in signaculum crucis transformat: & in manu dextera crucem auream portat. Post hoc dominum exorauit, ne dexteram suam quam signo crucis muuerat salutari, cruore romani sanguinis maculari permitteret: sed sine sanguinis effusione victoriam sibi de tyranno præstaret. Maxentius autem iussit nauibus ad decipulam compositis fluminum sterni: & super pontibus exequari. Cum autem Constantinus iam ad fluminem appropinquaret: Maxentius in occursum cum paucis velocius ei pergit, iubens vt ceteri se sequantur: sui operis põtente cum paucis conscendit: & decipulam quam Constantinum decipere voluit est deceptus: & in fluminem profundum demersus. Constantinus vero ab omnibus vnanimiter est susceptus. Et tunc legitur in quadam chronica satis autentica: Constantinus tunc perfectè non credidit: nec tunc sacrum baptismum suscepit: sed aliquanto temporis interiecto visionem illam Petri & Pauli vidit: & sacro baptismate per Siluestrum papam renatus: & à lepra mundatus in christum deinceps perfectè credidit: & sic matrem suam Helenam Hierosolymam misit: vt crucem domini requireret. Ambrosius tamen in epistola de obitu Theodosii & historia tripartita dicunt, quod in vltimis constitutus baptismum suscepit baptismum differens vt posset in Iordanis flumine baptizari. Hoc idem dicit Hiero. in chronica. Certum est autem quod sub Siluestro papa christianus effectus est. Vtrum autem baptismum distulit, in dubium vertitur. Vnde de illa legenda sancti Siluestri quo ad plura similiter dubitatur. Hæc igitur historia de inuentione sancte crucis quæ in ecclesiasticis historiis inuenitur: cui etiam consona chronica videtur esse magis autentica, quam in illa quæ per ecclesiam recitatur. Constat enim multa ibidem esse quæ non consonant veritati, nisi forte quis vellet dicere, vt superius dictum est, quod non fuit Constantinus ille: sed Constantinus pater eius: quod tamen multum autenticum non videtur: licet in quibusdam ultra marinis historiis sic legatur.

D. **C**um autem Helena Hierusalem aduenisset: omnes Iudeorum sapientes, qui per totam regionem reperti sunt ad se congregari præcepit. Hæc autem Helena prius stabularia fuerat: sed propter eius pulchritudinem constantinus sibi eam coniunxit: secundum quod dicit Amb. in hæc verba. Stabulariam hanc fuisse asserunt. Sed coniuncta est constantino seniori, quæ postea regnum adeptus est. Bona stabularia quæ tam diligenter præsepe domini requisit. Bona stabularia quæ illum stabularium non ignorauit: qui vulnera curauit à latronibus vulnerati. Bona stabularia quæ

maluit omnia æstimare stercora: vt christum lucrifaceret. Ideo illam christus de stercore leuauit ad regnum. Hæc Ambrosius. Alij vero asserunt & in quadam chronica satis autentica legitur, quod ipsa Helena fuit filia Thoeli regis Britonum, quam constantinus in Britaniam veniens, cum esset vnica patri suo duxit uxorem. Vnde in fula post mortem Thoelis sibi deuenit. Hoc & ipsi Britones attestantur. Licet alicui legatur, quod fuerit Treuerensium. Iudei igitur nimium formidantes, dicebant adiuuicè. Quare puratis & regina nos ad se faciat congregari. Vnus autem ex eis nomine Iudas dixit. Scio enim, quia vult à nobis discere: vbi nam sit lignum crucis, in quo christus crucifixus fuit. Videte ergo ne aliquis tibi confiteri præsumat. Sin autem certissime sciatis quæ lex nostra enacuabitur: & patres traditiones funditus destruantur. Zachæus enim auus meus præuocauit patri meo Simoni: & pater meus moriens dixit mihi: vide fili quando inqueretur crux christi: illa manifesta, antequam aliqua patiaris tormenta. Nusquam enim extitit gēs Iudeorum regnabit: sed illi qui crucifixum adorant: quia ipse christus filius Dei erat. Cui ego dixi. Pater mi. Si verè patres nostri Iesu filium esse Dei filium cognouerunt: cur ipsi crucis patibulo affixerunt. Et rñdit. Nouit dñs, quia nusquam in cõcilio eorum extitit: sed eis sapius contradixit. Quia verò ipse Pharisæorum vitia exprobauit: ipsi crucifixi fecerunt. Ipse vero die tertia resurrexit: & cælos discipulis videntibus penetrauit. In quæ Stephanus frater meo credidit, quæ Iudeorum vesania lapidauit. Vide ergo fili ne ipsum vel discipulos eius audeas blasphemare. Non videt autem multum phabile, quod pater istius Iudæ tæpore passionis christi esse potuerit: cum à passione christi vsque ad Helenam, sub qua Iudas fuit, fluxerunt plusquam duceti septuaginta anni: nisi forte diceretur, quod tunc homines plusquam modo videbant. Dixerunt ergo Iudæi ad Iudam. Nos talia nunquam audiuius. Verum tamē si de hoc regina quæsierit: vide ne hoc tibi aliquatenus confitearis. Cum ergo illi ante reginam steterint: & illa eos interrogasset de hoc loco. vbi fuerat christus crucifixus: & ipsi locum nullatenus indicare vellent: iussit eos omnes igne cremari. At illi omnes timentes traderunt Iudam dicentes. Hic domina iusti & prophetæ filius optimè nouit legem: & tibi omnia, quæ quæsieris, ab eo indicabit. Tunc illa omnes dimittens tenuit Iudam solum. Cui dixit. Mors & vita tibi præposita sunt: quod malueris elige. Ostende igitur mihi locum, qui Golgotha dicitur, vbi fuit dominus crucifixus: vt crucem eius inuenire possim. Respondit Iudas. Quomodo locum scire valeam, cum ducenti anni iam & amplius fluxerunt: & nequaquam illo tæpore natus essem. Cui regina. Per crucifixum fame te perimam: nisi mihi dixeris veritatem: ipsum igitur in puteum siccum iussit projici & ibidem famis molestia cruciari. Cum ergo ibidem sex diebus sine cibo mansisset die septimo extrahi petijt: & crucem se indicaturum pmisit. Cui ergo extractus ad locum venisset: & ibidem orasset, locus subito cõmouet: & fumus aromatum miri odoris sentitur: ita vt miratus Iudas ambabus manibus plauderet, & diceret. In veritate Christe tu es saluator mundi. Erat autem in loco illo sicut in ecclesiasticis historiis legitur, templum veneris, quod Adrianus imperator ibidem cõstruxerat: vt si quis christianorum in lo-

illo adorare voluisset, videretur venerem adorare & ob hoc infrequens & penè obliuioni datus fuerat locus. Regina autè templū funditus fecit destrui, & locū inarari. Post hoc Iudas precingens se viriliter fodere cepit: & viginti passus fodiens tres cruces absconditas reperit: quas ad reginā protinus deportauit. Cū autè crucē christī ab alijs latronum nescirent discernere: eas in medio ciuitatis posuerunt, ibidē gloriā domini prestolātes. Et ecce cū circa horā nonā quidā iuuenis mortuus deferretur: Iudas ferens tenuit: & primā & secundam crucem super corpus defuncti apposuit, sed nequaquam ille surrexit. Apponens autè terciā crucē protinus redijt defunctus ad vitam. E. ¶ In historijs autè ecclesiasticis legitur, quod cū quaedā mulier primaria ciuitatis semiuuua iaceret: Macharius episcopus Hierosolymitanus primā & secundam crucē adhibuit: sed nihil profecit: terciā verò apposuit, & mulier, apertis oculis protinus sanata resurrexit. Ambrosius verò dicit, quod discirent ipsam crucem domini per titulum quem posuerat Pilatus, quē titulū ibidē inuenit & legit. Diabolus autem in aere vociferabat dicēs. O Iuda quid hoc fecisti? Iuda de me contraria operatus es. Nā ille me suadente fecit proditorem. & tu me renuente Iesu inuenisti crucē. Per illum multorū lucratus sum animas, per te perdere videor iam lucratas. Per illum regnabam in populo: per te iā expellar à regno. Verū tamen tibi vicem rependā, & cōtra te regē aliū suscita bo: qui fidē deserens crucifixi cū tormentis te negare faciet crucifixū. Quod quidem de Iuliano apostata dictū videtur, quod iudā episcopum Hierosolymis factū multis tormētis affectū, & martyre christi fecit. Audiēs Iudas vociferenter diabolū nihil extimuit, sed cōstanter diabolo malē dixit: dicēs. Christus te dāmet in abyssum ignis æterni. Post hoc Iudas baptizat, qui riacus appellatur, & Hierosolymorū defuncto episcopo ibidem in episcopū ordinatur. Verū cū beata Helena claus domini non haberet, rogauit episcopū Quiriaccum, vt ad locum pergeret, & claus domini quere ret. Qui cum venisset, & ad dominum preces sudisset, continuo velut aurū clauī fulgentes in terra apparuerunt. Quos ille accipiens reginē detulit. Illa autem genua figens in terra, & caput inclinās eos cum multa reuerentia adorauit. Crucis ergo partem Helena detulit filio, partem verò Thecis argenteis conditam reliquit in loco. Clausos verò quibus dominicum corpus fuerat affixum, portat ad filium: ex quibus vt Eusebius Cæsariensis refert, frena quibus vteretur ad bellū cōposuit & ex alijs Galeam suam armauit. Nonnulli autè asserunt vt Greg. Turon. clausos quatuor in dominico corpore fuisse: ex quibus Helena duos in freno imperatoris posuit tertium in imagine Constantini, que Romę super eminet, vrbi locauit, & quartum in mare Adriaticum quod vsque tunc fuerat nauigantium vorago proiecit, præcipiens hoc festum de inuentione sanctę crucis singulis annis solēniter celebrari. Amb. verò sic ait. Quasi iuuit Helena domini clausos & inuenit. Et de vno freno fieri precepit: & de altero dyadema intexuit. Recte clausus in capite corona in vertice, & in manu habena, vt sensus preemineat, fides luceat, potestas regat. Sanctum autem Quiriaccum episcopum Iulianus apostata post modum interfecit, ex eo quod sanctam crucem inuenit, cum vbique signum crucis destrueret.

niteretur. Cum enim contra perfas pergeret: cepit Quiriaccum inuitare ad sacrificia idolorum. Quod cū ille renueret, dexteram sibi abscidi fecit, dicens. Hęc manus multas epistolas scripsit: quibus multos à deorum sacrificijs reuocauit. Cui dixit Quiriacus. Multū mihi canis insensate profuisti, quia priusquam in christum crederem: sapius ad synagogas Iudæorum scribebam epistolas, vt nullus in christum crederet. Et ecce nunc scandalum mei corporis abscidisti. Tunc Iulianus plumbum fecit liquari: & in os eius infundi. Dein de lectum ferreum iussit efferrī: & in eo Quiriaccum extendi: & desuper carbones sale & adipem spargi. Sed cum Quiriacus immobilis permaneret: dixit ei Iulianus. Si non vis sacrificare dijs: saltem dic te christianū non esse. Qui cū execrans recusaret, iussit altam vineam fieri: & serpentes venenatos ibidē poni: & Quiriaccum in eadem iactari, sed tantum serpentes continuo mortui sunt. Iussitque Iulianus Quiriaccum in caldaream oleo feruentissimo plenam mitti. Qui cū se signans sponte intrare vellet, rogans dominum, vt eū iterum in martirij lauacro baptizaret: iratus Iulianus iussit pectus eius gladio perforari. Et sic in domino consummari promeruit. F. ¶ Quanta autem sit virtus sanctę crucis in illo fidelino ario pater, quē quidam magus decepit: & ad quendam locum, in quem dæmones aduocauerat, duxit: promittēs ei quod multis diuitijs abundaret. Et ecce vidit quēdam magnum ethiopem super excelsum thronum sedentem: & in circuitu eius alios ethiopes circa eum cum lanceis & fistibus stantes. Tunc ille magum prædictum interrogauit, dicens. Quis est iste puer? Et ille. Domine seruum vester est. Cui dæmon. Si vis me adorare, & seruum me esse, & Christum tuum negare: faciam te sedere in dextera mea. Ille autem signum crucis mox ædidit, & se christi saluatoris seruum liberè esse exclamauit. Statimque vt ædidit signum crucis, omnis illa dæmonū multitudo euauit. Post hoc cum quadam vice templum sanctę Sophiæ prædicti notarius cum domino suo intrasset: & ante saluatoris imaginem ambolantem, vidit dominus suus quod prædicta imago super notarium oculos fixos haberet: & ipsum attente respiceret. Quod videns dictus dominus & admirans iuuenem ex parte dextera stare fecit. Viditque quod imago in illam iterum partem oculos voluisset, & super notarium fixos haberet. Rursumque fecit ipsum ire ex parte sinistra, & ecce iterum imago oculos voluit: & notarium vt prius respicere cepit. Tunc adiuratus à domino, vt sibi diceret quid apud Deum meruisset, propter quod sic eum imago respiceret: dixit se nullius boni conscium esse, nisi quod eum coram diabolo negare nolisset.

De sancto Ioanne apostolo ante portam latinam.

LEGENDA LXV. A.

IOANNES apostolus & euangelista, dā Ephesi predicaret à proconsole capitur, & vt dijs immolaret inuitatur. Qui dum renueret, in carcerem mittitur, & ad Domitianum imperatorem epistola mittitur, in qua magnus sacrilegus & deorum contemptor

& crucifixi cultor nominatur. Iussu igitur Domitiani Romā deducitur: & educto omnes capili per derisionem à ca pite prescinduntur: ac ante portā vrbs, quæ latina dicitur, in dolium feruēris olei igne de subter candente mitti iubetur. Nullum tamen ibidem dolorem sensit: sed penitus illesus exiuit. In illo igitur loco ecclesia à Christianis fabricatur, & illa tanquam dies sui martyrij solennizatur. Cū ergo nec sic à prædicatione christi cessaret, iussu Domitiani in Pathmos insulam relegatus est. Nec tamen imperatores Romani apostolos persequerentur, quia Christum prædicabant, cum ipsi nullum Deum respuerent, sed quia ipsum sine senatus autoritate deificatum aiebant, & ipsi de nemine fieri prohibuerant, Vnde legitur in historia ecclesiastica quod cū Pilatus quadam vice ad Tyberium epistolas de Christo misisset, & ipse Tyberius eius fidem à romanis recipi assentiret, senatus omnino respuit, ex eo quod non sui autoritate Deus vocatus fuit. Alia causa est, quæ legitur in quadam chronica ex eo quod Romanis prius non apparuerat. Alia causa est ex eo quod omnium deorum cultum, cui Romani inferuiebant euacuabat. Alia causa est ex eo quod mundi respectū prædicabat, & Romani auari & ambitiosi erant. Christus etiam hoc fieri non permisit, ne hoc humanæ potentię ascriberetur. Alia causa secundo magistram Ioannem Beletum quare imperatores & senatus Christum & apostolos persequerentur, erat, quia videbatur eis Deus nimis superbus & inuidus: eo quod consortem habere non dignaretur. Alia causa est quam Orosius refert, quia senatus indignè tulit, quod Pilatus ad Tyberium & non ad senatum de christi miraculis literas destinauit, & ideo eius consecrationem inter deos fieri noluit, vnde iratus Tyberius multos de senatoribus occidit, & quosdam exilio dānauit. Mater autem ipsius Ioannis audiens filium Romę detineri: materna compassionemota Romam ad eum visitandum accessit. Sed dū venisset, & eum in exilium relegatum audisset, indeq: rediret in Campania ciuitate vetulana migravit ad Christum. Cuius corpus in quodam specu sepultū multo tempore iacuit, sed postmodum à filio suo Iacob reuelatum fuit. Quod quidem multo odore redolēs, ac miraculis multis resurgens ad prædictam ciuitatem sum multo honore translatum est.

De Letanijs.

LEGENDA LXVI, A

LETANIAE in anno bis fiunt, scilicet in festo sancti Marci, quæ dicitur letania maior: & tribus diebus ante ascensionem domini, quæ dicitur minor: & interpretatur letania supplicatio vel rogatio. Prima igitur letania tripliciter vocatur, Primo letania maior. Secundo dicitur, processio septiformis. Tertiò dicitur cruce nigræ. Dicitur autem letania maior, propter tres causas: scilicet ratione illius à quo instituta est. scilicet à magistro Gregorio papa, Ratione loci, in quo instituta est, quia Romæ quæ est domina & caput mundi: ex eo quod ibi est corpus principis apostolorū, & apostolica sedes. Ratione causæ pro qua in

restituta est: quia pro magno & grauisimo morbo. Romani enim cū in quadragesima continenter iuixissent: & in pascha corpus domini reciperent, postmodum comedationibus, ludis & luxuriæ frena laxabant. Ideo que Deū prouocatus pestem maximam in eos misit: quam inguinariam vocant, id est apostema siue inflammationem in inguine: tam saeva autem illa pestis fuit, vt homines in via, in mensa, in ludis, in colloquijs subito morerentur, ita quod cū aliquis, vt dicitur, sternutabat sæpè cum ipsa sternutatione spiritum exalabat. Vnde cum aliquis alique sternutantem audiret, statim accurrens Deum se adiuuet, acclamabat, & abinde vt dicunt adhuc hæc consuetudo seruatur, vt cū aliquem sternutantem audimus: Deus te adiuuet, acclamamus. Rursus vt fertur cū aliquis oscitabat, frequenter continuo & subito spiritum emittebat. Vnde cum aliquis se velle oscitare sentiebat, continuo signum crucis sibi imprimere festinabat, & hæc consuetudo similiter vsq: modo seruatur. Hæc autem pestis qualiter ortum habuerit, in vita sancti Gregorii reperitur. Secundo dicitur processio septiformis, ex eo quod beatus Gregorius processiones, quas faciebat, per septem ordines disponebat. Nam in primo ordine erat omnis clerus. In secundo omnes monachi & religiosi. In tertio sanctimoniales. In quarto omnes infantes. In quinto omnes laici. In sexto omnes viduę & continentes. In septimo omnes cōiugati. Sed quod modo non possumus in numero personarum. Inplemus in numero letaniarum. quia septies dici debent, antequā insignia deponantur. Tertiò dicitur cruce nigræ, quoniam in signū meroris ex tanta strage hominum, & in sinū penitentię homines nigris vestibus induebantur. Et forte propter eandem causam cruce & altaria saccis cilicinis velabant. Homines etiam fideles vestes penitentiales debent assumere.

B Alia autem dicitur letania minor, quæ fit tribus diebus ante ascensionem, quæ beatus Mamertus episcopus Viēns. tempore Leonis imperatoris, qui cepit anno domini. cccclv. ante institutionē primæ instituit, quæ dicitur letania minor, rogationes & processio. Dicitur aut letania minor ad differentiam primæ: quia, scilicet instituta est à minori episcopo: in minori loco, & pro minori morbo. Causa autē institutionis huius hæc fuit. Tūc enim apud Viēnam frequentes & maximi terremotus fiebāt, qui domos & ecclesias plurimas subuertebant, & nocturni sonitus & clamores sæpè audiebātur. Tūc etiam aliud terribile accidit: quia in die paschæ ignis de cælo cecidit, & regis palatium cōcremauit. Aliud insuper mirabilius fiebat. Sicut enim dæmones porcos Dei permissione domini propter peccata hominū lupos & alias feras intrabāt, & nullos verentes nō solū per vias: sed ciuitatem publicè discurrebāt: & passim pueros & senes viros & feminas deuorabant. Cū igitur tam dolorosus casus quod tidiē fierent: prædictus episcopus triduānum ieiunium indixit: letanias instituit. Et sic prædicta tribulatio cōquieuit. Deinde statutum est ab ecclesia & firmatū, vt hæc letania vniuersaliter obseruaretur. Dicitur etiā rogationes: quia tunc omnium sanctorum suffragia imploramus: & merito talis obseruantia his tribus diebus seruanda est. & rogationibus sanctorum ieiunij his diebus insistendū, multiplici ratione. Primò,

ut Deus bella pacificet, quæ in vere frequentius concitantur. Secundò, ut teneros adhuc fructus conseruando multiplicet. Tertio, ut motus carnales, qui hoc tempore magis feruent, in se quisque magis mortificet. In vere enim sanguis magis feruet: & illiciti motus magis pullulant. Quarto, ut ad receptionem sancti spiritus se quisque magis habiliter. Nam per ieiuniū homo magis habitatur: & per rogationes dignior redditur. Duas alias rationes assignat magister Guilielmus Altisiodorensis. Prima, ut scilicet Christo ascendente & dicente: Petite & accipietis. confidentius petat ecclesia. Secunda: quia ecclesia ieiunat & orat, ut parum habeat de carne per ipsius carnis macerationem, & acquirat sibi alas per orationem: quia oratio est ala animæ quæ volat in cælum: ut sic Christū ascendente liberè possit assequi, qui ascendit pendens ante nos iter & volauit super pennas ventorum. Aus enim quæ multum abundat in carne & parū in plumis: bene volare non potest: sicut pater in instructione.

C Dicitur etiam processio: quia tunc ecclesia generalem facit processionem. In hac autem processione crux defertur, campanæ pulsantur: vexillum portatur: draco quidam cum ingenti cauda in quibusdā ecclesijs baiulatur: & omnium sanctorum singulariter patrocinia implorantur. Ideo autem ibidē crucem deferimus & campanas pulsamus, ut dæmones terri fugiant. Nam sicut rex in suo exercitu habet insignia regalia, scilicet tubas & vexilla: sic Christus rex æternus in sua ecclesia militanti habet campanas pro tubis, & cruces pro vexillis. Et sicut aliquis tyrannus valde timeret, qui alicuius regis potentis & sibi inimici tubas in terra sua audiret, & vexilla videret, sic dæmones qui sunt in isto aëre caliginoso vehementer metuunt, quādo tubas Christi, s. campanas pulsari sentiunt: & vexilla, id est cruces conspiciunt, & ista dicitur esse ratio quare ecclesia campanas consuevit pulsare, quādo tempestates cōcitari videt, ut scilicet dæmones qui hoc faciunt, tubas æterni regis audiant, & sic terri fugiant, & à tempestatis cōcitatione quiescant: licet alia ratio sit: quia campanæ tunc fideles admonent & prouocant, ut pro instanti periculo orationi insistant. Aliud etiam vexillum æterni regis est ipsa crux secundum illud. Vexilla regis prodeunt: fulget crucis mysterium, quo carne carnis &c. Quod quidem vexillum dæmones valde timent secundum quod dicit. Chrysosto. Vbiuncque inquit dæmones signum dominicum vident, fugiunt timentes baculum, quo plagam acceperunt. Et hæc est ratio quare in quibusdā ecclesijs tempore tempestatis crux de ecclesia extrahitur, & tempestati opponitur: ut scilicet dæmones vexillum summi regis videant, & terri fugiant. Ideo igitur crux in processione defertur, & campanæ pulsantur: ut dæmones in ipso aëre existentes terri fugiant: & à nostra infestatione desistant. Vexillū autem ibidem defertur, propter representandam victoriam resurrectionis, & victoriam ascensionis Christi qui cum magna præda cælos ascendit. Vnde per aëra vexillum cedens est Christus in cælum ascendens: & sicut vexillum quod in processione defertur, multitudo fidelium sequitur: sic Christum ascendente magna sanctorum collectio comittat. Cantus autem qui ibi fiunt, significat catus & laudes angelorum, qui Christo ascendente

ibi obuiauerunt, & ipsum cum sua societate vsque ad cælum cum multis laudibus perduxerunt. In quibusdā autem ecclesijs & maxime in ecclesijs Gallicanis consuetudo habetur, quod draco quidam cum longa cauda & inflata plena. s. palea, vel aliquo tali, duobus diebus & primis ante crucem, & tertio cum cauda vacua post crucem defertur: per quod significatur quod in primo die ante legem, & in secundo sub lege diabolus in hoc mundo regnavit. In tertio autem die scilicet gratiæ per passionem Christi de suo regno expulsi sunt. Rursus in ipsa processione omnium sanctorum pariter patrocinia postulamus.

D Quare autem tunc sanctos rogamus plures causas sunt superius assignatæ. Sunt autem & aliæ causæ generales propter quas Deus ordinauit, ut sanctos rogemus: scilicet propter nostram inopiam, sanctorum gloriam: & Dei reuerentiam. Sancti enim vota supplicantium scire possunt: quia in illo æterno speculo intelligunt quantum vel illis pertinet ad gaudium: vel nobis ad auxilium. Prima ergo ratio est, propter nostram inopiā: & hoc vel propter inopiā quā habemus in mercedo, ut vbi nostra non supererit merita, patrocinantur aliena. Vel propter inopiā quā habemus in cōtemplando, ut qui non possumus summā lucē respicere in se, saltem in sanctis aspicere valeamus. Vel propter inopiā quam habemus in amando, quia plerumque imperfectus homo magis sentit se affici circa vnum sanctum quā etiam circa Deum. Secunda ratio est, propter sanctorum gloriam. Vult enim Deus ut sanctos inuocemus ut dum per eorum suffragia quod petimus impetremus, ipsos magnificemus, & glorificādo collaudemus. Tertia ratio est, propter Dei reuerentiam, ut peccator qui Deum offendit, quasi non audeat eum in propria persona adire: sed amicorum possit patrocinia implorare. In huiusmodi autem letanijs esset illud angelicum canticum frequentandum. Sancte deus sancte fortis, sancte & immortalis miserere nobis. Refert enim Ioannes Damascenus in lib. iij. quod cum apud Constantinopolim propter quandam tribulationem letaniæ fierent: quidam puer de medio populi in cælum est raptus: & istud canticum ibidem edocuit. Deinde ad populum rediēs illud angelicum canticum in conspectu populi decantauit: & mox omnis tribulatio cessauit. In Calcedon. quoque synodo fuit istud canticum approbatum. Et concludit ita Damascenus. Nos autem dicimus quod per istud canticum dæmones recedant. Huius ergo cantici laus & autoritas ex quatuor colligitur. Primò ex eo quod angelus illud edocuit secundò ex eo quod ad eius prolationem illa tribulatio conuicuit. tertio ex eo quod dæmones illud timent.

De ascensione domini.

LEGENDA LIVII. A.



ASCENSIO domini quadragesima die à resurrectione facta est. Circa quam ascensionem septem per ordinem consideranda sunt. Primò. Vnde ascendit. Secundo, quare non statim post resurrectionē ascendit, sed tot dies expectauit. Tertio, qualiter ascendit. Quarto,

cū quibus ascendit. Quintò, quo merito ascendit. Sextò quo ascendit. Septimò, quare ascendit. Circa primum notandum: quoniam de monte oliueti versus Bethaniam cælos ascendit: qui mons secundum aliā translationem dicitur mons trium luminum. Nam de nocte ex parte occidentis illuminabatur igne templi: quia erat ignis iugis in altari. Mane ex parte orientis primò excipiebat radios solis, antequam illuminaret ciuitatem. Habebat insuper in se copiam olei, quod est fomentum luminis. Et ideo dicitur mons trium luminum. In hunc igitur montem Christus discipulos ire præcepit. Nam in ipsa die ascensionis bis apparuit semel. xj. apostolis comedentibus in cænaculo. Omnes quidam tam apostoli quā alij discipuli: nec non mulieres habitabant in illa parte Hierusalem quæ dicebatur Bello. s. in monte Syon, vbi David construxerat sibi palatium. Et erat ibi illud cænaculum grande stratum in quo dominus præcepit sibi parare pascha: & in illo cænaculo tunc. xj. apostoli habitabant. Ceteri autem discipuli & mulieres habitabant circumquaque per diuersa hospitia. Dum igitur in illo cænaculo comederent: dominus eis apparuit, & incredulitatem eorum exprobrauit. Et cum comedisset cum eis, & præcepisset ut in montem oliueti versus Bethaniā irent, ibidem eis iterum apparuit: ac indideret quærentibus respōdit. Et eleuatis manibus eis benedixit, & inde coram eis in cælum ascendit. De loco autem ascensionis dixit Sulpitius episcopus Hierosolymitana, & habetur & in glof. Quia cum ibi postea ædificata esset ecclesia, locus ille in quo steterunt, vestigia Christi ascendentis nunquā potuit sterni pavimento, imò resiliēbant marmora in ora collocantium. Calcanti etiam, pulueris à domino hoc dicit esse documentum, quod vestigia impressa cernuntur, & eisdem adhuc speciem velut præssis vestigijs terra custodit.

B Circa secundum quare. s. non statim ascendit, resurrexit, sed per. xl. dies expectare voluit, notandum quod hoc fecit propter tres rationes. Primò propter resurrectionis certificationem. Difficilius enim erat probare veritatem resurrectionis quā passionis: quia à prima die vsque ad tertiam vere poterat probari passio sed ad verā resurrectionē probandum plures dies requirebantur, & ideo maius tempus requirebatur iter resurrectionem & ascensionem quā inter passionem & resurrectionem. De hoc sic dicit Leo papa in sermone de ascensione. Quadragesimarius hodie dierum repletus est numerus sacratissima ordinatione dispositus, & ad vtilitatem nostræ eruditionis impensus: ut dum à domino in hoc spacio mora præsentia corporalis extenditur, fides resurrectionis documentis necessarijs muniretur. Gratias agimus diuinæ dispensationis, & sanctorum partem necessariæ tarditati. Dubitatum est ab illis ne dubitaretur à nobis. Secundò, propter apostolorum consolationem: quia enim consolationes diuinæ super habundant tribulationibus, & tempus passionis fuit tempus tribulationis apostolorum, ideo plures debuerunt esse dies isti quam illi. Tertio propter mysticam significationem, ut per hoc daretur intelligi quod consolationes diuinæ comparentur ad tribulationes, sicut annuus ad diem: dies ad horam, hora ad momentum. Quod enim comparentur sicut annus ad diem patet per illud

quod legitur. Esa. lxj. Prædicarem annum placabilem domino, & diem vitionis Deo nostro. Ecce pro die tribulationis reddidit annum consolationis. Quod autem comparantur sicut dies ad horam, patet per hoc quod dominus. xl. horis mortuus iacuit, quod fuit tribulationis. & per. xl. dies surgens discipulis apparuit, quod fuit consolationis. Vnde glo. quadraginta horis mortuus fuerat propter hoc quadraginta diebus se viuere confirmabat. Quod verò comparentur sicut hora ad momentum insinuat. Esa. liij. In momento indignationis meæ abscondi faciem meam, &c.

C Circa tertium notandum quod ascendit primò potenter: quia proprijs viribus. Esa. lxij. Qui est iste qui venit Edom, &c. gradiens in multitudine virtutis suæ. Item Ioa. Nemo ascendit in cælum, scilicet propria virtute, nisi qui descendit de cælo filius hominis, qui est in cælo. Licet enim quasi in quodam globo nubis ascenderit: hoc tamen non fecit, quod nubis ministerio indigeret: sed, ut per hoc ostēderetur, quod omnis creatura parata est obsequi creatori suo. Ipse enim potentia diuinitatis suæ ascendit. Et in hoc notatur differentia secundum quod dicitur in historia scolastica. Christi ad Enoch, & Heliam. Nam Enoch translatus est, Helias subuectus est: sed Iesus propria virtute ascendit. Primus secundum Greco. per coitum generatus, & generans: secundus generatus, sed non generans: tertius nec generatus nec generans. Secundo ascendit potenter: quia videntibus discipulis. Vnde dicitur. Videntibus illis eleuatus est. Item Ioan. xvj. Vado ad eum qui misit me: & nemo ex vobis interrogat me, quo vadis. Glof. Ita palam ut nemo in interroget, quod visa corporali fieri cernat. Ideo enim illis videntibus ascendere voluit ut ipsi testes ascensionis existerent: & naturam humanam in cælum ferri gauderent: & ipsum sequi desiderarent. Tertio lætante: quia iubilantibus angelis. Vnde psalmus. Ascendit Deus in iubilatione, Augustinus. Ascendete christo pauet omne cælum: astra mirantur: plaudunt agmina tubæ sonant: & lætis se amantem blanda modulamina choris. Quarto velociter. Psalm. Exultauit ut gygas ad curandam viam. Valde enim velociter ascendit: quando tantum spacium quasi in momento percurrit. Refert enim Rabi Moyles maximus philosophus quod quilibet circulus siue quodlibet cælum cuiuslibet planetæ habet in spissitudine viam quingentorum a north. s. spacium tantum quantum posset aliquis ire via plana in quingentis annis. & distantia inter cælum, & cælum est similiter, ut dicitur, via quingentorum annorum: & ideo cum sint septem cæli erit secundum ipsum à centro terræ vsque ad concuum cæli saturni quod est cælum septimum, via septem milium annorum & septingentorum annorum, id est tantum spacium quatum de via plana aliquis iret in septem milibus. dec. annis si tantū viueret: ita quod quilibet annus cōponatur ex. ccclxv. diebus: & iter cuiuslibet diei sit. xl. miliarū & quodlibet milliari sit duorum miliarū passuum siue cubitorū. Hęc Rabi Moyles: Vtrū autē hoc verū sit Deus scit. Hanc enim mansurationē ille nouit, qui oīa fecit in numero pondere & mensura. Iste igitur fuit magnus saltus, quē fecit christus. s. de terra in cæli. Et de hoc saltu

Quidam alij saltibus christi sic dicit Amb. Saltu
christi venit in hunc mundum: apud patrem
erat, & in virginem venit: & ex virgine in præsepe rã
slij: descendit in iordanem: ascendit in crucem: de-
scendit in tumulũ: surrexit de tumulo, & sedet ad dex-
teram patris.

D Circa quartum, cum quibus scilicet ascen-
dit, notandum q̄ ascendit cum magna præda hominũ
& magna multitudine angelorum. Quod enim cum
præda hominum ascenderit patet per illud, quod dicitur
in psalm. Ascendisti in altum, cœpisti captiuitatem
& c. Quod autem ascenderit cum multitudine an-
gelorum patet per illas interrogationes quas christo
ascendente minores angeli fecerunt maioribus, vt ha-
betur. Esa. lxxij. Quis est iste, qui venit, de Edõ, tin. ve.
de bosra, vbi dicit gl'of. q̄ quidam angeli non plenẽ
cognoscentes mysterium incarnationis, passionis, & re-
surrectionis videntes ascendere ad cœlos dominũ cum
multitudine angelorum & sanctorum hominum pro-
pria virtute ipsum incarnationis & passionis myste-
rium admiratur, & angelis comitibus dominum di-
cunt. Quis est qui venit & c. & in psalmis. Quis est iste
rex gloriæ? Dionysius autem in lib. angelicæ hierar-
chiæ. cvij. insinuare videtur, quod dum christus ascen-
deret, tres quæstiones ab angelis factæ sunt. Primam
fecerunt maiores angeli adiuuicem sibi ipsi. Secundam
fecerunt ipsi maiores christo ascendenti. Tertiam
fecerunt minores maioribus. Quærunt igitur inter se
maiores dicentes. Quis est iste, q̄ venit de Edõ & c. Edõ
san guinea interpretatur, Bosra munita. Quasi dicat quis
est iste qui venit de mundo sanguineo per peccatum,
& munito per malitiam contra Deum, vel qui venit de
mundo sanguineo & inferno munito. Respondit do-
minus. Ego qui loquor iustitiam, & c. Dionysius ponit
talem literam. Ego enim (dicit) disputo iustitiam & iu-
diciũ salutaris. In redemptione humani generis fuit
iustitia in quantum. s. factor creaturam suam a domi-
no alieno reduxit, & fuit iudicium in quantum diabo-
lum in uia forem alieni iuris ab eo quem possidebat, ho-
minem potenter eiecit, sed secundum hoc facit Dio-
nysius quæstionem hanc. Cum ipsi superiores angeli
sint Deo proximi & immediatè a domino illuminen-
t, quare abiuuicem quærunt, quasi abiuuicem discere
cupientes. sed sic ipse soluit & commentator exponit
in eo q̄ interrogant significant se scientiam appetere,
in eo autem quod primo inter se conferunt, demon-
strant quod diuinam in se processionem non audent
præuenire. Apud se ergo primò interrogare deliberat,
ne forte illuminationem qua ipsi a Deo sit nimis fe-
stina interrogationem præueniant. Hæc igitur quæstio
non est doctrinæ inquisitio, sed ignorantix professio.
Secunda quæstio est, quam fecerunt ipsi supremi ange-
li ad Christum dicentes. Quare ergo rubrum est indu-
mentum tuum, & vestimentum tuum sicut calcantiũ
in torculari. Dñs dicit habuisse indumentũ. i. corp' suũ
rubrũ. i. sanguine cruentatũ, ex eo q̄ dũ ascenderet in
corpore suo cicatrices habebat. Voluit enim cica-
trices in corpore suo seruare, secundum quod dicit Be-
da quinq; de causis. Air enim sic. Cicatrices dominus
seruauit, & in iudicio seruaturus est, vt fidem resurre-
ctionis astruat, vt per omnibus supplicando eas patri
representet, vt boni quàm misericorditer sint redem-

pri, videant, vt reprobis quàm iuste sint damnati, reco-
gnoscant, vt perpetuæ victoriæ suæ certum triũphum
deserat. Huic ergo quæstioni dominus sic respondet.
Torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir me-
um. Et potest vocari torcular crux, in qua tanquam
in prælio sic pressus est, vt etiam sanguis effunderet.
Vel torcular vocat diabolus, qui humanum genus sic
funibus peccatorum inuoluit & strinxit, vt quicquid
in eis spirituale erat exprimeret, & solum vinacia re-
maverent. Sed noster bellator torcular calcauit, vinu-
la peccatorum dirupit, & in cœlum ascendens postmo-
dum tabernam cœli aperuit, & vinum sancti spiritus
effudit. Tertia quæstio est, quam fecerunt minores an-
geli maioribus, dicentes. Quis est iste rex gloriæ? Qui-
bus illi responderunt. Dominus virtutum ipse est rex
gloriæ. De hac angelorum quæstione & aliorum con-
uenienti responsione, sic dixit Aug. Sanctificatur diui-
no comitatu immensus aer, & omnis illa volitans per
aëra dæmonum turba christo ascendente transfugit.
Cui occurrentes angeli quis esset, sciscitantur, dicen-
tes. Quis est iste rex gloriæ? Quibus alij responde-
tes dixerunt. Hic est ille valde candidus & roseus: hic
est ille qui nõ habuit speciem neq; decorem. Infirmus
in ligno: fortis in spolio. Vilis in corpulculo: armatus
in prælio. Fedus in morte: pulcher in resurrectione.
Candidus ex virgine: rubicundus in cruce. Fuscus in
opprobrio: clarus in cœlo. Circa quintum quo. s. meri-
to ascendit, notandum q̄ tripliciter merito ascendit, de
quo sic dicit Hie. Propter veritatem: quia illa que per
prophetas promiseras, adimpleuisti. & mansuetudinẽ
quia sicut ouis pro vita populi immolaris. & iustitiã
quia non potestate, sed iustitia eripuisti hominem, &
deducet te mirabiliter dextera tua potentia, siue vir-
tus deducet te, hoc est, in cœlum.

E Circa sextum quo. s. ascendit, notandum q̄
super omnes cœlos ascendit, secundum quod dicitur.
Eph. iij. Qui ascendit ipse est: & qui ascendit super om-
nes cœlos, vt adimplet omnia. Super omnes cœ-
los, dicitur quia plures sunt cœli, super quos ipse ascen-
dit. Est enim cœlum materiale: rationale: intellectu-
ale: & supersubstantiale. Cœlum materiale multiplex
est. s. cœlum aëreum: æthereum: olimpium: igneum: sy-
dereum: crystallinum: & empireũ. Cœlum autem ra-
tionale est homo iustus, qui dicitur cœlum ratione in
habitationis diuinæ: quia sicut cœlus est sedes & habita-
tio Dei secundũ quod dicitur in Esa. lxxvj. Cœlum mihi se-
des est, sic anima iusti: secundũ quod dicitur in li. Sap. Ani-
ma iusti sedes est sapientiæ. Rõne cõuersationis sancte:
quia sancti p cõuersationẽ & desideriu semper habitant
in cœlo: sicut dicebat apostolus. Nostra cõuersatio in cœ-
lis est. Rõne operationis cõtinuæ: quia sicut cœlum cõti-
nuè mouet: sic & sancti p bona opera cõtinuè mouent.
Cœlum intellectuale est angelus. Angeli em̄ dicuntur
cœlum: quia instar cœli sunt altissimi ratione digni-
tatis & excellentiæ. De quorũ dignitate & excellentia
dicit Dionysius in lib. de diuinis nominibus. c. iij. Di-
uinæ mentes sunt super reliqua existentia & viuunt
super reliqua viuentia: & intelligunt, & cognoscunt su-
per sensum & rõnẽ: & pl' quã omnia existentia. pulchritũ
& bonũ desiderat, & eo participat. Secundũ sunt pul-
cherrimi rõne naturæ & gloriæ. De quorũ pulchritudi-
ne dicit Diony. in eodem li. Angelus est manifestatio

occuli luminis: speculum purum: clarissimum incon-
taminatum: inconquinatum immaculatum susci-
piens, si phas est dicere, pulchritudinẽ boniformis dei
formitatis. Tertiũ funt fortissimi ratione virtutis et
potentiæ. De quorum fortitudine dicit Damasc. lib.
ij. c. iij. Fortes sunt & parati ad Dei voluntatis exple-
tionem. & vbiq; confestim inueniuntur, vbi cunq; diui-
nus iusserit nutus. Cœlum enim habet altitudinem,
pulchritudinem & fortitudinem. De duobus primis.
Eccle. xliij. Altitudinis firmamentum & c. De tertio
Iob. xxvij. Tu forsitan cum illo fabricatus es & c. Cœ-
lum autem super substantiale est æqualitas diuinæ ex-
cellentiæ, de quo christus venit: & vsq; ad illud post-
modum ascendit. De quo dicitur in psalmis. A summo
cœlo egressus eius: & occurus eius vsq; ad summum
eius. Super omnes igitur hos cœlos vsq; ad ipsum cœlum
super substantiale Christus ascēdit. Quod enim
ascenderit super omnes cœlos materiales habetur per
illud, quod dicit in psalmis. Eleuata est magnificentia
tua super cœlos Deus. Super omnes enim cœlos mate-
riales vsq; in ipsum cœlum empireum ascendit: non si-
cut Helias, qui in curru igneo ascendit vsq; ad sublun-
arem regionem: nec eam transcendit, sed in paradisi-
um terrarum translatus, qui adeo eminet: vt pertinet
ad sublunarem regionem, nec eam transcendit. In
hoc ergo cœlo empireo Christus residet: & est specia-
lis & propria eius mansio, & angelorum & aliorum
sanctorum. Et congruè conuenit hæc habitatio habi-
tationibus. Illud enim cœlum cæteros cœlos excellit:
dignitate: prioritate: situ, & ambitu: & ideo est conue-
niens habitatio Christi, qui omnes cœlos rationales
& intellectuales transcendit dignitate: æternitate: situ
immutabilitatis, & ambitu preestatis. Similiter est cõ-
grua habitatio sanctorum. Illud enim cœlum est vni-
forme: immobile luminositatis perfecte, & capacita-
tis immensæ. Et rectè congruit angelis & sanctis, qui
fuerunt vniuersi in operatione: immobiles in dila-
tatione: luminosi in fide, siue cognitione capaces in spiri-
tuali receptione. Quod autem super omnes cœlos
rationales. i. super omnes sanctos ascenderit: patet
per illud, quod dicitur Cant. ij. Ecce iste venit saliens
in montibus trans coll. Et vocantur montes angeli:
colles verò viri sancti. Quod verò super omnes cœlos
intellectuales. i. angelos ascenderit pater, per illud q̄
dicitur in psalm. Qui ponis nubẽ ascensum tuum: qui
ambulas super pennas venti. Item ascendit super cheru-
bin & volauit super pen. ven. Quod autem vsq; ad
cœlum supersubstantiale. i. Dei æqualitatem ascende-
rit, patet per illud quod dicitur. Mar. vlt. Et dominus
quidem Iesus postquam locutus est eis assumptus est
in cœlum, & sedet ad dextris Dei. Dextera enim Dei est
æqualitas Dei. Bern. Domino meo singulariter a domi-
no & dictum & datum est sedere ad dextris gloriæ ipsius:
vt pote in gloria coequali: in essentia consubstantiali:
pro regnatione cõsimili: maiestate non dispari, æter-
nitate non posteriori. Vel potest dici q̄ Christus in a-
scensione sublimis fuit quadruplici sublimitate, scilicet
locali, remuneratione præmij, cognitionali & vir-
tuali. De primo Eph. iij. Qui descendit ipse est, & qui
ascendit super omnes cœlos. De secundo Phil. ij. Fac-
tus obediens & c. Vbi dicit Aug. Humilitas claritatis
est meritum, claritas humilitatis est præmium. De ter-

tio psal. Ascendit super cherubin. i. super omnem scienti-
æ plenitudinem. De quarto patet, quia ascendit etiã
super seraphin. Eph. iij. Scire etiam super eminentem
charitatem Christi. Circa septimum quare scilicet a-
scendit, notandum q̄ ascensionis suæ. ix. sunt fructus
siue utilitates: Prima utilitas est, confectio amoris
diuini. Io. xvj. Nisi ego abiero, paracletus non veniet,
vbi dicit Aug. Si carnaliter mihi adhæseritis, capa-
ces spiritu non eritis. Secunda est, maior cognitio Dei
Io. xliij. Si diligeretis me, gauderetis vtiq; quia vado
ad patrẽ. vnde dicit Aug. Ideo subtrahit formã istam
ferui, in qua pater maior me est, vt Deus spiritualiter
videre possitis. Tertia est, meritum fidei. De hac sic di-
cit Leo in sermone de ascensione. Tũc ad æqualem pa-
tri filium eruditior fides gressu mētis cœpit accedere,
& contractione corporeæ in christo substantiæ in qua
pater minor est, non egere. Magnarum enim hic vi-
gorem mentium incunstanter credere quæ corporeo
non videntur intuitu, & ibi figere desiderium, quo ne-
queas inferre conspectum. Aug. lib. confessionum. Ex-
altauit vt gygas ad currendam viam suam. Non eni-
m tardaui, sed cucurrit clamans dictis, factis, mor-
te, vita, descensu, ascensu. Clamans, vt redeamus ad eũ,
& discessit ab oculis, vt redeamus ad cor, & inueniamus
eum. Quarta est, nostra securitas. Ideo enim ascē-
dit, vt noster aduocatus sit apud patrem. Valde enim
securi esse possumus, quando talem aduocatum apud
patrem nos habere consideramus. Io. ij. Aduocatum
habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ip-
se est propiciatus pro peccatis nostris. De hac securi-
tate dicit Ber. Securus accessum habes o homo apud
Deum, vbi mater ante filium, & filius ante patrem, ma-
ter ostendit filio pectus & vbera. filius ostendit patri
latus & vulnera. Nulla ergo poterit esse repulsa, vbi
tor sunt charitatis insignia. Quinta est, nostra
dignitas. Maxima quidem nostra dignitas est:
quando natura nostra vsq; ad dexteram Dei exalta-
ta est. Vnde & angeli hanc dignitatem in homi-
nibus considerantes, deinceps prohibuerunt se adora-
ri ab hominibus: sicut dicitur Apo. xix. Cecidi inquit
ante pedes eius, vt adorarem eum, & dixit mihi. Vide
ne feceris. Conferuus tuus sum, & fratrum tuorum. V-
bi dicit glo. in veteri lege non prohibuit se adorari:
sed post ascensionem videns super se exaltari hominẽ,
timuit adorari. Leo papa in sermone de ascensione. Ho-
die natura nostræ humanitatis vltra cunctarum alti-
tudinem potestatum ad Dei patris est prouecta conce-
sum: vt mirabilior fieret gratia Dei cum remotis a cõ-
spectu hominum, qui merito reuerentiam sui sentie-
bantur indicare fides non diffideret: spes non fluctua-
ret: charitas non reperet. Sexta est, spei nostræ soliditas.
Heb. iij. Habentes ergo potestatem magnam, qui
penetravit cœlos Iesum filium Dei teneamus spei no-
stræ confessionem. Item Hæb. vj. Qui confugimus ad
tenendam propositam spem, quem sicut anchoram ha-
bemus animæ tutam ac firmam, & incenditatem vsq;
ad interiora velaminis: vbi præcursor pro nobis introi-
uit Iesus. De hac iterum Leo Christi ascensio nostra est
prouectio, & quo præcessit gloria capitis, eo spes ten-
dit & corporis. Septima est, viæ ostensio. Micheæ. iij.
Ascendit pãdens iter ante eos. Aug. Via tibi factus est
ipse saluator: surge & ambula, habes quo non pigre-

scere. Octava, ianua celestis apertio. Sicut enim primus Adam aperuit ianuas inferni: sic secundus paradisi. Vnde ecclesia cantat. Tu deuictio mortis aculeo & c. Nona, loci preparatio. Io. xiiij. Vado parare vobis locum. Aug. Domine para quod paras: nos enim tibi paras, & tu te nobis paras, quando locum paras: & tibi in nobis, & in te nobis.

De sancto spiritu.

LEGENDA LXVIII. A

SPIRITVS SANCTVS hodierna die, vt sacra actuum testatur historia, in apostolos in linguis igneis missus est. Circa cuius missionem siue aduentum octo consideranda sunt. Primò, à quo missus est. Secundo, quot modis mittitur, siue missus est. Tertio, quo tempore missus est. Quarto, quoties missus est. Quintò, qualiter missus est. Sextò, in quos missus est. Septimò, propter quid missus est. Octauò, per quid missus est. Circa primum, scilicet à quo missus est, notandum est, quod ipsum spiritum pater misit: & filius misit: & ipse spiritus sanctus seipsum dedit, & misit. De primò Io. xiiij. Paracletus autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo, & c. De secundo Io. xvj. Si autem abiero mittam eum ad vos. Missio enim in istis inferioribus, habet comparisonem ad suam mittentem sub triplici habitudine. scilicet vt ad dantem esse: & sic mittitur a dante à sole, vt ad dantem virtutem: & sic mittitur a culum à projectore. vt ad dantem iurisdictionem siue autoritatem: & sic mittitur nuncius à præceptore. Secundum hunc triplicem modum missio potest conuenire spiritui sancto. Mittitur enim à patre & filio tanquam ab eis habens esse & virtutem & autoritatem in operando. Nihilominus & ipse spiritus sanctus seipsum dedit, & misit, quod videtur iustificari. Io. xvj. cum dicitur. Cum autem venerit ille spiritus veritatis, & c. Nam sicut dicit Leo papa in sermone de Penthe. Beata trinitas incommutabilis deitas vna est in substantia, indiuisa in opere: consors in voluntate: par in omnipotentia: æqualis in gloria. Diuisi autem sibi opus nostræ redemptionis misericordia trinitatis: vt pater propiciaretur: filius propiciaret: spiritus sanctus ignoret. Quia enim spiritus sanctus Deus est: ideo recte dicitur seipsum dare. Hoc autem quod spiritus sanctus Deus est ostendit Anbr. in lib. de spiritu sancto sic dicens. Ex quatuor istis manifesta, diuinitatis eius gloria comprobatur. Deus enim esse cognoscitur: aut quia peccato est: aut quia peccata condonat: aut quia creatura non est: sed creator est: aut quia non adoratur, sed adoratur. Et in hoc ostenditur qualiter beata trinitas se totaliter nobis exhibuit. Pater enim omnia que habuit nobis exhibuit: quia sicut dicit Aug. misit nobis filium suum in præmium nostræ redemptionis: spiritus sanctum in priuilegium nostræ adoptionis: & seipsum totum referuat in hæreditatem adoptionis. Similiter filius totaliter se nobis exhibuit: quia sicut dicit Bern. Ipse pastor, ipse pascua, ipse redemptio. Dedit enim nobis animam in pretium, sanguinem in potum, & carnem in cibum, & deitatem in præmium. similiter & spiritus sanctus totaliter omnia sua dona nobis exhibuit,

& exhibet, quia sicut dicitur. j. Cor. xij. Alij per spiritum sanctum datur sermo scientiæ, alij sermo sapientiæ secundum eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu. Leo papa. Spiritus sanctus inspirator est fidei, doctor scientiæ, fons dilectionis, signaculum castitatis, & totius causa salutis.

B Circa secundum quot. scilicet modis mittitur siue missus est, notandum quod spiritus sanctus duobus modis mittitur. scilicet visibiliter & inuisibiliter: visibiliter, cum in aliquo signo visibili demonstratur. De missione inuisibili dicitur Io. iij. Spiritus ubi vult spirat, & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat, aut quo vadat. Nec mirum, quia sicut dicit Ber. de ve. bo inuisibili. Per oculos non intrat, quia non est coloratum, sed neq; per aures, quia non sonuit, sed neq; per nares, quia aëri non miscetur, sed in menti, nec inficit aërem, sed fecit, neq; verò per fauces, quia non est mansum vel haustum, neq; per tactum corporis, quia illud palpabile non est. Queris igitur cum ita sint inuestigabiles viæ eius, vnde adesse nouerim, nempe ex metu cordis intellexi penitentiam eius, & ex fuga vitiorum adueriti potentiam virtutis eius, & ex discussione siue redargutione oculorum meorum admiratus sum profunditatem sapientiæ eius, & ex quantalacunaq; emendatione morum meorum expertus sum bonitatem mansuetudinis eius, & ex reformatione & renouatione spiritus mentis meæ percepi, vt inq; speciem cordis eius, & ex contuitu horum omnium simul expaui multitudine magnitudinis eius. Hæc Bern. Missio autem visibilis est, cum in aliquo signo visibili ostenditur. Et notandum quod in quintuplici specie visibili spiritus sanctus monstratus est. Primò in specie columbæ super Christum baptizatum. Luce tertio. descendit spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum. Secundò in specie nubis lucidæ super Christum transfiguratum. Matthæi decimosexto. Adhuc eo loquente ecce nubes lucida obumbravit eos. Vbi dicit glo. Sicut baptizato domino, sic & glorificato mysterium sanctæ trinitatis ostenditur spiritus sanctus ibi in columba, hic in nube lucida. Tertio in specie flatus. Io. xx. Insufflauit & dixit eis. Accipite spiritum sanctum & c. Quarto in specie ignis. Quintò in specie linguæ & in hac duplici specie apparuit hodierna die. Ideo autem in hac quintuplici specie rerum monstratus est: vt detur intelligi, quod harum rerum proprietates operatur in cordibus quibus illabitur. Primò monstratus est in specie columbæ. Columba gemitum pro cantu habet, selle caret: in foraminibus Petre manet. Sic spiritus sanctus illos quos replet, facit pro suis peccatis gemere. Esa. lix. Rugiemus quasi vrsi omnes, & quasi columbæ meditates gememus. Romanos octauo. Ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. i. nos postulates, & gementes facit. Secundò sine selle amaritudinis esse. Sapientiæ duodecimo. O quam bonus & suavis est domine spiritus tuus in nobis. Itè eodem vij. vocatur suavis benignus humanus, ex eo quod suauiter benignos & humanos faciat. Suauis in sermone: benignus in corde: & humanos in opere. Tertio in petre foraminibus. id est in Christi vulneribus habitare. Canti. ij. Surge amica mea sponsa mea, & veni columba

mea, Glo. fouens mihi pulos meos infusione spiritus sancti in foraminibus petre, gloss. id est in christi vulneribus Threno. vlti. Spiritus oris nostri christus dominus captus est in peccatis nostris: cui diximus in umbra tua viuemus in gentibus. quasi dicat. Spiritus sanctus qui est oris nostri, quod os nostrum est christus dominus: quia est os nostrum: & caro nostra facit nos dicere christo. In umbra tua. i. in passione tua, in qua christus fuit tenebrosus & despectus vix nemo per iugem memoriam. Secundò monstratus est in specie nubis. Nubes à terra eleuatur refrigeriu præstat, & pluuiam generat. Sic spiritus sanctus quos replet à terra eleuat per contemptum terrenorum. Eze. viij. Eleuauit me spiritus inter cœlum & terram & c. Itè Eze. j. Quocumq; ibat spiritus illud exeeunt spiritu, & rotæ pariter eleuabantur sequentes eum. Spiritus enim vitæ erat in rotis. Item Gregor. Gustato spiritu desipit omnis caro. Secundò refrigerium præstat contra iuuentiam vitiorum. Vnde & Mariæ dictum est. Spiritus sanctus superueniet in te: & virtus altissimi obumbrabit tibi. i. te ab omni actu vitiorum refrigerabit. Vnde & spiritus sanctus vocatur aqua, quæ habet vim regeneratiuam, Io. vij. Flumina de ventre eius fluent aquæ viæ. Hoc aut dicit de spiritu sancto, quæ erant accepturi credentes in eum. Tertio generat pluuiam lachrymarum. psal. Flabit spiritus eius & fluent aquæ. scilicet lachrymarum. Tertio monstratus est in specie flatus. Flatus est mobilis: calidus, lenis, & ad respirandū necessarius. Sic spiritus sanctus mobilis. i. velox est ad discedendum. Omne enim mobilibus mobilior est, glo. super illud. Factus est repente de cœlo sonus aduenientis spiritus vehementis & c. dicit. Nescit tarda molimina sancti spiritus gratia. Secundò calidus est ad inflammandum, Luc. xij. Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt ardeat? Vnde & Austro vento calido comparatur. Cnti. iij. Surge Aquilo & veni Auster, perha ortum meū, & fluant armata illius. Tertio lenis est ad demulcendum. Vnde & ad eius lenitatem inueniendā vocatur nomine vnctionis: vt patet in canonica. Io. j. cap. ij. Vnctio eius docet vos de omnibus. Nomine roris vnde cantat ecclesia, & sui roris intima affectione scendit & c. Nomine aurentis. iij. Reg. xix. Et post ignem sibilus aure tenus. Et ibi dñs. Quarto necessarius est ad respirandum. Adeo quippe flatus necessarius est, quod si ad horam subtraheretur: homo continuo moreretur. Sic & de spiritu sancto intelligendū est. Vnde psal. Auferes spiritum eorum, & deficiet: & in pulcrem suam reuertetur. Emitte spiritum tuum & creabuntur: & re. & c. Item Io. vj. Spiritus est qui viuificat, & c. Quarto spiritus sanctus monstratus est in specie ignis. Quintò in specie linguæ secundum illud Apparuerunt illis dispersitæ linguæ tanquam ignis: seditque supra singulos eorum, & c. Quare autem in hac die duplici specie apparuit, dicitur infra.

C Circa tertium, scilicet quo tempore missus est, notandum quod missus est in quinquagesimo die à pascha. Ideo autem in die quinquagesimo missus est, vt detur intelligi: quoniam à spiritu sancto est legis perfectio: eterna remuneratio, & peccatorum remissio. Legis perfectio quoniam secundum glo. à die agni immolati quinquagesimo die data est lex in igne. In nouo testamento quinquagesimo die à pascha christi

sti descendit spiritus sanctus in igne. Lex in monte Syon: spiritus in monte Syon. Lex in sublimis montis loco: spiritus datus in cœnaculo. Vnde per hoc insinuat, quippe spiritus sanctus est perfectio totius legis quia plenitudo legis est dilectio. Secundò eterna remuneratio. Vñ gl. Sicut. xl. dies quibus post resurrectione christus cū discipulis conuersatus est, præsentem ecclesiam designauit: ita quinquagesimus dies quo spiritus sanctus datur, devarium eterne remunerationis exprimit Tertio peccatorum remissio. Vnde glo. ibid. Ideo in quinquagesimo: quia indulgentia fiebat in iubileo: & per spiritum sanctum peccata remittuntur. Et sequitur in glo. In spirituali iubileo rei mortis soluantur: debita remittuntur, exules in patriam reuocantur, hæreditas amissa redditur, serui. i. homines peccato venundati, à iugo seruitutis liberantur. Huc vj. gloss. Rei mortis soluantur & liberantur. vnde Ro. viij. Lex spiritus vitæ in christo liberauit me à lege peccati & mortis. Debita peccatorum dimittuntur: quia charitas operit multitudinem peccatorum. Exules in patriam reuocantur. psal. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectā. Hæreditas amissa redditur. Ro. viij. Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei, si autem filij & hæredes. Serui à peccato liberantur. ij. Corint. iij. Vbi spiritus domini, ibi libertas.

D Circa quartum, scilicet quoties apostolis missus est, sciendum est quod secundum glo. tribus vicibus eis, datus est: scilicet ante passionem: post resurrectione, & post ascensionem. Primò ad faciendum miracula. Secundò ad relaxandum peccata. Tertio ad confirmandū corda. Primò quando eos ad prædicandum misit: & super omnia dæmonia, & vt omnes languores curarent, eis potestatem dedit. Hæc enim miracula per spiritum sanctum fiunt, secundum quod dicitur Mat. xij. Si autem in spiritu Dei eicio dæmonia & c. Non tamen consequens est, vt quicumque habet spiritum sanctum faciat miracula. Quoniam sicut Gregor. ait, miracula hominem sanctum non faciunt, sed ostendunt: nec quicumque facit miracula habet spiritum sanctum: & quoniam mali afferunt se fecisse miracula dicentes. Domine domine nonne in nomine tuo propheta uimus & c. Deus enim faciet miracula per autoritatem angelis per materiam habitationem: dæmones per virtutes: naturales rebus instas magis per occultos contractus cum dæmonibus, boni christiani per publicam iustitiam: mali christiani per signa publicæ iustitiæ. Secundò dedit eis spiritum sanctum, quando in eos insufflauit, dicens. Accipite spiritum sanctum, quorum remisistis peccata, & c. Non tamen potest quis peccatum remittere quantum ad maculam, quæ est in anima, aut quantum ad reatum id est obligationem ad poenam æternam: aut quantum ad Dei offensam, quæ solum ex infusione gratiæ, & virtute contritionis remittuntur. Dicitur tamen sacerdos absolueret: tamen quia à culpa absolutum esse insinuat: tamen quia poenam purgatorij in temporalem commutat: tamen quia de ipsa temporali parte relaxat. Tertio dedit eis hodierna die: quando eorum corda sic solidata sunt: vt nil tormenta timerent. psalmus. Spiritus oris eius omnis virtus eorum. Aug. Talis est gratia spiritus sancti,

quod si tristitiam inuenit, dissoluit: si desiderium pernitiosum, consumit: si trepidationem, abijcit. Leo Papa. Sperabatur ab apostolis spiritus sanctus, non ut tunc primum sanctorum habitator esse inciperet: sed ut sacra tibi pectora, & feruentius accederet, & copiosius mūdaret, cumulas sua dona non inchoans, nec ideo nouus opere, quia ditior largitate.

Circa quintū qualiter, scilicet missus est, notandum quod missus est cum sano in linguis igneis, & ipsa linguarum apparuerunt sedendo. Sonus autem fuit repetitus celestis vehemens & replens. Repentinus: quia spiritus sanctus tarda mollimina neficit. Celestis, quia celestis efficit. Vehemens, quia timorē filialē inducit, vel quia eternū vel adimit. vnde vehemens, quasi ve adimens, vel quia mentē ab omni carnali amore vehit, vnde vehemens, quasi vehens mentem. Fuit & replens, quia spiritus sanctus omnes apostolos repleuit. vnde repleti sunt oēs. & c. Triplex est autem signū plenitudinis, quod fuit in apostolis. Primum est, non resonare ut patet in dolo, quod dū plenu est, non resonat. Iob vij. n. unquid mugit bos. cū ante praepe plenu steterit, que dicat. Cū praepe cordis plenitudinē habet gratiā locū non habet mugitus in patientiā, hoc signū habuerūt apostoli: quia in tribulationibus pro impatiētiam non resonabāt, improbat gaudentes a cōspectu cōsiliij, & c. Secundū signū est, non plus recipere siue satietatē habere. Quādo enim vas aliquā liquore plenu est, aliud recipere non potest. Similiter homo satur non appetit amplius, sic sancti qui habent plenitudinē gratiē, non possunt recipere aliū liquorē dilectionis terrenē. Efa. j. plenū sum: ideo holocausta & c. Similiter, quia gusta uerūt celestē suauitatē ideo non sicut terrenā uoluptatē. Aug. Qui biberit de fluuio paradisi, eius vna gutta maior est oceano, restat ut in eo fisco huius mūdici extēta sit. Hoc signū habebāt apostoli qui nihil propriū uoluerūt habere: sed in cōmuni omnia diuidere. Tertiū signū est, superfluere: ut patet in fluuio inundante. Ecclē. xxiii. Qui implet quasi phison sapientiam. Adlitrā illius fluuīū propriū est effluere: & circūadiacencia irrigare. Sic apostoli cōeperūt effluere, quia cōeperunt loqui varijs linguis. vnde dicit gl. Ecce signum plenitudinis plenu vas erūpit. Ignis in sinu non potest occultari. Cōeperūt iterum circūadiacencia irrigare. vnde statim Petrus praeicare cōepit, & tria milia conuertit. Secundū missus est in linguis igneis. Circa quod tria uidentia sunt. Primū quare coniunctim in linguis igneis. Secundū quare in igne potius, quam in alio elemento. Tertiū quare in lingua potius quā in alio mēbro. De primo sciendū quod triplici ratione apparuit linguis igneis. Primū: ut uerba ignea pferrent. Secundo, ut legē ignea praeicarent. s. legem amoris. De his duobus Ber. Venit spiritus sanctus in linguis igneis: ut linguis omnīū gentiū uerba ignea loquerentur: & legē ignea linguarū ignearū praeicarent. Tertiū, ut spiritus sanctus, qui ignis est, per eos loqui cognoscerēt, & hoc ne dissiderent, & ne aliorū conuersionē sibi attribuerent, & ut omnes eorum uerba tanquā Dei audirent. **F** De secundo sciendum quod missus est in specie ignis triplici ratione. Prima sumitur penes eius se triplicē gratiā. Spiritus enim ad modū ignis alta humilitatē per donū timoris: emollit dura per donū pietatis, illuminat obscura, per scientiam, restringit fluida

per consiliū, consolidat molliat per fortitudinem, clarificat metalla tollendo rubiginem: per donū intellectus, sursum tendit per donum sapientiē. Secunda sumitur penes eius dignitatem & excellentiam. Ignis enim excellit omnia elementa specie, ordine, & uirtute, specie, ratione pulchritudinis in luce: ordine, ratione sublimitatis in situatione: uirtute, ratione uigorositatis in actione. Sic & spiritus sanctus in his omnia excedit. Propter primum dicitur spiritus sanctus incoinquinatus: propter secundum, quia capiat omnes spiritus intelligibiles: propter tertium, habes omnem uirtutē, Sap. vij. Tertia sumitur penes eius multiplicem efficaciam. Hęc rationem assignat Rabanus sic dicens. Ignis quatuor habet naturas: urit, purgat, calefacit, & illuminat. Sic spiritus sanctus exurit peccata: purgat corda: teporem excutit: ignorantiam illustrat. hęc Rabanus. Exurit peccata. vnde zach. xiii. p. ignem uram eos sicut, urit argētum. Hoc etiā igne urit peccata propheta dicens. Ure renes meos. & c. Purgat corda. & c. Efa. iij. Si sanguinem Hierusalem lauerit, de medio eius in spiritu iudicij & spiritu aduersitatis. Teporem excutit. vnde dicitur de illis quos replet spiritus sanctus. Roma. xij. Spiritu seruentur & c. Grego. In igne apparuit spiritus sanctus: quia ab omni corde, quod replet teporem frigoris excutit: & hoc in desiderio seu eternitatis accendit. Ignorantes illustrat. Sap. ix. Sensum autem tuum quis sciet: nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritus sanctum tuum de altissimis. Et. j. Corin. ij. Nobis autem reuelauit Deus per spiritus sanctum. Quarta sumitur penes ipsius amoris naturam. Amor enim per ignem habet significari triplici ratione. Prima: quia ignis semp est in motu: sic & amor spiritus sancti quos replet, semp facit esse in motu bonarū operatiōis. vnde Greg. Nunquā est amor Dei ociosus: operatur enim magna, si est: si autem operari negligit, amor non est. Secundū: quia ignis inter cetera elementa est maximē formale, & modicum habet de materia & multum de forma: sic amor spiritus sancti quos replet facit modicum habere de amore terrenorum, & plurimum de amore celestium & spiritualium, ut iam non carnalia carnaliter: sed spiritualia spiritualiter potius diligant. Distinguit enim Ber. quatuor modos diligendi: scilicet diligere carnē carnaliter: spiritum carnaliter: carnē spiritualiter, & spiritum spiritualiter. Tertiū quia ignis habet alta inclinare, sursum tendere, fluida adunare & congregare. Per hęc tria intelligitur triplex vis amoris. Amor enim sicut habet ex uerbis Dionysij in libro de diuinis nominibus habet triplicē vim, scilicet inclinatiuā, eleuatū & coordinatiuam. Inclinatiuā: quia inclinat superiora inferioribus. Eleuatiuā: quia eleuat inferiora superioribus. Coordinatiuā: quia coordinat equalia coequalibus. Hęc Dionysius. Hanc enim triplicem vim amoris spiritus sanctus efficit in his quos replet: quia inclinat eos per humilitatem, & fugit contemptum: eleuat in desiderium supernorum: & coordinat inuicem per uniformitatem morum. De tertio sciendum quod apparuit potius in lingua quā in alio mēbro triplici ratione. Lingua enim est mēbrū igne gehēne inflammātū: difficile ad regendum, & uile benelectū. Quia ergo lingua igne infernali inflammata erat: ideo igne spiritus sancti indigebat. Iaco. iij. Lingua nostra

ignis

ignis est, & c. Quia difficile regitur: ideo prae ceteris membris gratia spiritus sancti indiget. Iaco. iij. Omnis natura bestiarum & c. Quia uilis ualde si bene regitur: ideo necesse fuit ut spiritus sanctus rectorum haberet la lingua etiam apparuit ad significandū, quod prae dicantibus ualde necessarius fuit. Prae dicantibus enim necessarius est: quia facit eos loqui seruentur absque trepidatione: & ideo missus est in specie ignis ignis: ut uerba ignea loquerentur: & legem igneam linguarū ignearū prae dicarent. Confidenter absque pusillitate. Act. iij. Repleti sunt omnes spiritus sancti: & cōeperunt loqui cum fiducia uerbum Dei & c. Multipliciter propter capacitatis auditorum diuersitatem & ideo dicitur Act. ij. quod cōeperunt loqui varijs linguis. Utiliter, ad edificatiōem & utilitatem. Efa. lxj. Spiritus domini super me eo quod ueniret me & c. Tertiū ipse lingue apparuerunt sedendo, ad significandū quod prae dicentibus necessarius erat. Prae dicentibus quoque in iudicio necessarius est: quia confert auctori tatem ad peccatum remittendum Iaco. xx. Accipite spiritum sanctum, quorum remisistis peccata, & c. Sapientiam ad iudicandum. Efa. xlij. Ponam spiritum meum super eum, iudicium gentibus proferet. Mansuetudinem, ad supportandum. Num. xj. Dabo ei de spiritu qui in te est: ut supportet onus populi recti. Spiritus Moyses erat spiritus mansuetudinis: ut patet Nu. xij. Erat Moyses mansuetissimus, & c. Ornatum sanctitatis, ad informandum. Iaco. xvj. Spiritus domini ornauit cōelos.

G Circa sextū in quos missus est, notandū quod missus est in discipulos, qui fuerunt receptacula munda, secundū quod de eis cantatur. Fuerūt enim receptacula munda & habilia ad susceptionē spiritus sancti propter septem quae fuerunt in eis. Ipsi enim primo fuerūt animo quieti: quod notatur in hoc, quod dicitur. Dum compleretur dies penthecostes. i. dies requietionis. Illud enim festum erat ad requiē deputatum. Efa. lxj. Super quē requiescet spiritus meus: nisi super humilē & c. Secundū dilectionē uenit, quod notatur in hoc quod dicitur. Erant omnes pariter. Erant in eis cor unū & anima una. Sicut enim spiritus hominis non uiuificat membra corporis, nisi sint unita: sic nec spiritus sanctus membra spiritualia. Et sicut ignis lignorum diuisione extinguitur: sic spiritus sanctus per discordiam in hominibus. Et ideo canatur de apostolis. Inuenit eos concordēs charitate & collustrauit eos inundans gratia dei tatis. Tertiū loco secreti quod notatur in hoc, quod dicitur in eodē loco. s. in cenaculo. Osee. ij. Ducā eā in solitudinē: & ibi loquar ad cor eius. Quarto oratione assidui, vnde permittitur. Erant perseverantes unanimiter in oratione: vnde cantamus de eis. Orantibus apostolis Deum uenisse nunciari. Quod enim oratio necessaria sit ad susceptionem spiritus sancti ostenditur Sapi. vij. Inuocauit, & uenit in me spiritus sapientiē. Item Iaco. xiiij. Rogabo patrem meum, & alium paraclerum dabit uobis. Quintū humilitate preediti quod notatur in hoc, quod dicitur. Sedentes psal. Qui emittit fontes in conuallibus. i. gratiam spiritus sancti in humilibus. Et super quem requiescet spiritus meus & c. Sexto pace coniuncti: quod notatur in hoc quod erat in Hierusalem que interpretatur uisio pacis. Quod autem ad recipiendum spiritum sanctum pax necessa-

ria sit, ostendit dominus Iaco. xx. vbi primo pacem obtulit, dicens. Pax uobis. Deinde statim insufflavit & dixit. Accipite spiritum sanctum. Septimo in contemplatione erecti quod notatur in hoc quod spiritus sanctus receperūt in superiori cenaculo, vnde dicit gl. ibidē. Qui spiritus sanctus desiderat: carnis domicilium mentis contemplatione transcendens calcet. H. Circa septimum, propter quod. s. missus est. Notandum quod missus est propter sex causas, quae notantur in hac autoritate. Paraclerum autem spiritus & c. Primo ad consolandum mestos: quod notatur, cum dicitur, paraclerum quod idē est quod consolator. Efa. lxj. Spiritus domini super me & c. Et sequitur ut ponerem consolationem lugentibus Sion. Gre. Consolator spiritus sanctus dicitur: quia de peccati perpetratione merentibus dū ipse ueniret preparat: ab afflictione tristitiā mentem leuat. Secundo ad uiuificandum mortuos: quod notatur, cū dicitur, spiritus, quia spiritus est qui uiuificat. Ezec. xxv. Ossa arida audite uerbum domini & c. Ecce ego immitam in uos spiritum, & uiuetis. Tertio ad sanctificandum immundos, quod notatur: cum dicitur, Sanctus, sicut enim dicitur spiritus, qui uiuificat ita factus qui sanctificat & mūdatur. vnde sanctus idē est quod mundus. psalm. Fluminis impetus. i. inundans & abūdās gratia spiritus sancti iustificat ciuitatē! Dei. i. ecclesiam Dei. Et per illud flumen sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Quarto ad confortandum amorem inter discipulos & odiosos: quod notatur, cum dicitur, pater. Pater enim dicitur eo quod naturaliter diligit nos. Iaco. xvj. Ipse enim pater amat uos. Si pater & nos filij eius, fratres adinuemus: & inter fratres perfecta amicitia perseverat. Quinto ad saluandum iustos: quod notatur in eo quod dicitur, in nomine meo quod est letus, & salus interpretatur. In nomine igitur Iesu. i. salutis pater milit spiritus: ut ostendat quod ad saluandas gentes uenit. Sexto ad docendum ignaros: quod notatur in eo, quod dicitur. Ille uos docebit omnia. Circa octauum notandum quod datus siue missus est in primitiua ecclesia primū per orationem. vnde orantibus apostolis & c. Luc. iij. Orante Iesu descendit spiritus sanctus & c. Secundū per uerbi Dei deuotam & attentam auditionem. Act. x. Adhuc loquēte Petro cecidit spiritus sanctus & c. Tertio per assiduum operationē: quod notatur in manuum impositione. Ac. viij. Tunc imponebant manus super illos & c. Vel impositio manuum significat absolutionem: quae fit in confessione.

De sanctis Gordiano & Epimacho.

GORDIANVS a geos, quod est dogma siue domus, & dyan, quod est clarum: quasi clara domus in qua habitabat Deus, sicut autem dicit Aug. in lib. de ciui. dei. Bona domus est paribus membris disposita ampla & lucida. Sicille sanctus fuit pariter dispositus per concordia imitationē: amplus per charitatem, lucidus per ueritatem. Epimachus ab epi, quod est supra, & machim, quod est rex, quasi supernus rex, vel ab epi. quod est supra: & machos, quod est pugna, quasi pro supernis pugnans.

GORDIANVS vicarius Iuliani imperatoris, cū quēdā Christianū nomine Ianuarium ad sacrificandū cōpelleret: ad prādicacionē tamen ipsius Ianuarii ad fidē cum vxore sua & .liij. viris conuersus est. Quod audiens Iulianus iussit Ianuariū in exiliū mitti Gordianum verō si sacrificare nollet, capite trūcari. Decollatus est igitur beatus Gordianus: & corpus ei⁹ ad canes per octo dies pietum est. Sed cū omnino remansisset intactū: tandē à familia sua rapitur, & cum beato Epimacho quem dudū prādictus Iulianus occidi fecerat: non longē ab vrbe miliario ferre vno, circa annum domini. cccx. sepelitur.

De sanctis Nereo & Achileo.

NEREVS interpretatur lucis cōsiliū. Vel nera à nēreth, quod est lucerna & us festinans. Vel Nereus quasi ne, id est nequaquā reus. Fuit ergo cōsiliū lucis in virginitate prādicacione: lucerna in honesta conuersatione: festinans in zeli seruire, Nereus, id est nequaquā reus in conscientie puritate. Achileus ab achi, quod est frater meus: & leſa quod est salus, quasi fratru salus. Horum passionem Euthices Victorinus & Macro alias maro serui Christi scripserunt.

LEGENDA LXX. A

NEREVS & Achileus eunuchi & cubicularij domicellæ neptis Domiciani imperatoris fuerunt. Quos beatus Petrus apostolus baptizauit. Cū ergo prādicta domicella Aureliano filio consulis nupta esset: & gēnis & purpureis vestibus tegetetur. Nereus & Achileus eidem fidem prādicauerunt, & virginitatem multipliciter cōmendauerunt, ostendentes virginitatem Deo esse proximam: angelis germanam: hominibus innatā: vxorem viro subijci: pugnis & calcibus cædi: deformes partus sapi⁹ procreari: rursus que vix matris pia monita sustinere poterat, oportere grādia conuicia pati; mariti. Illa autem inter cætera dixit. Scio patrem meum fuisse zelotipū & matrē meā ab eo conuicia plurimā passam esse: nūquid vir meus talis futurus est. Cui illi. Quoniam quādū sunt sponsi, videntur esse benigni: sed mariti effecti, crudeliter dominantur, & aliquādo ancillas præferunt dominabus. Omnis autem sanctitas amissa per pœnitentiam reuocari potest, sola autem virginitas ad suum statū reuocari non potest. Reatus enim per pœnitentiam expeili potest, virginitas reuocari non potest, vt ad statum priuincæ sanctitatis attingat. Tunc flauia domicella credidit, & virginitatē vouit, & à sancto clemente velata est. Quod spōsus eius audiens licentia à Domiciano impetrata virginem cum sanctis Nereo & Achileo in Pontianam insulam relegauit, putans se per hoc posse virginis propositum immutare. Post ali quod tempus cum ipse ad insulam perrexisset, & multis muneribus sanctos, vt virgini suaderent, induceret, ipsi hæc pœnitentia reuocant magis eam in domino confortabant. Quapropter cum ad sacrificia compellerentur, & dicerent se à beato apostolo baptiza-

tos nulla ratione posse idolis immolare, capite cæsi sunt circa annū domini. lxxx. Quorum corpora iuxta sepulcrum Petronillæ posita sunt. Alios etiam. s. Victorinum Euthicem & Maronem, quibus domicella adhebat, tanquā seruos tota die in suis prādijs laborare faciebat, & vespere cantabrum ad māducandū eis dabat, tandem Euthicem cædi iussit quousq; spiritum exalaret. Victorinum verō in aquis ferentibus suffocari. Maronē verō saxo ingēti opprimi iussit. Cū autem immanissimam petram quam vix. lxx. viii mo vere poterant super eum iactassent, ipse prādictum lapidem in humeros suos accepit & quasi leues paleas ad duo miliaria portauit, Et cū plurimi credidissent contularis eum occidi fecit. Post hoc Aurelianus domicellam de exilio reduxit, & duas virgines Eufrosinam & Theodoram colloctaneas eius, vt ei suaderēt. Quas tamen domicella ad fidem conuertit. Tunc Aurelianus cum sponsis prādictarum puellarum & tribus iaculatoribus ad domicellam venit, vt eius nuptias celebraret, & ipsa saltem violenter opprimeretur. Sed cum domicella prādictos duos iuuenes conuertisset. Aurelianus domicellam in thalamum intro duxit, & ibidem mimos canere fecit, & cæteros secum saltare iussit, volens eam postmodum violare. Sed cū deficerent mimi in canendo, & cæteri in saltando, ipse tamen per duos dies non cessauit quousq; in saltando deficiēs expirauit. Luxuri⁹ verō frater eius impetrata licentia omnes, qui crediderant, interfecit, & cubiculo vbi prādictæ virgines morabantur, ignem supposuit. Quæ orantes spiritum emiserunt. Quarum corpora sanctus Cæsius mane illa sa reperiens, sepeliuit.

De sancto Pancratio.

PANCRATIUS à pan, quod est totum, & gratus & cētus, quasi totus cito gratus, quia in sua pueritia gratus. Vel vt dicitur in glo. pācras dicitur rapina, pancratiarius flagellis subiectus, pancrus lapis, varij coloratus. Ipse enim rapuit prædam captiuorum fuit subiectus flagellis tormentorum, coloratus varietate virtutum.

LEGENDA LXXI. A

PANCRATIUS nobilissimis ortus parentibus dum apud Frigiam & patre & matre orbatus esset, sub cura Dionysij patru sui relictus est, Ambo ergo Romanam, vbi largum habebat patrimoniu, redierunt, in quorum vico Cornelius papa cum fidelibus latitabat. A quo quidem Cornelio cum prādictus Dionysius & Pancratius fidem Christi recepissent, & tandem Dionysius in pace moritur & Pancratius capitur, & Cæsari præsentatur. Erat autem Pancratius quass' annorum quatuordecim. Cui dixit Diocletianus Cæsar. Infantule suadeo tibi, ne mala morte moriaris, quia cū puer sis, facile decipieris, & quis nobilis | comprobaris, & charissimi mei filius extitisti. Rogo te vt recedas ab hac vesania, vt velut filiū meum te habeam. Cui Pancratius. Et si puer sum cor porē, cor tamen gero senile. Et virtute dñi nostri Iesu Ch ristij

Christi terror vester tantum apud nos est, quantum hæc pictura quam cernimus. Dij autem tui quos me hortaris collere, deceptores, & germanorum stuprator res fuerunt: qui etiam nec parentibus pepercunt: quod si hodie seruos tuos talia cognoceres facere: pro tinus occidi iuberis. Tales deos miror quomodo colere non erubescis. Augustus igitur putans se à puero victum, iussit eum in via Aureliana decollari circa annos domini. cclxxxvij. Cuius corpus Cocauilla senatrix diligenter sepeliuit. Ad eius sepulchrum, vt ait Greg. Turon. si quis falsum iurare voluerit: antequam ad cancellum chori perueniat: aut statim dæmone captus insanit: aut cadens in pavementum protinus vitam perdit. Lis non modica inter duos erat: & iudex eum minimē ignorabat, zelo igitur iustitię iudex ductus ambos ad altare sancti Petri deduxit & ibidem reum innocentiam suam quam prætendebat, iuramento expiare coegit, rogans apostolum, vt aliquo iudicio ostenderet veritatem. Cū autem ille iurasset, & nihil mali passus fuisset: iudex eius malitię conscius zelo accensus iustitię exclamauit. Senior iste Petrus aut nimis misericors est, aut minori defert. Eamus ad Pancratium iuuenem, & ab eo requiramus. Cū ergo venissent, & super tumulū reus iurare falsum presumpsisset: manum inde trahere non potuit: & ibidem post modum expirauit. Vnde vsque hodie à plerisque obseruatur: vt & super reliquias beati Pancratij pro arduis iuramentum fiat.

De festiuitatibus que occurrunt intra tempus peregrinationis.

DICTO de festiuitatibus que occurrerunt intra tempus reconciliationis, quod tempus representat ecclesia à pascha vsq; ad octauam penthe. sequitur videre de festiuitatibus, que eueniant iutra tempus peregrinationis: quod tempus representat ecclesia ab octaua penthe. vsque ad aduentum. Principium autem huius temporis non semper hic incipit, sed iuxta paschalem terminum variatur.

De sancto Urbano. A.

URBANVS ab vrbanitate dictus. Vel vrbanus ab vr, quod est lumē, vel lignis & banal responso. Fuit enim lumen per conuersationem honestā, ignis per charitatē succensam: responso per doctrinam, fuit lumen siue lux, quia lux est in aspectu amabilis, in essentia immaterialis, in situ caelestis, in actu perutilis. Sic ille sanctus fuit amabilis in conuersatione: immaterialis in mundi despectu, caelestis in contemplatione, vtilis in prædicatione.

LEGENDA LXXII. B.

URBANVS Calixto papæ successit, cuius tempore cū fuisset maxima persecutio in christianes, tandem, Alexander, cuius mater Hama christiana erat, quam origenes conu rterat, imperium sumpsit. Ipsa igitur filium precibus maternis induxit, vt à

persecutione christianorum cessaret. Veruntamen Ammachius vrbis præfectus, qui beatam Ceciliam decollauerat, in christianos crudeliter sæuiebat. Sanctum ergo vrbānū diligenter inquiri fecit: & in quodā antro procurante Carpassio quodam ministro cum tribus presbyteris & tribus diaconibus repertum in carcere mitti iussit. Post hoc coram se ipsum adduci præcepit: & quod quinque milia hominum cum sacrilega Cecilia & illi tribus viris Tyburio & Valeriano seduxerat, eidem obiecit, & thesauros Cecilie requisit. Cui vrbānus. Vt video plus te ad sciuendum in sanctos ducit cupiditas, quam cultus deorum. Thesauros Cecilie per manus pauperum cælos conscendit. Cū ergo sanctum Vrbānum cum focijs plumbatis caderent: & ipse nomen domini elyon, inuocaret: subridens præfectus ait. Sapiens vult iste senex videri, & deo nunc ignota loquitur. Cū autem superari non possent, iterum in carcerem recluduntur: vbi tres tribunos ad se venientes cum custode carceris Anolino sanctus Vrbānus baptizauit. Audito igitur quod Anolinus christianus factus esset præfecto sistitur: & sacrificare renuens decollatur. Sanctus autem Vrbānus cū focijs ad simulacrum ducitur: & thura imponere vrgetur. Tunc orante Vrbano simulacrum cecidit: & xxij. sacerdotes, qui ignem ministrabant, occidit: tunc grauissimē laniantur: & post hoc ad sacrificandum ducuntur, vt in ipsum ydolum expuentes frontes cruce munierunt: & inuicem dato pacis osculo capitalem sententiam acceperunt Alexandro qui cepit circa annū domini. cccx. Sed statim Carpassius à dæmone arripitur, & deos suos blasphemans & christianos iniurus magnificans à dæmone suffocatur. Quod eius vxor Armenia, videns cum filia sua Lucina & tota familia à sancto Fortunato presbytero baptisma suscepit: & post hoc sanctorum corpora honorificē sepeliuit.

De sancta Petronilla.

LEGENDA LXXIII. A.

PETRONILLA, cuius vitam sanctus Marcellus scripsit, fuit filia sancti Petri apostoli, quæ cum nimis speciosa esset, & ex voluntate patris febribus laboraret, discumbentibus apud eum discipulis, dixit ad eum Ti⁹, cū omnes à te sanentur infirmi, cur Petronillam iacere permittis. Cui Petrus quia sic ei expedit. Veruntamen ne puter impossibilitas sanitatis eius, meis sermonibus excusari, ait ad illam. Surge Petronilla velocius & ministra nobis. Quæ statim sanata surrexit, & eis ministravit. Completo autē ministerio dixit ei Petrus. Petronilla reddi ad lectum tuum. Quæ statim redijt, & vt prius febribus laborare cepit. At cum in dei amore cepit esse perfecta, eam perfecte sanauit. Comes igitur Flaccus ad eam venit: vt ipsam propter eius pulchritudinem accipiat in vxorem. Cui illa, respondit, Si me in vxorem desideras: iube ad me virgines venire, que me vsque ad doinum tuam debeant fociare. Quas cū ille pararet, Petronilla ieiunijs & orationibus insidere cepit, & corpus domini suscipiēs, ac in lecto se reclinaus,

post triduum ad dominum migravit. Flaccus delusum se videns ad Felicolum socium Petronille se conuertit: & ut aut sibi nuberet, aut idolis immolaret, precepit. Sed cum illa vtrumque renueret: prefectus septem diebus sine cibo & potu in carcere eam esse fecit: ac postmodum in eculo totam occidit: ac eius corpus in cloacam proiecit. Quam tamen sanctus Nicodemus eleuas sepeliuit. Vnde à Flacco comite Nicodemus accersitur & sacrificare renuens plumbatis seditur: & in Tyberim eius corpus projicitur: sed a Iusto eius clerico leuatur & honorifice sepelitur.

De sanctis Petro exorcista & Marcellino.

LEGENDA LXXIII. A

PETRVS exorcista dum ab Arthemio in carcere detineretur, & predicti Arthemij filia à demone vexaretur, & ob hoc à patre sapius plangeretur, dixit ei Petrus quod si in christum crederet: statim sanitatem filia eius reciperet. Cui Arthemius. Miror qua ratione dominus tuus filiam meam liberare poterit, qui te tanta patientem pro eo liberare non valet. Cui Petrus: Potens quidem est Deus meus eripere me, sed vult ut per passionem transitoriam perueniamus ad gloriam sempiternam. Cui Arthemius. Si me cathenas super te duplicante deus tuus te liberauerit, & filiam meam sanauerit: protinus in eum credam. Quod cum factum fuisset sanctus Petrus candidis vestibus indutus & tenens signum crucis eidem apparuit, & ille se eius pedibus prostravit: & filia eius sanata ipse cum tota domo sua baptismum suscepit, permisitque alijs in carceratis quod exirent liberi quicunque vellet fieri Christiani. Quibus multis alijs credentibus à beato Marcellino presbytero baptizatur. Quod audiens prefectus omnes in carceratis: ad se adduci precepit: quos Arthemius conuocans, & manus eorum desolans dixit: ut si quis vellet venire ad martirium veniret intrepidus, quod si quis nolet, abiret illisus. Cōperto autē iudex quod Marcellinus, & Petrus eos baptizassent, ipsos accersuit, & eos separatim in carcere reclusit. Marcellinus quidem nudus super vitrum fractum consternerit & ei lumē & aqua negat. Petrus verò in alio carcere altissimo & arctissimo cipo cōstringitur. Angelus autē domini Marcellinum induens & soluens ipsum cum Petro in domo Arthemij restituit: ut septem diebus populum cōfortarent, & postea se iudici præsenteret precepit. Cum ergo predictus iudex eos in carcere non inuenisset: accersit Arthemium & sacrificare nolentem in terra cum vxore sua obrui iussit. Quod sancti Marcellinus & Petrus audientes illuc venerunt, & in illa scripta septem diebus sanctus Marcellinus Christianis se protegentibus missam celebravit. Dixeruntque sancti ad incredulos. Ecce Arthemium potuissimus liberare, & nos abscondere: sed neutrum volumus facere. Tunc iurati gentiles Arthemium gladio necauerunt, matrem verò cum filia, lapidibus obruerunt. Marcellinum autem & Petrum ad siluam nigram que nunc candida propter eorum martirium vocatur, decollarunt tempore Diocletiani qui cepit anno domini. cclxxxvij. Quorum animas vestibus splendidis & gemmis indutas ab angelis in cœlum

deferri spiculator nomine Dorotheus vidit. Vnde & Christianus effectus postmodum in pace quieuit.

De sanctis Primo & Feliciano. A

PRIMVS quasi summus, & magnus. Felicianus quasi felix anus. i. felix senex. Ille enim dicitur summus siue magus dignitate, propter martyrij passionem, potestate, propter miraculorum operationem, sanctitate, propter vite perfectionem, felicitate, propter gloriosam fructuionem. Iste autem dicitur senex non tantum propter poris antiquitatem: sed etiam propter reuerentia dignitatem, propter sapientia: maturitatem, & propter morum grauitatem.

LEGENDA LXXV.

PRIMVS & Felicianus apud Diocletianum & Maximianum à templorum pontificibus accusantur, quod nisi eos sacrificare fecerint, nulla à dijs beneficia obtinere valebunt. Iussu igitur imperatorum in carcere recluduntur: sed ab angelo visitantur, & à vinculis quibus erant ligati, absoluntur, & liberi in carcere deambulantes dominum clara voce collaudant. Post modum iterum imperatoribus presentantur: Qui cum in fide firmi persisterent, crudeliter laniati ab iniuicem separantur. Dixitque preses Feliciano: ut suam senectutem i consuleret, & dijs immolaret. Cui Felicianus. Ecce iam octingente annos habeo & .xxx. anni sunt ex quo veritate agnovi, & elegi Deo viuere qui me potest de tuis manibus liberare. Tunc iussit preses eum ligari, & clauos in manibus & pedibus affigere eique dixit. Tandiu sic eris, donec, nobis consenseris. Qui dum lato vultu persisteret, eum ibidem torque ri iussit: & nihil penitus ministrare. Post hoc sanctum Primum adduci fecit, eique dixit. Ecce frater tuus imperatorum decretis consensit, & ob hoc magnus in palatio venerat, tu ergo similiter age. Cui ille. Licet diaboli filius sis: veritatem in parte dixisti: quia frater meus imperatoris celestis decreto consensit. Tunc iratus preses iussit facibus latera eius incendi, & plumbum bulliens in os eius infundi cernente Feliciano, ut sic terreri posset. Ipse autem plumbum tanquam frigidam aquam suauiter bibit. Tunc preses iratus duos leones ad eos mitti precepit. Qui statim ad pedes eorum se proiecerunt: & tanquam agni mansueti coram eis steterunt. Rursus vras crudeles dimittit, & cum leonibus mansuescunt. Aderant ad hoc spectaculum plusquam .xij. milia virorum, de quibus .cccc. viri domino crediderunt. Preses autem sanctos fecit decollari, & eorum corpora canibus & auibus projici. Sed tamē ab his illaesa à christianis honorifice fuit sepulta. Passi sunt autem circa annos domini. cclxxxvij.

De sancto Barnaba apostolo. A

BARNABAS interpretatur filius venientis, vel filius consolationis, aut filius prophetæ, aut filius concludens. Quatuor modis filiationis ipsius. Dicitur enim filius in scriptura ratione generationis, eruditionis, imita-

tionis: & adoptionis. Fuit enim à Christo regeneratus per baptismum eruditus per euangelium: ipsum imitatus per martirium: & ab ipso adoptatus per celeste premium. Et hoc quantum ad se. Quantum verò ad alios fuit adueniens, consolans, prophetans, & concludens. Adueniens discurrendo & predicando vbi que, quod patet, quia fuit socius Pauli. Consolans pauperes & desolatos: quibus ex parte apostolorum epistolas destinavit. Prophetans, quia prophetia spiritu claruit. Concludens, quia magnam multitudinem in fide conclusit, & adunavit, sicut patet cum missus fuit in antiochiam. De his quatuor. Act. xj. Erat vir .i. virilis quantum ad primum, bonus quantum ad secundum, plenus spiritu sancto quantum ad tertium, & fidelis quantum ad quartum. Eius passionem compilauit Ioannes, qui Marcus eius consobrinus, & maximè à visione ipsius Iohannis vsque ferè in finem. Quam Beda de greco in latinum creditur translulisse.

LEGENDA LXXVI. B.

BARNABAS leuites Cyprus genere vnus de .lxxij. discipulis domini ab historia actuum in multis extollitur & laudatur. Fuit namque optimè informatus & ordinatus, & hoc quantum ad se & quantum ad Deum: & quantum ad proximum. Quantum ad se ordinatus extitit secundum tres vires scilicet rationalem, concupiscibilem & irascibilem. Habuit namque rationalem illustratam lumine cognitionis. Vnde dicitur. Act. xij. Erant autem in ecclesia que est Antiochie prophete & doctores in quibus Barnabas & Simon & c. Secundò habuit concupiscibilem purgatam à puluere mundanæ affectionis. Vnde dicitur Act. iij. quod Ioseph qui cognominatus est Barnabas, cum haberet agrum vendidit illum, & pretium attulit & posuit ad pedes apostolorum. Vbi dicit glo. Destituendum probat quod tangere denit: & docet calcandum esse aurum, quod subdit gressibus apostolorum. Tertio habuit irascibilem roboratam magnitudine probitatis: & hoc vel viriliter aggrediendo ardua: vel perseueranter agendo fortia, vel constanter sustinendo aduersa. Viriliter aggrediendo ardua: sicut patet in hoc quod illam magnam ciuitatem Antiochiam ad conuertendum accepit: sicut patet etiam Act. ix. Quia cum post conuersionem Paulus Hierosolymam venisset: & discipulis se iungere vellet, & omnes eum tanquam lupum agni fugerent: Barnabas ipsum audacter apprehendit: & ad apostolos duxit perseueranter operando fortia: quia corpus suum maceravit, & ieiunijs afflixit. Vnde dicitur Act. xij. de Barnaba & de quibusdā alijs. Ministrantibus autem illis domino, & ieiunantibus & c. Constante sufferenda aduersa: sicut apostoli perhibent: ei testimonium dicentes. Cum charissimis nostris Barnaba & Paulo hominibus, qui tradiderunt animas suas pro nomine domini nostri Iesu christi. Secundò fuit ordinatus quantum ad Deum, referendo Dei autoritati, maiestati, & bonitati. Autoritati, quod patet ex hoc quod officium predicationis sibi non usurpauit: sed hoc ex autoritate Dei accipere voluit, sicut habetur Act. xij. Dixit spiritus sanctus. Segrega-

te mihi Barnabam & Paulum in opus ad quod assumpseris. Secundò Dei maiestati. Cum enim sicut habetur Act. xij. maiestatem diuinam sibi quidam vellent attribuire: & ei tanquam Deo hostias immolare: vocantes eum Iouem tanquam priorem, & Paulum Mercurium tanquam prudentem & eloquentem: continuo Barnabas & Paulus concessis tunicis clamauerunt. Viri quid facitis. Et nos mortales sumus similes vobis homines annunciantes vobis ab his vanis dijs conuerti ad Deum viuunt. Tertio Dei bonitati. Nam sicut habetur Act. xv. cum bonitatem gratia Dei de qua gratis & non ex lege sumus saluati, quidam conuersi de Iudeis arctare & diminuerent: afferentes hoc sine circumsione nequaquam sufficere: Paulus & Barnabas contra eos viriliter resisterunt: & solam bonitatem gratia Dei sine lege sufficere ostendunt. Insuper & questionem ad apostolos derulerunt: & contra illorum errorem apostolorum epistolas impetrauerunt.

C Tertio fuit optimè ordinatus quantum ad proximum: quia gregem suum pauit verbo, exemplo, & beneficio. Verbo: quia verbum Dei sollicite euangelizauit. vnde dicitur Act. xv. Paulus & Barnabas demorabantur Antiochie docentes & euangelizantes cum alijs pluribus verbum domini: Hoc etiam patet per illam maximam multitudinem quam Antiochie conuertit: adeo ut ibi vocarentur primo discipuli christiani. Secundò exemplo: quia vita sua fuit omnibus speculum sanctitatis & exemplar religionis. Fuit enim in omni suo opere virilis & strenuus: omnium morum bonitate conspicuus, omni gratia spiritus sancti plenus: & omni virtute & fide præclarus. De his quatuor habetur Act. xv. Miserunt Barnabam Antiochia Et sequitur. Hortabatur omnes proposito cordis permanere in domino: quia erat vir bonus plenus spiritu sancto & fide. Tertio beneficio: & hoc dupliciter. Est enim duplex beneficium siue elemosyna, scilicet temporalis quæ consistit in necessariorum subministratio: & spiritualis quæ consistit in offensa dimissione. Primam habuit Barnabas, quando elemosynam fratribus, qui etiam in Hierosolyma derulit. Nam sicut dicitur, Act. xj. Cum facta esset fames maxima sub Claudio secundum quod prophetauerat Agabus: discipuli prout quisque habebat, proposuerunt in ministerium mittere habitantibus in Iudæa fratribus. Quod & fecerunt mittentes ad seniores per manus Barnabam & Pauli. Secundam habuit: quia Iohanni qui cognominabatur Marcus: offensam dimisit. Cum enim prædictus discipulus Barnabam & Paulum reliquisset: redeunt tamen & penitentem Barnabas in dulsit, & iterum in discipulum assumpsit. Paulus autem ipsum iterum assumere in discipulum renuit, & ideo inter eos separatio facta fuit. Vterque enim ex pia causa & intentione fecit. Nam quod Barnabas ipsum assumpsit, hoc fecit ex dulcedine misericordiae, quod autem Paulus ipsum assumere noluit, hoc fecit ex feruoris rectitudine. Nam sicut ibidem dicit glossa. Act. xv. Quoniam in fronte acie se constituens nimis trepidus steterat merito ipsum Paulus abiicit, ne illius quasi contagione vires aliorum corrumpere rentur. Illa autem separatio non est facta ex commotione viri: sed ex instinctu spiritus sancti: ut scilicet

2 dinnicem separarentur, & pluribus prædicaret: sicut & postmodum factum est.

D Nam cum esset Barnabas in Iconio ciuitate: predicto Ioanni eius consobriuo vir quidam splendidus in visu apparuit, dicens. Ioannes constans esto, quia amodo non Ioannes sed excelsus vocaberis. Quod cum ille Barnabæ reuolisset, respondit ei. Caue diligenter ne cuiquam quod uisisti reueles. Nam & mihi similiter dominus hac nocte apparuit, dicens. Constas esto Barnaba, quia æterna præmia percipies: eo quod gentem tuam reliquisti: & animam tuam pro nomine meo tradidisti. Cum ergo Paulus & Barnabas diu in Antiochia prædicassent: angelus quoque domini Paulo apparuit, dicens. Festina venire Hierusalem, quia quidam fratres aduentum tuum præstolantur ibidem. Cum ergo Barnabas Cyprum uellet pergere, & parentes suos inuisere, Paulus autem Hierusalem properare uellet, sancto sic instigante spiritu ab inuicem discesserunt. Verum cum Paulus Barnabæ, quod sibi angelus dixerat, indicasset: respondit Barnabas. Fiat uoluntas domini. Nunc autem Cyprum uado, & ibidem vitam finiens te amplius non uidebo. Et cum sensus pedibus se humiliter uolueret: compatiens ei Paulus dixit. Noli flere: quia sic domini est uoluntas. Nam & mihi dominus in hac nocte apparuit, dicens. Ne prohibeas Barnabam ire Cyprum: quia multos ibidem illuminabit: & martyrium consummabit. Pergens igitur Barnabas Cyprum cum Ioanne: & euangelium sancti Matthæi secum detulit: & super infirmos ponens multos Dei uirtute sanauit. Cum autem de Cypro exisset, inuenit Elyman, magum quem Paulus lumine oculorum ad tempus priuauerat, qui eis restitit, & Paulum intrare prohibuit. Die igitur quadam uidit Barnabas homines & mulieres nudas currentes, & sua festa agentes. Unde indignatus templo maledixit & subito pars eius corruens multos oppressit. Tandem salaminam deuenit, & ibidem contra eum predictus magus seditionem non modicam excitauit. Comprehendentes igitur Iudæi Barnabam multis affectum iniurijs trahabant, & iudici ciuitatis puniendum trade re festinabant. Comperto autem quod Eusebius uir magnus & potens de genere Neronis illuc aduenisset, rimuerunt Iudæi ne ipsum de manibus eorum eriperet, & sic liberum abire permitteret. Ligantes igitur funem in collo eius extra portam eum traxerunt: & ibidem protinus combusserunt. Denique nec sic impij Iudæi satiati, ossa eius in quodam uase plumbeo recluserunt, in mare eadem precipitare uolentes. Ioannes autem discipulus eius cum duobus alijs de nocte consurgens ea rapuit, & in quadam cripta occultè sepeliuit. Quæ ibidem, ut ait Sigibertus usque ad tempora Zenonis imperatoris & Gelasij pape & usque ad annum domini. cccc. latuerunt. Sed tunc ipso reuelante reperta fuerunt. Beatus autem Dorothæus sic ait Barnabas in Roma Christum primū prædicauit episcopus Mediolanensis factus.

De sanctis Vito & Modesto.

A.

VITVS dicitur à vita distinguit autem Augustinus in libro de ciui. dei triplex genus vitæ, scilicet actiuum, quod pertinet ad uitam actiuam, ociosum, quod pertinet ad ocium spirituale, vitæ contemplatiuæ & ex utroque compositum. Et istud triplex genus vitæ fuit in eo. Vel vitus, quasi uirtus. i. uirtuosus. Modestus, quasi stans in medio, hoc est, medio uirtutis, quæ uirtutem enim uirtutem tamquam medium circumstant duo uitæ tanquæ extrema. Nam extrema prudentiæ sunt dolositas & fatuitas. Extrema temperantiæ desideriorum carnalium adimpletio & omnimoda sui affectio. Extrema fortitudinis pusillanimitas & temeritas. Extrema iustitiæ crudelitas & remissio.

LEGENDA LXXVII. B.

VITVS puer egregius & fidelis annorum duodecim in Sicilia martyrium passus est. Hic à patre crebro uerberatur, ex eo quod idola contemnebat, nec adorare uolebat. Quod audiens Valerianus præfectus puerum accersit: & sacrificare nolentem fustibus cedi iussit, Brachia autem uerberantium & manus præfecti aruerunt. Clamauitque præfectus. Ve mihi, quia manum amisit. Cui uirtus. Accedat dii tui & resanent, si possunt. Cui ille. Nunquid & tu facere uales hoc? Cui uirtus. In nomine Dei mei ualeo, statimque pro eo orauit & sanitatē sibi obtinuit. Dixitque præfectus patri. Corrige filium tuum ne malè percat. Tunc eum in domum ducens diuersis musicorum generibus & puellarum lusibus aliarumque deliciarum generibus immutare animum pueri satagebat. Cum autem eum in thelamum inclusisset: mirabilis odoris fragrantia inde exiit, quæ patrem & totam familiam nimio odore perfudit: aspicientque pater per hostium: uidit septem angelos circa infantem stantes, dixitque. Dij uenerunt in domum meam. Statimque cæcatus est. Ad cuius clamorem tota ciuitas Lucana commota est: ita ut Valerianus accurreret: & quid sibi accidisset interrogauit. Cui ille. Deos uidi ignecos, & uultum eorum ferre non potui. Ad templum igitur Iouis deducitur: & pro recuperatione luminis taurum cum cornibus lauris pollicetur. Sed cum nihil proficeret: filium pro sanatione sua rogauit: & lumen suis præcibus recuperauit. Cum autem nec sic crederet: sed potius filium occidere cogitaret: angelus domini, Modesto pedagogo eius apparuit: & uenauem conscendens puerum ad aliam terram deducere, imperauit. Quod cum fecisset aquila eis ibidem cibum afferebat. Et multa ibi mirabilia faciebant. Interea filius Diocletiani imperatoris à dæmone arripitur, & nisi Vitus Lucanus ueniat se nunquam exire fatetur. Vitus queritur & inuentus ad imperatorem ducitur. Cui Diocletianus. Puer puerum meum sanare uales. Cui ille. Non ego, sed dominus. Statimque super eum manus imposuit: & protinus ab eo dæmon aufugit. Et ait Diocletianus. Puer consule tibi, & dijs sacrificata, ne mala mor-

64

te intereas. Quod cum ille recusaret: & in carcere cum Modesto missus fuisset: subito ferri moles quæ eis erat imposita cæcidit: & carcer immenso lumine corruscavit. Quod cum imperatori nunciatum fuisset: eductus in clibanum ardentem mittitur: sed tamen illæsus egreditur. Tunc Leo terribilis ad eum deuorandum mittitur: sed tamen ab eo fidei uirtute placatur. Tandem ipse cum Modesto & Crescentia nutrice suæ quæ semper eum secuta fuerat, in euleum suspendi iubetur: sed subito aër perturbatur: terra concutitur: tonitrua mugiunt: idolorum templa corruunt, multos occidunt. Imperator autem territus fugiens pugnis se percutiebat, dicens. Ve mihi quia ab uno puero victus sum. Illi autem ab angelo continuo soluti iuxta quoddam flumen se inuenerunt, & ibidem pautescentes & orantes animas domino reddiderunt. Quorum corpora ab aquilis custodita Florentia illustris matrona sancto Vito reuelante reperit, & ea accipiens honorificè sepeliuit. Passi sunt autem sub Diocletiano, qui cœpit circa annos domini, cclxxxvij.

De sanctis Quirico & Iulita.

QUIRICOVS quærens arcum. Vel à chisil. quod est fortitudo, & cus, niger, vel à quiris quod est hasta, vel à quiriles, quod dicitur sedile. Ipse enim fuit arcus. i. curus in sui humilitate, fortis in tormentorum passione, niger in sui despectione, hasta in inimici debellatione, Dei sedile ex Dei habitatione. Hæc enim in eo gratia suppleuit, quæ aras negauit. Iulita iuauens uita, quia uita spiritali uixit & per hanc multis profuit.

LEGENDA LXXVIII. A.

QUIRICOVS fuit filius Iulitæ illustris matronæ yconij quæ persecutionem declinare uolens in tarsum Ciliciæ cum puero suo Quirico, qui erat trium annorum uenit. Sed tamen Alexandro præfidi præsentatur in uulnis suis puerum gestans. Quod duæ famulæ suæ uidentes, fugerunt & eam protinus reliquerunt. Præses igitur puerum in uulnis suis suscepit, & matrem sacrificare nolentem crudis neruis flagellari præcepit. Puer autem matrem flagellari conspiciens, amare flebat, & lamentabiles uoces dabat. At præses puerum. Quiricum in uenas & super genua ponens eum oculis & alijs blanditijs demulcebat. Infans autem ad matrem indignatione aertens uultum eius uulgulis lanabat, & matri consonas uoces dabat, quasi diceret. Et ego christianus sum. Tandem diu reluctans præfidi in scapulis momordit. Tunc præses indignatus dolore cruciatu puerum ab alto per gradus præcipitavit, ita ut tribunal tenellum cerebrum adhereret. Iulita uero filium ad regnum præcessisse uidentem læta gratias Deo reddidit. Tunc Iulita iussa est excoriari, & bullenti pice perfundi. & demum capite truncari. In quadam autem legenda inuenitur Quiricus tyrannum bladiantem equè ut minantem paruipens christianum se esse confitebatur secundum quidē tempus & linguis infantulus, sed in eo loquebatur spiritus

sanctus, quem cum præses interrogaret quis eum docuisset, ait. Tuam o præses miror insipientiam, qui meam tantillam cernens ætatem, nec dum temporis circulo triennem percunctaris, quis me docuerit diuinam sapientiam. Qui cum crederetur clamabat. Christianus sum. Et quoties hoc clamabat, toties vires inter tormenta recipiebat. Præses autem matrem cum puero membratim scindi fecit, & eorum membra, ne à christianis sepelirentur, dispergi madauit, sed tamen ab angelo sunt collecta, & nocte à christianis sepulta. Horum corpora tempore Constantini magni, cum pax esset reddita ecclesiæ ab uña de ancillis qui adhuc supererat, reuelantur. & in deuotione magna ab omni populo habentur. Passi autem sunt circa annos domini, ccxx. sub Alexandro imperatore.

De sancta Marina.

LEGENDA LXXIX. A.

MARINA uirgo unica erat patri suo cum autem pater quoddam monasterium intrasset, mutauit habitum filia suæ ut non femina, sed masculus uideretur, rogauitque abbatem & fratres, ut filium suum unicum recipere. Quibus eius præcibus annuentibus in monachum est receptus, & frater Marinus ab omnibus est appellatus. Cœpit autem ualde religiosè uiuere, & ualde obediens esse. Cum autem esset viginti septem annorum, & pater eius se morti appropinquare sentiret, filiam suam uocauit, & ipsam in bono proposito confirmans præcepit, ne aliquando alicui reuelaret, quod mulier esset. Ibat igitur frequenter cum plastro & bobus & ligna monasterio deferrebat. Cōsulerat autem hospitari in domo cuiusdam uiri, cuius filia quam de quodam milite concepisset interrogata Marinum monachum se uoluisse asseruit. Interrogatus autem Marinus, cur tantum flagitium perpetrasset: se peccasse fatetur: & ueniam præcat. Statim de monasterio eiectus ad ostium monasterij mansit tribus annis, ibidem permanens bucella panis sustetabatur. Post modum filius ablatatur: abbati mittitur: & Marino educandus traditur: & ibidem cum eo per duos annos commoratur. Omnia autem cum maxima patientia recipiebat: & in omnibus gratias Deo referebat. Tandem eius humilitatis & patientiæ fratres miseri tibi in monasterium recipiunt: & queque officia uiliora sibi intingunt. Ipsa autem omnia hilariter suscipiebat: & cuncta patienter & deuotè agebat. Tandem in bonis operibus uitam ducens migravit ad dominum. Cum autem corpus eius lauaretur: & in uili loco sepelire disponerent: respiciens ipsum mulierem esse uiderunt. Stupefacti sunt omnes & perterriti se in Dei famulam plurimum deliquisse fateantur. Currunt omnes ad tam grande spectaculum & ueniam postulant ignorantia & delicti. Corpus igitur eius in ecclesia honorificè posuerunt. Illa autem quæ famulam Dei infamauerat à dæmone arripitur: & scelus suum confitens, & ad sepulcrum uirginis ueniens liberatur. Ad cuius tumulum populi undique confluunt, & multa miracula ibi fiunt. Obijt autem. xiiij. kalen. Iulij.

De natiuitate sancti Ioannis baptiste.

IOANNES baptista multipliciter nominatur. Dicitur enim propheta: amicus sponsi: lucerna, angelus, vox, Helyas: baptista saluator: is: præco iudicis: & precursor regis, in propheta designatur, prærogatiua cognitionis. In amico sponsi, prærogatiua dilectionis. In lucerna ardenti, prærogatiua sanctitatis. In angelo prærogatiua virginis. In voce, prærogatiua humilitatis. In helia, prærogatiua feruoris. In baptista, prærogatiua mirabilis honoris. In preconio, prærogatiua prædicationis. In precursore, prærogatiua preparationis.

LEGENDA LXXX. A.

IOANNIS baptiste natiuitatis ab archangelo Gabrielæ hoc modo annunciata fuit. Daud enim rex, sicut habetur in historia scholastica, volens culcum Dei ampliare viginti quatuor summos sacerdotes instituit, quorum tamen vnus maior erat, scilicet princeps sacerdotum dicebatur. Statuit autem. xv. viros de Eleasar. & vii. de Itamar, & secundum fortes dedit vnicuique hebdomadam vicis suæ. Abias autem octauam hebdomadam habuit, de cuius genere Zacharias fuit. Erant autem Zacharias & vxor eius senes & absque liberis. Cum ergo Zacharias templum domini, vt incensum poneret ingressus fuisset, & multitudo populi de foris expectaret, apparuit ei Gabriel archangelus. Cum autem Zacharias in eius visione timeret, ait angelus. Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est oratio tua. Proprium est enim bonorum angelorum, secundum quod dicit glo. ex sua visione terribus benigna exhortatione protinus consolari. Contra, mali angeli se in lucis angelos transfigurantes, si nos ex suis præsentia & terris senserint, ampliori eos horrore concutiunt. Annunciat igitur Gabriel Zachariæ se filium habiturum, cuius nomen Ioannes esset, qui vinum & ficeram non biberet, & ante dominum in spiritu & virtute Helia præcederet. Ioannes vocatur Helias ratione ista: quia ambo in deserto. Ratione victus: quia ambo victi parci. Ratione cultus, quia ambo vestitu inculci. Ratione officij, quia ambo precursores, sed ille precursor iudicis, iste saluatoris. Ratione zeli, quia vtriusque verbum quasi facula ardebat. Zacharias autem considerans suis senectutem, & vxoris sterilitatem dubitare cœpit: & more Iudeorum signum ab angelo requisit. Angelus autem pro eo quod verbis suis non credidit: ipsum taciturnitatis, plagam percussit. B. Notandum autem quod dubitatio cōsuevit fieri & excusari aliquando propter promissorum magnitudinem: sicut legitur de Abraã. Cum enim dominus sibi promississet quod semen suum terrã chanã possideret, dixit ad eum Abram. Domine Deus vnde scire possim quod possessurus sum eam. Et respondens dominus. Sume inquit tibi vaccam triennem &c. Aliquando propter fragilitatis propriæ considerationem sicut patet in Gedeone, qui ait. Obscuro mihi domine in quo liberabo Israel. Ecce familia mea infima est in manasse, & ego minimus in domo patris mei. Er ex hoc lignum petijt & accepit. Aliquando propter na-

turæ impossibilitatem: sicut patet in Sara. Dum dixisset dominus: reuertens veniam ad te, & habebit Sara filium: risit Sara post hostium, dicens. Postquam con senui, & dominus meus vetulus est &c. Quid est ergo quod solus Zacharias ex eo quod dubitauit, plagam incurrit: cum ibi esset & magnitudo promissionis & consideratio propriæ fragilitatis, quia talem filium se habiturum indignum reputabat, & impossibilitas naturalis. Hoc multiplici de causa factum fuisse putatur. Primò secundum Bedam, quoniam discedendo locutus est, & idco silentio plectitur, vt tacendo credere discat. Secundò, quoniam ideo murus effectus est, vt maius miraculum in natiuitate filij appareret. Cum enim in natiuitate Ioannis patri loquella redditur, miraculum miraculo cumulatur. Tertio, quia congruum fuit vt vocem amitteret, quando vox nascebatur, & legi silentium imponebatur. Quarto, quoniam ipse à domino signum petijt, & ipsam taciturnitatem in signum accepit. Cum autem Zacharias foras ad populum exiisset: & eum factum mutum viderent, cognouerunt ipso, inueniente quod visionem vidisset in templo. Completa autem septimana officij sui abiit in domum suam, & concepit Elizabeth, & mensibus quinque se iocundauit, quia sicut ibi dicit Ambro. partus sui erubescerebat: atatem, ne in senectute vacasse libidini videretur, & tamen gaudebat sterilitatis carere opprobrio, quia opprobrium est mulieribus non habere præmium nuptiarum, propter quod nuptiæ celebrantur, & carnalis coitus excusatur. Mense autem sexto beata Maria quæ iam dominum conceperat congratulans virgo fecunda ablatæ sterilitati & compatiens senectuti venit ad Elizabeth. Et cum eam saluasset beatus Ioannes iam spiritu sancto repletus sensit filium Dei venire ad se, & præ gaudio in matris vtero exultauit, & tripudiauit, & motu salutauit, quem voce non potuit. Exultauit enim quasi gestiens salutare, & domino suo assurgere. Manuit ergo virgo beata cum cognata sua tribus mensibus ministrans ei, natumque puerum suis sanctis manibus de terra leuauit, vt habetur in historia scholastica: & quasi morem gerulæ officiosissime peregit.

C. Hic domini precursor beatus nouem specialiter & singulariter priuilegijs claruit. Nam idem angelus qui dominum annunciauit, ipsum annunciauit. In vtero matris exultat. Mater domini ipsum à terra leuat. Linguam patris referat. Baptisum primus ordinat. Christum indice demonstrat. Christum manibus suis baptizat. Ipsum præ omnibus laudat christus. In limbo positus Christum venturum prenuunciat. Propter hæc. ix. priuilegia vocatur ab ipso domino propheta, & plusquam propheta. Christo. etiam quæredicatur plusquam propheta: sic ait. Propheta est beneficium prophetiæ à Deo accipere: nunquid propheta est beneficium baptismatis Deo dare. Propheta est, vt ipse de Deo propheter. Nunquid propheta est, vt Deus de illo propheter? Omnes prophetae prophetauerunt de christo: de illis autem prophetarum non est. Ipse autem non solum prophetauit de christo: sed etiam alij prophetae prophetauerunt de illo. Omnes portitores verbi fuerunt: ista autem ipsa vox. Quantum autem vox proximior verbo non tamen verbis tantum Ioannes propinquior christo non tamē christus

secundum Ambro. Laus Ioannis ex quinque; colligitur vel comprehenditur: scilicet ex parentibus: ex miraculis: ex moribus: ex munere: & ex prædicatione. Laus autem parentum secundum Ambro. ex quinque; manifestatur. Ait enim sic. Plena laudatio est. quæ genus in moribus: mores in æquitate: officium in sacerdotio: factum in mandatis: & iudicium in iustificationibus comprehendit. Secundò ex miraculis, quorum quædam fuerunt ante eius conceptionem in vtero, scilicet angelica annunciatio: nominis impostio: & loquella patris amissio. Quædam quæram ad eius conceptionem in vtero. scilicet supernaturalis, conceptio eius in vtero sanctificatio, & prophetalis doni repletio. Quædam quantum ad eius natiuitatem ex vtero, scilicet vtriusque parentis spiritus prophetalis adeptio: quia & mater nomen sciuit, & pater canticum addidit. Loquella patris referatio: & spiritus sancti repletio. Vnde & Zacharias pater eius repletus est spiritu sancto &c. Ambro. Respicite Ioannem quanta vis sit in eius vocabulo, cuius nuncupatio reddidit mutum vocem: patri prolem, & populo sacerdotem. Prius enim erat tacens lingua, sterilis filio, priuarius officio. At vbi Ioannes nascitur, sic repete pater propheta, loquella vsu recipit, prolem à spiritu sancto suscepit, sacerdotem functio recognoscit. Tertio ex moribus, quia sanctissima vitæ fuit. De cuius sanctitate vitæ dicit Chryso. Conuersatio Ioannis omnium vitam culpabilem faciebat apparere. Quædam modum enim si videres albam vestem, dicit satis candida vestis: si verò posueris eam iuxta niuem, incipit tibi sordida apparere: & si verò sordida non est. Sic quantum ad comparationem Ioannis omnis homo videbatur immundus.

D. Cuius quidem sanctitas triplex habuit testimonium. Primò à super celestibus, id est ab ipsa trinitate. Et primo à patre, qui vocat eum angelum. Malach. iij. Ecce mitto angelum meum &c. Angelus autem nomen est officij non naturæ, & ideo dicitur angelus ratione officij ex eo quod omnium angelorum officium exercuisse videtur. Habuit enim officium Seraphin. Interpretatur enim seraphin ardens, quia illi non ardentes faciunt, & in Dei amore plus ardent. Et de Ioanne dicitur in ecclesia. Surrexit Helias quasi ignis &c. Ipse enim venit in spiritu & virtute Helia. Secundo habuit officium Cherubin. Cherubin enim interpretatur plenitudo scientiæ, & Ioannes dicitur lucifer. Iob. xxxv. iij. ex eo quod fuit terminus noctis ignorantia, & initium lucis gratiæ. Tertio habuit officium thronorum quorum officium est iudicare. Et de Ioanne dicitur quod arguebat Herodem, dicens. Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Quarto, habuit officium dominationum quæ docent nos erga subditos dominium gerere, & Ioannes erga subditos habebatur in amore, erga reges in timore. Quinto, officium principatum: qui docens nos superiores reuereri. Et Ioannes de se dicebat. Qui de terra est, de terra loquitur. De Christo autem, qui de celo venit, super omnes est. Item. Cuius non sum dignus soluere corrigiam calciamenti eius. Sexto, officium potestatum, per quas potestates aereæ vel contrariæ arcentur, quæ non potuerunt nocere sibi iam sanctificato. A nobis etiã arcebat, cum ad baptismum penitentiæ nos disponebat. Septimo, officium virtutum per quas fiunt miracula, & beatus Io-

nes multa miracula in se ipso ostendit. Magna enim miracula mel siluestre & locustas ædere: pilis camelorum induere: & huiusmodi. Octauo, officium archangelorum: quando reuelabat maiora: sicut ea quæ spectant ad nostram redemptionem, cum dicebat. Ecce agnus dei &c. Nono, officium angelorum: quando annunciabat minora: sicut ea quæ spectant ad mores, vt illud. Penitentiam agite &c. Item: neminem concutiat &c. Secundò habuit testimonium à filio: sicut patet Matt. xj. vbi eum Christus multipliciter, & mirabiliter commendat dicens inter cætera. Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne baptista. Petrus Damiani. Ab illo verbo Ioannes sunt deprompta præconia: per quod fundata est arida, & mouentur sidera: & sunt condita elementa. Tertio à spiritu sancto, cum per patrem suum dixit. Tu puer propheta altissimi vocaberis &c. Secundo à celestibus id est, ab angelis: sicut patet Luce. i. vbi eum angelus multipliciter commendabat, ostendens quantæ sit dignitatis quod ad eum, cum dicit. Erit enim magnus coram domino. Quarta sanctitatis, quo ad seipsum, cum subdit. Vinum & ficeram non bibet: & spiritu sancto repletur ex vtero matris. Quantæ utilitatis quod ad proximum: cum dicit. Et multos filiorum Israel conuertet &c. Tertio à sub celestibus. i. ab hominibus: sicut à patre suo & vicinis: cum dicebant. Quis putas puer iste erit, &c.

E. Quarto comprehenditur laus Ioannis ex munere: habuit enim munus in statu, in vtero, in egressu ex vtero: in mundi progressu: & in mundi egressu. In vtero habuit triplex mirabile munus gratiæ. Primè gratiam qua in vtero sanctificatus fuit. Vnde fuit ante sanctus quam natus. Hier. j. Priusquam te formarem in vtero noui te, & antequam exires de ventre sanctificauit te. Secundò gratiam qua prophetae meruit: sicut quando in vtero matris exultans deum ad se cognouit: vnde Chryso. volens ostendere qualiter fuerit plusquam propheta dixit. Propheta est pro merito conuersationis, & fidei prophetiam accipere. Nunquid prophetae fuit prius fieret propheta quam homo. Et quia consuetudo erat, vt prophetae inungerentur, tunc quando beata virgo Elizabeth salutauit, Christus Ioannem in vtero in prophetam inunxit, secundum quod dicit Chryso. in hæc verba. Ideo Christus fecit Mariam salutare Elizabeth, vt sermo processens de vtero matris vbi habitat dominus, & per aures Elizabeth ingressus descenderet ad Ioannem, vt illic eum vngeret in prophetam. Tertio gratiam, qua suis meritis matri prophetae spiritum tradidit. Vnde Chryso. volens ostendere qualiter fuit plusquam propheta, ait. Quis prophetarum cum esset propheta prophetam facere potuit? Helias quidē vnxit Heliem in prophetam, non tamē prophetam diuinitus cõtulit. Ille autē in vtero matris existens diuini introitus scientiæ matri donauit, & os illius in verbo confessionis aperuit, vt cuius non videbat personam, cognosceret dignitatem, dicens, vnde hoc mihi vt mater dominicæ veniat ad me. In egressu ex vtero habuit triplex munus gratiæ, quoniam ortus eius fuit miraculosus: sanctus: & iucundus. Quia miraculosus, excluditur defectus impotentia, quia sanctus, reatus culpa, quia iucundus, lamentum misericordie. Celebratur autem ortus eius sive natiuitas secundum

magistrum Gulielmū Altsidoren. triplici ratiōe. Primo ratione sanctificationis in vtero. Secundo ratiōe dignitatis in officio. Ipse enim tanquā lucifer venit, & æternum gaudium nobis primus nunciavit. Tertiō ratiōe iucunditatis in ortu suo. Dixerat enim angelus. Et multi in natiuitate eius gaudebunt. & ideo dignū est, vt & nos in natiuitate eius gaudeamus. In p̄gressu habuit similiter multiplex munus. In hoc autē patet eius excellentissima munera gratiæ: quoniam habuit professionem omnium sanctorum. Nam p̄pheta fuit, quando dixit. Qui post me venturus est & c. Plusquā propheta, quando Christū digito, demonstrauit. Apostolus à deo missus fuit. apostolus enim idem est q̄ missus: vnde. Fuit homo missus à Deo, & c. Martyr: quia pro iustitia mortem sustinuit. Cōfessor, quia confessus est, & non negauit. virgo. Vnde & propter ipsius virginitatem angelus est appellatus. Malach. ij. Ecce ego mitto angelum meum & c. In egressu de mundo habuit triplex munus, quia efficitur martyr inuisus. Tunc enim palmam martyrij adeptus est. Dirigitur nuncius preciosus. Ipse enim tunc illis, qui erant in limbo precioso nuncium attulit, scilicet de aduentu Christi & redemptione ipsorum. Et colitur exitus gloriosus. Eius enim exitus de omnibus qui ad limbum descenderunt, specialiter ab ecclesia solēnizatur & gloriose colitur.

F Quinto ex p̄dicatione. Circa cuius p̄dicationem angelus quatuor ponit. Cū dicit. Et multos filiorum Israel conuertet ad dominum Deum ipsorum: & ipse p̄cedet & c. scilicet fructum, ordinem, virtutem, & finem sicut, patet in litera. Et notādum quod p̄dicatione Ioannis tripliciter fuit commendabilis. Ipse namq; p̄dicauit feruenter, efficaciter & prudēter. Feruenter cum dicebat. Genimina viperarum & c. Qui quidem feruor fuit inflammatus charitate: quia erat lucerna ardens, vnde dicit in persona ipsius Hie. Pofuit os meum quasi gladium acutum. Informatus veritate, quia erat lucerna lauens. vnde Io. v. Vos misistis ad Ioannem, & illæ perhibuit testimonium veritati. Directus discretione sine scientia, vnde turbis & publicanis & militibus secundum vniuersum; exigentiam propriam legem dedit. Firmus constantia. vnde & tam constanter p̄dicauit quod ex hoc vitam amisit. Hæc enim quatuor debet habere zelus secundum quod dicit Ber. zelum tum inflammem charitatis: informet veritas: regat scientia, & firmet constantia. Secundo efficaciter: quoniam ad p̄dicationem eius multi conuersi sunt. P̄dicauit enim verbo per assiduitatē doctrinæ & exemplo sanctitatem vitæ p̄dicauit & conuertit meritis & orationibus deuotis. Tertiō prudenter. Cuius prudentia p̄dicationis in tribus fuit. Primo in eo quod vsus fuit comminationibus: vt malos terret dicens. Iam enim securis ad radicem arboris posita est. Secūdo promissionibus vt bonos alliceret, dicens. Pœnitentiam agite appropinquabit enim regnum cœlorum. Tertiō moderationibus. vt medicos paulatim ad perfectionem attraheret. Vnde turbis & publicanis & militibus leuia imponebat: vt postmodū ad maiora proueherentur: turbis vt operibus misericordiæ insisterent. publicanis vt se ab alienorum appetitu abstinere, militibus vt neminem concuterent, nulli calumniam face-

rent & suis stipendijs contenti essent.

G Et notandum quod sanctus Ioannes euangelista hac die migravit ad dominum: sed ecclesia ipsius festum in tertium diem post Christi natiuitatem celebrandum instituit, quia tunc eius ecclesia dedicata fuit. Et solēnitas natiuitatibus beati Ioannis baptistæ in suo die remansit, nimirum, quia hæc dies ab angelo gaudio natiuitatis p̄curatoris autēticatus fuit. Non autem dogmatizandū est quod euangelista baptistæ cesserit, tanquam minor maiori. Non enim deus est quis eorum maior sit disputare. Quod etiā quodam exemplo diuinitus est ostensum. Erant enim vt legitur duo doctores theologici, quorum vnus Ioannem baptistam, alter vero Ioannem euangelistam p̄ferebat. Tandem super hoc solēni disputatione indicta quilibet valde sollicitus erat autoritates & efficaces rationes inuenire, quibus suum Ioannem posse p̄ferre. Adueniente autem disputationis die quilibet sanctorum emulatores suo apparuit, eique dixit. Bene cōcordes sumus in cœlis, de nobis nō disputetis in terris. Tunc illi sibi adiuuicem & omni populo visionem publicauerunt, & dominum benedixerunt. Paulus historiographus Longobardorum, Romanæ ecclesiæ diaconus & Calsinensis monachus cū deberet quadam vice cereum consecrare: fauces eius rauce factæ sunt, cū prius vocalis esset, vt ergo vos sibi restitueretur hymnum. s. Vt queat laxis & c. ad honorem beati Ioannis composuit. Vbi in principio petit, sibi vocem restitui, sicut & Zachariæ restituta fuit. Ossa mortuorum animalium vndeunque collecta in hac die ab aliquibus comburantur. Cuius duplex est causa vt ait Ioannes Peleth. Vna est ex antiquæ institutionis obseruantia. Sunt enim quadam animalia quæ dracones vocantur, quæ in aëre volant: in aquis natant in terra ambulant. Quædoque autem dum per aëra ambularent, ad libidinem concitabantur: & in puteis & aquis fluuiatilibus sperma iactabant: & inde sequebatur latalis annus. Contra hæc ergo istud inuentum fuit remedium: vt de ossibus animalium rogos fieret, & sic talia animalia fumus fugaret. Et quia istud maxime hoc tempore fiebat, ideo istud adhuc ab aliquibus obseruatur. Alia causa est ad representandum: quia ossa sancti Ioannis in Sebastæ ciuitate ab infidelibus combusta fuerunt. Feruntur etiam faculæ ardentes: quia Ioannes fuit lucerna ardens & lucens. Et rota vertitur: quia sol tunc in circulo descendit ad significandum quod fama Ioannis qui Christus putabatur, descendit secundum quod ipse testimonium perhibuit, dicens. Me oportet minui: illum autem crescere. Hoc significatum est secundum quod dicit Aug. in eorum ortibus. & in eorum mortibus. In eorum ortibus: quia circa natiuitatem Ioannis incipiūt decretere: circa natiuitatem Christi crescere iuxta illud Solstitium decimo. Christum p̄xit atque Ioannem. Item in eorum mortibus: quia corpus Christi in cruce fuit exaltatum: corpus Ioannis capite minoratum. Refert Paulus in historia Longobardorum, quod Rocharith rex Longobardorum iuxta ecclesiam. Ioannis baptistæ cum multo ornatu sepultus fuit. Quidā verō cupiditate illectus nō esse sepulchrum aperies abstulit vniuersa. Cui beatus Ioannes apparens dixit. Cur ausus fuisti tangere mihi

commissum: ecclesiam meam decetero ingredi non valebis. Quod vtiq; sic euenit. Nam quando eunq; predictam ecclesiam intrare volebat: quasi a validis impugille guttur eius feriebatur: & sic subito retro ruebat.

De sanctis Geruasio & Prothasio.

GERVASIUS à gerar, quod est sacrū, & vas: vel à gena, quod est incolatus & sior paruulus: quasi facer per vite meritū. vas vt per virtutum receptaculum, peregrinus per mundi contemptum. paruulus per sui despectum. Prothasius à prothos, quod est primum: & sios Deus siue diuinus. vel à procul & stasi, quod est positio: quasi primus per dignitatem, diuinus per dilectionem, procul positus à mundi afflictione. Horum passionem Ambr. in libello ad caput eorum posito scriptam inuenit.

LEGENDA LXXXI. A

GERVASIUS & Prothasius gemini fratres filij fuerunt sancti Vitalis & beatæ Valeriz. Qui omnia sua pauperibus erogantes manebant cum sancto Nazario: qui apud Ebrundanum oratorium construebat: & ei Celsus puer lapides porrigebat: quod verò Nazarius iam Celsum habuisse narratur, forte per anticipationem accipitur: cū longē post eum sibi fuisse oblatum ex historia Nazarij colligatur. Cū autem omnes ad Nerōnem imperatorem ducerentur: sequebatur eos ciuilis puer Celsus. Quem cū vnus militum alapis caderet, & cadentem Nazarius increpatorum milites Nazarium calcibus cæderunt, & ipsum cum alijs in carcere recluserunt, & postmodum in mare p̄cipitauerunt. Geruasium verō & Prothasium Mediolanum duxerunt. Nazarius verō miraculose liberatus Mediolanum venit. Eo tempore superueniente comite Astasio qui contra marchomannos proficisceretur ad bellum deorum cultores eidem occurrerent adherentes q̄ dijs sibi respondere contemnerent: nisi prius Geruasius & Prothasius immolarentur. Continuo igitur tenentur, & vt sacrificium inuitantur. Cui cū Geruasius omnia idola surda & muta diceret, & ipsum ad omnipotentem Deo victoriam requirere debere doceret, iratus tandiu eum plumbatis cædi iussit, quandiu spiritum exalaret, deinde Prothasium accessit fecit, eiq; dixit. Miser vel tu viuere stude, & noli cum fratre tuo mala morte perire. Cui Prothasius. Quis est miser? Ego qui te non timeo, aut tu qui me timere non probaris? Cui Astasius. Ego te miser homo quomodo timeo? Cui Prothasius. In hoc timere me & te lædi probaris, si non sacrificauero dijs tuis, si enim te lædi à me nequaquam timeres, nunquam ad sacrificium idolorum me ipse compelleres. Tunc eum comes in eculum suspendi iussit. Cui Prothasius. Non tibi comes irascor, quoniam cæcos oculos tui cordis attendo, quin potius tui misereor, quia nescis quid facias. Age igitur quod cepisti, vt mihi cū fratre meo occurrere possit benignitas saluatoris. Tunc comes iussit eum decollari. Philippus autem seruus christi cum filio suo corpora eorum rapuit, & oc-

cultē in domo sua in archa saxea sepeliuit, & libellum eorum ortum, sinem, & vitam continentem ad eorum caput posuit. Palsi sunt autem sub Nerone, qui cœpit circa annum domini. lvij. Horum corpora multo tempore latuerunt, sed tempore beati Ambrosij hoc modo reperta fuerunt, Ambrosio namq; in ecclesia sanctorum Naboris & Felicis in oratiōe posito, ita nec vigilaret aperte, nec dormiret integrē, apparuerunt ei duo pulcherrimi iuuenes vestibus candidis. i. collobio & pallio induti, caligulis calciati secum manibus extensis orantes. Orauit igitur Ambrosius, vt si est illis non vltra appareat, si autem veritas, de nouo reueletur. Similiter igitur modo canente Gallo orantes secum iuuenes apparuerunt. Tertia verō nocte defecto iam corpore ieiunij non dormienti, sed stupenti cum tertia sibi apparere persona quæ similis Paulo apostolo videbatur, secundum quod in pictura prospexerat. Illisq; tacentibus apostolus sibi dixit. Isti sunt qui nihil terrenum desiderantes monita mea secuti sunt. Quorum corpora in eo loco reperies in quo stas. Duo decim pedum altitudine terra cooperata arcam inuenies, & ad caput eorum libellum in quo ortus eorum continetur & finis. Conuocatis igitur vicinis episcopis ipse prior terræ fossor accessit, & omnino prout dixerat sibi Paulus apostolus inuenit. Et licet iam. ccc. anni & vltra fluxissent, ita tamen corpora eorum sunt reperta, ac si ipsa hora ibidem fuissent posita, insuper verò odor suauissimus & mirabilis inde flagrabat.

B Cecus autem quidam tangens feretrum illuminatus est: & multi alij meritis eorum curati sunt. In horum solennitate pax inter Longobardos & Romanum imperium reformata fuit, & ideo Grego. papa. Loquetur dominus pacem in plebem tuam, & c. Introitu missæ cantari instituit. Vnde & officia partim sancti conueniunt, partim euentibus quæ ipsis contingere diebus. Refert August. in libr. xx. de ciuit. Dei q̄ ipso presente & imperatore & multa turba quidam cecus apud Mediolanum ad corpora martyrum Geruasij & Prothasij lumen recepit. Vtrum autem sit p̄dictus cecus, an alius ignoratur. Idem quoq; refert ibidē quod quidem iuuenis in villa Victoriana quæ ab yporegio. xxx. miliaribus distat cum in quodam flumine equum lauaret, continuo diabolus eum vexauit, & in flumine tanquam mortuum proiecit. Cū autem vespere in ecclesia beatorum Geruasij & Prothasij quæ prope erat cantaretur, ille vocibus illis quasi percussus cum grandi fremitu ecclesiam intrans altare tenebat, inde amoueri non valens tanquam si ibidem alligatus fuisset. Et cū dæmon, vt inde exiret adiuuaretur, ille se eius membra amputare cū exiret, minabatur. Cū ergo adiutus exiret oculus eius in maxillam sulcus tenuis venula dependebat, sed in locum suum sicut potuerat oculum reuocauerunt. Et ecce intra paucos dies meritis sanctorum Geruasij & Prothasij plenē sanatus est. Ambr. quoq; in p̄fatione sic ait. Hi sunt qui vexillo cœlesti signati victoricia apostoli arma sumpserant, & à mundanis nexibus absoluti nequissimi hostis vitiorū aciem prosterntes liberi & expediti christum dominum sunt secuti. O quam felix generatio quæ sacris inherendo eloquijs nullo potuit intercepto.

contagio. O quam gloriosa certaminis causa: ubi pariter coronant, quos vna vterus maternus effudit.

De sanctis Ioanne & Paulo.

LEGENDA LXXXII. A

IOANNES & Paulus primicerij & præpositi constantiæ filii constantini Augusti fuerunt. Eo autem tempore cum gens Scythica Daciam & Franciam occuparet: & Gallicanus dux romani exercitus contra prædictam gentem mitti deberet: Constantiam filiam constantini pro mercede laboris sibi in vxorem dari petebat. Quod etiam romani principes in stantius fieri postulabant. Pater autem plurimum tristabat ut sciens filiam suam postquam à beata Agnete sanata fuerat, in virginitatis proposito positam: facilius occidi posse, quam ad consensum inclinari. Virgo tamen de Deo confidens patri consulit: ut eam sibi spondeat, cum victor rediret. Verum tamen duas filias suas quas ex vxore defuncta susceperat, idem Gallicanus secum manere permitteret: ut per eas mores & votum patris scire posset: & ipsa duos præpositos suos Ioannem & Paulum sibi concederet, in spe quasi maioris firmitatis, rogâs Deum ut ipsum & filias conueneret. Quod ubi omnibus placuit. Gallicanus assumptis Ioanne & Paulo & copioso exercitu proficiscitur: sed tamè à Scitarum gente eius exercitus frâgitur: & in vrbe Traciarum ab hostibus obsidetur. Tunc accedentes Ioannes & Paulus eidem dixerunt fac votum Deo cœli & eris victor melior quam fuisti. Quod cum fecisset iuuenis in humero ferens crucem statim sibi apparuit, eiq; dixit. Sume gladium tuum & sequere me. Quem ille accipiens per media castra iuit, & ad regem vsq; deueniens, illumq; occidens solo timore vniuersum populum subiugauit: & Romanis tributarios fecit. Duo quoq; milites armati eidem apparatus hinc inde confirmabant. Factus igitur christianus Romam redijt: & cum multo honore susceptus rogauit Augustum ut sibi indulgeret: si filiam minime desponderet: eo quod decetero christo continenter viuere proponeret. Quod cum Augusto plurimè placuisset: & duæ filia Gallicani à constantia virgine ad christum conuerse essent: ipse Gallicanus ducarui cecidit: & omnia pauperibus tribuens christo cum alijs seruis, Dei in paupertate seruiuit. Multa autem miracula faciebat: ita ut solo visu dæmones de obsessis corporibus effugaret. Huius sacræ opinionis fama in toto orbe terrarum intantum excreuit: ut ab oriente & occidente venientes viderunt virum ex patricio consule lauantem pedes pauperum: ponentem mensam: aquam manibus effundentem: languentibus sollicitè ministrantem: & cetera sanctæ seruitutis officia exhibentem. Constantino igitur defuncto constantius constantini magni filius Arriana heresi deprauatus imperium tenuit. Verum cum Constantinus frater constantini duos filios, scilicet Gallum & Iulianum reliquisset: Constantinus imperator dictum Gallum Cæsarem fecit: & contra Iudæam rebellantem misit. Quem tamen postmodum interfecit. Iulianus verò timens ne exemplo fratris à Constantio perimeretur: monasterium ingressus est.

Vbi magnam religionem simulans lector ordinatus est. Qui per maleficum dæmonem consuluit: responsum accipiens, qd ad imperium sublimandus esset. Post aliquod tempus vrgentibus aliquibus negotijs Constantius Iulianum Cæsarem fecit: & ipsum in Galliam destinauit: qui omnia strenuè agebat. Mortuo autem Constantio & Iuliano apostata in imperium à Constantio sublimato, iussit Iulianus ut Gallicanus, aut dijs immolaret, aut abscederet. Tanto enim viro non audebat necem inferre. Ille igitur Alexandriam perxit: & ab infidelibus per cor transfixus martyrij coronam percepit. At Iulianus captus, scilicet cupiditate sacrilega auaritiam suam euangelij testimonio colorabat. Nam facultates à christianis auferens, dicebat, Christus dicit in euangelio. Qui non renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Audiens igitur qd Ioannes & Paulus ex opibus, quas virgo constantia reliquerat: christianos pauperes sustentabant: mandauit eisdem qd sicut constantino, ita quoq; & sibi adhærere deberent. At illi dixerunt. Dum gloriosi imperatores constantinus & filius eius constantius se esse seruos christi gloriabantur, nos famulabamur eisdem. Tu verò, quia religionem plenam virtutibus reliquisti, à te omnino recessimus, & tibi obedire contemnimus. Quibus Iulianus mandauit. Ego in ecclesia clericatum obtinui, & si voluissem ad primum ecclesiæ statum peruenissem. Sed considerans vanum esse inertiam sectari, & auxilium militiæ animum dedi, dijsq; sacrificijs eorum suffragijs imperium obtinui. Vnde vos in aula regia nutrirî non debetis lateri meo deesse. ut primos vos in palatio meo habeam. Quod si à vobis contemptus fuero, agat ut necesse est, vt contemni non possim. Qui respondentes dixerunt. Deum tibi præponentes minas tuas nequaquam timemus, ne regis æterni inimicitias incurramus. Ad hoc Iulianus. Si intra decem dies vltro ad me venire contempseritis, coacti postmodum facietis quod sponte facere non curatis. Cui sancti responderunt. Iam decem dies præterisse existima, & hodie facio quod tunc te facturum esse minaris. Quibus Iulianus putatis qd martyres vos faciant christiani. Nisi mihi confenseritis puniam vos non vt martyres, sed vt publicos hostes. Tunc Ioannes & Paulus per totos decem dies elemosynas insistentes omnia sua pauperibus erogabant. Decima autem die missus est ad eos Therentianus qui dixit eis. Dominus noster Iulianus stantiunculum aureum iouis ad vos misit, vt eisdem thura incendatis, alioquin ambo simul peribitis. Cui sancti dixerunt. Si tuus dominus est Iulianus habeto pacem cum illo: nobis alius dominus non est, nisi dominus Iesus Christus. Tunc iussit eos occultè decollari: & in foueas intra domum sepeliri: famam faciens quod in exilium essent missi.

B Post hoc filius Therentiani à dæmonè arripitur: & intra domum clamare cepit: qd à dæmonè videretur. Quod videns Therentianus scelus confitetur: & christianus efficitur. Passio sanctorum ab eo conscribitur: & eius filius liberatur. Passi sunt autem circa annum domini. cccxliij. Refert Gre. in homelia euangelij. Si quis vult post me venire qd quedam matrona dum ecclesiam istorum martyrum frequentius visitaret, & die quadam inde rediret, duos stantes mo-

nachos sub peregrino habitu inuenit: quos peregrinos credens elemosinam sibi dari præcepit: sed postquam dispensator eis ad largiendum elemosynam appropinquasset: astiterunt ei vicini, & dixerunt. Tu nos modo visitas: nos te in die iudicii requiremus: & quicquid poterimus tibi præstabimus. Quo dicto ab oculis eius suat ablari. Amb. de his martyribus in præfatione sic dicit. Beati martyres. Io. & Paulus veraciter impleuerunt, quod dauitica voce dicitur. Ecce quam bonum & quam iocundum habitare fratres in vnum. Nascendi lege consortes: fidei societate coniuncti: passionis æqualitate consimiles: in vno semper domino gloriosi.

De sancto Leone papa.

LEGENDA LXXXIII. A

LEOPAPA vt in miraculis beatæ Mariæ virginis legitur, in ecclesia sanctæ Mariæ maioris in die resurrectionis missam celebrabat: & dum fideles per ordinem communicaret: & quadam matrona manum eius osculata fuisset: ex hoc in eum vehemens carnis tentatio insurrexit. At vir Dei in semetipsum se uisissimus vltor insurgit, & eadem die manum se scandalizantem occultè penitus amputauit. & à se reiecit. Interea murmur oriebat in populo: cur sum pontifex diuina more solito non celebraret. Tunc Leo ad beatam virginem se conuertit: & eius prouidentia totaliter se commisit. Tunc illa continuo sibi astitit & manum suam suis sanctissimis manibus illi restituit, & reformauit: iubens ut procederet, & filio suo sacrificium immolaret. Leo igitur omni populo quid sibi contigerit prædicauit & manum restitutam omnibus euidenter ostendit. Hic Calcedon. consilium celebravit: solas virgines ibidem velari instituit. Ibi etiam statutum fuit, vt virgo Maria mater Dei appellaretur. Eo quoq; tempore Atrilia italiam deuastabat. Igitur sanctus Leo in ecclesia apostolorum tribus diebus & tribus noctibus orationi vacans post hæc dicit ad suos. Qui vult me sequi sequatur. Cum igitur ad Atriliam appropinquasset: ille vt beatum Leonem vidit, de equo descendit, eiq; genibus prouolutus rogauit, vt peteret quicquid vellet. Qui petijt vt ab Italia discederet, & captiuos relaxaret. Et dum argueretur à suis quod triumphator orbis à sacerdote victus esset, respondit. Prouidi mihi & vobis: vidi enim à dextris eius fortissimum militem euaginato gladio stantem mihiq; dicentem. Nisi huic parueris cum omnibus tuis interibis. Cum beatus Leo epistolam ad Fabianum episcopum Constantinopolitanum aduersus Euthicum & Nestorium scripsisset: super sepulchrum beati Petri ipsam posuit: & ieiunijs & orationibus insistentem dixit. Quicquid in hac epistola: vt homo errauit cui ecclesiæ cura commissa est corrigere & emendare. Et post dies. xl. oranti illi Petrus apparuit, dicens. Legi & emendauit. Accipiesq; Leo epistolam inuenit eam manibus apostoli correctam & emendatam. Alias etiam sepulchro beati Petri. xl. diebus ieiunijs & orationibus vacans Leo astitit: obsecrans: vt suorum sibi peccatorum veniam impetraret. Cui Petrus apparens dixit. Deprecatus sum pro te dominum: & omnia peccata tua dimisit. Solummodo de manuum impositione debes inquiri. si bene siue aliter alicui manus impo-

ueris exigeris. Obijt autè circa annos domini. cccclx. De sancto Petro Apostolo. A

PETRVS triumuius extitit. Vocatus est enim Simon Bariona. simon interpretatur obediens vel ponens tristitiam. Bariona filius columbæ. Bar. lingua Sira filius iona, Habraicè colūba. Fuit enim obediens, quado christus vocauit: quia ad vnus iussione vocem domino obediuit, ponens tristitiam, quado Christum negauit: quia egressus foras fleuit amare. Filius columbæ: quia Deo simplici intentione seruiuit. Secundò vocatus est Cephas, quod interpretatur caput, vel petra, vel increpatione. Caput ratione principatus in prælatione: petra ratione firmitatis in passione: increpatione ore: ratione constantia in prædicatione. Tertio vocatus est Petrus: quod interpretatur agnoscens, siue discalcians vel dissolvens: quia christi diuinitatem agnouit: cum dixit. Tu es christus filius Dei viui. Et pedes affectuum suorum in omni opere mortuo & terreno discalciauit, cum dixit. Ecce nos relinquimus omnia & vincula peccatorum à nobis dissoluit: & hoc per clauas quas à domino accepit. Habuit autem triplex cognomen. Dicitur enim Simon ioanna, quod interpretatur domini pulchritudo. Secundò Simon ioannis, quod interpretatur, cui donatum est. Tertio Simo bariona, quod interpretatur filius columbæ. Per quod datur intelligi quod ipse habuit pulchritudinem morum: dona virtutum: abundantiam lachrymarum: quia columba habet gemitum pro cantu. Istud autem nomè Petrus Iesus primo sibi imponendum promisit: cum dicit Ioan. j. Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. Secundò promissum imposuit: sicut dicitur Mar. iij. Et imposuit Simoni nomen Petrus. Tertio imposuit confirmavit: cum dicit Mar. x. vj. Et ego dico tibi: quia tu es Petrus & c. Eius martyrium Marcellus, Linus papa, Egisippus, & Leo papa conscripserunt.

LEGENDA LXXXIII. A

PETRVS apostolus inter ceteros & supra ceteros apostolos maioris feruoris extitit. Nam & scire domini proditorem voluit: quia vt dicit Augustinus cum sciuisset: dentibus discerpisset. Et ob hoc dominus proditorem suum nominare nolebat: quia vt ait chryso. si ipsum nominasset, Petrus contra durrexisset: & ipsum protinus trucidasset. Hic super mare ad dominum ambulauit: in domini transfiguratione & puellæ suscitatione à domino electus fuit: stateram in ore piscis inuenit: clauas regni cœlorum à domino accepit: & pascēdas oues à christo suscepit: tria milia hominum in penthecostem sua prædicatione conuertit: Ananiam & Saphiram mortè prædixit: Eneam paraliticum curauit: Cornelium bapuzauit: a bita suscitauit: vmbra sui corporis infirmos sanauit: ab Herode incarceratus sed ab angelo liberatus. Qualis autem eius cibus vel indumentum fuerit ipse hoc in libro clemētis testatur. Panis inquit solus est mihi cum oliuis: & raro cum oleribus in vsu est. Indumentum autem hoc est mihi quod vides, tunica cum pallio: & hoc habens nihil aliud requiro. Fertur quod in sinu semper fudarium portabat, quo cetero fluentes lachrymas tergebat: quia quando dulcis allocutionis & præsentia domini memor erat: præ nimia amoris dulcedine lachrymas continere non pote-

rat. Quando etiam culpam negationis ad memoriam reducebat: vberrimas lachrymas emittebat. vnde aded in conseruudine habuit flere, vt eius facies tota adusta lachrymis videretur: sicut dicit Clemens. Idem etiam dicit qd auditu in nocte gallicantu ad orationē surgere cōsueuerat: & tunc similiter, vt dicitur, ad stertum prorumpere consueuit. Refert quoq; Clemens secundum quod in ecclesiastica historia inuenitur, quod cum vxor Petri ad passionem duceretur: Petrus ingenti gaudio exultauit, ac eam proprio vocans nomine post eam clamauit. O coniunx memento domini. Quadam vice dum Petrus apostolus duos de discipulis suis misisset ad predicandum, dum xx. dietas iuissent: vnus illorum defunctus est: alter vero ad Petrum redijt: & quod acciderat nunciavit. Hic dicitur fuisse beatus Marcialis: vel secundum quosdam Maternus. Alibi legitur quod primus fuit beatus Fronto locius, qui defunctus est. Secundus fuit præbyster Georgius. Tunc Petrus suum baculum sibi tradidit, præcipiens, vt ad socium pergeret: & eum super illum poneret. Quod cum fecisset: ille qui iam per quadraginta dies iacebat mortuus, protinus surrexit viuus.

B ¶ Eo tempore erat in Hierusalem quidam magus nomine Simon, qui se primam virtutem dicebat: & sibi credentes perpetuos effici asserebat: & nulla sibi impossibilia dicebat: Legitur etiam in libro Clementis ipsum dixisse. Adorabor vt Deus publicè: diuinis donabor honoribus: & quicquid voluero facere, potero. Aliquando cum mater mea Rachel iuberet me exire ad campum, vt meterem: ego falcem videns positam præcepi falci, vt per se meteret: & messuit decuplo amplius cæteris. Addidit quoq; & hoc secundum, quod dicit Hiero: Ego sum sermo Dei: ego speciosus: ego paraclitus: ego omnipotens: ego anima Dei. Serpentes quoq; æneos faciebat se mouere: statuas æneas & lapideas ridere: & canes cantare. Hic vt Linus ait, volens disputare cum Petro: & ostendere quod Deus esset: statuta die venit Petrus ad locum certaminis: & astantibus Petrus dixit. Pax vobis fratres qui veritatem amatis. Cui Simon. Nos tua pace opus non habemus. Si enim pax sit & concordia, ad inueniendam veritatem nihil proficere poterimus. Habent enim intra se pacem latrones: propter quod noli inuocare pacem, sed pugnam. Duobus enim inter se dimicantibus, tunc erit pax, cum alter fuerit superatus. Et Petrus. Cur times audire pacem. Ex peccatis enim bella nascuntur: vbi autem peccatum non sit: est pax. In disputationibus veritas: in operibus iusticia inuenitur: & Simon, nihil dicis: sed ego ostendam tibi deitatis meæ potentiam: vt repente adores me. Ego sum prima virtus & possum volare per aëra: nouas arbores facere: lapides in panem mutare: in igne sine læsione durare: & omnia quæ volo possum facere. Contra hunc igitur Simonem Petrus disputabat: & omnia eius maleficia detegebat. Tunc Simon videns: quia Petro non posset resistere: omnes libros suos magna aëris, ne forte magus proderetur, in mare proiecit: & Romā vt ibi Deus habeatur, perexit. Quod vbi Petrus comperit ipsum insequitur: & Romam vsq; proficiscitur.

C ¶ Quarto igitur anno Claudij imperatoris Petrus Romam applicuit: & ibi annis. xxv. sedijt: & duos

episcopos Linum & Cletum sibi coadiutores, vt ait Ioannes Beletus, vnum extra muros vt bis: alterum intra ordinauit. Prædicatione autem inuicem multos ad fidem conuertebat: & infirmos quamplures curabat. Sed & in prædicatione sua semper laudens & præferens castitatem quatuor concubinas Agrippæ præfecti adeo conuertit, quod ad præfectum redire vterius recusarent: vnde iratus præfectus aduersus petrum occasionem quærebat. post hoc apparuit domino petro dicens. Simon & Nero contra te cogitant: sed ne timeas: quia tecum sum vt eruam te: & dabo tibi serui mei pauli solatium, qui cras Romam ingrediatur. Sciens igitur petrus vt ait Linus: quia velox esset dispositio tabernaculi sui in conuentu fratrum positum manum Clementis apprehendit: & eum in episcopum ordinauit: & in cathedra loco sui sedere coegit. post hoc paulus sicut dominus prædixerat, Romam venit: & cum petro christum prædicare cepit. Simon autem magus in tantum à Nerone amabatur quod vitæ eius & salutis & totius ciuitatis custos sine dubio putabatur. Quadam autem die sicut dicit Leo papa dum ante Nerone astartet: eius effigies subito mutabatur: & modo senior & modo adulescentior videbatur. Quod cum videret Nero verum hunc esse Dei filium existimabat. Dixit itaq; Simon magus Neroni: sicut idem Leo refert. Vt scias optimè imperator me Dei filium esse iube me decollari & tertia die resurgam. cepit igitur Nero carnifici, vt eum decollare &erberet. Qui cum putaret se decollare Simonem decollauit arietem. Simon autem arte magica illæsus euasit: & arietis membra colligans ea abscondit: & tribus diebus se occultauit. Sanguis autem arietis ibidem congelatus remansit. Die autem tertio ostendit se Neroni dicens. Fac sanguinem meum qui effusus est extergit: quia ecce ego qui decollatus fueram, sicut promisi, die tertia resurrexi. Quem Nero videns obstupuit, & ipsum verum Dei filium esse putauit, hæc Leo. Aliquādo etiam cum in conclaui cum Nerone esset, demon in eius specie foris populo loquebatur. Deniq; Romani in tanta veneratione eum habuerunt, quod eidem imaginem fecerunt, & hunc titulum superscripserunt. Simoni Deo sancto.

D ¶ Petrus autem & paulus vt Leo testatur ad Nerone introierunt, & omnia eius maleficia detegebant. Addidit quoq; petrus quod sicut in Christo sunt duæ substantiæ. scilicet Dei & hominis, sic & in isto mago sunt duæ substantiæ. scilicet hominis & diaboli. Dixit itq; Simon vt testatur sanctus Marcellus & Leo. Nec diutius hunc patiari inimicum, præcipiam angelis meis, vt vindicent me de isto. Cui petrus. Angelos tuos non timeo, sed ipsi me timeant. Nero dixit. Non times simonem, qui diuinitatem suam rebus affirmat? Cui petrus. Si diuinitas est in ipso, dicat nunc mihi quid cogito. vel quid facio, quam cogitationem meam prius auribus tuis insinuo, vt non audeat mentiri. Nero dixit. Accede huc & dic mihi quid cogitas. petrus autem accedens secreto dixit. Iube mihi panem ordeaceum afferri, & occultè dari. Qui cum à latus fuisset, & petrus eum benedixisset, & sub manica abscondisset, dixit. Dicat Simon qui se Deum fecit, quid sit, cogitatum, quid dictum, & quid factum. Respondit Simon pe-

trus

trus magis dicat, quid cogitem ego. dixitq; Petrus. Quid cogites Simon me scire docebo: dū quod cogita uerit fecero. Tunc Simon indignatus clamauit. Proce dant canes magni & deuoret eum. Et subito canes maximi apparuerunt, & in petrum impetū fecerunt. Ille verò panem benedictum obtulit: & subito ipsos in fugam conuertit. Tunc dixit ad Nerone petrus. Ecce ostendit tibi me non esse quid contra me cogita uerit Simon, non verbis: sed factis. Nam qui promiserat contra me angelos venturos exhibuit, canes vt ostendat se diuinos angelos non habere: sed caninos. Dixitque Simon. Audite Petre & Paule: si hic vobis nihil possum facere: veniemus vbi oportet me vos iudicare: ego autem vobis modo parco. Hæc Leo. & diuus Gregor.

E ¶ Tunc Simon vt ait Egesippus & Linus in superbiam elatus ausus est se iactare, quod posset mortuos suscitare. Et accidit, vt quidam iuuenis moreretur. Vocatis ergo petro & Simone hanc omnes de voluntate Simonis sententiam firmauerunt, vt ille occideretur, qui mortuum suscitare non posset. Simon igitur dum super mortuum suas incantationes faceret: visus est à circūstantibus caput agitare defuncti. Tunc omnes exclamantes petrum lapidare volebant Petrus autem vix impetrato silentio dixit. Si viuus defunctus surgat, ambulet, & loquatur, alioquin sciat is fantasma esse quod caput mortui commouet. Separatur Simon à lectulo, vt plene signa diaboli denuderent. Separatur igitur Simon à lectulo: & puer immobilis remansit. petrus autem à lōge stans & oratione facta exclamauit dicens. Adulescens in nomine Iesu christi Nazareni crucifixi surge & ambula: & statim viuus surrexit & ambulauit. Cum autē populus veller Simonē lapidare, ait petrus. Satis est illi ad peccatum quod se in suis auribus agnoscit superatur. Magister autē noster nos docuit, vt pro malis bona reddamus. Dixit autem Simon. Scitote vos petre & paulus non vobis cōtinget quod cupitis: vt martyrio vos digner coronare. Qui dixerunt: adueniat nobis quod cupimus tibi autem nunquā bene scit: quia quæcūq; loqueris manuris. Tunc Simon vt ait sanctus Marcellus iuit ad domū Marcelli discipuli eius: ligauitq; maximum canē ad ostium domus eius, dicens. Nunc videbo si petrus qui ad te venire consueuit, ingredi poterit. post paululum venit petrus, & facto signo crucis canē soluit. Canis autem omnibus alijs blādus solum Simonem persequebatur: qui apprehendens eum ad terram subrus se deiecit, & eum strangulare volebat. Accurrens autem petrus cani clamauit ne ei noceret. & canis quidem corpus eius non laesit sed vestes adeo lacerauit: vt ille nudus positus remaneret. Populus autem & maxime pueri cum cane tandiu post eum cucurrerunt, donec illum quasi lupum de ciuitate fugarent. Cuius opprobrij pudorem non ferens, per annum nusquam comparuit. Marcellus autem hæc miraculū videns deinceps petro adhæsit. postea autem Simon rediens iterum in Nerone amicitiam esse recepit. Simon igitur vt refert Leo populum conuocauit & se à Galileis grauitè offensum perhibuit: & ideo urbem quam tueri solebat, se deserere velle dixit: & diem statuere, quo in cælum deberet ascendere: quia non dignabatur in terris amplius habitare. Statu-

to igitur die turrim excelsum: vel secundum Linum capitolium conscendit: & inde deiciē coronatus lauro volare cepit. Dixit autem paulus ad petrum. Meū est orare & tuum est imperare. Dixitque Nero. Verax est hic homo, vos autem seductores estis. petrus autem dixit ad paulum. paulus erige caput & vide. Cumq; eleuasset caput, & vidisset Simonem volantem dixit ad petrum. petre quid cessas. perface quod cepisti, iam enim vocat nos dominus. Tunc petrus ait. Adiuro vos angeli Sathanæ, qui cum in aëra fertis per dominum nostrum Iesum Christum, vt ipsum amplius non feratis: sed corruiere dimittatis. Et continuo dimissus corruit, & fractis ceruicibus expirauit. Audiens hæc Nero talem virum se perdidisse doluit: dixitque apostolis. Suspecto animo me fecistis: propterea malo exemplo vos perdam. hæc Leo. Deditque eos in manus paulini viri clarissimi, paulinus tradidit eos in custodia Mamertini sub cura militum processi & Martiniani, quos milites petrus ad fidem conuertit. Vnde carcerem aperuerunt, & eos liberos dimiserunt. Quapropter paulinus post passionem apostolorum processum & Martinianum accersit: & comperto quod Christiani essent, iussu Nerone capite cæsi sunt. Rogabant ergo fratres petrum, vt inde discederet, & cum discedere noller, tandem victus præcibus abcessit. Er cum venisset ad portam, vt Leo & Linus testantur, ad locum vbi nunc dicitur sancta Maria ad passus, vidit christum sibi occurrentem, & ait. Domine quo vadis? Qui respondit. Venio Romam iterum crucifigi. Cui petrus. Domine iterum crucifigeris? Cui dominus. Etiam. petrus verò ait. Ego domine reuertar, vt tecum crucifigat. His dictis dominus vidente petro & lachrymante in cælum ascendit. Quod cum de passione sua dictum intelligeret, redijt. Cumque hoc fratribus retulisset à ministris Nerone caput, & præfecto Agrippæ præsentatur, factaque est eius facies, sicut sol, vt ait Linus. Cui dixit. Tu ne es ille qui in plebibus & mulierculis quas à Thoro virorum separas gloriaris. Quem apostolus increpas dicebat se in cruce domini gloriaris. Tunc petrus tanquam alienigena iussus est crucifigi. paulus verò quia ciuis erat Romanus iussus est capite truncari.

F ¶ De hac sententia in ipsos prolata dicit Dionysius in epistola ad Timotheum de morte pauli in hæc verba. O frater mi Timothee, si vidisses agones consummationis ipsorum defecisses quidam præ tristitia, & dolore. Quis non fletet illa hora, quando præceptum sententiæ egressum in eos est, vt petrus, scilicet crucifigeretur: & paulus decollaretur. Vidisses tunc turbas gentilium & Iudæorum percutientes eos, & expuentes in facies eorum. Adueniente autem terribili tempore consummationis ipsorum cum separarentur ab inuicem, ligauerunt columnas mudi non vtiq; absq; fratru gemitu & planctu. Tunc inquit paulus petro. Pax tecum fundamentum ecclesiarum, & pastor ouium & agnorum Christi. Petrus autem ad paulum ait. Vade in pace prædicator bonorum morum: mediator & dux salutis iustorum. Cum autem elongassent eos ab inuicem fecutus sum magistrum meum. Non enim in eodem vico occiderunt eos. æt Dionysii. Petrus autem, vt

Leo & Marcellus testatur, dum vēnisset ad crucem ait. Quoniam Deus meus de cœlo ad terram descendit, re-
 ta crucæ sublimatus est: me autem quem de terra ad
 cœlum vocare dignatur: crux mea caput meum in ter-
 ra debet ostendere: & pedes ad cœlum dirigere. Ego q̄
 non sum dignus ita in cruce esse, vt dominus meus,
 crucem meam girare, & capite dimisso me crucifigite.
 Tunc illi crucem verterunt, & pedes sursum, manus
 autem deorsum fixerunt. Tunc populus furore reple-
 tus volebat Neronem & prefectum occidere, & apo-
 stolum liberare. Qui eos rogauit, ne passionem suam
 impedire deberet. Dominus autem, vt aiunt Egesippus
 & Linus, aperuit oculos eorum, qui sibi flebant: & vide-
 runt angelos stantes cum coronis de floribus rosarum
 & liliorum: & Petrus in cruce stantem cum eis & li-
 brum à christo accipientem & ea verba que loqueba-
 tur, ibi legentem. Tunc Petrus, vt testatur idem Ege-
 sippus, de cruce dicere cepit. Te domine imitari op-
 tavi, sed rectus crucifigi non vsurpavi. Tu semper
 erectus excelsus, & altus: nos primi hominis filij, qui
 caput suū dimiserunt in terram, cuius lapsum significat
 spēs generationis humanæ, sic enim nascimur, vt pro-
 ni in terram videamur effundi. Mutata quoque condi-
 tio est vt hinc putet mundus dexteram, quod constat
 esse sinistram. Tu domine mihi omnia es, totum quod
 es, tu mihi totum, & nihil aliud nisi tu solus. Gratias
 tibi ago spiritu tuo quo uiuo, quo intelligo, quo in-
 terpello, vbi duæ aliæ rationes tanguntur, quare rec-
 tus noluit crucifigi. Vidensque Petrus quod fideles
 gloriam suam vidissent, gratias agens, & Deo fideles
 commendans spiritum emisit. Tunc Marcellus & Apu-
 leus fratres discipuli eius de cruce eum deposuerunt,
 & diuersis condientes aromatibus, sepelierunt. Isido-
 rus in lib. de ortu & obitu sanctorum sic ait. Petrus post-
 quam Antiocheam fundauit ecclesiam sub Claudio
 Cæsare contra Simonem magum Romam pergit, ibi-
 que prædicans euangelium viginti quinque annis e-
 iusdem vrbs pontificatum tenuit. Tricesimo sexto au-
 tem anno à passione domini, à Nerone deorsum vt ip-
 se voluit, crucifixus est, hæc Isido. In ipsa autem die
 Petrus & Paulus Dyoniso apparuerunt, secundum
 quod ipse ait in prædicta epistola. in hæc verba. Atten-
 de miraculum, vide prodigium frater mi Timothee
 diei victimationis ipsorum. Nam præsto fui in tempo-
 re separationis ipsorum. Post mortem autem, illorum
 vidi eos inuicem manu ad manum intrantes portas
 vrbs, & indutos veste luminositatis vel veste lumi-
 nis & coronis claritatis, & lucis ornatos. Hęc Diony.
 G. Nero autē impunitus nō exiit, sed pro hoc sce-
 lere & alijs que commisit manu propria se peremit, quo-
 rum scelus hic aliqua breuiter inferamus. Cū Seneca
 magister suus, vt in quadam historia licet apocripha
 legitur, cū dignam mercedem laboris sui spe-
 ctaret, iussit Nero ipsum eligere in cuius arboris ra-
 mo suspendium affectaret, dicens, quod hoc premium
 laboris sui ab eo recepturus esset. Cū autem Seneca
 requireret, vnde hoc mortis supplicium meruisset, ac-
 cutum gladium super eius verticem cerebro vibrari
 fecit. Seneca autem nutu capitis minanti gladio cæ-
 debat vehementer timens periclitari mortis periculo
 Cui Nero ait. Magister vt quid nutu capitis minanti
 gladio cædis. Cui Seneca rō. Homo sum, & ideo mor-

tem vereor, & inuitus morior. Cui Nero ait. Sicego
 adhuc te metuo, vt puer metuere consueui, quare te
 viuente quiete non potero viuere. Dixitque Seneca
 si me mori acesse est: saltem mihi concede, vt quod
 voluero, eligam genus mortis. Cui Nero festinus eli-
 gas, tamen mori ne differas. Tunc Seneca balneo in
 aqua factō in vtroque brachio sibi minui fecit, & sic
 nimio sanguinis fluxu ibidem vitam finiuit: & sic quo-
 dam presagio Seneca nomen habuit, quasi se necans;
 quia quodammodo licet coactus manu propria se ne-
 cauit. Hic Seneca duos fratres habuisse legitur. Vnus
 fuit Iulius Gallio declamator egregius, qui manu pro-
 pria se peremit. Alius Mela pater Lucani poete. Qui
 Lucanus iussu Neronis incisione venarum obijisse le-
 gitur. Rursus Nero nepharia mentis vesania ductus,
 vt in eadem historia apocripha reperitur, matrem oc-
 cidit & scindi iussit: vt videret qualiter in eius vtero fo-
 uebatur, Phisici vero eum de matris perditione arguē-
 tes dicebant. Iura negant, & fas prohibet: vt filius ma-
 trem necet, qui ipsum cum tanto dolore peperit: & cū
 tanto labore & sollicitudine enutriuit. Quibus Nero.
 Faciatis me puero impregnari & postea parere, vt quā-
 tus dolor matri meæ fuerit, possim scire. Hanc ia su-
 per voluntatem pariendi conceperat, eo quod per vr-
 bem transiens quandam mulierem parientem vocife-
 rantem audierat. Dicunt ei. Non est possibile quod na-
 turæ contrarium est: nec est scibile, quod rationi non
 est consentaneum. Dixit ergo eis Nero. Nisi me fecerit
 tis impregnari & parere: omnes vos faciam crudeli
 morte interire. Tunc illi eum impotionantes, ranam
 sibi occulte ad bibendum dederunt: & eam artificio
 suo in eius ventre excrescere fecerunt. Et subito ven-
 tre eius naturæ contraria non sustinens, intumuit, ita
 vt Nero se puero grauidum existimaret. Faciebant
 que sibi seruare dietam qualem nutriendæ Ranæ no-
 uerant conuenire, dicentes quod propter concepim
 talia eum obseruare oporteret. Tandem nimio dolore
 vexatus medicis ait. Accelerate tempus partus: quia
 languore pariendi vix anhelitum habeo respirandi.
 Tunc ipsum ad vomitum impotionauerunt: & ranam
 visu terribilem humoribus infectam & sanguine ad-
 dit cruentatam. Respicientesque Nero partum suum ip-
 sum abhoruit: & mirabatur adeo monstruosum. Di-
 xerunt autem quod tam monstruosum & deformem
 fetum protulerit, ex eo quod tempus partus noluerit
 expectare, & ait. Fui ne talis de matris ingressu lati-
 bulis. Et illi. Etiam. Præcipit ergo vt fetus suus alere-
 tur: & restudini lapidum seruandus includeretur. Hęc
 autem in chronicis non leguntur, sed apocripha sunt.
 Deinde miratus qualis & quāta fuerit successio Troi:
 Romam per septem dies & noctes succēdi fecit. Quod
 ex altissima turri prospectans letatusque flammæ pul-
 chritudine turgido habitu heliadam decantabat. Hic
 sicut habetur in chronicis retibus aureis piscabatur: cæ-
 tibus intendebat: ita vt omnes cytharistas & trage-
 dos superaret. Virum in vxorem duxit, ipse à viro &
 vxor acceptus est, vt ait Orosius. Romani vero eius
 vexaniam ulterius non ferentes, in eum impetum fe-
 cerunt, & vsque extra ciuitatem persecuti sunt. Qui
 videns quod euadere non posset, fustem dentium mor-
 sibz exacuit, & se per medium palo transiit, & ta-
 li morte vitam finiuit. Alibi tamen legitur quod à

Iupis deuoratus sit. Redeunt igitur Romani apo-
 stolum in testudine latitantem inuenerunt & ipsam ex-
 tra ciuitatem proiecentes combusserunt. Vnde & pars
 illa ciuitatis, vt aliqui dicunt, vbi latuit rana late-
 ranis à latente rana nomen accepit.
 H. Tēpore sancti Cornelij papæ græci fideles apo-
 stolorum corpora furati eadem asportabant. Sed dæ-
 mones in idolis habitantes diuina coacti virtute cla-
 mabant. Vni Romani succurrit: quia dii vestri afe-
 runtur. Quapropter fidelibus intelligentibus de apo-
 stolis gentilibus verò de suis dijs multitudo adunata
 fidelium & infidelium illos persecutur. Vnde græci
 timentes apud Carthacumbas apostolorum corpora in
 puteum proiecerunt: sed à fidelibus inde postmodum
 sunt extracta. Greg. tamen in registro dicitur quod ita
 eos vis contriuit atque fulguris terruit atque disperfit
 vt ea apud Carthacumbas dimitterent. Sed cū dubita-
 rent quæ ossa essent beati Petri, & quæ beati Pauli
 orantibus fidelibus & ieiunijs insistentibus de cœlo
 eis responsus est. Maiora ossa sunt predicatoris, mi-
 nora verò piscatoris. Et sic ossa ab inuicem separaue-
 runt: & in suis ecclesijs: quas cuiuslibet ædificauerunt
 posuerunt. Alij verò dicunt, quod silvester papa volens
 ecclesias consecrare tam magna quam parua ossa in
 lance summa reuerentia ponderauit: & medietatem
 in vna ecclesia, & medietatem in alia collocauit. Re-
 fert Greg. in dialogo quod in ecclesia sancti Petri vbi
 corpus eius requiescit, quidam vir erat Agontius no-
 mine magnæ humilitatis & sanctitatis existēs. Cū
 verò quedam puella paralitica in eius ecclesia perman-
 ens manibus reperet, & dissolutis renibus & pedibus
 corpus per terram traheret: diuque à beato Petro sani-
 tatem peteret, ei per visionem assistit dice. Vade ad A-
 gonitium mansionarium & ipse te saluti restituet. Cœ-
 pit igitur illa per ecclesiæ loca se huc atque illuc tra-
 here: & quis esset Agontius inuestigare. Cui repente
 obuiam ipse factus est, quem querebat, eique dixit.
 Pastor & nutritor noster beatus Petrus apostolus ad
 te me misit, vt ab infirmitate mea me liberes. Cui ille
 respondit. Si ab ipso missa esurga. Apprehensaque e-
 ius manu ipsam leuauit, illaque nullo languoris vesti-
 gio remanente plenè sanata fuit. In eodem quoque li-
 bro ait Greg. quod Galla vrbs Romæ nobilissima
 puella Simachi consulis ac patricij filia marito tradita
 in vnius anni spacio eius est morte viduata. Quam-
 dum ad intrandum thalamum ætas & opes vocarent,
 elegit magis spiritualibus nuptijs copulari Deo in
 quibus à luctu incipitur: sed ad æterna gaudia perue-
 nitur, quod carnalibus nuptijs subijci quæ à lætitia
 semper incipiunt: & ad finem cum luctu tendunt. Huic
 valde ignea conspersio corporis ineffet: cœperunt me-
 dici dicere: quia nisi ad amplexus viri rediret: calore ni-
 mio contra naturam barbâ habitura esset. Quod ita
 post factū est. Sed illa nihil exterioris de fornicatis ti-
 muit, que interiorē speciē amauit: nec verita est, si hoc
 in ea sedaretur, quod à cælesti spōso nō amaretur. Ab-
 iecto igitur seculari habitu apud ecclesiam sancti Pe-
 tri monasterio se dedit, ibique multis annis in Simplici-
 tate orationibus & eleemosynis Deo seruiuit. Tandē
 cancri vlcere in māmilla percussa, dum ante eius le-
 ctum duo candelabra semper luceēt: quia velut ami-
 ca lucis non solum spirituales, sed etiam corporales

tenebras odio habebat, vidit beatum petrum aposto-
 lum inter duo luminaria ante eius lectū constitisse.
 Quæ ex amore sumens audaciam exultauit & dixit.
 Quid est domine meus, dimissa sunt mihi peccata
 mea? Cui ille benignissimo vultu inclinato capite au-
 nuit, dicens. Dimissa. Veni. Et illa. Rogo vt soror be-
 nedicta mecum veniat. Et ille. Non: sed talis veniat
 tecum. Quod illa abbatisse indicans die tertia cū illa
 defuncta est. In eodem insuper lib. Gre. ait quod dum
 presbyter quidam magnæ sanctitatis ad extrema de-
 ductus esset: cum magna lætitia clamare cepit, dicēs
 Beneueniunt domini mei. quid ad tantillū seruū ve-
 strū dignati estis venire Venio: gratias ago, gratias
 ago. Cūq; qui astabant, quibus hæc diceret, interro-
 garent, ille admirando respondit, nunquid couenisset
 hic sanctos apostolos Petrum & Paulum non videtis.
 Cū vero iterū vt prius repeteret sancta illa anima ē
 carne soluta est. Dubitatur autē ab aliquibus vtrum
 eadē die Petrus & Paulus passi sint. Dixerunt autē qui
 dam quod eadem die, reuoluto anno. Sed Hiero. Et
 omnes fere sancti, qui de hoc tractant: in hoc concor-
 dant, q̄ eodē die & anno passi sūt, sicut manifestē etiā
 habetur ex epistola dionysij, & sicut dicit Leo vel
 Maximus secundum quosdam in quodam sermone
 vbi sic ait. Non enim sine causa factum putamus quod
 vna die in vno loco, vnus tyranni tolerauere senten-
 tiam. In vno die passi sunt, vt ad Christum pariter
 peruenirent: vno loco, ne alteri Roma deesset, sub
 vno persecutore, vt æqualis crudelitas vtrumque con-
 stringeret. Dies ergo pro merito, locus autem pro glo-
 ria, persecutor autē idem decretus est pro virtute, hæc
 Leo. Licet autē eadem die & hora passi sint, non tamē
 in eodē loco, sed in diuersis. Et quod dicit Leo q̄ eodē
 loco passi sunt, hoc dicit ex eo quod ambo Romæ pos-
 si fuerunt. De hoc quidem sic versibus dixit. Ente co-
 ronatur Paulus, cruce Petrus, eodem sub duce, luce, lo-
 co, dux nero, Roma locus. Item alius Ense sacrat pau-
 lum, pax, lux, dux, vrbs cruce Petrum. Licet autem
 eadem die passi fuerint, ordinauit tamen Gre. vt ipsa
 die specialibus fieret quo ad officium solennitas Pe-
 tri, & in sequenti die cōmemoratio Pauli. Tamē quia
 ea die fuit dedicata ecclesia sancti Petri, tum quia ma-
 ior est dignitate, tum quia prior conuersione, tamen
 quia primatum tenuit Romæ.

De sancto Paulo apostolo.

PAULVS interpretatur os tubæ, vel os eorum
 seu electum mirabile, vel electionis miracu-
 lum. Vel paulus à pausa, quod est requies. Hæc
 braicè, & modicus latinè. Per hæc intelligū-
 tur sex prerogatiuæ, quas habuit Paulus præ cæteris.
 Primum est lingua fructuosa, quia ab Illirico vsq; ad
 Hierusalem prædicauit euangelium, & ideo dicitur os
 tubæ. Secundum, & charitas viscerosa. quia quis infir-
 matur, & ego non infirmor & c. & inde dicitur os eo-
 rum, os. f. cordis. de quo ipse dicit. Os nostrum patet
 ad vos ò Corinthi. Cor nostrum datum est. Tertium
 est conuersio miraculosa. & inde dicitur electū mira-
 bile, quia mirabiliter electus & conuersus fuit. Quar-
 tum est manus operosa, & inde dicitur electiois mi-
 raculum. Magnum enim miraculum fuit, quando ele-

git sibi proprijs manibus sumptis acquirere & incessanter predicare. Quintum fuit contemplatio deliciosa: quia raptus est vsque in tertium cœlum: inde fuit domini requies, quia in contemplatione exigitur requies mentis. Sextum est humilitas virtuosa: & inde dicitur medicus. De hoc autem nomine Paulus tres sunt opinionis Origenes vult, quod semper fuerit binomius: & vocatus sit semper Saulus & Paulus. Rabanus verò vult, quod ante dictus est Saulus à Saule rege superbo: sed post conuersionem vocatus est Paulus: quasi paruulus à medico & humili spiritu. Vnde & nomen suum interpretando dicebat. Ego sum minimus apostolorum &c. Beda autem vult, quod dictus est Paulus à Sergio Paulo proconsole, quem ad fidem conuertit. Pasionem sancti pauli Linus papa conscripsit.

LEGENDA LXXV. A.

PAULVS apostolus post sui conuersionem multas persecutiones passus est, quas beatus Hilarius breuiter enumerat: dicens. Paulus apostolus in Philippis virgis cœditur: in carcere ponitur, & ligno pedibus affligitur: in Listris lapidatur: in Iconio & Thessalonica ab iniquis persequitur: in Epheso feris datur: in Damasco per sportam à muro deponitur, in Hierusalem sistitur, cœditur, ligatur, insidiatur, in Cæsarea clauditur, criminatur. Nauigans in Italiam periculo dirigitur. Romam veniens sub Nerone iudicatus & occisus finitur, hæc Hilarius. Apostolus inter gentes accepit. Quendam contractum in Listris erexit iuuenem qui de fenestra ceciderat & expirauerat suscitauit & multa alia miracula fecit. Apud Mitilenam insulam vipera manum eius inuasit: sed nihil eum læsit: quando potius in igoem ipsam excussit. Dicitur quoque quod omnes qui de progenie illius hominis, qui Paulum hospitio suscepit, nascuntur: à venenosis nullatenus læduntur. Vnde cum pueri nati sunt, in cunis eorum patres serpentes ponunt: vt probent, si veri eorum filij sint. Inuenitur autem aliquando quod Paulus est minor Petro: quandoque maior, quadoque æqualis. Sed reuera minor dignitate: maior prædicatione: æqualis sanctitate. Refert Haymo quod paulus à pulorū cantu vsq; ad quintā horā labori manuum insisteret: deinde prædicationi, vacabat: ita quod plerūque vsque ad noctē sermonē protrahebat. Residuum verò temporis comestioni sumno & orationi satis necessarium erat. Dum verò venisset Romam: cum Nero nondum esset in imperio confirmatus, & etiam audiens quod de lege Iudeorum & fide christianorum inter Paulum & Iudeos questio vertebatur, non multum inde curauit, & sic Paulus quo volebat, liberè ibat, & liberè predicabat. Hiero. quoque in lib. de viris illustribus ait, quod. xxv. anno à passione domini, hoc est Neronis, secundo Paulus Romam vincetus mittitur: & per biennium in libera manens custodia aduersus Iudeos disputauit. Deinde à Nerone dimissus euangelium in occidentis partibus prædicauit. Quartodecimo verò Neronis anno eodem anno & die quo crucifixus est Petrus capite truncatur. Hæc Hiero. Eius autem fa-

pietia & religio vbique diuulgabatur: & ab omnibus admirabilis habebatur. Multos etiam de domo Cæsaris sibi in amicitiam copelauit: & eos ad fidem Christi conuertit. Quædam etiam scripta eius coram Cæsare recitata sunt: & ab omnibus mirabiliter commandata. Senatus etiam de illo alta non mediocriter sentiebat. Quadam verò die dum Paulus circa vespas in quodam solario prædicaret: quidam iuuenis nomine Patroclus pincerna Neronis, & sibi admodum dilectus, vt Paulum propter multitudinem commodiosius audiret, fenestram ascendit, & paululum ibi dormitando decidens expirauit. Quod audiens Nero plurimum de eius morte doluit: & statim alium in eius officium ordinauit: Paulus verò in spiritu hoc cognoscens dixit astantibus: vt illic irent, & patroclum Cæsaris charissimum ad se defunctum afferrent. Quem allatum Paulus suscitauit: & ad Cæsarem cum socijs suis misit. Qui cum de morte eius lamentaretur, ecce Patroclus viuus adesse præforibus nunciatur. Audiens Nero patroclum viuum, quā paulo ante nouerat mortuum, plurimum quidem exiuit, & eum ad se ingredi recusaui. Sed tandem persuasus amicorum introire permisit. Cui Nero ait. Patrocle viuus? Et ille. Cæsar viuus. Et Nero. Quis te fecit viuere? Cui ille. Dominus Iesus Christus rex omnium seculorum. Iratus Nero dixit. Ergo ille regnabit in secula: & resoluet omnia regna mundi. Cui patroclus. Etiam Cæsar. Tunc Nero dedit illi alapam, dicens: ergo militas illi regi. Et ille vtique milito: quia me à mortuis suscitauit. Tunc quinque ministri imperatoris, qui ei iugiter assistebant, dixerunt ei. Cur imperator percusit iuuenem prudentē & veraciter respondentem? Nam & nos illi regi in uicississimo militiamus. Quod audiens Nero: eos reclusit in carcerem, vt eos nimium torqueret, quos ante nimis dilexerat. Tunc omnes christianos fecit inquiri: & omnes sine interrogatione puniri.

B **Q** Tunc Paulus vincetus inter cæteros ante Neronē ductus est. Cui Nero. O homo magni regis seruus mihi autem vincetus: cur milites meos mihi subtrahis, & tibi recolligis? Cui Paulus. Non solum de tuo angulo milites collegi, sed etiam de orbe vniuerso: quibus rex noster dona talia que nunquam deficiunt, & omnem excludunt indigentiam, largietur. Huic si subiectus esse volueris, saluus eris: qui tantæ extat potentia: vt iudex omnium veniat: & mundi huius figuram per ignem resoluat. Hoc audiens Nero & ira successus quia figuram mundi per ignem Paulus dixerat dissoluendam, omnes milites christi igne iussit cremari: Paulum verò tanquam maiestatis reum capite truncari. Tanta autem christianorum tunc occisa est turba: vt populus romanus palatium virtute irrumperet: & seditionem contra eum excitare molienti proclamaret. Pone modum Cæsar, tempera occisionem vel iustionem: nostrates sunt quos perdis Romanum tuentur imperium. Timens imperator mutauit edictum, vt nullus christianos tangeret, donec imperator de eis plenius iudicaret. Quapropter Paulus iterum est reductus, & aspectui Neronis oblat. Quem vt Nero vidit: vehementissime exclamauit. Tollite malleum: decollate impostorem nec finite viuere criminatorem: perditte sensuum: alie-

alienatorem: auferte de superficie terræ mentium immutatorem. Ad quem Paulus ait Nero tēpore modico patiar: sed vna me æternaliter domino iesu Christo. Nero dixit. Auferte ab eo caput: vt me rege suo fortioem intelligat, qui eum deuici: & videamus si semper viuere valeat. Cui paulus. Vt scias me post mortē corporis æternaliter viuere, cum mihi caput abscium fuerit, viuis tibi apparebo: & tunc cognoscere poteris, quia Christus est Deus vitæ & non mortis. Et his dictis ad locum supplicij ducitur. Qui cum duceretur: dixerunt ei tres milites, qui eum ducebant. Dic nobis Paule quis est ille rex vester, quē tantum diligitis, quod pro eo magis mori quē viuere eligitis: & qualē inde mercedem habebitis. Tunc Paulus de regno Dei & pena inferni ad eos prædicauit, quod eos ad fidē conuertit. Qui cum rogaret eum, vt liberè abiret, quo veller, ait. Abit fratres vt fugiam: non enim sum profugus, sed miles Christi legitimus. Scio enim quod per hanc vitam transitoriam ad vitam transibō æternam: mox autē vt fuero decolatus: vii fideles rapient corpus meum. Vos autem locum notate, & illuc cras mane venite. Inuenieris enim iuxta sepulcrum meum duos viros orantes. s. Titum & Lucam. Quibus cum dixeritis quia de causa vos ad eos missi: ipsi vos baptizabunt: & regni cælestis facient confortes & coheredes. Quod cōloqueretur, misit Nero duos milites, vt viderent, si adhuc esset occisus. Et cum eos vellent conuerte re illi dixerunt cum mortuus fueris & resurrexeris: tunc credemus tibi, de his quæ dicis. Nunc autem cito veni: & quod meruisti accipe. Cumque ad locū passionis duceretur. in porta hostiensis cuidam matronæ nomine Plantilla discipulæ Pauli quæ secundum dionysium alio nomine debebatur Lemobia: quia forte binomia fuit, obtinam dedit. Quæ fens suis orationibus se recommendare cepit. Cui paulus. vale Plantilla æternæ salutis filia commoda mihi velum, quo caput tuum tegis, & inde oculos meos ligabo, & postmodum tibi restituam illud. quod cum sibi daret, irridebant ei carnifices dicentes. Quid in posteriori isti & mago tam preciosum pannum tribuis, vt ipsam amittas? Cum ergo ad locum passionis Paulus venisset, ad os tētem versus & manibus in cælum extensis diutissimē cū lachrymis patria voce orauit, & gratias egit. Post hoc valle dicens fratribus oculos sibi de velo Plantilla ligauit: & vtrumque genu in terram figens collum extendit & decollatus est. Mox eius caput de corpore exiliens, iesus Christus quod sibi in vita tam dulce extiterat: & tam crebro nominauerat hæbraicè clara voce intonuit. Dicitur enim eum in suis epistolis Christum vel Iesum vel vtrumque quingentis vicibus nominasse. De eius autem vulnere vnda lactis vsque in vestimenta militis exiliuit: & postea sanguis effluxit: in aère lux immensa emicuit, de corpore odor suauissimus emanauit.

C **D** Dionysius autem in epistola ad Timotheum de morte Pauli sic dicit. In hora autem illa trinitatē plenam frater mi dilectè dicente carnifice Paulus collū parat: tunc beatus apostolus suspexit in cælum murians frontem & pedus suum signo crucis, & dixit. Domine iesu Christe in manus tuas commēdo spiritū meū. Et tunc absque tristitia in compulsionem extendit collum suum & suscepit coronam. Percutiētē autem car-

nifice & amputante Pauli caput: tunc beatissimus in ipso ictu explicuit velum, & collegit sanguinem proprium in velo, & ligauit eum, & obuoluit, & tradidit illi scemine. Et reuerso militi carnifici dixit Lemobia vbi dimisisti magistrum meum Paulum. Respondit miles. Cum socio iacet ibi extra urbem in valla pugillum, & velo tuo velata est facies eius. Ipsa autem respondens ait. Ecce intrauerit nunc Petrus & Paulus induti veste præclara & coronam fulget res luce radiantes habebant in capitibus suis, & protulit velū sanguine cruentatum & monstrauit eis. Propter quod opus multi crediderunt dno, & Christiani facti sunt. Hæc Dionys. Audiens Nero quod contigerat vehementer extimuit: & de his omnibus cum philosophis & amicis loqui cepit. Dum hæc inuicem loqueretur: venit Paulus ianus clausis, & ante Cæsarem stans ait. Cæsar ecce Paulus regis æterni & inuicti miles. Vel nunc crede quia non sum mortuus, sed viuus: vel tu miser æterna morte morieris eo quod sanctos Dei iniuste interficis. Et his dictis disparuit. Nero autem ex nimio timore velut amens effectus, quid ageret, ignorabat: & suafu & consilio amicorum Patroclum & Barnabam cum alijs soluit, & quo vellent liberè abire permisit. Illi verò milites. s. Longinus magister militum & Accedus ad sepulcrum Pauli mane venerunt: & duos viros scilicet Titum & Lucam orantes: & in eorum medio Paulum stantem viderunt. Quos Titus & Lucas videntes vehementer terri fugere cœperunt: & Paulus disparuit. Illi autem post eos clamantes dicebant. Non vt putatis vos persequemur: sed à vobis baptizari volumus: sicut Paulus nobis dixit, quem modo vobiscum orantem vidimus. Hoc illi audientes reuersi sunt: & cum magno gaudio eos baptizauerunt. Caput autem Pauli in quamdam vallem proiectum est & præ multitudine aliorum qui interfecti fuerunt, & illuc proiecti inueniri non potuit. Legitur autem in eadem epistola dionys. quod cum quadam vice fouea mundaretur: & caput illud pauli cum alijs purgamentis proiectum fuisset: quidam pastor illud in virga sua leuauit: & iuxta caulas ouium fixit. Vidit autem tres noctes continuas ipse cum domino suo super prædictum caput lucem ineffabilem resurgere: quod cum episcopo & fidelibus nuntiatum fuisset, dixerunt. Vere hoc est caput pauli. Egressus igitur episcopus & vniuersa fidelium multitudo caput illud secum detulerunt: & in quadam mensa aurea ponentes corpore cōiungere attentabant. Quibus patriarcha respondit. Nos scimus quod multi fideles occisi sunt, & eorum capita sūt dispersa. Vnde dubito caput illud corpori pauli coniungere. Sed caput hoc ad pedes corporis venimus, & omnipotentem dominum exoremus: vt si caput suum est, conuertatur corpus, & capiti coniungatur. Quod cum omnibus placuisset: caput ipsum ad pedes corporis beati pauli posuerunt: & ecce cœcis orationibus & suppetibus corpus se vertit: & loco suo capiti se iuxit. Et sic cœs deū benedixit: & hoc esse caput pauli veraciter cognouerunt. Hæc dionys.

D **R** Refert Greg. Turon. qui tempore Iustini iunioris claruit, quod quedam desperans laqueum sibi parabat: nomen tamen pauli inuocans sape dicebat. Adiuua me sancte paule. Tunc affuit quedam vmbra squalida hortans eum, & dicens. Eya bone

vir age quid agis, moram ne feceris. At ille semper parans laqueum dicebat. Beatissimi Paule adiua me. Expedito iam laqueo affuit alia vmbra tanquam hominis dicens illi, qui hominem hortabatur. Fuge miserime quia paulus aduocatus aduenit. Tunc scaldida vmbra euaduit. & homo ad se rediens & laqueum proiciens poenitentiam condignam accepit. Gre. in registro. Ex cathenis beati pauli multa miracula demonstrantur, & dum multi parum quid ex limatura petunt atsitit sacerdos cum lima et aliquibus petentibus ita cōcete aliquod de cathenis ipsis excutitur, vt nulla mora sit. Quibusdam vero petentibus diu per cathenas ipsas lima ducitur, & tamen vt aliquid inde exeat non obtinetur. In eadem quoque epistola que supradicta est, beatus Dionysius mortem beati Pauli magistri sui pijs verbis deplorabat, dicens. Quis dabit oculis nostris aquas, & pupillis nostris fontem lacrimarum, vt ploremus die ac nocte lumen ecclesiaram, quod extinctum est. Quis non iaduet fletum & gemitum: aut non vestietur lugubribus et mente attonitus non obstupescet? Ecce etenim petrus fundamentum ecclesiarum gloria sanctorum apostolorum à nobis recessit, & nos orphanos dereliquit. Paulus quolibet gentium familiaris & consolator pauperum: deficit nobis et vltra non inuenitur. Qui fuit pater paruum: doctor doctorum: pastor pastorum: abyssus sapientie: fistulam altissimam, predicatorem veritatis, insatiabilem paulum dico nobilissimum apostolum. Hic angelus terrestris & homo celestis imago & similitudo deitatis & spiritus deiformis omnes nos dereliquit: nos inquam inopes & indignos in hoc mundo contemptibili & maligno, & ingressus est ad Deum suum dominum & amicum. Heu frater mi Timothee dilecte animae meae, vbi est pater tuus, magister & amator. Vnde te vltius saluabit. Ecce enim orphanus factus es. & remansisti solus, iam nequaquam scriber tibi tua sanctissima manu dicens tibi, fili charissime. Ve mihi frater mi Timothee. Quid hic accidit tristitiae & tenebrarum & dāni: quia orphanus factus sumus. Iam non venient ad te epistolae eius, in quibus scriptum sit. Paulus modicus seruus Iesu Christi. Iam non scribet de te vltius ciuitatibus, dicens. Suscipite filium meum dilectum. Complicat fratres libros prophetarum & signa super eos: quia neminem habemus interpretem parabolarum & paradigma tum & eloquiorum ipsorum. David propheta plangebatur filium suum & dicebat. Ve mihi pro te fili mi, ve mihi. Ego autem. Ve mihi magister mi, verè ve mihi. A modo defecit & cessauit concursus discipulorum tuorum Romanis venientium & quarentium nos. Iam nemo dicitur est eamus & videmus doctores nostros, & interrogemus eos qualiter nos regere oporteat ecclesias nobis commissas, & interpretantur nobis eloquia domini nostri Iesu Christi, & eloquia propheta rum. Verè ve his filijs frater mi, qui priuati sunt patri bus spiritualibus: quibus priuatus est grex. Et nobis etiā frater ve, qui priuati sumus magistris nostris spiritualibus qui collegerunt intellectum ac scientiam veteris ac nouae legis: & coligauerant in suis epistolis. Vbi est cursus Pauli & labor sanctorum pedum eius? Vbi est os loquens & lingua consulens & spiritus benepiacens Deo suo? Quis non ploret & vluet? Nam qui meruerunt gloriam & honorem apud Deum tan-

quam malefactores traduntur in mortem. Ve mihi, quoniam in illa hora intuitus sum corpus sanctum sanguine innocenti cruentatum. Heu mihi pater mi magister & doctor non quidem reus tali morte extitisti. Nunc ergo quo ibo te querere gratia christianorum & laus fidelium? Quis conticescere fecit vocem tuam fistula altisona, plectrum psalterij decachordi? Ecce in troisti ad dominum Deum tuum quem desiderasti, & toto affectu concupisti. Hierusalem & Roma praua amicitia equales factae sunt in malo. Hierusalem crucifixit dominum nostrum Iesum Christum: Roma vero apostolos eius interemit. Hierusalem autem seruit ei, quem crucifixit: Roma autem solennitudo glorificat, quos interemit. Et nunc frater mi Timothee quos dilexisti, & toto corde desiderabas: Saul dico regem & Ionatham in vita sua non sunt separati, nec in morte. Et ego non sum separatus à domino magistro meo: nisi cum separauerint nos homines pessimi & ini qui. Et separatio huius ore non erit semper. Anima eius cognoscit dilectos etiam sine hoc quod eis loquatur, qui nunc ab eo elongati sunt. In die autem resurrectionis magna iactura esset separari ab eis. Hae Dionysius. Ioannes chryso. in lib. de laudibus Pauli hunc gloriosum apostolum multipliciter commendat, sic dicens. Nihil prorsus errauit, qui pratum insignne virtutum ac paradisum spiritualem Pauli animam nuncupauit. Quae autem lingua laudibus eius inueniatur aequalis: cum omnia quae in omnibus sunt bona anima sua vna possideat: & ea cuncta plene accumularet: nec solum hominem, sed etiam quod est amplius angelorum. Nec tamen idcirco reticebimus, quin potius pauca dicemus. Est enim hoc maximum laudis genus, cum orationis copiam virtus superat: & magnitudo laudati. Sicque vincto multo est nobis gloriosus, quam saepe vicisse. Vnde igitur opportunus laudum eius sumemus exordium: nisi ab hoc ipso primum, vt ostendamus eum bona omnium possidentem.

Abel obtulit sacrificium, & inde laudatur, sed si Pauli hostiam adducamus in medium, quantum caelum à terra superior apparebit. Si quidam semetipsum per dies singulos immolabat, quam tamen hostiam dupliciter offerebat: tum in corde, tum in corpore mortificationem circum ferens. Non enim oves offerebat aut boues, sed seipsum dupliciter immolabat. Neque his contentus fuit: sed etiam orbem vniuersum studuit offerre: qui terram ad mare Graeciam atque Barbariam omnemque sub sole regionem quasi volitans circuitiuit ex hominibus angelos faciens, quinimo istos homines quasi ex daemonibus in angelos prouehens. Quid huic hodie reperiret aequale quam Paulus gladio spiritus sancti immolauit: & in illo altari super caelum locatum est, obtulit. Sed Abel dolo germani percussus occubuit: Paulus vero ab eis interfectus est, quos ab innumeris malis cupiebat eruere. Vis autem eius innumeras tibi ostendat mortes, tot vtique quod etiam dies vixit. Nae se tantum in arca legitur seruasse cum liberis: hic autem multo seuiore inuadit de diluuiio non arcam cooptando copaginibus tabularum sed epistolis componendo pro tabulis vniuersum orbem periclitantem ex medijs fluctibus liberauit. Hae autem arca non vno loco circumfertur, sed spiritu

orbis terminos comprehendit: nec bitumine ac pice: sed spiritu sancto eius tabulae sunt perunctae. Hae sufficiens penè irrationabilibus animalibus stultiores imitatores efficit angelorum. Hae quoque illam vicit archam: quia illa coruum recipiens, coruum rursum emisit: & includens lupum feracitatem eius mutare non potuit. Hae verò accipitres miluorumque suscipiens fecit columbas, & excludens omnem feracitatem mansuetudinem spiritus introduxit. Abraham mirantur omnes, quia ad Dei praeceptum patriam atque cognatos reliquit. Sed quomodo Paulo possit equari qui non tantum modo patriam vel cognatos, sed ipsum quoque mundum reliquit: imo etiam caelum & caeli caeli: & haec omnia christum suscipiendo despexit: vnde pro cunctis istud solum. i. in christi charitate requirens: neque praesentia (inquit) neque futura, neque altitudo &c. Sed & Abraham in periculum se tradens hostibus filium fratris eripuit. At Paulus vt vniuersum orbem de ipsa diaboli extraheret manu, innumerabilia pericula sustinuit, propriisque mortibus maximam securitatem alijs comparauit. Filium quoque Abraham voluit immolare, Paulus verò semetipsum millies immolauit. In Isaac patientia aliqui admirantur: quoniam putesos à se factos obstrui patiebatur. At Paulus non putesos cernens lapidibus obrutos, sed proprium corpus non solum sicut ille sedebat, sed eos etiam à quibus patiebatur in caelum studebat euehere. Quanto enim amplius obruebatur iste fons, tantomagis erumpebat: ac plures à se fluuios effundendo manabat. De longanimitate atque patientia iacob scriptura miratur. Et quae nam illa est tam adamantina anima, quae Pauli patientiam possit imitari. Neque enim septem annorum, sed totius vitae seruitium pro sponsa pertulit. Christi non adustus solum aestu diei & noctis gelu, sed tentationes mille perpeffus. & nunc quidem verberibus, nunc verò lapidibus scissus, quae collisus & inter certamina vbi que profliens: captas oves ex diaboli faucibus abstraherat. Sed & Iosep pudicitiae virtute decoratus est & ego vereor ne iam ridiculum sit, hinc etiam Paulum laudare quae semetipsum crucifigens non solum humanorum corporum pulchritudines, sed omnia etiam quae videtur, rebus clara. Sic decora cernebat, quae admodum nos fauilla cinerumque conspiciamus, qui quasi mortuus prorsus ad mortuum immobilis permanebat. Stupent Iob omnes homines: est enim athleta mirabilis. At Paulus non mensibus tantum: sed annis pluribus in agone perdurans tam clarus emicuit non teste gleba sanieum carnis radens, sed ipsius intelligibile os leonis frequenter incurrens & pugnans aduersus tentationes innumeras omni erat lapide tollerentior. Qui non à tribus & à quatuor amicis, sed à cunctis infidelibus, à fratribus etiam opprobria sustinebat, consputus ab omnibus atque maledictus, & illi erat magna hospitalitas & cura pauperum. Sed quam curam ille impendebat carne debilibus. Hanc iste animus morbidis exhibebat. Illius omni aduenienti aperiebatur domus, huius verò anima vniuerso petebat orbi. Et ille quidem cum oves & boues haberet inaueros, erat in pauperes liberalis. Hic verò nihil amplius corpore suo possidens. De hoc sufficienter indigentibus ministrabat, quod alicubi commemorans necessitatibus inquit meis & his qui mecum erant

ministrauerunt manus istae. Sed etiam vermes atque vulnera saeuos sancto Iob inferebant dolores, sed si Pauli verbera famae, cathenas periculaeque consideres: quae à domesticis, ab extraneis & à caetero patiebatur orbe sollicitudinem, quam ipse pro ecclesijs: venerationem quae pro scandalizatis singulis perfererat, videbitis quae omni erat saxo durior. Anima illa & ferrum atque adamantem firmitate superabat. Quae enim ille corpore, haec mente Paulus sustinuit. Quem omni merore molestior de singulis quibuscumque: habentibus mestitia consumebat. Vnde & iuges ex eo fontes lacrymarum non diebus solum, sed etiam noctibus effluebant. Omnique muliere parturiente vehementius affligebatur in singulis. Propter quod etiam dicebat. Filii mei quos iterum parturio. Moyses pro Iudaeorum salute deleri elegit de libro: Moyses itaque se cum caeteris obtulit perire, Paulus pro caeteris. Non enim cum parentibus perire voluit: sed vt aliquid saluaret, ipse de gloria aeternitate decidere. Et quidem de hoc ille Pharaoni diabolo quotidie repugnabat. Ille pro vna gente: iste pro vniuerso orbe certauit, non sudore, sed sanguine. Ioannes in cibum locustas & mel siluestri sumebat: sed Paulus ita in medio mundi strepitu quem admodum ille in eremo quiete versatus est, non quidem pastus locustis aut melle siluestri, multo autem his victu viliore contentus est: ac necessariò quidem indulgens cibo seruenti studio praedicandi. Verum illius aduersus herodiadem apparuit magna constantia: & ille non vnum aut duos aut tres, sed innumeros & simili positos potestate corripuit: imò longè illo seuiore tyranos.

¶ Restat vt Paulum iam angelis comparemus: in quibus magnificum praedicamus, quia cum omni cura Deo obediuit. Quod David admirando dicebat. Potentes virtute facientes verbum eius. Quid verò aliud propheta in angelis miratur. Qui facit inquit angelos suos spūs, & ministros suos igne vrentē. Sed hoc in Paulo possumus inuenire: quae velut ignis ac spūs totum terrarum percurrit orbem, & percurrendo purgavit: sed necdū caelum iste sortitus est, & hoc est omnino mirabile, quod talis versatur in terris etiā mortali adhuc carne circūdatus. Quanta ergo nos condēnatione digni sumus cum vno homine bona in se oīa congregate: nec minimā quidem partē eorū studemus imitari? Non enim aliam est ille sortitus naturā, nec dissimile naturā animā, nec alterum habitās mūdū: sed in eadem terra eademque regione, sub eisdem etiam legibus nutritus & moribus cūctos, qui nūc sunt homines vel fuerunt animi virtute transcendit, nec verò in illo hoc solū mirabile est, quod praebundentia deuotionis quodāmodo non sensit dolores pro virtute susceptos, sed etiā quod virtutē ipsam pro mercede persequitur. Nam & nos quidē propter eam proposita mercede certamus, quā ille cōpletas etiam sine praemio diligebat. Cuncta illa quae asperitate sui videtur impedire virtutē cum omni mansuetudine perpetens quotidie celsior, quotidie assurgebat ardētior. Et inētātes sibi piculis noua sepe alacritate pugnabat: quae cum sibi mortē iam imminētē videret: ad cōmunionē delectationēque gaudij alios prouocabat, dicens. Gaudete & congratulamini mihi. Itaque ad confusionem & iniurias, quas ob praedicandi studij sustinebat: magis ad bonorū oblectamenta pro-

perabis, mortis potius quam vita desiderium appetens paupertatis quam opulentiae & multo amplius laborem quam alij requiem post laborem ac merorem magis diligens quam alij voluptatē studiosius pro inimicis, & fructuosius orans quam alij aduersus inimicos. Vnum illi formidandum erat atque metuendum offensa nimirum dei: nec desiderabile, illi aliud erat nisi placere deo semper. Non dico autem quod nihil pre sentium desiderabat: sed nec aliquid futurorum. Non enim mihi dicas merces ingentes exercitus, pecunias, prouincias, potestates: hec enim quali araneorum fila reputauit sed ea que promittuntur in caelis: et tūc eius ardentem in christo amorem videbis. Hic siquidē pro ilius dilectione non angelorum, non archangelorum dignitatem: nec quicquam horum simile concupiuit. Quod enim erat, maius omnibus christi amore fruebatur: cum hoc enim beatiorum cunctis se putabat: sine hoc autem non dominantium, neque principatum socius esse cupiebat: sed cum hac dilectione magis essem: vel extremus, imo etiam ac numero punitorum quam sine hac inter summos honores & sublimes. Hoc enim erat illi maximum ac singulare tormentum ab hac charitate discedere. Hoc illi erat gehenna: hoc sola poena: hoc infinita & intoleranda supplicia sed perfrāi charitate christi hoc illi vita, hoc mundus, hoc regnum, hoc promissio, hec bona videbantur innumera. Sicque despiciebat vniuersa que timeamus: ut solet iam herba postrefacta contemni. Tyrānos vero ac populos spirantes furorem vel quosdam esse culices aestimabat. Mortē vero atque cruciatu & mille supplicia quasi ludum putabat esse puerorum, dum modo pro christo aliquid sustineret. Decorabatur enim magis vincitū cathena quam diademate coronatus. Et enim coartatus carcere habitabat in caelo. Ac libētius verbera recipiebat & vulnere quam alij braua diripient, & dolores non minus premia quam diligebat: cum ipsos vti que dolores loco duceret premio: ut propterea ipsos etiam gratiam nominabat: quoniam que nobis sunt causa tristitię hęc illi maximam pariebant voluptatem. Merore quoque maximo vrebatur: propter quod & dicebat quis scandalizatur & ego non vior. Etiam si in merore dicat quis inesse aliquā voluptatem: Multi enim qui filiorum mortibus vulnerantur aliquid consolationis accipiunt cum suis feribus relinquuntur: magisque dolent cum dolore prohibentur. Sic & paulus nocte ac die consolationē accipiebat & lachrymis. Nullus quippe tanto affectu mala propria quanto ille deflebat aliena: quē admodum enim illum opinari afflictiū cum perditionem dēseret peccatorum, qui ut illi salui fierent a caelorum gloria cupiebat excludi. Nam non saluari illos multo acerbius existimabat quam semetipsum perire. Hunc ergo cuiusnam rerum poterit quis comparare: cui ferro, cui adamanti quidnam illā aliquis appellet animam auream vel magis adamantinam. Nam & omni erat adamantem fortior auro, gemmitique preciosior: & ad alterā quidā materiā firmitate alterā superabat preciositate. Cui igitur rei huius ab aliquo anima comparatur. earum quidem quę sunt omnino nulli: quod si vel auro adamantis fortitudo vel adamantis honor daretur auri: tunc forte aliquo modo comparatio eius pauli posset animę conuenire. Sed quid ego adamantem & aurum, ad similitudi-

nem adduco pauli. Mundum si ex aduerso appendas omnem, etiam tunc videbis aperte pauli ingens pondus examinis. Mūdo igitur & omnibus quę in mundo sunt paulum dicimus dignorem. Si igitur mundus eo dignior non est, sed vel forte caelum: sed istud quoque inuenitur ipse. Si enim non solum caelum, sed etiam quę habentur in caelis, dei postposuit charitati: quomodo non magis dominus, qui tanto est benignior paulo quanto malicia bonitas antecellit in numeris caeli: eum iudicat digniorem. Non enim nos tantum diligit deus quantum a nobis ipse diligitur: sed tanto effusius quanto nec sermo sufficit explicare: in paradysum quoque hunc deus rapuit: & in caelum tertium subleuauit. Nec immerito. Si quidem paulus in terra gradiens sic se gerebat in cunctis quasi angelorum societate frueretur. Nam visibili adhuc corpori colligatus illorum perfectione gaudebat. Tantis fragilitatibus corporis subditus in nullo inferiori supernis virtutibus appareret certabat. Nam tanquam pennatus totum docendo peruolauit orbem: & velut incorporeus labores periculūque contemplit: & quasi iam caelum possidens cuncta prorsus terrena despexit: & tanquam cum ipsis iam incorporeis virtutibus degens iugi mentis intentione vigilauit. Et angelis quidem tēpe diuersarum gentium cura commissa est: sed nullus illorum ita creditum sibi populum gubernauit, ut paulus vniuersum orbem. Sicut autem aliquis indulgentissimus pater afficitur erga filium frenesim comprehensum: cuius quantomagis conuictis ictibusque pulsatur, tanto eius potius miseretur, & defleat: ita paulus illis a quibus affigebatur, maiora adhibebat fomenta pietatis. Namque sępē pro illis, qui eum quinque verberauerant & eius sanguinem siciebant lachrymabatur, & vehementer dolebat, & pro eis orabat. Fratres inquit volūtas quid cordis mei, &c. Vehementer quoque mordebat ac penitus discabatur, eum eos percutēs videret. Ut enim missum in ignē ferrum totū profecto ignis efficitur: sic paulus charitate succensus efficitur est totū charitas, quę quasi cōmuni totius mundi esset pater, ita in amore hominum & ipsos eorum imitabatur parentes: imo cunctos non carnales verū etiam spirituales patres sollicitudine ac pietate superabat: omnem enim prorsus hominem deo adhibere cupiebat: quasi enim vniuersum mundum ipse genuisset: sic omnes in dei regnū cupiebat inducere: corpus & animā pro his quos diligebat impēdens. Homo iste ignobilis & circūterarius qui artem exercebat in pel libus tāta virtute progressus est, ut vix. xxx. annorum spacio & Romanos & Persas & Parthos & Medos: indos & Scythas: Ethiopes & Samaritanos atque Saracenos & omne prorsus hominum genus sub iugo mitteret veritatis. Et sicut in stipulas autem fenem ignis immisit: sic omnia dæmonū opera cōsumpsit. Paulo enim insonante lingua & omni igne vehementi irruente cę debāt omnia atque fugiebāt, & dæmonū cultū tyrānorum minas & domesticorum insidias. Sicut autē radijs solis orientibus & tenebras fugant, & adulteri ac fures foueis cōdunt, & latrones recedunt, homicidę ad antra fugiunt, omniāque lucida efficiuntur & clara desuper il-

lustrantibus.

lustrantibus radijs. Sic vbiq; euangelium disseminante paulo fugabatur error: & veritas remeabat: adu-teria & alia dicta feda defecerunt atque consumpta sunt isto ignis vapore palearum vice perentes. Clara vero inter hoc veritatis flamma surgebat resplendens & vsque ad caeli sublimitatem ascendens ab his potissimum subleuata qui eam opprimere videbantur. Nec pericula aut impetus processum eius impedire poterunt. Erroris verō est conditio, quod nullo sibi obistente confesceat ac desinat, vel desinat. Talis autem est diuerso veritatis status, quod multis impugnantibus suscitatur & crescit. Quoniam igitur ita genus nostrum nobilitant deus: ei similes studeamus inueniri, neque impossibile istud putemus: quoniam tale illi quale nobis corpus fuit, talis anima, tales cibi idem illum teque formauit: & quē admodum illi ita est deus tuus. Vis dei dona in paulo cognoscere. Vestimenta eius terror dæmonibus erant. Hęc verō amplius admiranda: quia paulus nec cum in pericula irrueret, temeritatis argui poterat: nec cum pericula fugerit timiditatis. Amabat enim presentem vitam ob lucrum docendi. Et rursus eam valde despiciebat philosophiā ad quam illum mundi contentus euexerat. Denique cum videris paulum pericula fugientem, non minus illum admireris quam cum se periculis gaudet opponere. Ut enim hoc fortitudinis, ita illud est sapientię. Et cum videris illum de seipso aliqua sonantem, similiter admireris, ac si videris illum semetipsum despiciere: ut illum humilitatis est: ita istud magnanimitatis. Magis enim merebatur loquendo de se quam tacendo laudari. Quoniam nisi fecisset istud, culpabilior illis esset, qui seipos importunē laudare dixerunt. Nisi enim gloriam fuisset: creditos sibi omnes perdidisset, quia dum se humiliasset, eos extulisset. Amplius tunc paulus placuit gloriando, quod alter laudes proprias occultando. Nec tantum quisquam profuit cum sua merita cęlaret, quantum, iste cum proderet. Est etiam grande malum de seipso grande aliquid dicere, atque mirabile, extemaque dementia: est nulla imminente necessitate rerum violentis prorsus laudibus velle decorari. Non hoc secundum deum loquendum est: sed potius insanie est. Hoc enim omnem mercedem euacuat laboribus sudoribusque quęstiam. Et enim altius de se efferre sermonem gloriosus est & insolentis se seque iactantis. Dicere autem illa que presentis causę tantummodo necessaria sunt, fructum amantis & multorum remedia cogitatis est. Sicut & fecit paulus, qui dum a pseudo caperetur in laudes suas ire compulsus est, maxime que dignitatem suam ostenderet. Plura autem & maiora cęlavit. Veniam inquit ad visiones & reue. d. p. co. & c. Tanta paulus tanquam crebra cum deo habens colloquia quanta nec prophetarum nec apostolorum vllus habuit: per ea ipse humilior reddebatur. Vilis est plagas metuere: ut disceres, quia secundum naturam vnus erat ex pluribus per voluntatem: noui solum supra multos homines verum etiam vnus ex angelis erat. Neque verō metuere plagas reprehensione dignum: sed plagam metu aliquid indignum pietate committere. Hoc ipse enim quo plagas timebat, qui in certamine non vincitur, ac mirabilior ostenditur quam ille, qui non timet. Sicut nec merere culpabile est: sed per merorem

dicere aut facere aliquid eorū qui deo displicent. Hinc qualis fuerit paulus ostenditur, quia in tali natura viuens potuit quodammodo supra naturam. Quod si mortem timuit, nec ipsam quidem recusabat. Non enim naturam habere infirmitatibus subditam: sed feruire infirmitatibus criminofum est: ut merito ille admirabilis habeatur, qui imbecillitatem naturę voluntatis virtute superauit. Quod si iohannem qui dicebatur marcus a consortio separauit: hoc itaque rectissimē pro predicationis officio effecit. Eum si quidem, qui istud suscipit officium, non opus esse mollem aut resolutum: sed fortem & per cuncta robustum. Neque enim aliquis debet attingere preclari huius muneris functionem: nisi paratus sit animam milies tradere in mortem ac discrimina. Qui enim non talis animo est: multos alios suo perdet exemplo. Magis que vile est, si quiescat, sibi tantum vacet. Non ita gubernatorem non ad bestias dimicantem: non ludo gladiatorio destinatum: non quempiam omnino sic ad discrimina atque mortem paratum atque dispositam animam oportet habere, ut eum qui officium suscepit predicandi. Nam & pericula profecto maiora & aduersarij seniores: neque vnquam profus simili cōditione certatur. Caelum namque in premio in supplicio gehenna præponitur. Si verō inter eos aliqua commotio facta est: noli in hoc delictum putare. Non enim commoueri malū est, sed irrationabiliter nullōque iusto flagitante negotio commoueri malum est. Hunc enim effectū prouidus nobis creator inseruit: ut dormientes animas atque resolutas ab inertia ac desidia, suscitaret. Quasi enim gladio aciem: ita menti nostrę iras aciem imposuit, ut cum oportet, vtamur. Benignitas autem semper bona est: sed cum illam tempus efflagitat. Quando verō id non adest, etiam illa vitiosa est. Ita & paulus sępē hoc vsus est affectu & immodeste loquentibus melior erat iratus. Hoc autē in eo erat mirabile: quia vinculis, verberibus atque vulneribus longē splendidiore erat dyademate purpuręque fulgentibus. Cumque vincitū per tā vastū pelagus ducebatur: ita gaudebat tanquam in maximum imperiū duceretur. Post quā verō Romam ingressus est: nec ibi stare cōtentus est, sed in Hispaniam percurrit. Nec vnquam quidam die in ocio passus est, & quiete transire: sed in predicandi ardore ipso igne ardentior: nec pericula timuit: nec irrisiones erubuit. Hoc verō maiori admiratione dignū est, quod cum tam audax esset, ac velut ad pugnam semper accinctus, & ignem quoendam belli aspirans rursus placabilem atque flexibilem se præbebat. Nam se uienti vel potius feruenti præceperunt, ut iret: Tarsum non recusauit. Dixit unper murū eum oportere deponi, & passus est. Huius rei gratia ista faciebat, ut predicationi diutius insisteret, & cum multis hinc credentibus iret ad christū. Metuebat profecto ne forte pauper hinc atque inops salutis multorū abscederet. Ceterū cūque hęc sub vno pugnā magistro, viderint in eo infixa vulnera fluentē sanguinē, & nec si ipsum hostibus aliquando sedentē, sed stantē fortiter hastęque vibratē, & crebris ictibus aduersarios corruere facietē, nec omnino dolori parentē maiori absque dubio tanto duci acacritate subduntur. Hoc ita factū est in paulo. Videntes enim illum ligatū cathenis, & nihilominus in carcere predicantem videntes etiam vulnera-

um: & tamen verberantes ipsos sermone capientem maiorem profecto fiduciam colligebant: ideoque significans, ait. Ita vt plures è fratribus confidentes in vinculis meis abundanter auderent sine timore verbū Dei loqui. Tunc certiorē alacritatē & ipse capiebat, ac vehementius in aduersarios ferebatur. Sicut enim ignis in diuersas plerumque materias incidens augetur, magis incrementa fortitur: sic etiam lingua Pauli quibuscumque fuisset amota ad se eos continuò transferebat. Impugnatores quoque eius pabulum spirituale huic efficiebantur igni: quia per ipsos euangelij flamma magis crescebat. Hęc chrysostrōmus.

¶ De septem fratribus qui fuerunt filij beatę Felicitatis.

LEGENDA LXXXVI. A.

SEPTEM fratres fuerunt filij beatę Felicitatis: quorum nomina sunt Ianuarius, Felix, Philippus, Siluanus, Alexander, Vitalis, & Martialis. Hos omnes cum matre iussu imperatoris Antonij Publii profectus ad se vocari fecit. Sua sitque matri, vt sui & filiorū suorum misereri deberet. Que ait. Neque blandicijs tuis potero allici, nec terroribus frangi. Secura enim sum de spiritu sancto, quem habeo, quòd te superabo via & melius vincam occisa. Et conuersa ad filios ait. Videte filij in cœlum & sursum aspice charissimi quia ibidem Christus nos expectat. Fortiter pro christo pugnat: & fideles vos in christi amore exhibete. Quod profectus audiens eam alapis cædi iussit. Cum ergo mater & filij in fide constantissimi apparerent: omnes matre vidente & confortante diuersis sunt supplicijs interempti. Hanc beatā Felicitatem vocat Gręplusquam martyrem: quia septies passa est in septem filijs & octauo in corpore suo. Greg. in homelijs. Beata Felicitas que credendo extitit ancilla christi: predicaudo etiam facta est martyr christi. Septem quippe filios sic post se relinquere timuit viuos in carne: sicut carnales parentes solent metuere ne mortuos premitent. Parturiuit spiritu quos carne pepererat, vt predicando pareret deo, quos carne pepererat mundo. Filios suos quos carnem suam esse nouerat, sine dolore non poterat morientes videres: sed erat vis amoris interior, que dolorem vinceret carnis. Recte ergo hęc Fæmionam plusquam martyrem dixerim, que toties in filijs est & tam desideranter extincta. Dum enim multiplex martyrium obrinuit: ipsa quoque martyrij palmam vicit. Quia & amore christi sola mors sua ei nimis sufficit. Palsi sunt circa annos domini. cx.

¶ De sancta Theodora.

LEGENDA LXXXVII. A.

THEODORA nobilis mulier & speciosa apud Alexandriam tempore Zenonis imperatoris virum habebat diuitem ac timentem deum. Diabolus autem Theodorę inuidens sanctitati, virum quandam diuitem ad illius concupiscentiam incitauit: qui eam crebris nuacijs & muneribus molestabat, vt assensum sibi preberet. Sed illa nuncios respuebat, & munera contemnebat. Intantum autem eam molestabat, quòd

ipsam quietē habere non permitteret, & penē deficere videretur. Tandem quandam magam ad eam misit, que eam vt viri illius misereretur, sibi que consentiret, plurimum hortabatur. Quę cum diceret se coram oculis Dei cuncta cerneris grande peccatum nunquā committere maleficia, adiunxit. Quicquid in die hęc hoc vtique Deus scit & videt. Quicquid autem adueperascente & occidente sole committitur: Deus minime intuetur. Dixitque puella maleficę. Nunquid veritatem dicis? Et illa. Etiam dico veritatem. Decepta puella verbis maleficę dixit, vt adueperascente die virum ad se faceret venire: & voluntatem suam adimpleret. Quod cum viro retulisset: ille vehementer exultans hora qua condixerat, ad eam venit: secum concubuit, abscessit. Theodora autem ad seipsam rediens amarissimē flebat & faciē suam percutiebat, dicens. Heu heu me perdidit, animam meam: destruxi aspectum decoris mei. Vir autem eius domum rediit, & uxorem suam sic desolatam & merentem videntem causam tamen nesciens, eam consolari nitebatur. Sed illa nullam consolationem percipere volebat. Mane autem facto quodam monasterium monialium adiit, & abbatissam interrogauit an Deus quoddam graue delictum quod die adueperascente commiserat scire posset? Cui illa. Nil Deo abscondi potest: & Deus scit & videt omne quod fit, quacumque hora illud committatur. Quę flens amare dixit. Da mihi librum sancti euangelij, vt fortiar memetipsam. Aperiens reperit, quod scripsi scripsi. Rediens ergo domum dum quadam die vir suus abesset comam suā precidit: vestimenta viri sui accipiens ad quoddam monasteriū monachorum quod per decem octo miliaria distabat, festinauit: & vt ibidem cum monachis reciperetur petijt, & quod petijt impetrauit. Interrogata de nomine dixit se Theodoram nuncupari. Illa verò officia omnia humiliter faciebat, & eius seruitium omnibus gratum fuit. Post aliquod ergo annos abbas fratrem Theodoram vocauit, & vt bonos coniugetet, & oleū de ciuitate deferret precepit. Vir autem eius plurimū flebat timens ne cum viro altero recessisset. Et ecce angelus domini sibi dixit. Surge mane & sta in via martyrij Petri apostoli & que tibi obuiauerit ipsa tua vxor est. Quo facto Theodora cum camelis venit & virum suum videns & recognoscens intra se dixit. Heu me vir bonę meus quantum laboro, vt eripiar a peccato quod feci in te. Cum autem appropinquasset salutauit eum dicens. Gaudeas domine meus, ille autem penitus eam non cognouit. Sed cum diutissimē expectaret, & se deceptum clamaret: facta est vox ad eum dicens. Ille qui te heri mane salutauit, vxor tua erat. B. ¶ Tantę autem sanctitatis fuit beata Theodora vt multa miracula faceret. Nam & hominē a bestia laceratum eripuit, & suis precibus suscitauit. Ipsam quoque bestiam insecuta maledixit: que subito mortua corruit. Diabolus autē sanctitatem suam ferre non valens eidem apparuit, dicens. Meretrix prę omnibus & adultera reliquisti virum tuum, vt hęc vniuers & me contemneres. Per virtutes meas tremendas in te suscitabo pręlium: & si te non fecero crucifixum negare, non dicas quia ego sum. Ipsa signum crucis sibi edidit, & protinus dæmon euauit. Quadam autem vice dum de ciuitate cum camelis rediret, & i

quo.

quodam loco hospitata fuisset: puella quadam nocte ad eam venit, dicens. Dormi mecum. Quę cum respue retulit ad alterum qui in eodem loco iacebat. Cum autem eius venter intumuisset: & de quo concepisset interrogata fuisset, ait. Monachus ille Theodorus dormiuit mecum. Natum igitur puerum ad abbatem monasterij transmiserunt. Qui cum Theodorum increparet: & ille sibi indulgere peteret: scapulis suis puerum imposuit & de monasterio proiecit: illa autem abiecta per septem annos extra monasterium mansit, & de lacte pecorum infatē nutriuit. Diabolus autem tanta patientiā inuidens: in speciem viri sui se transfigurauit, ei que dixit. Quid hic agis domina, ecce languo pro te, nec aliquam consolationem recipio: veni ergo lux mea: quia si cum viro alio iacuisi hoc tibi indulgeo: at illa credens virum suum esse, dixit ad illum.

Nunquam amplius tecum manebo: quia filius Ioannis militis iacuit mecum, & volo agere pœnitentiam de eo quod in te peccauit: & cum orasset statim euauit, & dæmonem fuisse agnouit. Altera iterum vice diabolus voluit eam terrere. Nam in similitudine ferarum terribilium dæmones ad eam venerunt, & vir quidem instigans eas dicebat. Comedite meretricem hanc. Illa autem orauit, & euauerunt. Altera vice multitudo militum veniebat quam princeps precedebat, & eum ceteri adorabāt. Dixeruntque milites. Theodore. Surge & adora principem nostrum. Quę respondit dominum Deum adoro, quod cum principi nunciatum fuisset, iussit eam adduci, & tot tormentis affici, vt mortua putaretur, & post modum omnis turba euauit. Alia iterum vice vidit ibidem aurum multū, quę signans se illud refugit, & Deo se recommendauit. Altera etiam vice vidit quandam ferentem canistrū plenum omni genere ciborum, & dicentem sibi. Dicit princeps qui te cæcidit. Tolle comedere, quia nesciens fecit hoc. Illa autem se signauit, & protinus euauit. Compleris autem septem annis abbas patientiam eius considerans eam reconciliauit, & cum puero suo in monasterium introduxit. Vbi cum duos postmodum annos laudabiliter peregrisset, puerum accepit, & se cum illo in cella sua clausit. Quod cum abbati reuelatum fuisset, misit quosdam monachos, qui diligentius auscultarent, quoniam cum eo loqueretur. Illa autem puerum amplexans & deosculans dixit. Fili mi dulcissime tempus vitę meę venit. Relinque te Deo ipsum patrem & adiutorē habeas. Fili dulcissime ieiunijs & orationibus insistas, & fratribus tuis deuotē seruias. Et hęc dicens spiritum tradidit, & in domino feliciter obdormiuit. Circa annos domini. cccc. lxx. Quod puer cernens plurimum flere cepit. In ipsa autem nocte visio abbati monasterij monstrata est in hunc modum. Nuptiæ maxime parabantur, & inde veniebant ordines angelorum & prophetarum & martyrum & omnium sanctorum. Et ecce in medio eorum mulier sola gloria ineffabili circumdata, & venit vique ad nuptias, & sedit super lectum, & omnes astantes adorabant eam. Et ecce vox dicens. Hic est abbas Theodorus qui falso de puero accusatus est. Septem tempora super eam mutata, fuit castigata est enim: quia cubile viri sui conquinauit. Excitatus autem abbas concitatus cum fratribus ad cellam eius iuit, & eam iam defunctam inuenit. Et intrantes & discooperientes i-

psam esse scēminam inuenerunt. Misitque abbas pro parte puellę qui eam infamauerat, & dixit illi. Vir filię tuę mortuus est. Et auferens vestimentum mulierem esse cognouit. Factus est igitur timor magnus super omnes, qui hoc audierunt. Angelus autem domini ab bati locutus est. & si quis tibi obuiauerit assume & tecum adhuc, Qui dum pergeret quidam vir currens sibi obuiauit. Quem cum abbas interrogaret, quo pergeret ille ait. Mulier mea mortua est, & vado videre eam. Et assumpsit abbas virum Theodorę in equum, & venientes plurimum fleuerunt, & ipsam cum multis laudibus sepelierunt. Vir autem eius cellam vxoris suę Theodorę accepit, & ibidem permanens tandem in domino obdormiuit, puer autem Theodorę nutricem sequens omnium morum honestate pollebat, ita quòd mortuo abbate monasterij in abbatē ipse vnanimiter est electus.

¶ De sancta Margareta.

A.

MMARGARETA dicitur à quadam pretiosa gemma quę Margarita vocatur, quę gemma est candida parua & virtuosa. sic beata Margareta fuit candida per, virginitatem, parua per humilitatem, virtuosa per miraculorum operationem. Virtus autem huius lapidis dicitur esse contra sanguinis effusionem, contra cordis passionem, & ad spiritus confortationem. Sic beata Margareta habuit virtutem cōtra effusionem sui sanguinis per constantiam, quia in suo martyrio constantissima extitit. Contra cordis passionem. i. dæmonis tentationem per victoriam, quia ipsa diabolum superauit. Ad spiritus confortationem per doctrinam, quia per suam doctrinam multorum animos confortauit, & ad fidem christi conuertit. Cuius legendam Theotinus vir eruditus scripsit.

LEGENDA LXXXVIII.

B.

MMARGARETA de ciuitate Antiochię filia fuit Theodosij gentiliū patriarchę. Hęc nutrice traditur, & ad adultam ætatem veniens baptizatur, & propter hoc exosa patri plurimum habebatur. Quadam igitur die dum iam annum decimum quintum attingisset, & cum alijs virginibus oues nutricis custodiret, præfectus Olibrius inde transitum faciens & puellam tam speciosam considerans, mox in eius amore exarsit: & pueros ad eam concitus misit, dicens. Ite & eam comprehendite, vt si libera est, eam mihi in vxorem accipiam, si ancilla est, eam mihi in concubinā habeam. Cum ergo eius fuisset conspectui præsentata eā de genere suo: ac nomine & religione requisit. Illa autem respondit se genere nobilem, nomine Margaretam, ac religione christianam. Cui præfectus. Duos prima tibi recte conueniunt: quia nobilis haberis & pulcherrima, Margareta comprobaris: sed tertius tibi non cōuenit: vt puella tā pulchra & nobilis Deum habeat crucifixum. Cui illa. Vnde scis christum crucifixū fuisse. Et ille ex libris christianorum. Cui Margareta. Cum igitur legatur pœna Christi & gloria, que verecundia

x

est vestra: vt vnum credatis & alterū denegetis? Cū autem Margareta eum sponte crucifixum fuisse pro redemptione nostra assereret: sed nunc eū in aeternum viuere affirmaret: iratus praefectus eam in carcerem mitti iussit. Sequenti autem die eam ad se vocari fecit, eiq; dicit. Vana puella miserere pulchritudinis tuae & deos nostros adora, vt tibi bene sit. Cui illa. Illum adoro quem terra contremisit: mare formidat, & omnes creaturae timēt. Cui praefectus. Nisi quibus sentias, corpus tuum faciam laniari. Cui Margareta, Christus in mortem seipsum pro me tradidit: & ideo pro christo mori desidero. Tunc praefectus iussit eam in eculeum suscipi: & eam tam crudeliter primo virgis, deinde pectinibus ferreis vsq; ad denudationem ossium laniari, quod sanguis de eius corpore tāquam de fonte purissimo emanauit. Flebant autem qui ibi aderant, & dicebāt. O Margareta verē de te dolemus: quia corpus tuum tam crudeliter laniari cōspicimus. O qualem amissisti pulchritudinem, propter tuam incredulitatem. Tamen nunc saltem crede, vt viuas. Quibus illa. O mali, consilij ree dicit & abite. Hae carnis cruciatio, est animae saluatio. Dixitq; ad praefectum. Impudens canis & insatiabilis leo in cauenem potestatem habes: sed animam christus reseruat. Praefectus autem faciem clamide cooperiebat: nec tantam sanguinis effusionem videre poterat: deinde eam deponi fecit, & eam in carcerem recludi iussit: & mirabili claritas fulsit. Vbi dum esset, orauit dominum, vt in nimicū, qui secum pugnabat, sibi visibiliter demonstraret: Et ecce draco inmanissimus ibidē apparuit. Qui dum eam deuoraturus impeteret, signū crucis edidit, & ille euauit. Vel vt alibi legitur os super caput eius ponens & linguam super calcaneum porrigens eam protinus deglutiuit: sed dum eam absorbere vellet, signo crucis se muniuit: & ideo draco virtute crucis crepuit: & virgo illa exiuit. Illud autem quod dicitur de drachonis deuoratione apocryphum & friuolum reputatur.

Et Diabolus iterum vt eam decipere posset, in speciem hominis se mutauit. Quem videns in oratione se dedit: & dum surrexisset, diabolus ad eam accessit, & manum tenens dixit. Sufficiant tibi quae fecisti: iam nunc cessa de mea persona. Illa autem eum per caput apprehendit: & sub se ad terram deiecit: & super ceruicem eius dextrum pedem posuit, & dixit. Sternere super eam demon sub pedibus foeminae: demon autē clamabat. O beata Margareta superatus sum. Si iuuenis me vinceret, non curassem: ecce a tenera puella superatus sum, & inde plus doleo: quia pater tuus & mater tua amici mei fuerunt. Illa verō eum coegit, vt diceret cur venisset. Qui se venisse ait, vt sibi consuleret quod monitis praedictis obediret. Coegit quoq; vt diceret: cur christianos tam multipliciter tentaret. Qui respondit naturale odium sibi esse contra viros virtuosos: & quamuis saepe ab eis repellatur: tamen desiderio seducēdi ipse infestus existit: & quia inuidet homini de fidelitate quam ipse amisit, quamuis eam recuperare nō possit: ipsam tamen alijs auferre contendit. Addiditq; qd Salomon innotuit a dæmonum multitudinē in quodam vase inclusit. Post mortem suam cū de illo vase dæmones ignem mitterent, & homines ibidem magnum esse thesaurum putarent, vas confrēgerunt: &

dæmones exeuntes aerem impleuerunt. His dictis virgo pedem subleuauit & dixit. Fuge miser: & demon statim euauit. Secura igitur efficitur: quia quae principera vicerat: ministrum proculdubio superaret. Sequenti igitur die conuenientibus populis iudici praesentatur, & sacrificare contemnens exiit: corpusq; facibus ardentibus comburitur: vrta vt cuncti mirarentur, quomodo tam tenera puella tot posset tormenta sustinere, deinde in vase magno pleno aqua ipsam ligati & poni fecit, vt ex poenarum commutatione crederet vis doloris. Sed subito terra concutitur, & cunctis videntibus viro illa egressa. Tunc quinque milia virorum crediderunt: & pro nomine christi capitalem sententiam acceperunt. Praefectus autem timens ne alij conuerterentur, concitus beatam Margaretam decollari praecipit. Illa autem impetrato orandi spacio pro se & suis persecutoribus necnon & pro eius memoriam agentibus & se inuocantibus deuote orauit: addens vt quaecunq; partu periclitans sese inuocaret, illa sam prolem emitteret. Factaq; est vox de caelo quod in suis se nouerit petitionibus exaudivit. Surgensq; ab oratione dixit: spiculatori: frater tolle gladium tuum, & percutite me. Qui percutiens caput eius vno ictu abstulit: & sic martyrii coronam suscepit. Passa est autem. xiiij. kalen. Augusti: vt in eius historia inuenitur. Alibi legitur quod tertio idus Iulij. De hac sancta virgine sic dicit quidam sanctus. Beata Margareta fuit timoris Dei plena, iustitia praedita: religione compita: compunctione perfusa: honestate laudabilis: patientia singularis: nihilq; in ea contrarium religioni Christianae inueniebatur: odiosa patri, suo dilecta domino Iesu Christo.

De sancto Alexio.



ALEXIUS dicitur ab à, quod est valde, & lexis, quod est sermo. Inde Alexius quasi valde in verbo Dei robustus.

LEGENDA LXXXIX. A



ALEXIUS fuit filius Euphemiani viri nobilissimi Romanorum: & in aula imperatoris primi. Cui tria milia puerorum alii stebant: qui zonis aureis cingebantur: & vestimentis sericis induebantur. Erat autem praefectus Euphemianus valde misericors & singulis diebus in domo sua tres mensae pauperibus: orphanis: viduis & peregrinis parabantur, quibus stenuerue seruiebat: & hora nona ipse cum viris religiosissimis in timore domini capiebat. Cui vxor nomine Aglae eiusdem religionis ac propositi erat. Cum autem filium non haberet: ad preces tamen suas dominus eis contulit filium. Postquam ipsi deinceps, in castitate viuere firmauerunt. Traditus autem puer iherusalibus disciplinis. Cū omnibus philosophiarum artibus ipse floreret: & iam ad puberem aetatem venisset: puella sibi de domo imperiali eligitur: & sibi in coniugem copulari. Venit nox in qua cum sponsa sua suscepit secreta silentia. Tunc sanctus iuuenis cepit sponsam suam in Dei timore instruere, ac ipsam ad virginitatis prouocare pudorem.

Deinde anulum suum aureum & caput balthei, quo cingebatur sibi seruanda tradidit, dicens. Sustipe hoc & serua donec Deo placuerit, & dominus

inter nos. Post hoc de substantia sua accipiens ad mare discessit. Ascendensque occulte nauem Laodiciam vsque deuenit: indeque pergens in Edissam ciuitatem Syriae, pfectus est: vbi imago domini nostri Iesu Christi sine humano opere facta in sindone habebat. Quo perueniens omnia quae secum detulerat, pauperibus distribuit: & vestimenta villa induēs cum ceteris pauperibus in atrio Dei genitricis Mariae sedere cepit. De eleemosynis verō quantum sibi sufficere poterat, At verō pater de recessu filij plurimum ingemiscens per vniuersas mundi partes pueros suos mittit: qui eum inquirerent diligenter: quorum cum aliqui ad ciuitatē Edissam venissent, ab eo cogniti: sed ipsi eum minimē cognoscentes: eidem cū pauperibus eleemosynas tribuerunt. Quas accipiens Deo gratias agēs dixit. Gratias tibi ago dñe: quia a seruis meis eleemosynam recipere me fecisti. Reuersi autem pueri nunciant patri quod nusquam valeat reperiri. Mater igitur sua à die sui recessus lacrimis in pauimento cubili sui itruit: vbi eiulans lamētabiles voces dabat, dicens. Hic semper in luctu manebo donec filium meum recuperauerō. Spōsa verō ad sacrum dixit. Donec audiam de sponso meo dulcissimo instar turturis solitaria tecum manebo. Cū igitur Alexius in praedicto atrio. xvij. annis maneret in Dei seruitio: imago tandem beatae virginis quae ibidem erat, custodi ecclesiae dixit. Fac introire hominem Dei: quia dignus est regno caelorum, & spiritus domini requiescit super eum. Nam oratio eius sicut incensum in conspectu Dei ascendit. Cū autem custos de quoniam diceret, ignoraret: iterum ei dixit. Ille qui foris sedet in atrio ipse est. Tunc custos festinus exiit, & ipsum in ecclesiam introduxit: quod factum dum cunctis innotesceret: & ab omnibus venerari cepisset: humanam gloriam fugiens inde recessit, & Laodiciam venit, ibiq; nauē ascendēs cū in Tarsum Ciliciae vellet pergere: dispensante deo nauis à vētis pulsa in romanum portum deuenit. Quod cernēs Alexius ait intra se. In domo patris mei ignotus manebo: nec alteri onerosus ero. Patrem igitur à palatio redeuntem multitudine obsequentium circumdatum obuium habuit, ac post eum clamare cepit. Serue Dei me peregrinum in domo tua suscipi iubeas: & de misericordia tua me facias nutrire, vt tui quoque peregrini dignetur Deus misereri. Quod audiēs pater ob amorem filij sui eum suscipi iussit, & locum propriū in domo sua sibi constituit: & cibum de mensa sua sibi tribuit: & ministrum proprium delegauit. Ipse autem in orationibus perseuerabat: & corpus suum ieiunijs & vigilijs macerabat. Famuli autē domus ipsum multipliciter deridebant: & aquam vtensilium super caput eius frequenter fundebant: & multas iniurias irrogabant. Sed ipse ad omnia patiens valde erat. De cem septem igitur annos in domo patris permanit sic ignotus.

Videns igitur ergo per spiritum quod appropinquaret terminus vitae suae: chartam cum atramento petijt: & totum ordinem vitae suae ibidem conscripsit. Dominica igitur die post missarū solennia in sanctuario, vox de caelo insonauit dicens. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiā vos. Quod

audientes omnes in facies suas territi ceciderunt. Et ecce vox secundo dicens. Quaezite hominem Dei, vt oret pro Roma. Querentibus illis & neminem inuenientibus iterum dictum est. In domo Euphemiani quaezite. Requistus ille se nihil scire de hoc dicebat. Tunc imperatores Archadius & Honorius vna cum pontifice innocēntio ad domum praedicti viri venerūt. Et ecce minister Alexij ad dominum suum venit: dicens. Vide domine ne ille noster peregrinus sit: quia magna vita & patientia homo est. Currens igitur Euphemianus eum defunctum reperit: & vultum eius tanquā angeli rurillantem vidit. Voluitque chartam quam in manu habebat, accipere: sed nequirit. Exeunte igitur eo, cum hoc imperatoribus & pontificibus recitaret, & illi ad eum intrassent, dixerunt. Quāuis peccatores sumus: regni tamen gubernacula gerimus & hic curā vniuersalem regimus pastoralis. Da igitur nobis chartam, vt sciamus quae in ea scripta sunt. Et accedens pontifex chartam de manu sua accipiebat, & ille eam statim sibi dimisit. Fecitque eam legi coram omni populo & multidinē & patre ipsius. At Euphemianus hoc audiens nimio dolore conturbatus obitupuit: & factus exanimis, resolutusque viribus in terram decidit. Cū verō aliquantulum ad se rediisset: vestimenta sua scidit: cepitque canos capitis sui euellere, barbam trahere, atque semetipsum diserpere: ac super filij sui corpus corruēs exclamabat. Heu me fili mi quare me sic contristasti, & per tot annos mihi dolores & baculum incussisti. Heu me miserum, quia te video gemitum senectutis meae in grabato iacentem, & nō loquentem mihi. Heu me qualem consolationem de cetero habere potero. Mater verō eius hoc audiens quasi leena rumpens retia ita scissis vestimentis ruens coma dissoluta ad caelum oculos leuabat: & cum praenimia multitudine sanctum ad corpus redire non posset: clamauit dicens. Date mihi viri aditū vt videam filium meum: vt videam consolationem animae meae, & qui fuxit vbera mea. Et cū peruenisset ad corpus incubās super illud clamabit. Heu me fili mi lumen oculorum meorum quare sic nobis fecisti, & tam crudeliter nobiscum egisti. Videbas patrem tuum & me miseram lachrymantes, & non ostēdebas te ipsum nobis. Serui tui iniuriabantur tibi, & sustinebas, & iterum atque iterum prosternebat se super corpus, & nunc brachia super illud expendebat nunc manibus angelicum vultum contrectabat, osculansque clamabat. Plorate necum qui adestis, quia per. xvij. annos eum in domo mea habui, & non cognoui, quia vnicus filius meus esset. Serui eius etiam eum conuiciabantur, & alapis percutiebant. Heu me quis dabit ocalis meis, fontem lachrymarum, vt planctum die ac nocte dolorē animae meae. Spōsa verō eius induta veste adriatica currit plorans & dicens. Heu me quia hodie desolata sum & apparui videntem iam non habeo in quem conspiciam, nec in quem oculos leuem, nunc ruptum est speculū meum, & perijt spes mea, amodo cepit dolor qui finem non habet. Populus autem audiens hoc lachrymans biliter flebat. Tunc pontifex cum imperatoribus posuerunt corpus in honorato feretro, & duxerūt in mediam ciuitatē: & nunciatum est populo inuentū esse

hominē Dei. Quem ciuitas tota quærebat, & omnes obuiam currebant sancto. Si quis autem infirmus illud corpus sanctissimum tangebatur, protinus curabatur. Cæci visum recipiebant: dæmoniaci liberabatur: & omnes infirmi quacunque infirmitate tanti tacto corpore sancto curabantur. Imperatores autem tanta mirabilia videntes fecerunt per se eum pontifice lectū portare, vt ipsi sanctificarentur ab eodem corpore sancto. Tunc imperatores iusserunt copiam auri & argenti in plateis spargi vt turbe occuparetur amore pecuniarum, & fineret corpus sanctū per duci ad ecclesiam. Sed plebs amore pecuniarum supposito magis ac magis ad tactum sacratissimi corporis iruebat. Et sic cū magno labore ad templū sancti Bonifacii martyris illud tandē perdixerūt: & illic per. vij. dies in die laudibus persistenter operati sunt monumentū ex auro & gemis & lapidibus præciosis in quo sanctissimū corpus cū magna veneratione collocauerūt. De ipso quoque monumento ita sua uisus odor fragrauit: vt omnibus videretur aromatibus esse plēnū. Obijt autem. xvj. kalen. Aug. circa annos domini, cccxcviij.

De sancta maria Magdalena.

MARIA interpretatur amarū mare: vel illuminatrix, aut illuminata: Per hæc tria intelliguntur tres partes optimæ quas elegit. scilicet pars pœnitentiæ: pars contēplationis inter nax: & pars cœlestis gloriæ. De qua triplici parte intelligitur. quod dicit dominus. Maria optimā partem elegit, que non auferretur ab ea. Prima enim pars non auferretur ratione finis, quæ est consecutio beatitudinis. Secunda ratio continuitatis, quia contēplatio viæ contēplatur cū contēplatione patriæ. Tertia ratio suæ æternitatis. Inquantū igitur elegit optimā partem pœnitentiæ. dicitur amarū mare, quia ibi multā amaritudinem habuit: quod patet ex eo quod tot lachrymas fudit, quod inde pedes domini lauit. Inquantū elegit optimam partē contēplationis internæ, dicitur illuminatrix, quia ibi hausit auidē quod postmodum effudit abunde, ibi lumen accepit, quod postmodū cæteros illustrauit. Inquantū elegit optimam partē cœlestis gloriæ, dicitur illuminata, quia tunc illuminata est lumine perfectæ cognitionis in mente, & illuminabitur lumine claritatis in corpore. Magdalena dicitur quasi manens rea, vel Magdalena interpretatur munita, vel inuicta, vel magnifica, per quæ insinuat qualis fuit ante conuersionem, qualis in conuersione, & qualis post conuersionem. Nam ante conuersionem fuit manens rea per obligationem ad pœnam æternam. In conuersione munita vel inuicta per pœnitentiæ armaturam. Optimè enim omnibus armis pœnitentiæ se muniuit, quia quot in se habuit oblectamenta, tot de se reperit holocausta. Post conuersionem magnifica per gratiæ superabundantiam, quia vbi abundauit delictum, superabundauit, & gratia.

LEGENDA XC. A

MARIA Magdalena à Magdalo castro cognomina clarissimis est orta natalibus: vt pote ex regia stirpe descenditibus, cuius pater Sirus: mater verò Eucharia nuncupata est. Hec cum fratre suo Lazaro & sorore sua Martha Magdalum castrum, quod est secundo mi-

liario à Geneareth, & Bethaniam que est iuxta Hierusalem & magnam Hierosolymorum partem possidebat. Quæ tamen omnia inter se totaliter diuiserūt. quod Maria Magdalū à quo & Magdalena nuncupata est, Lazarus partem vrbis Hierusalem, & Martha Bethaniam possideret. Cū autem Magdalena delicti corporis se totam exponeret: & Lazarus plus militiæ vacaret: Martha prudens partes sororis & fratris & suam strenue gubernabat. & militibus & famulis suis ac pauperibus necessaria ministrabat. Omnia tamen hæc post ascensionem domini vendiderūt: & ad pedes apostolorum precium posuerunt. Cū igitur Magdalena diuitijs abundaret: quia rerum affluentiam voluptas comes sequitur. Quanto diuitijs & pulchritudine splenduit, tanto corpus suū voluptati subtrauit. Vnde iam proprio nomine perditio peccatrix confueuerat appellari. Sed cū Christus illic & alibi prædicaret, illa nutu inspirata diuino ad domū Simonis leprosi vbi audiuit eum discubere, properauit, & non audens vt peccatrix inter iustos cōparere retro secus pedes domini mansit, vbi pedes eius lachrymis lauit capillis namque terxit: & vnguento precioso caput perunxit. Nam incolæ regionis illius propter vehementissimum solis ardorem, vnguentis & balneis utebantur. Cūque Simon phariseus intra se cogitaret: quoniam si hic esset propheta à peccatrice tangi se nequaquam permetteret: dominus illum de superba iustitia redarguit, & mulieri omnia peccata dimisit. Hæc est igitur illa Maria Magdalena cui dominus tam magna beneficia contulit, & tanta signa dilectionis ostendit. Nam ab ea. vij. dæmonia expulsi, in suo amore eam totaliter accendit: familiarissimam sibi eā constituit: hospitam suam fecit: & procuratricē suam eā in ire habere voluit: & eam semp dulciter excusauit. Nā excusauit eā apud phariseum, qui dicebat ipsam immundam: & apud forem suā que dicebat ipsam orio sam, & apud Iudam qui dicebat ipsam prodigam. Lachrymantem videns lachrymas continere non potuit cuius dilectione quadriduanum fratrem suum resuscitauit. Cuius amore Martham forem suam à fluxu sanguinis, quem. xij. annis perpeffa fuerat, liberauit. Cuius meritis Martillam sororis suæ famulam, vt illud tam beatum & tam dulce verbum beatus venter qui te & c. exclamans diceret: dignam fecit. Nam secundum Ambrosium illa fuit Martha: & hæc eius famula. Hæc est illa quæ pedes domini lachrymis lauit: capillis terxit, & vnguento perunxit: quæ in tempore gratiæ solē nē pœnitentiā primò fecit: quæ optimā partem elegit: quæ sedens ad pedes domini verbum eius audiuit: & domini caput perunxit: quæ iuxta crucem in domini passione fuit: quæ vnguenta parans corpus eius vngere voluit: quæ à monumento discipulis recedentibus non recessit, Cui Christus resurgens primò apparuit & apostolorum apostolicam fecit.

B Post ascensionem igitur domini. l. anno. xliij. à passione cū Iudæi Stephanum iam diu occidissent, & cæteros discipulos à Iudæa sinibus eiecissent: diuersarum gentium discipuli subeunt regiones verbum domini ibidem seminantes. Erat autem tunc temporis cū apostolis beatus Maximinus vnus de. lxxij. domini discipulis, cui à beato Petro Maria Magdalena fuerat commendata. In hac igitur dispersione bea-

tus Maximinus: Maria Magdalena: Lazarus frater eius: Martha soror ipsius: & martilla pedissequa Martha: necnon & beatus Cedonius, qui cæcus à natiuitate extiterat: sed à domino fuerat liberatus: omnes hi insimul & plures alij Christiani nauī ab infidelibus imposti, & pelago sine aliquo gubernatore expositi vt omnes. s. simul submergerent, diuino tandē nutu Masiliam adueniunt: vbi cū nullus, qui eos hospitio recipere vellent, inuenissent: sub quadam porticu que sauo gentis illius terræ præerat, morabantur. Cū autem beata Maria Magdalena videret populū ad sanū confluere, vt idolis imolaret: assurgens vultu placido, facie serena, lingua discreta eos ab idolorum cultura reuocabat, & Christum constantissimè prædicabat. Et admirati sunt vniuersi præspecie: præ faciūdia: præ dulcedine eloquentiæ illius. Nec mirum si os quod tam pia & tam pulchra pedibus saluatoris infixerat oscula, cæteris amplius verbi Dei spiraret odorem.

C Postquæ hoc autem aduenit princeps puincia illius cū vxore sua, vt pro habenda prole idolis immolaret. Cui Magdalena Christū prædicans sacrificia disuasit. Interea euolutis aliquot dierū curriculis apparuit in visū Magdalena illi matronæ dicens. Quare cū tot diuitijs abundetis sanctos Dei fame & frigore mori permittitis: addidit: minas, nisi marito suo persuaderet, vt sanctorū inopiam subleuaret, irā Dei omnipotentis incurreret. Ipsa autē viro suo visionem indicare timuit. Sequenti igitur nocte eidē similia dicens apparuit, sed adhuc viro suo indicare neglexit. Tertiū vero sub intēpessā noctis silentio apparuit vtrique: frēm & irata vultu igneo acsi tota domus arderet, & ait, dormis ne tyrāne membrū patris tui Sathanæ cū vipe ra cōiuge tua que idcirco noluit verba mea. Quiescis ne crucis Christi inimice, diuersis ciborum generibus ventris tui, refecta ingluuie: & sanctos dei fame & siti permittis perire? taces ne in palatio pānis inuolutus sericis, & illos desolatos sine hospitio vides & preteris. Nō sic inique, non sic euades, nec impune ferēs: quod tantum eis benefacere distulisti. Sic locuta est & abscessit. Cūque matrona euigilans suspiraret, & tremere: viro suo eadem de causa suspiranti ait. Domine mi vidisti ne somnium quod vidi? Vidi inquit & admirari & pauere non desino. Quid inde faciemus? Cui mulier. Vtilius est ei obtemperare quā iram Dei sui, quem prædicat, incurrere. Quapropter ipsos hospitio receperunt, & eis necessaria ministrauerunt.

D Cū autem quadam die Maria Magda. prædicaret: prædictus princeps dixit ei. Puras posse defendere fidem quam prædicat: Cui illa. Et quidem illā defendere præsto sum: vt pote quotidianis miraculis & prædicatione magistrī mei Petri, qui Rome præsideret roboratam, Cui princeps cum coniuge dixit. Ecce dixisti per omnia obtemperare parati sumus: si à Deo quem prædicat, nobis filium impetrabis. Propter hoc inquit Magdalena nō remanebit. Tunc beata Maria Magda. pro suis dominum exorauit, vt sibi filium cōcedere dignaretur. Cuius preces dominus exaudiuit: & matrona illa concepit. Tunc vir eius cepit velle proficisci ad Petrum, vt probaret, si vt Maria Magdalena de Christo prædicauerat. sic veritas se haberet. Cui vxor dicit. Quid est domine. Putas ne sine me proficisceris? Te enim recedente: recedam: te veniente

ueniam: te quiescente quiescam. Cui vir ait. Non sic fiet domina: etenim cum sis grauida, & in mari sint infinita pericula, de facili periclitari posses: domi igitur quiesces: & possessionibus nostris curā impendes. Econtra illa instabat. Fœmineum nec mutās fœmina morem. Et cum lachrymis pedibus eius obuoluta quod petebat, tandē obtinuit. Maria ergo humeris eorum signū crucis imposuit, ne eos antiquus hostis in aliquo itinere impediret. Nauem igitur omnibus necessarijs copiose onerantes. Cætera quæ habebant in Maria Magdalena custodia relinquentes, proficisci cœperunt. Iamque vnus diei & noctis cursu consummato cepit nimium mare intumescere: ventus flare, ita vt omnes & maxime matrona grauida & debilis tam saua inundatione si uentum quafati grauissimis angustijs vrgerentur, intētum, quod in eam subito dolor partus irruit & inter angustias ventris & præffuras temporis filium parturiens expirauit. Natus igitur puerulus palpitabat, & mammillarum matronarum querens solatia lamentabiles dabat vagitus. Procholor & natus est infans viuus, & matricida effectus mori eum conuenit, cum non sit qui vitæ tribuat alimentum. Quid faciet peregrinus cū & vxorem mortuam videat, & puerum vagientem querulus voci bus matris mammam apperentem lamentabatur plurimum, & dicebat. Heu heu miser quid facies. Filium habere desiderasti, & matrem cum filio perdidisti. Nauæ acclamebant dicentes. Projiciatur in mare hoc corp' antequam insimul peream. Quā diu em nobiscū fuerit, hæc castatio: nō cessabit: & cū corpus apprehendissent, vt illud in mare iactarent: Parcite inquit peregrini parcite: & si nec mihi nec matris parcere volueritis, misereamini saltem paruuli vagentis. Sinite modicum & sustinete, si forte mulier præ dolore in extasi posita adhuc valeat respirare. Ecce non procul à nauī quidam collis apparuit. Quo viso vtilius esse credidit corpus & puerulum illud deferri, quā marinis beluis ad deuorandū dari, & vix à nauis prece & pio extorfit: vt illic applicarent. Cūque illic pre duritia foueam non potuisset effodere in secretiori parte collis clamide superposita corpus collocauit, & puerulum mammis eius apponens cum lachrymis ait. O Maria Mag. cur ad perditionis & miseriam meam cumulum Masiliæ partib' applicuisti? Cur infelix admonitione tua hoc iter arripuisti? petisti ne deum, vt mulier mea hac de causa conciperet, vt periret? Ecce enim concepit, & pariendo mortem subiit. Conceptusque est natus, vt periret: cum nō sit, qui enutrit. Ecce quod prece tua obtinui. Tibi cui omnia mea commendaui Deoque tuo commendo, si potēs est memor sit animæ matris, & prece tua misereatur ne pereat natus. Tunc clamide sua corpus cum puero circumcūaque operuit & postmodum nauem descendit.

E Cūque ad Petrum venisset, Petrus ei obuius fuit, qui viso signo crucis hūeris eius affixo quis esset, & vnde venisset sciscitatus est, que omnia sibi per ordinem narrauit. Cui Petrus. Pax tibi fiat bene venisti, & vtili consilio credidisti. Nec molestē feras: si mulier tua dormit si paruulus cum ea quiescit: potens enim est dominus cui vult dona donare: data auferre: ablatā restituere: & merorem tuum in gaudium commutare. Petrus autem ipsum Hierosolymā duxit & omni-

nia loca in quibus Christus predicauit, miracula fecit locum etiam in quo passus est: & in quo celos ascendit, eidem ostendit. Cumque de fide à Petro diligenter fuisset instructus, biennij spacio iam elapso nauē ascendit repatriare curans. Cum igitur nauigarēt domino disponente iuxta collem in quo corpus vxoris cum puero positum fuerat peruenerunt. Qui precor & precio eos ad ibi applicandum induxit. Puerulus autē ibidē à beata Maria Mag. incolumis conseruatus frequenter ad litus maris praecebat: & ibidem, vt puerorum moris, est, cum lapillis & glareis ludere solit⁹ erat. Et cum applicuisset, vidit puerulum more solito in littore maris cum lapillis ludentem: & quidnam esset admirari non desinens, de scapha exiit. Quem videns puerulus, cum nunquā tale quid vidisset, expanit, & ad solita matris recurrens vbera occultē sub claudere latitabat. Peregrin⁹ vero, vt manifestius videret illuc accessit: & puerulum pulcherrimum matris vbera suggerentē inuenit. Et accipiens puerum ait. O beata Maria Mag. quam scilicet essem quod mihi cuncta prospera aduenissent: si mulier respiraret, & meū repatriare valeret. Scio equidem scio & proculdubio credo, quod tu qui puerum dedisti, & in hac rupe per biennium pauisti: poteris marrē tuā prece tua pristinā restituere sanantē. Ad hęc verba mulier respicit: & quasi à somno euigilās, ait. Magni meriti es beata, Maria Mag. & gloriosa quā in partus mei pressuris obstetricis implesti officium, & in omnibus necessitatibus ancillā seruitiū explesti. Quo audito peregrin⁹ admirans, ait, Viuis nē vxor mea dilecta. Cui illa. Viuo equidē, & nunc primō de peregrinatione de qua & tu venisti, venio, Et sicut beatus Petrus te Hierosolymam duxit, & oīa loca in quibus Christus passus est mortu⁹ & sepultus & plura alia loca ostendit: sic, ego vna cum beata Mar. Mag. duce & comite tecum fui: & singula loca conspexi: & cōspecta memoriā cōmēdaui. Et incipiens omnia loca & miracula quę vir viderat: adeo plenē explicuit, vt nec in vno articulo deuiaret, Tunc peregrinus recepta coniuge & puero nauim lætus conscendit. Et paulopost Malsillia portibus applicuerunt: & naui egressi inuenērūt beatam Mariā Mag. cum discipulis suis prædicantem. Et eius pedibus cum lachrymis prouoluti, omnia quę eis acciderant narrauerunt: & à beato Maximino sacrū baptismā susceperunt. Tunc in ciuitate Malsillie omnia idolorum tēpla destruetes. Christi ecclesias construxerūt: & beatū Lazarū in eiusdem ciuitatis episcopū vnanimiter elegerunt. Tandē diuino nutu ad Aquēsem ciuitatem venerunt: & populum illam ad fidem Christi per multa miracula adduxerunt. Vbi etiam. b. Maximinus in episcopum ordinatus est.

F. Interea. b. maria magd. supernē contemplationis auida asperimam eremum petijt: & in loco angelicis manibus preparato per. xxx. annos incognita māsūt. In quo quidem loco nec aquarum fluentia, nec arborū nec herbarum erant solatia: vt ex hoc manifestaret, quod redemptor noster ipsam non terrenis refectioibus, sed tantum cœlestibus epulis disposuerat satiare. Qualibet autem die in septem horis canonicis ab angelis in ethera eleuabatur: & cœlestiū agminum gloriosos concentus etiam corporalibus auribus audiebat. Vnde diebus singulis his suauissimis dapibus sa-

tiata, & inde per eosdem angelos ad locum propriū reuocata, corporalibus alimentis nullatenus indigebat. Sacerdos autem quidā solitariam vitam agere desiderans ad. xij. stadia loco eidem vicinam sibi cellam locauit. Die igitur quadam dominus prædicti sacerdotis oculos aperuit: & corporeis oculis euideret aspectus, qualiter angeli ad prædictū locum in quo. b. Maria morabatur, descendebant: & eam in æthera subleuabant: & post horā spaciū eundem locum cum diuinis laudibus reuocabant. Volens autem sacerdos tam admirabilis visionis veritatem cognoscere: creatori suo precibus se cōmendans ad prædictum locum audaci deuotione properabat. Cumq; ad vnus iactum lapidis appropinquaret: cœperunt eius crura resolui: & timore valido ipsius præcordia medullitis anhelare: cumq; retro redire ambulandi vsum crura cum pedibus simul præbebant: sed si versu tramite ad prædictum locū accedere conaretur, totius eum languor corporis & hebetudo mētis modis omnibus præhibebant. Intellexit igitur vir Dei illud proculdubio cœleste esse sacramentū, ad quod accedere humanū nō poterat experimētum. Inuocato igitur saluatoris nomine exclamauit. Adiuro te per dominū, vt si homo es vel aliqua rationalis creatura quā in illa spelunca habitas. mihi respondeas, & cui edisseras veritatem. Cūque hoc tertio repetisset, b. Maria sibi respōdit. Accede propius: & omnia quę desiderat anima tua, scite poteris veritate. Cūq; ille tremēs vsq; ad mediū spaciū terminū appropinquasset, ait ad eum. Meministi ex euangelio de Maria illa famosa peccatrice quę pedes saluatoris lachrymis lauit & capillis tersit: & suorum delictorum veniam promeruit. Cui sacerdos. Me mino & plusquā. xxx. an. euoluta sunt curricula, quod hoc factū esse sancta credit & confitetur ecclesia. Ego inquit sum illa quę per. xxx. an. spaciū hoībus ignota permansit: & sicut heri cernere tibi permittum est: sic singulis diebus angelicis manibus in æthera subleuata, cœlestium agminum dulcissimā iubilationē septenis vicibus per singulos dies corporeis auribus audire promerui. Quia igitur à domino mihi reuelatum est, quod ex hoc migratura sum seculo: beatum Maximinum adeas: & ei hoc studeas intimare proximo die resurrectionis dominice tēpore quo ad matutinū surgere consuevit, oratoriū solus ingrediatur: & me illic per angelorū ministeriū inueniet cōsistentē. Sacerdos vocem eius velut vocem angeli audiebat, neminem autem videbat. Concitus igitur beatum Maximinum adiit: & ei omnia per ordinem enarrauit. Sanctus autē Maximinus nimio repletus gaudio saluatoris gratias immensas retulit. Et illo die ac hora, vt sibi iussum fuerat, oratoriū solus ingressus vidit beatam Mariam Mag. in choro stantem in medio eorum quę eam adduxerant, angelorum. Erat autem spacio duorum cubitorū eleuata à terra stans in medio angelorū & extensis manibus deum. exorans. Cum autē. b. Maximinus ad eā accedere trepidaret, cōuerſa dicit ad eū, Accede huc propius, ne fugias filiam tuam pater. Appropinquante autem illo sicut in ipsius beati Maximini legitur libris: ita vultus domine ex cōtinua & diurna visione angelorū radiabat, vt facilius solis radios quā ipsi facie intueri quis posset. Cōuocato igitur vniuerso clero & sacerdote prædicto corpus & sanguis

nem domini ab episcopo beata maria Magdalena cum multa lachrymarum inundatione suscepit. Deinde toto corpulculo ante altaris prostrato crepidinē sanctissima illa anima migravit ad dominum: post cuius exitum tantus odor suauitatis ibidem remansit, vt per septem dies fere ab ingredientibus oratorij sentiretur. Cuius sanctissimi corpus beatus Maximinus diuersis conditum aromatibus honorificē sepeliuit: & post mortem suam iuxta ipsam se sepeliri præcepit.

G. Egiptus autē vel secundū quosdā libros Iosephi satis cum prædicta historia concordat. Ait enim in quodam suo tractatu, quod maria Magdalena post domini ascensionem præ ardore charitatis christi & tedio quę habebat, nūquam hominem videre volebat. Sed postquā ad Aquēsem territorium venit in desertum abiit, & ibi. xxx. annis incognita mansit. Vbi vt ait qualibet die in. vij. horis canonicis ab angelis in æra eleuabatur. Addidit tamen sacerdos dum ad eam venisset, reperit eam in cella clausam: qui ad eius petitionem vestem sibi porrexit: quā induens ecclesiam secū iuit, & ibi cōmunionē percepta eleuatis in oratione manibus iuxta altare in pace quieuit. Temporibus autem Karoli magni. f. anno domini. dclxxix. Girardus dux Burgundi cū de vxore filii habere non posset larga manu res suas pauperib⁹ erogabat: & ecclesias multas & monasteria construebat. Cū ergo Viceliacense monasterium cōstruxisset: misit ipse & abbas ipsius monasterij monachum quandam cum decenti comitatu ad Aquensem ciuitatē, vt inde si posset beatę marię Magdalene reliquias transportaret. Veniēs igitur prædictus monachus ad prædictam ciuitatem cū ipsam funditus à paganis destructam reperisset: caſu inuenit quoddam sepulchrum, cui⁹ sepultura marmorea demonstrabat quod corpus beatę marie Magda. repositum intus erat. In ipso autem sepulchro historia eius miro opere sculpta erat. Noctē igitur illud effi ingens assumptas reliquias ad hospitium deportauit. In ipsa autem nocte beata maria Magda. eidē monacho apparuit dicēs, ne timeret, sed cœptū opus perficeret. Rediēs igitur cū ad mediā leucam à monasterio venisset, nullo modo inde reliquias mouere porerunt: donec veniente abbate cū monachis cū processione honorificē sunt receptę. Miles quidā qui singulis annis ad corpus beatę marię Magda. venire consueuerat, in prælio occisus est. Qui dum in feretro à parentibus ploraretur. Magdalene pijs quarrelis opponebant, cur deuotū suum mori sine cōfessione & penitentia permisisset. Tunc subito qui defunctus fuerat, stupentibus cunctis surrexit: & sacerdotē ad se vocare præcepit. Cūq; deuote cōfessus fuisset: & viaticū recepisset: protinus in pace quieuit. Nauis quadam viris & sceminis onerata naufragiū pertulit. Vna autem scemina cū esset prægnans, & se in mari periclitari cōspiceret: Magdalena inquantū poterat exclamabat: uolens quod si suis meritis à naufragio euaderet & filium pareret, ipsū eius monasterio condonaret. Statimq; scemina quadam specie & habitu veneranda ei apparuit, quę eam per mentum arripiens periclitanti scemina alijs incolumē ad ripam perduxit. Illa autē postmodum filium peperit: & votum suū fideliter adimpleuit. Ait quidam mariā Magda. sponsam fuisse

se iōannis euangelistę quī duxerat tunc quādo de nuptijs christus eum vocauit. Ex hoc ipsa indignata quę scilicet sponsum suum sibi abstulerat, abiit & omni voluptati se dedit. Sed quia congruū nō erat Iōannis vocatio, damnationis, sibi occasio fieret, dñs ad penitentia ipsam misericorditer cōuertit: & quia à summa delectatione carnali eam remouit: ideo ipsam summa delectatione spiritali quę est in Dei amore præ cæteris eam impleuit. Quod & de Iōane quidā fatent, quę ideo dulcedine suę familiaritatis eū præ cæteris deco- rauit: quia à prædicta delectatione eum remouit. Hęc autē falsa & friuola reputantur. Quia frater Albert⁹ in proemio super euangeliū Iōannis ponit, quę hæc sponsa de cuius nuptijs vocatus fuit idē Iōannes in virginitate permāsūt, & in societate beatę marię virginis martris christi postmodū visa fuit, & tandem sine bono quieuit. Vir quidā oculorū lumine priuatus cum ad monasteriū Viceliacense causa visitandi corpus beatę marię Magd. veniret, & suus ei ductor diceret se ecclesiam iam videre, ille magna voce exclamauit. O sancta maria Magda. vtinā aliquā videri merear ecclesiam tuā, Statimq; oculi eius sunt aperti. Quidā dū peccata in sua quadā schedula scripsisset, eā sub palla altaris beatę magd. posuit, rogans eā, vt sibi indulgentiam impetraret. Qui postmodum schedulā accipiens peccata sua de ipsa schedula omnino deleta inuenit. Quidam dū ob pecunie exactionē in compedibus teneretur: maria Magd. in sui adiutorij inuocabat. Et ecce quadam nocte mulier quadam speciosa apparuit, quę vincula frangens & ostiū referans sibi, iugeret, vt imperauit: qui se absolutū vidēs protinus inde aufugit. Clericus quidā de Flandria Stephanus nomine, in tantā scelerū immanitate ceciderat, quę omnia exercēs flagitia, quę salutis erant, nō solum nō facere, sed nec audire volebat. In beatā tamē Magd. deuotionē magnā habēs ei⁹ vigiliā ieiunabat, & festiū colebat. Dū igitur eius tumultū videret, ma. Magd. nec ex toto dormiret, nec ex toto vigilāti, tanq̄ mulier formosa lumbres gerens oculos, & duorū angelorū dextera leuāq; sustentata præsidio apparuit, ei⁹ dixit. Cur. o Stephane indigna meis meritis facta rependis. Cur laborum meorū instātia nulla cōpunctione moueris: Ex quo enim deuotionē in me habere cœpisti, p̄ te dñm semp̄ exorauit. Surge igitur & penitente neq; ego enim te deserā, donec Deo fueris reconciliatus. Ille igitur mox in se infundit tantā gratiā sensit, quę seculo ab renouatione religionē introiuit: & perfectissime vitæ fuit. In cuius morte visa est maria Mag. iuxta feretū cū angelis assistisse: & eius animam quasi columbam cum laudibus in cœlum sustulisse.

De sancta Præde.

LEGENDA XCI. A



PRÆDE dicitur quasi viridis, in se à praxin, quod est viride, praxedis, quasi praxin virēs: quia viruit & floruit flore virginitatis. Praxedis virgo fuit beatę Potētiæne soror quę fuit sorores sancti Donati & Thimothei, qui ab apostolis in fide eruditi sunt. Quę cū persecutione sequente multorū christiana corpora sepelissent, & facultates suas pauperib⁹ erogassent: tandē in pace quieuerūt: circa annos domini. clxv. sub Marco Antonio. ij.

DE SANCTO APOLLINARI.

De sancto Apollinari. A

APOLLINARIS dicitur à pollens, & ares, quod est virtus: quasi pollens virtutibus: vel dicitur à pollo, quod interpretatur mirabilis, vel naris, per quam intelligitur discretio: quasi mirabilis discretionis vir. Vel ab à, quod est sine, & polluo & ares virtus: quasi virtuosus sine pollutione vitiorum.

LEGENDA XCII.

APOLLINARIS Petri apostoli discipulus fuit: & ab eo Rauennam de Roma missus est, vbi vxore tribuni abeo sanata ipsam cum viro, & eius familia baptizauit. Quod quidem iudici nunciatur: & ab eo Apollinaris protinus accersitur. Ductusq; ad templum Iouis, vt ibi immolaret: cum diceret sacerdotibus idolorum aurum & argentum idolis appensum melius pauperibus dari, quam ante daemones sic appendi: protinus capitur: & fustibus caesus semiuivus relinquitur: sed à discipulis collectus in domo cuiusdam viduae septem mensibus refouetur. Inde autem venit ad ciuitatem Classensem: vt quaedam nobilem mutum ibidem curaret. Cum autem domum ingrederetur: puella quaedam immundum spiritum habens exclamauit: dicens. Recede hinc serue Dei: nam faciam te ligatis manibus & pedibus de ciuitate extrahi. Quam Apollinaris increpans protinus daemone exire coegit. Cum igitur super mutum nomen domini inuocasset, & curatus fuisset: plusquam quingenti homines crediderunt. Pagani autem eum fustibus caesum prohibebant ne Iesum nominaret. Ille verò in terra iacens clamabat. Quoniam ipse verus est Deus. Tunc nudis pedibus super prunas eum stare fecerunt. Sed cum adhuc christum constantissime praedicaret: extra urbem eum proiecerunt.

B Eo tempore dum Rufus patricius Rauennam filiam infirmam haberet: & ad eam sanandam Apollinarem vocasset, mox vt domum ingressus est, defuncta est. Cui Rufus. Vtinam domum meam non introisses, dii enim magni irati sunt, & filiam meam sanare noluerunt, tu verò quid ei facere poteris? Cui Apollinaris. Noli timere, tantum mihi iura, quòd si puella surrexit, eam creatorem suum sequi nequaquam prohibeas. Quod cum fecisset, facta oratione puella surrexit, & nomen christi confitens cum matre & magna multitudine baptismum suscepit, & virgo permanfit.

Quod audiens Caesar, scripsit ad praefectum praetorij vt Apollinarem aut sacrificare faceret, aut in exilium mitteret. Praefectus igitur eum sacrificare nolentem fustibus caedi fecit, & in euculeo extendum torqueri mandauit. Vbi dum dominum constantissime praedicaret, aquam feruentem in eius vulneribus recentibus iacta ri iussit, & sic graui pondere ferri vincitum in exilium mittere voluit. Videntes autem christiani tantam impietatem, accensi animo in paganos irruunt, & plusquam ducentos viros ex ipsis occiderunt. Quod videns praefectus abscondit se Apollinarem in arctissimum carcerem introduxit, deinde cathenam in nauim posuit, & cum tribus clericis eum sequentibus in exilium destinauit, vbi solummodo cum duobus clericis & duobus militibus periculum tempestatis euadens, ipsos milites baptizauit. Deinde Rauennam rediens à paganis

DE SANCTA CHRISTINA.

capitur, & ad templum Apollinis ducitur. Cuius simulacrum videns maledixit, & subito corruit. Quod videntes pontifices ipsum tauro iudici praesentauerunt. Qui iudex cum filium suum caecum illuminaisset, credidit, & ipsum annis quatuor in suo praedio manere cit. Post hoc cum pontifices apud Vespasianum eum accusassent, iussit Vespasianus, vt quicumq; dijs irrogaret iniuriam, aut sacrificet, aut vrbe priuetur. Non enim iustum est vt deos vindicemus, sed ipsi de inimicis suis se vlscisci poterunt, si irascantur. Tunc Demostenes patris eum nolentem sacrificare cuidam cecurioni iam christiano tradidit. Cuius rogatu pergens in vicum leproforum, vt ibidem propter furorem gentilium latitaret, à paganis infectus est, & vsq; ad mortem diuirsissime caesus, vbi vii. dies superuiuens, & discipulos admonens spiritum tradidit, & ibidem à christianis honorifice sepultus est sub Vespasiano, qui cepit circa annos domini. lxx. De hoc martyre sic dicit Ambr. in praefatione. Apollinaris dignissimus praefectus à principe apostolorum Petro Rauennam mittitur letu nomen incredulorum nunciare. Qui dum illic mira virtutum signa conferret, in christo credentibus suis verberum flagellis saepe conteritur, & fenile iam corpus ab impijs horrendis cruciatibus laniatur, sed ne de suis vexationibus fideles trepident, in virtute domini nostri Iesu christi signa apostoli ea perfecit. Post tormenta puellam resuscitat mortuam, visum conspicuum caecis reddit, & mutum restaurat loquelam, obsessam à daemone liberat, contagionem mundat leprosi, dissoluta morbo pestifero sanat membra, portentum simulacri similiter cum templo deiecit. O dignissimus admiratione praerogij pontifex, qui cum pontificis dignitate apostolicam promeruit accipere potestatem. O fortissimus athleta christi, qui aetatis iam frigidetate calore constanter in poenis Iesum christum mundi praedicat redemptorem.

De sancta Christina. A

CH R I S T I N A quasi chrismate vncta. Habuit enim balsamum boni odoris in conuersatione, & oleum deuotionis in mente, & benedictionis in ore.

LEGENDA XCIII.

CH R I S T I N A nobilissimis parentibus oritur in Tirol Italia: à patre suo in quadam turri cum. xij. pedessequae collocata est: deos argenteos & aureos secum habens. Et cum pulcherrima esset, & à multis in coniugium peteretur, parentes eius nulli eam volebant concedere, volentes vt in deorum cultura maneret. Ipsa autem à spiritu sancto tacta idolorum sacrificia abhorrebat, & incensa dijs immolanda in fenestra absconderebat. Venienti autem patri eius pedessequae dixerunt. Filia tua domina nostra dijs immolare contemnit, sed christianam se esse asserit. Pater autem blandiens ad deorum culturam eam prouocabat. Cui illa.

Noli me vocare filiam tuam, sed eius quem sacrificium laudis decet. Non enim dijs mortalibus, sed Deo caeli sacrificium offero. Cui pater, Filia mea ne vni Deo tantum sacrificium offeras, ne tibi alij irascantur, Cui illa. Bene locutus es, nesciens veritatem. Offero enim sacrificium patri & filio & spiritui sancto. Cui pater, si tres Deos adoras: cur etiam a-

DE SANCTO IACOBO APOSTOLO MAIORE.

lios non adoras? Cui illa. Tres illi vna deitas sunt. Post hac christiana patris sui deos confregit: & aurum & argentum pauperibus erogauit. Rediens pater, vt deos adoraret: sed ipsos non inueniens, & ab ancillis quid de illis Christiana fecerit, audiens, iratus eam iussit expoliari: & à. xij. viris caedi adeo, vt ipsi ministri deficerent. Tunc Christina patri dixit. Sine honore & pudore & abominabilis Deo qui me cadunt deficiunt pete illis à dijs tuis virtutem, si vales. Tunc cathenam eam in carcerem mitti iussit. Audiens hoc mater vestimenta sua scidit, & ad carcerem pergens filiae pedibus se prosttrauit, dicens. Filia mea Christiana lumen oculorum meorum miserere mei. Cui illa. Quid me dicis filiam tuam? nescis quia nomen Dei mei habeo? Cumque nil sibi persuadere posset, ad virum iussit: & quid sibi responderet indicauit. Tunc pater iussit eam ante tribunal suum duci? Cui dixit. Sacrifica dijs: sin autem multis afficeris supplicijs, & mea filia non diceris? Cui illa, Magnam mihi gratiam prestitisti: quia iam me non vocas filiam diaboli? Quod autem de diabolo nascitur, daemone est. Tu es pater ipseus Sathanæ. Tunc ille iussit carnes eius vngulis radi, & membra eius tenera dirumpi. Christina autem de carnis suis accipiens in vultum patris proiecit dicens. Accipe tyranne, & carnem à te genitam comede. Tunc pater super rotam eam posuit: & ignem cum eo supposuit: sed flamma exiliens mille quingentos viros occidit. Pater autem eius omnia haec magicis artibus ascribens ipsam iterum in carcerem mitti fecit: & facta nocte iussit pueris suis, & lapide grandem ad collum eius ligaret, & in mare proijceret. Quod cum fecissent protinus angeli eam assumunt. Christus autem ad eam descendit: & eam in mari baptizauit, dicens. Baptizo te in Deo patre meo, & in me Iesu Christo filio eius, & in spiritu sancto. Et commisit eam michaeli archangelo, qui eam ad terram adduxit. Quod audiens pater frontem suam percutiens, dixit. Quibus maleficijs haec facis: & in mari maleficia tua exerceas? Cui illa. Stulte & infelix à christo hanc accepi gratiam. Tunc in carcerem eam mitti iubens vt in crastino debeat de collarari.

B Ipsa autem nocte pater suus mortuus est inuentus. Huic quidam iudex iniquus successit nomine Elius, qui cum am ferream succensam cum oleo resina & pice parari fecit & iussit christinam ibidem iactari: cum amque à viris quatuor agitari, vt citius consumeretur. Tunc christina Deum laudauit, quòd eam nuper renata denuo volebat, vt infantulum in cinibus agitari. Tunc iudex iratus fecit radi caput eius: & nudam per ciuitatem vsque ad Apollinem duci: vbi idolo imperauit, & corruens in puluerem est redactum. Quod audiens iudex expauit, & spiritum tradidit. Huic successit Iulianus, qui fornacem succendi fecit: & christinam in iactari. Vbi per quinque dies cum angelis cantans & deambulans illecta permanfit. Quod audiens Iulianus, & magicis artibus hoc ascribens duas aspides: duas viperas, duosque colubros ad eam dimitti fecit, sed serpentes eius pedes lingunt: aspides nil nocentes ad vbera eius pendunt: collubri collo se volentes sudorem lingunt, Iulianus autem incantatori dixit. Nūquid & tu magus es irrita bestias. Quod cum faceret, serpentes in eum impetum fecerunt: & cum protinus

occiderunt. Tunc serpentibus imperauit christina: & ad desertum locum ire fecit, & mortuum hominem succitauit. Tunc Iulianus mammillas eius percidi mandauit: de quibus lac pro sanguine fluxit. Deinde linguam eius percidi fecit. Christina verò nequaquam loquelam amittens praefuram linguam accipiens in faciem Iuliani proiecit: & oculum eius inde percutiens, eum excecavit. Iratusque Iulianus duas sagittas circa cor eius, & vnam in latus eius dimisit: & illa percussa spiritu Deo tradidit, circa annos domini. cclxxvij. sub Diocletiano. Requiescit autem corpus eius in quadam castro, quod Bullensium vocatur inter urbem veterem & Viterbium sito. Tirus enim quae iuxta castrum illud erat, funditus est euerfa.

De sancto Iacobo apostolo maiore.

I A C O B V S iste apostolus dicitur est Iacobus Zebedaei: Iacobus frater Ioannis Boanerges s. i. filius tonitru, & Iacobus maior. Dicitur enim Iacobus Zebedaei. s. filius, non tantum carne, sed etiā nominis interpretatione: Zebedaeus interpretatur donans siue donatus: & beatus Iacobus seipsum Christo donauit per mortis martyrium: & à Deo nobis donatus est, in spiritualem patronum. Dicitur autem Iacobus frater Ioannis: quia fuit eius frater: non tantum carne, sed etiam morum similitudine. Ambo enim fuerunt eiusdem zeli: eiusdem studij, eiusdem voti. Eiusdem zeli ad dominum vlscendum cum enim Samaritani Christum non receperant: Iacobus & Ioannes dixerunt. Vis dicimus, descendat ignis de caelo, & consumet illos. Eiusdem studij ad dicendum. Vnde isti praecipue fuerunt, qui Christum de die iudicij & alijs venturis interrogauerunt. Eiusdem voti, ad obtinendum, quia sessionem ad dexteram & sinistram christi ambo habere voluerunt. Dicitur filius tonitru ratione sonore praedicationis, quia malos terrebant, pigros excitabat, omnes sua altitudine in admirationem conuertebat, vnde dicit Beda de Ioanne quòd tam altè in tonuit, vt si aliquantulum altius in tonuisset, totus mundus eum capere non potuisset. Dicitur Iacobus maior, sicut alter minor. Primò ratione vocationis, quoniam prius vocatus est à Christo. Secundò ratione familiaritatis, quoniam maiorem familiaritatem videtur Christus habuisse cum isto, quā cum illo, sicut pater, quia ipsum ad secreta sua admittebat, sicut fuit ad puellam resuscitationem, & ad gloriosam transfigurationem. Tertio ratione passionis, quia primus inter ceteros apostolos passus est. Sicut ergo dicitur maior alio ex eo quòd prius vocatus est ad apostolatus gratiam, ita potest dici maior ex eo quòd prius vocatus est ad aeternitatis gloriam.

LEGENDA XCIII.

I A C O B V S apostolus filius Zebedaei post ascensionem domini dū per Iudaeam & Samariam praedicaret, in Hispaniam tandem iuit, vt ibi verbum domini seminaret, sed dum ibi se proficere nil videret, & solummodo ibidem. ix. discipulos acquisiuisset, duos ex illis causa praedicationis reliquit, & alios. vij. secum assumens iterum in Iudaeam redijt. Magister autem Ioannes Bebeth dicit quòd tantum ibi vnum conuertit.

tit. Cū ergo in Iudæa verbum domini prædicaret: magus quidam nomine Hermogenes cum phariseis discipulum suum nomine Philetum ad Iacobum misit, ut ipsum Philetum coram Iudæis cōvinceret, quod sua predicatio falsa esset: sed cū apostolus corā omnibus rationabiliter eum conuicisset, & multa coram eo miracula fecisset redijt Philetus ad Hermogenem doctrinam Iacobi approbans, & miracula recitans, ac eius discipulum se velle fieri contestans: & ut ipse similiter efficeretur discipulus persuadens. Tunc Hermogenes iratus arte sua magica: ita eum immobilem fecit: & se nullatenus mouere possit, dicens. Videbimus si Iacobus tuus te soluat. Quod cū Philetus Iacobo puerum suum nunciaffet: misit ad eum sudarium suū dicens. Accipiat sudarium & dicat. Dominus erigit elisos: ipse soluit compeditos. Statimque: ut de sudario tactus est solutus à vinculis magicis artibus Hermogenis insultauit, & ad Iacobum properauit. Iratus Hermogenes dæmones aduocauit, precipiens ut ipsum Iacobum vincum cum Phileto adducant: ut de ipsis se vindicet, ne discipuli eius de cæterō sibi audeant taliter insultare. Venientes autem dæmones ad Iacobum in aëre vlulare cœperunt dicentes. Iacobe apostole Dei miserere nobis: quia antequam tempus nostrum adueniat, iam ardemus. Quibus Iacobus ait. Ut quid venistis ad me. Qui dixerunt: Hermogenes misit nos, ut te & Philetum ad ipsum duxeremus. Sed mox ut ad te venim⁹, angelus Dei nos cathenis igneis reliquit, & plurimum cruciavit. Quibus Iacobus. Exoluat vos angelus domini: & ad ipsum redire: & eū ad me vincum adducite: sed illæsum. Qui cum abiissent apprehendentes Hermogenem manus ei à tergo ligauerunt: & ipsum sic vincum ad Iacobum adduxerunt, dicentes. Misisti nos vbi incensum & grauius cruciati. Dixeruntque dæmones ad Iacobum. Da nobis in eum potestatem, ut possimus tuas iniurias & nostra incendia vindicare. Quibus ait Iacobus. Ecce Philetus ante vos est, cur eum non tenetis. Cui illi. Non possumus, nec formicam quæ in cubiculo tuo est manu contingere, dixitque Iacobus ad Philetum. Vt bona pro malis secundum quod Christus nos docuit reddamus. Hermogenes te ligauit tu eum solue. Soluit Hermogenes confusus stetit: & Iacobus apostolus ei dicit. Vade liber quocumque volueris. Non enim disciplinæ nostræ est, ut inuitus aliquis conuertatur. Dixitque ei Hermogenes. Ego noui iras dæmonū, nisi mihi aliquid dederis quod mecum habeam, occidat me: Cui Iacobus baculum suum dedit. Ille autē perrexit, & omnes libros artis suæ magicæ ad apostolū cremandos attulit. Iacobus autē ne forte odor incendij vexaret incautos: eos in mari proijci fecit: proiectis ergo libris ad apostolum redijt: & plantas eius tenens dixit. Animarum liberator accipe penitentiam, quem invidentem & detrahentem hæcenus sustinisti. Cœpit igitur in Dei timore perfectus esse, adeo ut virtutes plurimas per eum fierent. Videntes ergo Iudæi Hermogenem conuersum zelo commoti Iacobū adierunt, & cur Iesum crucifixū prædicaret, increpauerunt. Ille verò cum eis per scripturas aduentū Christi & passionem euidenter probasset, plurimi crediderunt.

B Abiathar verò pontifex anni illius seditionem in populo excitauit: & missō fure in collo apostoli ip-

sum ad Herodem Agrippam adduci fecit. Cūque iussu eius ad decollandum duceretur, quidam paralyticus in via iacens ad eum clamauit: ut sibi sanitatem conferret. Cui Iacobus ait. In nomine Iesu Christi, pro cuius fide ducor ad decollandum, exurge sanus, & benedic creatori tuum. Et statim sanatus surrexit, & dominum benedixit. Scriba autem qui furem in collo suo miserat & trabebat nomine Iosias hoc videns ad pedes eius se proiecit: & veniam petens se Christianum fieri postulauit. Quod videns Abiathar eum teneri fecit: sibi que dixit. Nisi nomen aut Christi maledixeris cum ipso Iacobo decollaberis. Cui Iosias. Maledictus tu & maledicti omnes dies tui. Nomen autem domini Iesu Christi sit benedictum in secula. Tunc Abiathar os eius pugnis cædi iussit: & missa de eo legatione ad Herodem impetrauit, ut cum Iacobo decolleretur. Cum autem ambo decollari deberent, Iacobus à spicatore lagenam aquæ petijt: & ibidem Iosiam protinus baptizauit: & statim capitis obtruncatione uterque martyrium consummavit.

C Decollatus est autem beatus Iacobus. viij. kal. april. in annunciatione dominica. & viij. kal. Augu. Compostellam translatus est. & iij. kal. Ianuarij sepultus: quia sepulcri eius fabrica fuit ab Augu. vlt. que ad Ianuarium protelata. Statuit igitur ecclesia, ut festum eius. viij. kal. Augu. in tempore. f. magis congruo debet vniuersaliter celebrari. Decollato autem Iacobo ut Ioannes Peleth ait, qui hanc translationem diligenter exequitur: discipuli eius corpus nocte timore Iudæorum rapientes naui illud imposuerunt: & sepulturam diuinæ providentiæ committentes, nauim sine regimine conscenderunt, & angelo domini duce in Galliciam in regno Lupæ applicuerunt. Erat enim in Hispania regina quædam sic dicta nomine & merito vitæ Deponentes igitur corpus de naui super quendam magnum lapidem illud deposuerunt. Qui lapis mox ut cera corpori celsit, & in sarcophagum corpori se mirabiliter coarptauit. Ingredientes igitur discipuli ad Lupam dixerunt. Dominus Iesus Christus mittit ad te corpus discipuli sui, ut quem noluisse recipere viuum, suscipias defunctum. Et narrentes ei miraculum qualiter illud sine regimine illud aduenisset, locum ad eius sepulturam congruum petierunt. Quod dum regina audisset, ut dicit Io. Peleth eos in dolo ad quendam virum crudelissimum: vel secundum alios ad regem Hispaniæ destinavit: ut eius super hoc consensum haberent. Qui eos cepit & in carcerem reclusit. Cum autem ille discumberet: angelus domini carcerem aperuit: & eos liberè abire permisit. Quod cū ille cognouisset, velociter post eos milites qui eos caperent, destinavit. Cū autem milites illi pontem transire fracto ponte omnes in flumine sunt submersi. Quod ille audiens, penitentia ductus sibi & suis metuens misit post illos rogās, ut ad se redirent, & quicquid vellent ad libitum impetrarent. Illi autem redierunt: & populū ciuitatis ad fidem domini cōuerterunt quod Lupæ audiens vehementer doluit: & redētib⁹ ad se discipulis & assensum regis aperientibus illa respondit. Accipite boues quos habeo in tali loco vel mote: & plastrum iungite, ac corpus domini vestri deferret: & locū sicū volueritis & discite. Hęc autē Lupina cogitatio

ne dicebat. Sciebat enim boues tauros esse indomitos & siluestres: & ideo putauit quod non possent iungi, nec applicari: vel si iungerentur, huc illucque discurrent, & sic currum disciparent, & corpus deijcerent, & ipsos necarent. Sed non est sapientia contra Deum. Illi autem dolum eius non cogitantes, montem ascenderunt: & draconem quandam spirantem, & in eos irruentem cruce apposita per mediū vētrē scindit. Facto etiam signo crucis super tauros velut agri subito mansuerunt: & illos iungentes corpus sancti Iacobi cū lapide, superque positū fuerat, in curru posuerunt. Boues autē sine alicuius regimine corpus in mediū palatii Lupæ detulerunt. Quod illa audiēs & stupēs credit, & christiana effecta omnia quæ petierūt tribuit: & palatium in ecclesiā. f. Iacobi dedicās magnificē ipsā donauit: & in bonis operibus vitā finiuit. Vir quidā nomine Bernardus de episcopatu Muriū. ut ait Calixtus papa: cū captus & cathenatus in profundo turris positus esset: & super beatū Iacobū inuocaret, apparuit ei sanctus Iacobus dicens. Veni sequere me in Galliciam. Et cōfractis cathenis cum disparuisset: ille viculis ad collū suspēsus ad summitatē turris cōscēdit: & inde sine aliqua læsione vicū saltū fecit: cū tū turris. lx. cubitorū altitudinē possideret, quā ut ait Beda. cū enorme peccatū plurimū cōmississet: & episcop⁹ cōsistētē absolueret timuisset, hominē illū cū schedula, in qua illud peccatū scriptū erat ad sanctū Iacobū misit. Cū ergo in festo eius schedulā sup altare posuisset: & factū Iaco. ut illud peccatū deleteret, suis meritis exoraret: schedulam postmodū aperuit: & perit⁹ deletū inueniēs Deo & sancto Iacobo grās reddidit: & factū oib⁹ publicauit. Triginta viri de Lotharinga, ut ait Vbertus Bisuntinus, circa annū domini. M. lxx. ad sanctū Iacobū properantes omnes vno excepto fidem sibi mutui seruitij pmi serunt. Vnus igitur illorum infirmatus. xv. diebus à socijs expectatur: sed tandem à cunctis relinquitur: & à solo illo, qui fidem non promiserat, ad pedem montis sancti Michaelis custoditur: sed ad uesperas die mori. Viuus autē ppter illius loci solitudinē & defuncti penitentia & inminētē noctis caliginem & barbaricæ gētis feritatem valde timuit. Sed statim beatus Iacobus in specie equitis sibi apparēs, & eum consolans ait. Tra de mihi hunc mortuum: & tu ascende post me super equum: sicque illa nocte ante solis ortum diētas. xv. peragentes ad montem gaudij, qui est dimidia leuca circa sanctum Iacobum peruenerunt: ibi sanctus Iacobus vtrumque deposuit: precipiens ut canonicos sancti Iacobi ad sepeliendum peregrinum mortuum conuocaret: & suis socijs diceret quod propter fidem fractam eorum peregrinatio nil valeret: qui iussa compleuit: & stupētibus socijs de eius itinere ea que sanctus Iacobus dixerat, intimauit.

E Theuronicus quidā (ut ait Calixtus papa) cū filio suo circa annū dñi. M. xx. ad sanctū Iacobū pges: & in vrbe Tholosa gratia hospitādi diuertēs, ab hospite inebriatur: & ab eo in malha argenteus cyphus absconditur. Mane igitur exeuntes quasi latrones insequens. reuocauit: & quod cyphum argenteum furati fuerint, eisdem obiecit. Cui cū diceret quod punire eos faceret, si apud eos cyphum inuenire posset. Et cum aperita malha inuentus fuisset: protinus ad iudicē rapiunt. Data ergo sententiā omnia, quæ habebat hospiti tradunt:

& vnus eorū ad suspendiū iudicat. Sed cum pater pro filio & filius pro patre mori vellent: tandem filius suspenditur: & pater ad sanctum Iacobum merens, progreditur. Igitur post. xxxvj. dies rediens & ad corpus filij diuertens, super eum lamentabiles voces promebat. Et ecce filius suspenfus consolari cœpit ipsum dicens. Dulcissime pater ne fleueris: quia nunquam mihi sic bene fuit: quoniam hucusque sanctus Iacobus me sustentat, & cœlesti dulcedine refocillat. Quod pater audiēs ad vrbe cucurrit: & venientes populi filium peregrini incolumem deposuerunt: & hospitem suspendentur. Refert Hugo de sancto Victore, quod cuidam peregrino ad sanctum Iacobum pergenti diabolus in specie sancti Iacobi apparuit: & de miseria præsentis vitæ plura commemorans felicem se esse, si ob honorem suum se necaret, asseruit, qui mox gladium arripuit: & protinus seipsum occidit. Et cū ille in domo cuius hospiratus fuera t, suspectus haberetur, & mori plurimum formidaret: continuo qui mortuus fuerat, reuixit: asserens quod dum demon qui mortem suaserat ad supplicia ipsum duxisset, beatus Iacob⁹ mox occurrir: & erectum ad thronum iudicis deduxit: & accusantibus dæmonibus, ut vitæ restitueretur obtinuit. Quidam iuuenis de territorio Lugdunē. ut narrat Hugo abbas Cluniacensis, qui ad sanctum Iacobum frequēter cum deuotione magna ire solebat: quadam vice dum illuc tendere vellent: nocte illa in fornicationem lapsus est. Pergenti igitur nocte quadam diabolus in specie sancti Iacobi apparuit, dicens. Nosti quī sum. Neganti illi, dixit diabolus. Ego sum Iacobus apostolus, quem singulis annis visitare consueuisti. Scias quod multum de deuotione tua gaudebam: sed nunper de domo tua egrediens in fornicationem incidisti, & non confessus ad me accedere præsumpsisti: quasi tua peregrinatio Deo & mihi placere posset: non sic expedit: sed quicquid ad me peregrinando venire desiderat: prius peccata sua per confessionem debet pandere: & post peregrinando eadem commissa punire. Et his dictis dæmon auanuit. Tunc iuuenis anxius domum suam redire, & peccata sua confiteri: deinde iter reincipere disponebat. Ecce diabolus apparet iterum in specie apostoli, hoc omnino dissuasit: asserens quod peccatum illud nullo modo sibi remitteretur, nisi penitus genitalia sibi membra sequaret, beatorum autem foret si se vellent occidere, & pro eius nomine martyri esse. Iuuenis igitur nocte socijs dormientibus gladium accipiens genitalia sibi præcidit, deinde eodem cultro le per ventrem transigit. Expergefacti socij hoc videntes & plurimum formidantes, protinus aufugerunt, ne suspecti de homicidio haberentur. Verumtamen dum fouea ei pararetur, qui fuerat defunctus, reuixit, & cunctis fugientibus & stupentibus quæ sibi acciderant, enarrauit, dicens. Cū me ad suggestionem dæmonis occidisset, dæmones me capientes versus Romam deducebant. Et ecce post nos beatus Iacobus protinus cucurrit, & demones de fallacia plurimum increpauit. Cūque adiuuicem diuitem disciperent, cogente beato Iacobo ad quoddam pratum venimus, vbi virgo beata cum multis sanctis colloquens residebat. Cui cum beatus Iacobus pro me conquestus fuisset, illa plurimum dæmones increpauit, & me vitæ restitui præcepit. Beatus igitur Iacobus me su-

scipiens vitæ reddidit, vt videtis. Post triduum ergo solis in illo cicatricibus remanentibus iter arripuit: & inuentis socijs quomodo per ordinem enarauit.

F Francus quidem vt ait Calixtus papa, circa annum domini, M.c. cum vxore & filijs, ad sanctum Iacobum ibat. Tum volens mortalitatem quæ erat in Francia fugere: tamē sanctum Iacobum cupiens visitare. Qui cum ad urbem Papilionem venisset: vxor eius ibidem obiit, & hospes rotam illius pecuniam sibi cum iumento quo vehebantur pueri, vsurpauit. Ille autem desolatus incedens pueros quosdam in humeris portauit, quosdam ad manum trahebatur. Cui vir cum asino compassione commotus occurrens, sibi asinum commodauit, vt super illum pueri veherentur. Qui cum ad sanctum Iacobum peruenisset: eidem vigilantem & orantem sanctus Iacobus apparuit: & an se cognosceret, requisuit. Cui neganti ait. Ego sum Iacobus apostolus, qui tibi meum asinum commodauit, & iterum commodo reuertenti. Sed scito prænoscentis quod hospes tuus de solario corruens moritur, & omnia quæ tibi abstulerat rehaebis. Quæ cum omnia contingissent: ille domum lætus rediit, & pueris de asino depositis asinus statim disparuit. Quisdem mercator à quodam tyranno iniuste spoliatus in custodia tenebatur: qui deuote sanctum Iacobum in sui auxiliium inuocabat. Cui sanctus Iacobus vigilantibus custodibus apparuit: & vsq; ad turris summitatem ipsum perduxit, statimq; turris adeo se inclinavit, quod ipsius summitas terræ æqualis fuit, de qua sine saltu descendens solutus recessit. Quem custodes insequentis, licet iuxta eum pergerent, tamen ipsum videre non poterant. Dum tres milites (vt ait vbertus Bifontinus) Lugdunensis diocesis ad sanctum Iacobum pergerent: vnus eorum à quadam muliercula rogatus sacculum ipsius amore sancti Iacobi super equum suum portabat, deinde quandem infirmum in via deficientem inueniens ipsum super equum posuit & infirmi burdenem cum saculo mulieris accipiens equum pariter sequebatur: sed feruore solis & labore itineris fractus, cum Galliciam aduenisset infirmitate grauissima laborauit. Cumque à socijs de salute anime rogaretur: ille tribus diebus extitit mutus: sed quarto die socijs eius mortem expectantibus grauiter suspiras ait. Gratas deo & sancto Iacobo, quia eius sum meritis liberatus. Cum enim quod monebatis facere vellem, demones ad me venerunt me tam grauiter cōstringētes, vt nihil quod ad salutem anime pertineret aliquatenus loqui possem. Vos quippe audiebam: sed prorsus respondere non poteram. Nunc autem sanctus Iacobus huc intrauit ferens in sinistra manu sacculum mulieris: in dextera baculum pauperis, quos in via adiuerat ita vt burdenem pro lancea, & sacculum pro scuto haberet, et demones quasi iratus aggrediens eleuato baculo terruit & in fugam conuertit. Nunc ergo ecce beati Iacobi gratia me liberauit, & loquellam restituit. Vocate ergo sacerdotē ad me, quia diu in hac vita esse non possum. Et conuersus vni eorum dixit: amice noli amodo domino tuo militare quia; veraciter est damnatus & mala morte in proximo moriturus: sepulchrum autem socio cum ille domino suo hoc dixisset, ille pro nihilo hoc ducentis, & se emendare contēnans post modicum lancea in bello confossus interiit. **G** Cum

cuidam viro de vizilaco, vt ait Calixtus papa ad sanctum Iacobum properanti pecunia defecisset, & ille mendicare erubesceret: sub quadam arbore requiescens somniabat quod sanctus Iacobus cum pascebat Eui-gilans igitur subcineritium panem ad caput reperit, de quo .xv. diebus vixit, quouſque ad ppria remeavit. Singulis enim diebus sufficienter bis de eo comedens sequenti die ipsum in saculo integrum inueniebat. Refert Calixtus papa quod cuius quidam Barchione urbis circa annum domini. M.c. ad sanctum Iacobum veniens hoc solum postulasse dicitur: ne deinceps ab aliquibus hostibus caperetur. Rediens igitur per Siciliam in mari Saracenis capitur & pluries ab eis per nundinas venditur: sed tamen semper cathene quibus ligatus fuerat soluebantur. Cum autē iam .xiii. vicibus venditus fuisset, & duplicibus cathenis astrictus esset: & ille beatus Iacobum inuocaret, sanctus Iacobus eidem apparuit, dicens. Quoniam in ecclesia mea consistens post posita salute anime liberationem tamen corporis postulasisti: ideo in hac pericula incidisti: sed quia dominus misericors est misit me vt te redimam. Statimque ruptis cathenis per terras et castella Saracenorum partem quandem cathene in testimonium huius miraculi ferens ad terram suam cunctis videntibus & stupētibz rediit. Cum enim aliquis eum capere volebat visa cathena territus protinus fugiebat. Sed cum leonesalie que ferē in eum per deserta gradientem vellente inſurgere: mox visa cathena concutiebantur terrore nimio & in fugam protinus vertebantur. Anno domini. ccxxx viij. in vigilia sancti Iacobi in quodam caſtro, quod dicitur prātū inter Florētiam & pistorium sito iuuenis quidam rusticus quadā simplicitate deceptus, in segetes tutoris sui ignem apposuit: eoq; hereditatem suam sibi vsurpare volebat. Tentus igitur & confessus ad caudam equi trahendus in cecidit adiudicatus est: qui peccatum confitens & sancto Iacobo se deuotus. Cum super terram petrosam in sola camisia diutius tractus fuisset, nec in corpore nec in camisia sensit aliquam læsionem. Tandem ad palum ligatur ligna vnde cūque congeruntur igne supposito: ligna & vincula comburantur: sed ipse semper beatum Iacobum inuocare, nec in camisia nec in corpore aliqua læsio reperitur. Quem dum in ignem vellēt iterato mittere: à populo eripitur: & Deus in apostolo suo magnifice collaudatur.

De sancto Christofo. **A**

C H R I S T O F O R V S ante baptismum dicebatur reprobus sed postmodum christoferus dicitur est quasi christum ferens: eo scilicet quod christum quatuor modis portauit. scilicet in humeris per traductionem: in corpore per macerationem: in mente per deuotionem: in ore per confessionem siue prædicationem.

LEGENDA XCV. B

C H R I S T O F O R V S genere chananeus pceriffime stature, vultuq; terribili erat, & xij. cubitos in lōgitudine possidebat. Qui vt in quibusdā gestis suis legit, cū esset cū quodā rege chananeorū venit sibi

mentem, vt maiorem principem qui in mundo esset, quereretur: & ad eundem secū moraturus accederet. Venit igitur ad quandem maximū regem, de quo generalis fama habebatur, quod maiorem mūdus principis rex videns libenter recepit, & pē non haberet: quem rex videns libenter recepit, & in sua curia manere fecit: quadam autem die ioculatus quidem cantionem coram rege cantabat, in qua frequenter diabolum nominabat. Rex autem cū fidē christi haberet, quando cūq; diabolum nominari audiebat: portuos in faciem suam crucis signaculum imprimebat. Quod videns christoferus plurimum admirabatur, cur hoc rex age: & quidnam huiusmodi signaculum sibi vellet. Cū autem de hac re regem interrogaret, & ille hoc sibi manifestare nollet, respondit christoferus, nisi mihi hoc dixeris, tecum ulterius non manebo. Quapropter coactus rex dicit ei: quādo cūq; diabolum nominari audio, hoc signo me munio, timens ne me in potestate accipiat, mihiq; noceat. Cui christoferus, dixit, Si diabolum ne tibi noceat, metuis: ergo ille maior & potentior te esse conuincitur, quem intātū formidare probaris. Frustratus igitur sum spe mea putans, q̄ maiorem & potentiorum mundi dominum inuenissem, sed iam nunc valeas: quia ipsum diabolum querere volo, vt ipsum mihi in dominū assumam & eius seruus efficiar. Discessit igitur ab illo rege, & diabolum querere properabat. Cum autem per quadā solitudinem pergeret, vidit magnam multitudinem militū, quorum quidam miles ferus & terribilis veniebat ad eum, & quonā pergeret requisit. Cui christoferus respondit. Vado querere dominū diabolum, vt ipsum in dominū mihi assumam. Cui ille. Ego sum ille quā queris. Gaudis christoferus, se sibi in seruū perpetuum obligauit, & ipsum pro domino accepit. Cum ergo ambo pergerent, & in quadā via cōmuni crucem erectam inuenissent, mox vt diabolum ipsam crucem vidit, rēritus fugit: & viam deserens per asperam solitudinē christoferum duxit, & postmodū ipsum ad viam reduxit. Quod videns christoferus & admirans interrogauit illum, cur intantum times viam planam reliqueris, & tantum deuians per tam asperam solitudinem ieris. Quod cum ille nullatenus sibi indicare vellet, dixit christoferus. Nisi mihi hoc indicaueris statim à te discedam: quapropter compulsus diabolus dicit ei: quidā homo, qui dicitur christus, in cruce fixus fuit: cuius crucis signum cum video, plurimum pertimesco, & teritus fugio. Cui christofero. Ergo ille christus maior & potentior te est, cuius crucis signum intantum formidas. In vanum igitur laboraui, nec adhuc maiorē mūdū principem inueni. Iam nunc valeas: quia te volo deserre, & ipsum christum inquirere.

C **C**ū igitur diu quæsisset: qui sibi christi notitiam indicaret, tandem ad quandem eremitam deuēnit, qui sibi christum prædicauit: & in eius fide ipsum diligēter instruxit. Dixitq; eremita christofero. Rex iste cui seruire desideras, istud requirit obsequiū: quia te frequenter ieiunare oportebit. Cui christoferus. Aliud à me requirit obsequium: quia istam rem nequaquam agere valeo. Rursum eremita: multas quoq; orationes te sibi facere oportebit. Cui christoferus. Nescio quid sit hoc: nec huiusmodi obsequium perscere possum. Cui eremita. Nosti talem fluuiū, in quo

multi transeuntes periclitantur & pereunt? Cui christofero. Noui. Et ille. Cū proceres stature sis & fortis viribus: si iuxta fluuium illū resideres, & cunctos traduceres, regi christo, cui seruire desideras, plurimū gratum esset, & spero q̄ ibidem se tibi manifestaret. Cui christoferus. Vtique istud obsequium agere valeo: & me sibi in hoc feruiturum promitto. Ad prædictū igitur fluuium accessit: ibidem quā habitaculum fabricauit: portuq; loco baculi quidam particam in manibus, qua se in aqua sustentabat: & omnes sine cessatione transferebat. E uoluitis multis diebus, cū in domuncula sua quiesceret: audiuit vocem cuiusdam pueri se vocantis & dicētis. Christofero veni foras, & me ipsum traducas. Concitus christoferus exiit: sed nemine reperit. Rediensque in domiculam suā prædictā iterum vocē se acclamantis audiuit. Qui rursum foras cucurrit: sed nemine inuenit. Tertia vice ab eodem vt prius vocatus exiit: & puerū quendā iuxta ripam fluminis inuenit: qui christoferum, vt se traduceret, obnixē rogauit. christoferus igitur puerū sibi in humeris eleuans, & baculum suum accipiēs flumen transiturus intrauit. Et ecce aqua fluminis paulatim intumescerebat, & puer magis ac magis christoferi humeros pondere intollerabili premebat, adeo vt christoferus in angustia multa positus esset: & se periclitari formidaret. Sed cū vix euasisset, & fluuium transfratasset: puerū in ripa deposuit, eiq; dixit. In magno periculo puer me posuisti: & adeo ponderasti, q̄ si totum mundū super me habuissem, vix maiora pondera persensissem. Ad quem puer respondit. Ne mireris christofero: quia nō solū super te totū mūdū habuisti: sed & etiam illū, qui creauit mundum tuis humeris baiulasti. Ego enim sum christus rex tuus, cui in hoc opere ipse deseruis: & vt me verum dicere cōprobes, cū pertranseris baculum tuū iuxta domunculā tuam in terra fige, & mane ipsum floruisse & fructificasse videbis: statimque ab oculis eius euauit. Veniens igitur christoferus cum baculū suū in terram fixisset: mane surgēs inuenit ipsum admodū palme frōdes & dactylos protulisse. Post hoc autem Samū ciuitatē Licia venit: ubi dū eorum linguarum nō intelligeret: orauit dominum, vt illius linguarū sibi concederet intellectum. Dum autē in prece consisteret, iudices eum insanum putantes reliquerunt. Assecutus christoferus quod petebat, vultum operiēs ad loca certaminis venit, & christianos, qui torquebantur in domino confortabat. Tunc vnus ex iudicibus in faciem eum percussit. Cui christoferus vultum discooperiens dicit. Nisi christiani essem meā protius iniuriam vindicassem. Tunc christoferus virgam suā in terram fixit vt propter cōuersionē populi frōderet, dominum exorauit. Quod dum protinus factum fuisset: octo milia hominum crediderunt. Rex autem .cc. milites qui eū ad se adducerēt, misit. Et cum eum orantem inuenissent, & sibi hoc intimare timerent, iterum totidē misit. Qui & ipsi cum eo orate, protinus orauerunt. Surgens christoferus dixit eis. Quid queritis. Qui eius vultum vidētes dixerūt. Rex misit nos, vt te ad ipsum vincitū ducamus. Quibus christofero. Si ego voluero nec solus nec ligatus à vobis duci potero. Dicit ei. Si

ergo non vis: vade liber quocūq; volueris: & nos regi dicemus, quod te nequaquam inuenimus. Non ita inquit, sed ego vobiscum vadam. Ipse autem eos ad fidē conuertit, & ab eis manus sibi tergo ligari fecit: & se regi vincitū presentari. Quem rex vidēs territus est, & de sede sua protinus corruit. Deinde à seruis suis leuatus de nomine suo & patria eum interrogauit. Cui Christoforus. Ante baptismum reprobis dicebar; nūc autem Christoforus vocor. Cui rex. Stultum tibi nomen imposuisti. Christi crucifixi, qui nec sibi profuit, nec tibi prodesse poterit. Nunc ergo chanaanē malefice quare non sacrificas dijs nostris. Cui Christoforus. Recte vocaris Dagnus, quia tu es mors mundi, socius diaboli, dij autem tui sunt opera manuum hominum. Cui rex. Inter feras nutritus es: & tu non potes nisi opera feralia, & hominibus incognita loqui. Nunc ergo si sacrificaueris magnos honores à me consequeris: si autem supplicijs consumeris. Nolent ergo sacrificare in carcerem mitti iussit: ac illos milites, qui ad Christoforum missi fuerant, pro christi nomine decollari fecit. Deinde duas formosias puellas quarum vna dicebatur Nicea, & altera Aquilina secū in carcere recludi fecit, promittens eis multa munera, si eum ad peccandum secum allicerent. Quod videns Christoforus: protin⁹ in orationem se dedit. Sed cum à puellis plausu manuum & amplexibus vrgeretur: surrexit & ait, illis. Quid queritis, & ob quam causam hic introducta estis? At ille, claritate vultus eius perterrita dixerunt. Miserere nostri sancti Dei, vt in Deū quem prædicās, credere valeamus. Quod audiens rex eas ad se duci fecit, dicēs. Ergo & vos seducta estis: per deos iuro, quia nisi dijs sacrificaueritis, mala morte peribitis. Quæ responderunt. Si vis vt sacrificemus: iube plateas mundari & omnes ad templū congregari. Quo facto cum illa introissent templum, soluentes cingulum suum posuerunt in colla deorum: & ad terrā trahentes in puluere confregerunt: dixeruntque altantibus. Ite & vocate medicos, vt curent deos vestros. Tunc iussu regis Aquilina suspenditur: & ligato ad eius pedes ingenti saxo membra eius omnia dirumpuntur: quæ cum migraisset ad dominum, soror eius. Nicea in igne proiecit: sed inde illi cæxiens protinus decollatur. Post hoc Christoforus regi præsentatur: qui iussit eum virgis ferreis cædi: & eisdem ferream & igneam in caput eius poni. Deinde scammum ferreum fieri fecit: & Christoforus ibidem ligari, & ignem in iuncta pice succendit: sed instar ceræ scammum confringitur: & Christoforus illæsus egreditur. Deinde iussit eū ad stipitem ligari & à cccc. militibus sagittari. Sagittæ autem omnes in aère suspendebantur, nec ipsum aliqua contingere potuit. Rex autē putās ipsum à militibus sagittatum, cum eidem insularet, subito vna de sagittis ab aère veniens & retro se vertens regem in oculo percussit: & ipsum protinus excauit. Cui Christoforus. Crastina die cōsumendus sum, tu igitur tyranne lucū de sanguine meo facies: & oculū muges, & sanitatē recipies. Tunc iussu regis ad decollandum ducitur: & ibi fusa oratione decollatur. Rex autē modicū de sanguine eius accipies: & super oculum suū ponens ait, in nomine Dei & sancti Christofori & continuo sanus effectus est. Tūc rex credidit dans præceptū, vt si quis Deū & sanctū Christoforū blasphemaret, con-

tinuō gladio ferriretur. Amb. autē in præf. sic ait. De hoc martyre Christoforo tantæ virtutis cumulum & doctrinæ gratiā dominus contulisti vt. xlvij. milia hominum de gentilitatis errore ad christiani dogmatis cultum coruscantibus miraculis reuocauit. Quique Niceā & Aquilinā publico lupanari longo tēpore sub meretricia forde famulantes, ad castitatis habitū prouocauit: eisdemque coronā percipere edocuit: propterea inter igneū rogū ferreo scammō constructus nimium calorem non timuit: atque per diē integrū omnium militū sagittis transigi non potuit. Cæterum vna ex his carnificis oculū collisit: cui tamē beati martyris cruor mixtus cū terra lumen restituit, & corporis cecitatem tollendo, illuminauit & mentem. Nam & apud te veniam impatruit, atque vt morbos & infirmitates repellat, suppliciter obtinuit.

De septem dormientibus.

LEGENDA XCVI. A.

SEPTEM dormientibus in ciuitate Ephesi orti sunt. Decius autem imperator persequens christianos cum venisset Ephesum, iussit ædificari templum in medio ciuitatis: vt omnes cum eo miserentur sacrificijs idolorum. Cum ergo omnes christianos inquiri iussisset: & vincos aut sacrificare, aut mori compelleret: tantus paenarum terror cunctis inerat, quod amicus amicum: & filium patrem: & patrem filium abnegauit. Nunc in illa vrbe inuenti sunt christiani septem Maximianus, Malchus, Martianus, Dionysius, Ioannes, Serapion & Constantinus, qui hoc videntes nimis dolebant. Et cum essent primi palatij sacrificia idolorum spernentes in domo sua se celabant, & ieiunijs & orationibus vacabant. Accusati igitur ante Decium statuntur: & comprobati veraciter christiani dato eis respiscendi spatio vsque ad reditum Decij dimittuntur. At illi patrimonium suum interim inter pauperes expedientes, inuito consilio in montem Cælion secesserunt. & ibi esse secreti decreuerunt. Diu ergo sic late res, vnus eorum semper ministrabat, & quoties intrabat urbem signa se mendici & habitu vestiebat. Cum ergo Decius in urbem redisset: & eos ad sacrificandū perquiri iussisset: Malchus minister eorum territus ad socios redijt, & eis furorē imperatoris indicauit. Qui cum grauiter terrentur, Malchus allatos panes eis apposuit, cibo confortati fortiores ad prælium redderent. Postquam cenabant sedentes & colloquentes in luctu & lachrymis subito sicut Deus voluit, dormierunt. Mane facto cum quæsi fuissent, & inueniri nō possent, & Doci⁹ doleret, quod tales iuuenes perdidisset, accusati sunt quod hucusq; in monte Cælion latuissent: & sua christianis pauperibus erogantes in suo proposito permanerent, iussit ergo Decius, vt parentes eorum adessent, & comminatus est eis mortem, nisi de eis dicerent, quicquid scirent. Illi autem eos similiter accusauerunt, & diuitias suas pauperibus expeditisse conquesti sunt. Tunc cogitans quid de eis faceret, nutu Dei iussit os speluncæ lapidibus obstrui, vt ibi morerentur famæ & inopia circumclusi. Quod ministri quidem fecerunt. Et duo christiani Theodorus & Rufinus eorum martyrium describentes cautē inter lapides posuerunt. Mortuo igitur

Decio & tota illa generatione post annos. ccc. lxxij. anno. xxx. imperij Theodosij pululauit hæresis eorū, qui negabant resurrectionem mortuorum. Vnde conterritus Theodosius christianissim⁹ imperator: quia fidem tam impiè agitari videbat, indurus cilicio sedens in interiori loco per singulos dies stebat. Quod videns misericos Deus consolari diligentes, & confirmare spem de resurrectione voluit mortuorum, & thesaurum suæ pietatis aperiens ita prædictos martyres suscitauit. Misit siquidem in cor cuiusdam ciuis Ephesi, vt in illo monte ædificaret stabulum pastoribus suis. Cementarijs speluncam aperientibus surrexerunt sancti, & femicem saluantes putabant se tantū vna nocte dormisse, & pridian i cristitiam recordantes in terrogauerunt Malchum, qui eis ministrauerat, quid de eis Decius decreuisset. At ille respondit: sicut dixit in sero quæsi fuimus. vt idolis immolaremus. Ecce quid de nobis cogitat imperator. Respondit Maximianus. Et Deus scit quod non sacrificabimus. Cumque socios confortasset, iussit Malcho vt empturus panes ad urbem descenderet, & plures quam heri afferēs panes quid iussit imperator, rediens nunciaret. Tollens ergo Malchus quinque solidos de spelunca exijt, & videns lapides, miratus est. Sed aliud cogitans parum de lapidibus cogitauit. Veniens igitur timidus ad portam vrbis valde miratus est, videns superpositum signum crucis. Vnde pergens ad alteram portam dum idem signum inuenit ultra modum miratus est. Vidēs omnes portas signo crucis apposito & mutatam ciuitatem, signansq; se ad primā portam redijt existimās se somnare. Vnde se confirmans & vultum operiens urbem ingreditur, & veniens ad venditores panum adiuuit homines loquentes de Christo, & ampli⁹ stupescit ait. Quid est inquit quod heri nemo christū audebat nominare, & nunc omnes christum cōfitentur? Puto quod hic non est Ephesorum ciuitas: quia aliter ædificata est: sed aliam ciuitatem nescio talem. Et cum interrogans audisset hanc esse Ephesum errare veraciter se putauit: & redire ad socios cogitauit, ac celsit tamen ad eos, qui panē vendebant. Et cū argenteos protulisset, mirari venditores dicebant adiuuicē quod ille inueniens antiqū thesaurum inuenisset. Malchus verō adiuuicem loquentes videns putabat. Quod vellent eum trahere ad imperatorem, & territus rogauit eos, vt se dimitterent & panes & argenteos retinerent. At illi tenētes eū dixerunt ei. Vnde es tu: quia thesauros antiquorum imperatorum inuenisti? indica nobis & erimus socij tecum, & celabimus te: quia aliter celari non potes. Malchus verō non inueniebat quid diceret illis præ timore. Illi verō videntes eum tacentem misso fure in collo eius traherent per vios vsq; in medium ciuitatis. Et exijt rumor ad omnes quod quidam iuuenis thesauros inuenisset. Congregatis ergo ad eum vniuersis & eum mirantibus volebat eis satis facere, quod nihil inuenerat. Et circumspectans omnes à nemine cognosci poterat, & prospiciens in populum volebat cognoscere aliquem de cōsanguineis suis, quos veraciter viuere putabat: & nullum inueniens stabat quasi insanus in medio populi ciuitatis, quod cū audisset sanctus Martinus episcopus & Antipater proconsul, qui nuper in urbē aduenerat, mandauerunt ciuibus, vt eum cautē adducerent, & ar-

genteos eius. Cūq; à ministris traheretur ad ecclesiam, putabat quod duceretur ad imperatorem. Episcopus igitur & proconsul mirantes argenteos interrogauerunt eum vbi thesaurum incognitum inuenisset. At ille respondit se nihil penitus inuenisse, sed de sacculo parentum suorum eosdem denarios habuisse. Et interrogatus cuius ciuitatis esset, respondit. Beneficio quod huius ciuitatis sum: si tamen hæc est ciuitas Ephesorum. Proconsul dixit. Fac venire parentes tuos, vt testantur pro te. Quos cum nominasset, & nullus eos cognosceret: dicebat eum se fingere, vt aliquomodo euaderet. Et ait proconsul. Quomodo credimus tibi, quod hoc argentum parentum tuorum fuerit, cum scriptura eius habeat plusquam trecentos se prauiginta septem annos, & sic primorum dierum Decij imperatoris, & in nullo similes sint argenteis nostris. Et quomodo parēs tui ante tantū tēpus fuerūt, tu verō iuuenis vis decipere sapientes, & senes Ephesi. Idcirco iubebo te legibus tradi, donec confitearis quid inuenisti. Tunc procidens Malchus ante eos dixit. Pro Deo domini dicite mihi quod vos interrogo, & ego dicā vobis, quod est in corde meo. Decius imperator, qui fuit in hac ciuitate, vbi nunc est. Episcopus dixit. Fili non est hodie in terra, qui Decius nominetur: imperator autem fuit ante longum tempus. Malchus autem dixit. In hoc ita stupeo & nemo credit mihi, sed sequimini me, & ostendam vobis socios meos, qui sunt in monte Cælion & ipsi credite. Hoc enim scio quod à facie Decij imperatoris nos fugimus, & ego sero vidi, quod ingressus est Decius in hanc urbē, si tamen hæc est ciuitas Ephesi. Tunc episcopus cogitans in semetipso dixit proconsuli. Quia visio est quam Deus vult ostendere in iuuenis isto. Perrexerunt ergo cum eo, & ciuitatis plurima multitudo. Et ingressus est primo Malchus ad socios suos, & post eū episcopus ingrediens inuenit inter lapides literas sigillatas duob⁹ sigillis argenteis, & cōuocato populo legit eas & audientibus & admirantibus cunctis. Et videntes sanctos Dei sedentes in spelunca, & facies eorum tanquam rosas florentes, procidentes glorificauerunt Deum. Statimq; episcopus & proconsul miserunt ad Theodosium imperatorem, rogantes vt cito veniret, & miracula Dei nuper ostensa videret: Qui protinus surgens de humo & de sacco in quo iugebat glorificans Deum venit à Constantinopoli Ephesum. Et obuiantibus ei cunctis ascendantibus simul oēs ad speluncam. Et mox vt sancti viderūt imperatorem resplenderunt: & facies eorum sicut sol. Et ingressus imperator procidit ante eos glorificans Deum. Et surgens amplexatus est eos: & super singulos fleuit dicens. Sic video vos tanquam si viderem dominum resuscitantem Lazarum. Tunc dixit sanctus Maximianus ad eum crede nobis quod propter te resuscitauit nos: Deus ante diem magnæ resurrectionis: vt credas indubitanter, quod resurrectio mortuorum est. Verē enim resurreximus, vt viuimus. Et sicut infans est in vtero matris non sentiens lætionem & viuit: sic fuimus viuētes iacentes & dormiētes, & nō sentientes. Et his dictis vidētibus cūctis inclinantes capita sua in terram obdormierunt: & tradiderūt spirit⁹ suos secundum Dei imperiū. Surgens autē imperator cecidit super eos flens, & deosculans eos. Et cūm

iussisset fieri loculos aureos in quibus mitterentur: in ipsa nocte apparuerunt imperatori dicentes, vt sicut hactenus in terra iacuerunt & ex terra resurrexerunt: ita eos dimitteret: donec dominus iterum eos resuscitaret. Iussit ergo imperator locum illum inauratis lapidibus adornari: & omnes episcopos resurrectionem confitentes absolui. Quod .ccclxxij. annis dormisse dicuntur: dubium esse potest: quia anno domini .cccc. xlvij. surrexerunt. Decius autem regnavit vno tantum anno & tribus mensibus. Anno domini .cclij. & ait non dormierunt nisi .cxv. annis.

De sanctis Nazario & Celso. A.

NAZARIUS dicitur quasi Nazarenus, quod interpretatur consecratus, vel mundus, vel separatus, vel floridus, aut custodiens. In homine reperiuntur hic quinque. scilicet cogitatio, affectio, intentio, actio & locutio. Cogitatio autem debet esse sancta: affectio munda: intentio recta: actio iusta: & locutio moderata. Hæc omnia fuerunt in beato Nazario. Habuit enim cogitationem sanctam: & inde dicitur consecratus. Affectiorem mundam: & inde dicitur mundus. Intentionem rectam: & inde dicitur separatus. Intentio enim est quæ separat opera: quia ex oculo simplici corpus lucidum: ex oculo nequæ corpus tenebrosus creator. Actionem iustam: & inde dicitur floridus: quia iustus florebit sicut lilium. Locutionem moderatam: & inde dicitur custodiens: quia custodiuit vias suas, vt non delinqueret in lingua sua. Celsus quasi excelsus: quia se supra se extulit, dum artem puerilem virtute animi superauit. Horum vitam & passionem Ambrosius in libro Geruasij & Prothasij reperisse dicitur. In quibusdam autem libris legitur quod quidem philosophum Nazario deuotus eius passionem conscripsit, quam Ceratius, qui sanctorum corpora sepelierat, ad caput ipsorum posuit.

LEGENDA XCVII. B

NAZARIUS filius illustissimi viri nomine Aphricani, sed Iudæi & beatæ Perpetuæ christianissimæ & romanorum nobilissimæ, & à beato Petro apostolo baptizata: cum haberet nouem annos plurimum mirabatur videns patrem suum & matrem in obseruatione religionis tam dissimiliter variari: & quod mater sua legem sabbati sequeretur. Vnde cui magis adherere deberet, plurimum dubitabat: cum vterque ad fidem suam eum attrahere niteretur. Tandem nutu Dei vestigijs matris adhæsit: & à beato Lino papa sacrum baptismum suscepit. Quod pater intelligens cepit ipsum à sancto proposito auertere, & tormentorum genera quæ christianis inferuntur per ordinem explicare. Quod autem dicitur eum à Lino papa baptizatum fortè intelligitur: non qui tunc papa erat, sed qui futurus erat. Nazarius enim post baptismum sicut infra pater, annis multis superuixit: qui tamen à Nerone martyrium pertulit: qui Petrum anno ultimo sui imperij crucifixit. Linus autem post mortem petri papa fuit. Cum autè patri nullatenus assentiret sed potius Christum constantissime prædicaret: ad

preces parentum, qui ne occideretur timebant, de vrbe Roma exiit: & septem Samarios de parentum diuitijs oneratos accipiens, per ciuitates Italiæ venit: & omnia pauperibus erogauit. Decimo autem anno discretionis suæ à Roma placentiam & inde Mediolanum adueniens sanctos Geruasium & Prothasium ibidem in carcere deueniri reperit. Audito autem quod Nazarius predictos martyres animaret: cito ad presertim protrahitur, & in confessionem christi perdurans fustibus verberatur, & sic ex vrbe illa proiectus dum de loco ad locum pergeret mater eius quæ obierat sibi apparuit: & filium suum confortans, vt ad Gallias properaret, admonuit. Cùmque ad vrbem Galliarum gemellus dicitur, aduenisset, & ibidem plurimos conuertisset, quædam matrona filium suum nomine Celsum elegantem puerum sibi obtulit: rogans vt ipsum baptizaret & secum duceret. Quod præfectus Galliarum audiens ipsum cum puero Celso retro manibus vinctum, & collo cathena constrictum in carcere reclusit, vt eum in crastino tormentis afficeret. Tunc vxor sua misit ad eum, asserens iniustum esse iudicium, & innocentes occideret, & deos omnipotentes vindicare presumeret. Quibus verbis preces correctas absoluit, sed ne ibi prædicare præsumeret, admonuit & interdixit. Venit autè ad vrbem Treueris, & ibi Christum primus predicans, & multos ibi ad fidem christi conuertens, ibidem sibi ecclesiam edificauit. Quod audiens Cernelius vicarius Neroni imperatori mandauit. Qui centum milites ad eum capiendum misit. Quem cum illi iuxta oratorium, quod sibi construxerant, inuenissent, manus eius ligauerunt, dicentes. Magnus Nero te vocat. Quibus Nazarius. Incompositus rex, incompositos milites habet. Quare enim venientes honeste non dixistis. Nero te vocat, & venissem. Vinctum igitur ad Nerone m ducebant, & puerum Celsum plorantem alapis cedentes, vt sequeretur urgebant. Quos cum Nero vidisset: iussit eos in carcerem recludi, donec ipsos supplicijs excogitatis periret. Interea cum Nero quidam vice ad capiendas feras misisset venatores, iudam ferarum multitudinem rumpens viridarium Neronis intrauit, vbi multos la cerauit & plerisque occidit, in tantum vt Nero turbatus diffugeret, & vulnerato pede vix ad palatium perueniret. Multi autem diebus illius vulneris dolore decumbens, tandem Nazarij & Celsi meminit, & putauit deos sibi iratos fuisse, eo quod tandiu ipsos viuere permisit. Iussu igitur imperatoris milites Nazarium calcibus tundentes & puerum verberantes de carcere euaderet, ipsum insequentes igni comburerent, & puluerem eius in mare proiecerent. Nazarius igitur & puer Celsus nauim imponunt, & in medium pelagus perducti ibi precipitantur: sed statim circa nauem tempestas maxima concitatur, & circa sanctos tranquillitas magna cernitur. Dum illi periclitari timerent, & malorum quæ in sanctos commiserant, po-

De sancto Felice papa.

LEGENDA XCVIII. A

FELIX loco liberij in papam eligitur, & ordinatur. Cùm enim liberius papa nollet Arrianæ hæresi assentire, missus est in exilium à Constantio filio Constantini, & ibi per triennium moratus est. Quapropter vniuersaliter clerus romanus loco eius Felice ordinauerunt, ipso liberio volente & consentiente. Qui quidem Felix concilio conuocato coram .xlvij. episcopis Constantium imperatorem Arrianum hæreticum & duos presbyteros sibi fauentes cõdemnauit. Quapropter constantius indignatus Felicem de episcopatu suo deiecit, & liberium eo pacto reuocauit, vt solummodo constantio & alijs quos Felix damnauerat, communicaret. Liberius igitur redio affectus exilij in hæretica prauitate subscripsit, & sic in tantum per secuto excreuit, vt quam plurimi sacerdotes & clerici liberio non prohibente intra ecclesias sunt necati. Felix verò de episcopatu deiectus, cùm in predio suo habitaret, inde eduçtus martyrium capitis obruncatione promeruit circa annos domini .cccxl.

De sanctis Simplicio & Faustino.

LEGENDA XCIX. A

SIMPLICIUS & Faustinus fratres cùm sacrificare cõtemnerent, sub Diocletiano Romanæ multa supplicia pertulerunt. Tandem data super eos sententia decollati sunt, & in Tyberim corpora eorum proiecta. Soror autem eorum nomine Beatrix eorum corpora de flumine leuauit, & honorifice sepeliuit. Lucretius autem præfectus & eius vicarius, dum prædij ipsorum ambitu, eam teneri fecit, vt idolis immolaret præcepit. Quam uentem Lucretius nocte à seruis suis præfocari præcepit. Cuius corpus Lucina virgo rapiens iuxta fratres suos sepeliuit. Post hoc præfectus Lucretius prædium ipsum intrauit, vbi factis amicis suis conuiuio cùm martyribus insultaret, infantulus quidem lactens pannis inuolutus de gremio matris quæ ibi aderat cunctis audientibus exclamauit. Audi Lucreti. Occidisti & inuastisti, ecce datus es in possessionem inimici. Statimque Lucretius timens ac tremens à dæmone arripitur, & per tres horas adeo est vexatus, vt in ipso conuiuio moretetur. Quod videntes qui aderant, ad fidem conuersi sunt, & narrabant omnibus passionem sanctæ Beatrix virginis in conuiuio vindicatam. Pasi sunt autem circa annos domini .cclxxvij.

De sancta Martha.

LEGENDA C. A

MARTHA hospita christi Syro patre Euchartha matre regali ex progenie descendit. Pater eius syrie & maritime multarumque orarum dux extitit. Tria autem oppida, scilicet Magdalum & Bethaniam vtraque, & Hierosolymitanæ vrbs partem Martha cum fore-

mitterent: ecce Nazarius cum puero Celso super aquas ambulans hilari vultu eisdem apparuit: ac super nauem descendens ipsis iam credentibus oratione sua mare placauit: ac inde cum eis ad locum per passus ferre. cccc. iuxta vrbem Ianuensem peruenit. Vbi cùm diutius prædicasset: Mediolanum tandem, vbi sanctos Geruasium & Prothasium reliquerat, venit. Quod cùm Auolius præfectus audiuisset eum remanente Celso in domo cuiusdam matronæ in exilium, direxit. Nazarius verò Romam inueniens, & patrem suum iam senem & christianum inueniens, quomodo cõuersus fuisset, inquisiuit. Cui dixit apostolum Petrum sibi apparuisse: & vt præcedentes se ad Christum vxorem & filium sequeretur, admonuisse. Deinde à templorum pontificibus ad vrbem mediolanum, vnde romam in exilium missus fuerat redire cum multa iniuria compellitur. Vbi cum puero Celso prædij præsentatur. Qui e ductus extra portam romanam in loco qui dicitur tres milia christiani rapuisset, & in ortis suis collocasset: in ipsa nocte sancto cuidam nomine Ceratio apparentes, dixerunt: vt eorum corpora in domo sua propter Neronem profundius sepeliret. Quibus ille. Quæro domini sanate prius filiam meam paraliticam. Quæ cùm continuo sanata fuisset, corpora eorum tulit: vt iussurant, sepeliuit. Post longum verò tempus dominus corpora eorum beato Ambrosio reuelauit. Celsum verò in loco suo reliquens: Nazarium cum sanguine recentis quasi eadem hora sepultum miro odore fragrantem integrum & incorruptum cum capillis & barba reperit: ipsum ad ecclesiam apostolorum transtulit: & ibi honorifice sepeliuit. Celsum quoque inde post modum sustulit: & in eadem ecclesia collocauit. Pasi sunt autem sub Nerone, & cepit circa annos domini .lvij. De hoc martyre sic dicit Ambrosius in præfatione. Martyr sanctus rosco lustratus cruore Nazarius celeste meruit considerere regnum. Qui dum per innumera tormentorum supplicia crudeliter vexaretur: tyrannicam rabie fidei constantiam superabat. Nec potuit persecutorum illatis cedere minis: quando pro se certante ipse actor victoriæ christus dominus dimicabat. Ducitur interea ad templum idolis prælibare prophanis, quorum portenta diuino sultus præsidio mox vt ingressus est, rededit in puluerem. Ob hoc liquidas maris in vndas longius à terra proiectus angelici muneris famulatu solida inter fluctus vestigia præfigebat. O felix & inclitus domini præliator, qui mudi aggressus principem innumeram populi multitudinem vitæ sociavit æternæ. O magnum & ineffabile sacramentum: vt de illorum porius salute letetur ecclesia: quos punisse mundus exultat. O beata mater natorum suorum glorificata tormentis, quos non plantæ non gemitu ad inferna deducit: sed ad celestia æterna migrantes perpetua laude prosequitur. O testis fragrantissime nitore celesti, fulgide, cuius inestimabilis odor sabelicis prepoller aromatibus. Quem Ambrosium reperiens perhenim patronum dedit, & medicum fidei propugnatorem sacri prelij bellatorem. Tu dudum multo latitantem puluere dragmam. Inuenis accensa verbi virtute superna. Vt pateant cunctis tua christe: munita sedis. Angelicos cernant humanaque lumina vultus. Hæc Ambrosius.

re iure maternæ hereditatis possidebat. Nūquam autem legitur virum habuisse aut hominum contubernium subijisse. Ministrabat autem domino nobilis hospita & sororem pariter ministrare volebat: quia videbatur sibi, quod ad seruiendum tanto hospiti non sufficeret etiam totus mundus. Post ascensionem domini cum facta esset dispersio discipulorum: ipsa cum fratre suo Lazaro & sorore sua Magdalena, necnon beatus Maximinus, qui eas baptizauerat, & cui à spiritu sancto fuerant commendate, multisq; alijs ablatis remis velis & gubernaculis omnibus alimentisq; ratibus ab infidelibus includuntur. Qui domino ducem Malsilium peruenerunt: tandem territorium Aquense ad eunt: & ibidem populum ad fidem conuertunt. Erat autem b. Martha valde facunda & omnibus gratiosa. Erat autem tunc temporis super Rhodanum in nemore quodam inter Arelatem & auinionem draco quidam medius animal & medius piscis, grossior bove, longior equo habens dentes spata acutiores binis permixta ex utraque parte muouit, qui latens in flumine omnes transseuntis perimebat: & naues submergebat. Venerat autem per mare de Galicia Asæ generatus à Leuiatham, qui serpens aquosus & ferocissimus, & Bonacho animali quod Galicia regio gignit: & quod insectatores suos per spacium iugiter stercus suum velut spiculum dirigit: & quicquid tetigerit, velut ignis exurit. Ad quem Martha à populis rogata accedens, ipsumq; in nemore quendam hominem māducantem reperiens, aquam benedictam super eum proiecit: & erucem quandam sibi ostendit. Qui protinus victus, ut ovis stans à sancta Martha proprio cingulo alligatur: & illico à populo lanceis & lapidibus perimitur. Vocatur autem draco ab incolis Tarasconus: vnde in huius memoriam locus ille adhuc vocatur Tarascona, qui ante vocabatur Nerluc. i. niger locus: eo quod ibi erant nemora nigra & umbrosa. Ibi igitur beata Martha de licentia magistri sui Maximini & sororis suæ: deinceps remansit & orationibus & ieiunijs indefinenter vacabat: deinde congregato ibidem magno sororum conuentu, & ad honorem beate Mariæ semper virginis magna edificata basilica satis ibi asperam duxit vitam, carnem & omnem pinguedinem oua casei, & vinum vitans semel tantum in die edebat. Centies in die torisq; in nocte genua flectebat.

B **¶** Quadam vice dum apud Auinionem inter urbem & fluvium Rhodani prædicaret: iuuenis quidam ultra fluvium consistens eius verba audire desiderans cum navigio careret, nudat' natate cepit: sed subito vi fluminis rapitur: & protinus suffocatur. Cuius corpus vix secunda die inuentum ante pedes sanctæ Mariæ resuscitandum præsentatur. Illa vero in modum crucis solo prostrata taliter orauit. Adonay domine Iesu christe qui fratrem meum lazaram dilectum tuum olim resuscitasti: respice mi hospes chare ad fidem circumstantium, & resuscita puerum istum. Et apprehensa eius manu dextera mox iuuenis surrexit: & sacrum baptisma suscepit. Refert Eusebius in lib. v. historiarum ecclesiasticarum quod mulier emoroisa postquam sanata fuit in curia siue viridario suo statuam fecit ad imaginem christi cum veste & simbria sicut ipsum viderat: & eam plurimum reuebatur. Herbarum vero sub ista statua crescentes quæ ante nullius erant virtutis cum sim-

briam attingerent, tantæ virtutis erant: ut multi infirmi inde sanarentur. Illam autem Emoroisam quam dominus sanauit à m. dicit fuisse Martham. Refert autem Hiero. & habetur in histo. tripartita, quod Iulianus apostata imaginem, quam emoroisa fecerat inde sustulit: & suam ibidem collocavit, quæ ista fluminis contrafacta est.

C **¶** Obitus autem suum sibi dominus ante per annum reuelavit. In quo toto anno febribus laborant ante octauum diem sui exitus angelicos choros sororis suæ in cælum animam de feretis audiuit, quæ mox fratrum & sororum conuentu congregato ait. Meico mites & dulcissimi alumni mihi quæso congratulamini: quoniam angelicos choros sororis meæ animam ad sedes politicas ferentes ouant cerno. O pulcherrima & mi dilecta soror viuas cum magistro tuo & hospite meo in sede beata. Statimq; beata Martha suum suum præsentens suos admonuit: ut luminariis accensis circa se vsq; ad obitum vigilarent. Noctem vero media ante transitus sui diem custodibus somno grauitatis ventus vehemens irruit: & luminaria cuncta extinxit. Illa vero malignorum spirituum turbam cernens orare cepit. Mi pater hely, mi hospes chare, congregati sunt ad deuorandum me seductores mei, scripta tenentes mala quæ gessi. Hely ne elongeris à me: sed in adiutorium meum intende. Et ecce sororem ad se venientem vidit, quæ manu facem tenens cereos & lampades inde accendit. Dumq; altera alteram proprio nomine vocaret: ecce christus aduenit dicens. Veni dilecta hospita: & vbi ego sum illic mecum eris. Tu me suscepisti in hospitio tuo: virgo te recipiam in celo meo. Et inuocantes te exaudiam amore tuo. Appropinquante vero hora sui transitus, foras deferri se fecit: ut cælum posset videre. Iussitq; se in terram super cinerem poni: & signum crucis coram se teneri & in hæc verba orauit. Hospes mi chare hanc pauperulam tuam custodi: & sicut mecum dignatus es hospitari: sic me suscipe in hospitio tuo cælesti. Iussitq; ut passio eundem lucam coram se legeretur. Et cum diceretur pater in manus tuas commendando spiritum meum: illa emisit spiritum. Sequenti vero die scilicet dominica, dum circa corpus eius laudes exoluerent circa horam tertiam apud Petragoricas beato Frontoni missam celebranti, & post epistolam in cathedra dormitanti dominus apparuit, dicens ei. Dilecte mi Fronto si vis adimplere quod olim hospite nostræ pollicitus es, surge velociter & sequere me, quo iussa cõplente subito ambo Tarasconū venerit, & circa corpus eius psallentes totum officium ambo cæteris respondētibz pegerit, & corpus eius in sepulchro suis manibus collocauerit. Verū dū apud Petragoricas finitis cætibz diaconus euangelium lecturus benedictionē petēs, episcopus excitaret, ille vix excitatus respōdit. Fratres mei cur me excitastis, dñs Iesus christus ad corpus Marthe hospite suæ me duxit, & ipsam tradidimus sepulture. Dirige igitur il luc velociter nuncios, qui nobis anulū nostrū aureū & chirothecas criseas deferēt, qui dū ad corpus sepeliendū me aptarem, sacrista commendauit, & ex obliuione dimisi, quia me tam cito excitastis mihi nuncijs, & hoc ut episcopus dixerat inueniētes anulū solamq; chirothecas attulerūt, aliam verò in eius rei testimoniū sacrista retinuit, addiditq; beatus Fronto dicens. Cum post sepul-

crum ab ecclesia exiremus, frater quidam illius loci literis peritus nos insecutus dñm interrogauit, quo nomine vocaretur. Cui illi nihil respondens ostēdit ei eodem dicem, quē in manu tenebat apertū, in quo nihil aliud erat scriptum nisi versiculus iste. In memoria æterna erit iusta hospita mea ab audicione mala nō timebit in die nouissimo. Cū verò codicē reuolueret: cunctis folijs hoc reperit scriptū. Cū autē ad ei' sepulchrū crebra miracula fierēt. Clodoueus rex Francorū Christianus effectus est: & à sancto Remigio baptizatus: cum grauem renū pateretur dolorē ad eius tumulū veniens locū nitatem integrā reportauit. Quapropter illum locū dicitur, & trium miliariorum spacio in giro ex utraque parte Rhodani terrā villas & castra dedit, locūque illum liberum fecit. Martilla verò eius famula vitam ipsius conscripsit: quæ postmodum in sclaouina pergens & ibi euangelium christi predicans, post decimum annum à dormitione Marthe in pace quieuit.

¶ De sanctis Abdon & Sennem.

LEGENDA CII. A

ABDON & Sennē sub decio imperatore martyrium passi sunt. Cū enim Decius imperator Babyloniā cū alijs prouincijs suaperasser, quosdā Christianos ibi inuenit: quos secū ad urbē Cordubā deducens, diuersis supplicijs cōsumauit. Et eos duo subreguli rapiētes. l. Abdon & Sennē sepelierunt. Vnde accusati & Decio presentati Romā post eum vincit cathenis ducuntur, & in conspectum Decij & senatus introducti, aut sacrificare & rerū suarum recipere libertatē, aut moribus bestiarū deuorari iubentur. Contēnentes itaque & cõspuentes in simulacra ad theatrum pertrahunt: & ad eos duos Leones & vrsū quatuor dimittuntur. Qui cū sanctos non tãgerent: sed etiam custodirent: iniectis in eos gladijs occiduntur: & ligatis pedibus tracti sunt, & iactati ante simulacrū solis. Qui cū ibi triduo iacuisent: Quirinus subdiaconus eos collegit: & in domo sua sepeliuit. Passi sunt autem circa annos domini. cclij. Tempore autē cõstantini ipsi quatuor martyres corpora eorum reuelauerunt: & à Christianis trāsata sunt in ciuitatem Pontiani. vbi dominus per eos multa præstat beneficia populo.

¶ De sancto Germano.

GERMANVS dicitur à germine. & ana, quot est sursum: quasi superuermine. Tria em̄ reperit in segete germinatē. sc. calor naturalis: humor nutritualis: & ratio seminalis. Beatus igitur Germanus dicitur quasi semē germans: quia in ipso fuit, calor per feruorem dilectionis: humor per pinguedinem deuotiōis, & ratio seminalis per virtutem prædicationis, per quā multos in fide & moribus generabat. Cuius vitam Constantius presbyter ad sanctū Senfurium ep̄m Altiſiodorensē. scripsit.

LEGENDA CIII. A

GERMANVS nobilissimus genere in urbe Altiſiodoro natus, & liberalibus studijs plurimum eruditus: tandem Romā ad discendum iuris scientiam est profes-

ctus: vbi tantum dignitatis accepit, ut eum senatus ad Gallias transmitteret: ut apicem ducatus totius Burgundiæ obtineret. Cū ergo Altiſiodorensis ciuitatem cæteris diligentibus gubernaret, arborem quandam pinum in media ciuitate hebebat: ad cuius ramos pro admiratione venationis ferarum capita suspendebat. Sed cum sanctus Amator eiusdem ciuitatis episcopus de tali eum vanitate sæpè redargueret monens ut etiam illam arborem incidī mandaret: ne aliqua mala occasio ex hoc Christianis eueniret, ille nullatenus acquieuit. Quadam autem vice absente Germano arborem incidit: & incendio totam dedit. Quod audiens Germanus Christianæ religionis oblitus, vallatis militibus illuc aduenit, & mortem episcopo intantauit. Episcopus autem diuina reuelatione Germanum sibi successurum agnosceus: furem cessit: & Augustudunum perrexit. Postmodum Altiſiodorum reuersus Germanum in ecclesia caute conſult: & ibidem eum consurans ipsum sibi successorem esse prædixit. Quod factum est. Nam paulo post episcopus feliciter obiit, & Germanum plebs omnis in antistitem postulauit. Qui substantia pauperibus erogata: & vxore in sororem commutata, corpus suū per .xxx. annos sic afflixit: ut nunquam panem frumenti non vinum non oleum non saginem nunquam vel saltem pro sapore comederit. Bis tamen in anno. sc. in pascha & natali vinum sumebat, sed tamen ipsum vini saporem aquis nimis extinguebat. In refectioe primò cinerem prælibebat: deinde panem ordeaceum sumebat. Semper autem ieiunans nunquam nisi vespere comedebat. In estate vel hyeme nullam vestem habuit præter cilicium & tunicam vel cucullam: quæ vestis, nisi forte alicui donaretur, randiū ferebatur, donec attritione nimia solueretur. Lectus suus cinere cilicio & sacculo ornabatur. Nullum puluinar caput ab humeris eis leuabat: sed semper gemens & sanctorum reliquias collo gerens, nunquam vestimentum raro singulum detrahebat. Super hominem siquidem fuit omne quod gessit. Talis enim eius extitit vita, ut si miraculis caruisset, incredibilis videretur. Et tanta fuerunt miracula, ut nisi merita præcessissent, fantastica putarentur.

B **¶** Hospitatus in quodam loco cū post cenam mensa iterum pararetur, admiratus interrogat: cui de nouo prepararent. Cui cum dicerent, quod bonis illis mulieribus, quæ de nocte incedunt, prepararent, illa nocte sanctus Germanus statuit vigilare. Et ecce vidit multitudinem dæmonum ad mensam in forma hominum & mulierum venientem, qui eis præcipiens ne abirent, cunctos de familia excitauit, inquirens: si perfonas agnoscerent. Qui cum omnes vicinos suos & vicinas esse dicerent: misit ad domos singulorum dæmonibus præcipiens ne abirent. Et ecce omnes in suis lectulis sunt inuenti. Adiuuati igitur se dæmones esse dixerunt: qui sic hominibus illudebant. Eo tempore beatus Lupus episcopus Tracianæ florebat: cuius urbem cum Artilla rex obsideret: superportans beatus Lupus acclamans quis esset, qui eos sic impeteret inquisiuit. Cui ille. Ego sum Artilla flagellum Dei. Qui cõtra humilis presul: Dei ait gemens. Et ego sum Lupus vaslator gregi-

Dei, & indigens flagello Dei: moxq; portas referari iussit. Illi aut diuinitus excecari per portam ad portam trāsierunt, neminem aut videntes aut ludentes. Beatus igitur Germanus assumpto prædicto episcopo Lupo in Britannias, vbi hæretici pullulauerunt, profectus est. Sed dum in mari essent, & tempestas maxima oriretur: ad orationem sancti Germani, protinus tranquillitas magna efficitur. Honorifice igitur à populis suscipiuntur, quorū aduentū dæmones iam prædixerant, quos sanctus Germanus de obsessis expulerat. Verum cū hæreticos conuicissent, ad ppria redierūt. **C** Cū in quodā loco infirmus decuberet, cōtigit, vt totus ille vicus repentino incendio cōflagraret. Qui cum rogaretur, vt inde asportatus ignē euaderet, ille incendio se opponit, & vltra citraq; omnia cōsumāte flamma hospitium eius non tetigit. Dum ad Britannias iteratō rediret, vt hæreticos cōfuteret, quidā ex discipulis eius gradu concito eius vestigia sequebāt, qui tamen apud Cordomarū infirmatus occubuit. Rediens inde beatus Germanus sepulchrum eius aperiri fecit, ipsumq; vocās ex nomine quid ageret, an adhuc secum militare cuperet, requisit. Mox ille residens cuncta sibi constare suauia, ac se nolle ecōtra vltius reuocari respondit. Tunc sancto annuente vt requiesceret, ille deposito capite rursus in domino obdor miuit. Dū in Britannia prædicaret, & sibi & socijs rex Britānie hospitium denegasset, subulcus regis regressus ad pascua receptam præbendam in palatio ad tugurium proprium referens vidit beatum Germanum cum socijs fame & frigore laborantem quos in domo sua benignē recepit, & vnicum vitulum quē habebat, hospitibus occidi præcepit. Post cenā sanctus Germanus omnia ossa vituli sup pellē cōponi fecit: & ad eius orationem vitulus sine mora surrexit. Sequenti die Germanus regi sefimus occurrit, & cur ei hospitiiū de negauit, potenter inquirat. Tunc rex vehementer attonitus, sibi respondere non potuit. Et ille. Egredere inquit, & regnū meliori dimitte. Germanus igitur Dei mandato subulcū cum vxore venire fecit, & vniuersis stupentibus regem constituit. Et extunc reges de subulci genere prodicētes dominantur genti Britonū. Cū Saxones contra Britones dimicarent, & se paucos viderent sanctos inde transeuntes vocauerūt, & ab eis prædicati certatim omnes ad baptisimū gratiā cōuolabant. Die igitur paschæ ex seruore fidei proiectis armis proponunt fortiter præliari. Quod illi audientes audacter cōtra inermes pperant. Sed Germanus latens cum suis oēs ammonuit, vt cū ipse alleluia clamaret, omnes sibi vno clamore respondeāt. Quod cū factū esset, tantus hostes super se iam irruētis terror inuasit, vt proiectis armis non solum montes, sed etiam super se ruere putarent, cunctique diffugerēt. Quadam vice dum per Augustudunum transeuntes ad tumulum sancti Calsiani episcopi deuenissent, quomodo se haberet, inquisit. Ille statim ex tumulo cunctis audientibus sic respondit. Dulci quiete perfruor, & aduentū redemptoris exspecto. Et ille. Quiesce per longum in Christo tempus, & pro nobis attentius intercede, vt obtinere sacre resurrectionis gaudia mereamur. Dum apud Rauanem deuenisset, à regina placida & filio suo Valentiniano honorifice suscepius est. Hora verò cenæ regina misit ei vas argenti am-

plissimum de delicatioribus cibis plenum: quod ille sic suscepit, vt cibos famulis traderet, & sibi pro panibus ipsum vas argenteum retineret. Loco verò muneris misit reginæ scutellam ligneam panem ordeaceum continentem: quod illa libenter recepit: & vas illud postmodum argento texit.

D Quadam autem vice dum prædicta regina eum ad conuiuium inuitasset: ille benignē annuens ab hospitio suo vsque ad palatium, eo quod ieiunijs & orationibus ac laboribus esset confectus, asino deferente portatus est. Sed dum comederet: asinus sancti Germani mortuus est. Quod regina audiens, equum miramansuetudinis episcopo presentari fecit. Quem intuens ait. Meus mihi asinus presentetur; quia qui me huc attulit, reportabit. Pergensque ad cadaver, surge inquit hospicio, reuertamur hospitio. Statimque subilicis seipsum concussit, & quasi nihil mali passus esset, Germanum ad hospitium deportauit. Sed antequam de rauenna exiret prædixit, quod nequam in hoc seculo diutius morareretur. Post modicū febre corripitur: & die septimo in domino moritur, & corpus eius ad Gallias, sicut à regina petierat, transportatur. Obijt circa annos. cccc. xxx.

E Verum cum. f. Germanus beato Eusebio Vercellens. episcopo promississet, quod in sui reuersione ecclesiam, quam fundauerat sibi dedicaret, cū intellexisset. f. Eusebius. b. Germanum exisse de corpore, ecclesiam suam dedicaturus cereos accendi iussit. Sed quanto plus accendebantur, tanto plus extinguebantur. Quod videns Eusebius intellexit dedicationem aut alio tempore fieri oportere, aut alteri episcopo referuari. Cū igitur. beati Germani corpus vercellas delatum fuisset, mox in prædictam ecclesiam inducitur, & statim cerei omnes diuinitus inflammanur. Tunc. f. Eusebius promissionis beati Germani meminit, & quod viuens se facturum promiserat, mortuū fecisse cognouit. Hoc ita oportet accipi, vt non intelligatur de magno Eusebio vercellensi quod tempore ipsius factum sit hoc. Nam ipse sub Valentinio imperatore mortuus fuit, & à morte ipsius vsque ad mortem sancti Germani vltra annos. l. effluxerant. Fuit ergo alius Eusebius sub quo illud quod enarratur euenit.

De sancto Eusebio.

E VSEBIUS dicitur ab eo, quod est bonum, & se bene quod est eloquentia, vel statio, vel Eusebius sonat bonum cultus. Ipse habuit bonitatem in sanctificatione sui, eloquentiā in defensione fidei, stationem in constantia martyrij, bonum cultum in reuerentia Dei.

LEGENDA CIII. A.

E VSEBIUS semper virgo existens domo adhuc cathecumini esset ab Eusebio papa baptisima, & nomen suscepit. In quo baptisimo manus angelicæ visæ sunt, quæ ipsū de sacro fonte leuauerunt. Macro na quædam eius pulchritudine capta cū ipsius cubiculum vellet adire, custodientibus angelis peruenire non potuit. Vnde facto mane ad eius pedes prociuit, & ab eo veniam petijt. Ordinatus presbyter tanta sanctitate emicuit, vt in missarum solennijs inter manus

eius ministerium angelicum appareret. Post hoc cum Arriana hæresis totam Italiā inuiceret imperatore Cōstatio eidem hæresi fauente. Iulianus papa Eusebiū in vercellensem episcopum consecrauit: qui tunc obtimebat inter alias vrbes Italiæ principatū. Quod hæretici audientes omnes fores ecclesiæ claudi fecerūt. At Eusebius vrbem ingressus ante hostium maioris ecclesiæ quæ est beata Mariæ genua flexit, & omnia ostia sua mox oratione aperuit. Maxentium Mediolanensem episcopū hæretica prauitate corruptum de episcopatu eiecit: & pro eo virum catholicum Dyonysium ordinauit. Sicq; Eusebius totam ecclesiam occidentis & Athanasij totam ecclesiā orientis ab Arrianorum peste purgabāt. Arrius nāq; presbyter Alexandrinus fuit, qui Christū puram creaturam esse dicebat, asserens quod erat, quādo nō erat, & quod propter nos factus est, vt nos per eum tanquā per instrumentum Deus crearet, & ideo magnus Constantinus celebrari fecit Nicenū consilium. vbi error cōdemnatus est. Ipse autem postmodum miserabili morte interijt, quia omnia viscera & intestina per secessum emiit. Constantius autē. Constantini filius ipsa hæresi corruptus fuit. Quo circa. Constantius imperator contra Eusebiū plurimum indignatus multorū episcoporum cōcilium conuocauit, & Dionysium acceperat, multasque epistolas ad Eusebiū destinauit qui sciens maliciā in multitudine præualere, venire cōtempit, & suā senectutem opposuit. Vnde imperator statuit cōtra eius excusationē in Mediolanensī vrbe, qui prope erat concilium celebrari. Vbi cum Eusebiū deesse vidisset, iussit Arrianos fidem suam describere: & Dionysii episcopū Mediolanē. ac. xxxij. episcopos eidem fidei subscribere: quod audiens Eusebius de vrbe sua Mediolanum profecturus exijt: & multa se passurum prædixit.

B Dum igitur ad quædam fluuiū venisset, vt Mediolanum pergeret: nauis procul ex alia parte fluminis existens, eo iubente ad eū venit, & ipsum cū socijs sine gubernatore alio transportauit. Tunc ei prædictus Dionysius obuiauit, & ad pedes eius prociens veniam postulauit. Cū igitur Eusebius ab imperatore nec minis nec blanditijs flecti posset corā omnibus dixit. Vos dicitis filium minorem esse patre. Cur ergo mihi filium meū & discipulū prætulistis? Non enim discipulus super magistrū: nec seruus supra dominum suū, nec filius super patrē. Qua illi ratione cōmoti statim chirographum quē scripserat, & cui Dionysius subscripserat, ei obtulerunt. At ille. Nequaquā post filium scribā: cui autoritate presum: sed istū succedite, nouūque cui subscribā, si vultis conscribite. Sicq; nutu Dei succensus est chirographus, cui Dionysius & alij. xx. episcopi subscripserant. Rursusq; Arriani alium chirographum conscripserunt, & eusebio & alijs episcopis vt subscriberent, tradiderunt. Sed cū ab eo Eusebio animati nullatenus cōsentirent: ceperunt plurimū gratulari, quod chirographum, cui coacti subscripserat, penitus combustū videbāt. Tunc iratus Constantius Eusebiū voluntati Arrianorū tradidit. Qui p̄tinus ipsum de medio aliorū episcoporū rapites: & durius flagellātes eū per gradus palatij à summū vsq; ad imū, & rursus ab imo vsq; ad summū traxerūt. Cū ergo capite cōcussū multū sanguinē sudif-

set: & adhuc non assentiret: vincis post tergū manib; per collum cum fune ipsum trahebant. Ipse autē gratias agens dicebat se pro confessione fidei catholice mori esse paratū. Tunc Constantinus Liberum papā Dionysium Paulinū: & omnes alios episcopos, qui ei: exemplo fuerāt animati: in exiliū mitti fecit. Eusebiū verò apud Scitopolim vrbem Palestinæ Arriani duxerunt: & ipsum in quodā loco sic artissimō recluserunt, vt esset illo longiuidine breuiter & latitudine angustior: ita vt curuatus nec pedes extendere: nec se in latus alterum vertere posset: capitq; depressio humeros tantum & cubitos mouere valebat. Verū tamen Constantio defuncto Iulianus eidē succedens, & omnibus placere volens iubet exulatos episcopos remouari: & deorū templa aperiri, & pace frui sub lege quā quisque vellet. Et sic eusebius inde exiens ad Athanasium venit: & quanta passus fuerat, eidem exposuit. Defuncto autem Iuliano & Iouiniano regnate sopitis Arrianis Eusebius vercellas redijt, & eū populus cum magna exultatione suscepit. Sed iterum Valente regnante Arriani repullulant: & Eusebij domum valātes & extra domum supinum ipsum trahentes lapidibus eum obruunt. & sic ad dūm feliciter migrans in ecclesia, quā ipse cōstruxerat, sepultus est. Fertur quoq; hanc gratiā suā ciuitati Eusebius à Deo suis præcib; impetrasse, vt nullus Arrianus ibidem viuere possit. Vixit autē secundum chronicam ad minus. lxxxvij. annis. Floruit circa annos. domini. cccl.

De sanctis Machabæis.

LEGENDA CIIII. A.

MACHABEII fuerunt septē fratres cū matre Reuerēda & Elezaro sacerdote: qui pro obseruatione legis cū carnē porcinam nollent comedere, inaudita suppliciorum genera pertulerunt, secundum quod in secunda Macha. plenius cōtinetur. Et notandum quod ecclesia oriētalis facit festa de sanctis vtriusque testamenti, occidentalis autem non facit festa de sanctis veteris testamenti. eo quod ad inferos descenderunt, præterquā de innocentibus ex eo quod in ipsis singulis occisus est Christus, & de Machabæis. Sūt autem quatuor rationes, quare ecclesia de istis Machabæis licet ad inferos descenderunt solennizat. Prima est, propter pterogatiuā martyrij, quia enim inaudita supplicia inter sanctos veteris testamenti passi sunt: ideo priuilegiati sunt, vt eorū passio merito celebretur. Hæc ratio ponitur in histo. scholastica. Secunda est, ppter representationem mysterij. Septenarius enim numerus est numerus vniuersitatis. Significatur ergo in istis omnes patres veteris testamenti celebritate digni. Nā licet de ipsis non solennizat ecclesia, tū quia ad limbum descenderunt, tum quia multitudo multorū nouorum subintrauit, in his tamen septem impendit omnibus reuerentiam, quia per septē vt dictū est, vniuersitas designatur. Tertia est propter exemplū patiendi, pponuntur enim in exemplum fidelibus, vt secundū horum constantia ad zelum fidei animantur, & ad patiendum p lege euangelij, sicut illi pro lege Moysi forti accingant. Quarta est, ppter causam supplicij. Nā p defensione legis suæ ralia passi sunt, sicut & Christiani p defensione legis euangelicæ pa-

tiuntur. Has tres vltimas rationes assignat magister Ioan. Belet in summa de officijs.

¶ De sancto Petro ad vincula.

LEGENDA CI. A



PESTVM sancti Petri apostoli quod ad vincula dicitur, quadruplici de causa institutum fuisse putatur. s. in memoriam liberationis Petri, in memoriam liberationis Alexandri pro destruendo ritu gentilijs, & pro impetranda absolutione spiritualium vinculo rum. Prima ergo causa est, in memoriam liberationis Petri. Nunc dicitur histo. scholasti. Herodes Agrippa Romā adijt: & ibi Caio nepoti Tyberij Cæsaris familiarissimus extitit. Quadam autem die cum esset Herodes in curru cum Caio, leuatis in cælum manibus ait. Vtinā viderem mortem senis, & te don inum totius orbis, Sed hoc auriga Herodis audiuit, & Tyberio cōtinuū intimauit. Quapropter indignatus Cæsar Herodem reclusit in carcerē. Vbi dum quadam die iuxta arborem innixus esset, cuius frondibus insidebat bubo; vnus de cōcaptiuis peritus in augurijs dixit ei. Noli timere, quia cito liberaberis. & intantum sublimaberis quod a micos tuos in tui inuidiam concitabis, & in hac prosperitate morieris. Quā cito autē huius generis animal super te videris, vltra quantum diem viuere non valebit. Post aliquod tempus Tyberius moritur. & Caius in imperium sublimatur, qui quidem Herodem de vinculis liberauit: & magnificē sublimatum regem in Iudæam misit. Cūque venisset, amisit manus vt affligeret quosdā de ecclesia. Occiso ante Iacobo fratre Ioannis gladio ab eodem ante dies azimorum videns, quia hoc gratū esset Iudæis in diebus azimorum Petrum apprehendit, & in carcere misit: volens post pascha producere eum populo. Angelus autē noctu eidē assisens mirabiliter eū a vinculo rum nexibus liberauit: & ad ministeriū prædicationis liberum ire iussit. Facinus autem regis dilatio nē nō patitur vltionis. Sequenti verō die custodes ad se venire fecit, vt pro fuga Petri diris eos poenis afficeret. Hoc tamen impeditus est facere ne solutio Petri alicui noceret. Nā cōcitus in Cæsareā descendit: & ibi percussus ab angelo expirauit. Etenim sicut refert Iosephus in .xix. antiquitatum li. cum Cæsareā aduenisset, & ad eum totius prouinciæ viri vnanimiter cōuenissent, ille fulgenti veste ex auro argentoque mirabiliter contexta indutus. Incipientē die procedit ad theatrum, vbi cū primū solis radios vestis argētea suscepit, repercutit splendore duplicatā spectantibus lucē fulgur metalli vibrantis effudit: vt intuentibus perstringeret acie terror aspectus: & per hoc plus aliquid de eo quod humanæ naturæ est artifex arroganti mentiretur. Illico adulantis vulgi, concrepant voces dicentis. Hucusq; vt hominem te tenuimus, sed ex hoc iam supra humanam naturam te esse fatemur. Et dum adulatorijs demulceretur honoribus, & oblatos sibi diuinos honores non respueret, respiciens vidit insidentem super funiculum capiti suo angelum. i. bubonē mortis eius proximē nuncium, respiciensque ad populum dixit. En ego Deus vester morior. Sciebat enim iuxta prædicationem auguris se infra quinque

dies moriturū, Et cōtinuū percussus per quinque dies vermibus cū corrodentibus expirauit. Hæc Iosephus. In memoriam igitur tam miræ liberationis principis apostolorum à vinculis, & tam diræ vindictæ in tyrānum protinus subsecutæ, ecclesia festum. s. Petri ad vincula solennizat, Vnde & epistola in missa canitur, in qua hæc liberatio facta fuisse perhibetur, & secundum hoc videtur quod hoc festū deberet vocari Petri à vinculis.

B Secūda causa institutionis extitit, quoniā Alexander papa. qui sextus post. b. Petrum rexit ecclesiam, & Hærmes prefectus vrbs Romæ. qui per Alexandrū ad fidem conuersus fuerat à Quirino tribuno in diuersis locis in custodia tenebantur. Dixitque tribunus ad Hermē præfectum. Miror te virum prudentem hominem dimittere præfecturæ, & vitam aliam somnare. Cui Hermes dixit. Et ego ante hos annos hæc omnia deridebam, & hanc vitam solam esse putabā. Respondit Quirinus. Fac ergo probare me quod aliam vitam noueris esse, & continuū fidei tuæ discipulū me habebis. Cui Hermes dixit, Sanctus Alexander, quem tenes, in vinculis, ipse hoc melius te docebit. Tūc Quirinus maledicens Hermem ait. Ego dixi tibi, vt me probare faceres hoc, & nunc me mittis ad Alexandrum, quem pro suis sceleribus teneo vinculatū. Verumtamen super te & Alexandrum custodiam duplicabo: & si ipsū tecum vel te cum ipso inuenire poterō, vram fidem tuis & eius dictis vel sermonibus adhibebo. Fecit quod dixit, & Alexandro hoc Hermes protinus indicauit. Orante igitur sancto Alexandro angelus ad eum venit, & ipsum ad Hermem in carcerem duxit, Et inueniens eos Quirinus insimul plurimum admiratus est. Et cum Hermes Quirino narraret, quomodo Alexander filium suum mortuum suscitasset: dixit Alexander Quirinus. Habeo filiam guttuofam nomine Balbinam. Promitto igitur me tuam recipere fidem si filia mea impetrare poteris salutem. Cui Alexander. Vade citius & ipsam ad carcerem meū adducito: cui dicit Quirinus. Cum hic sis quomodo in carcere tuo poterō te inuenire? Ad quem Alexander. Vade cito, quia qui me huc adduxit, ille me illuc citō reducet. Pergens igitur Quirinus filiam suam ad carcerem Alexandri adduxit: & ibidem ipsum inueniens ad pedes suos se prostrauit. Tunc filia eius cepit vincula sancti Alexandri deuotē osculari, vt sanitatem reciperet. Cui Alexander dixit. Noli filia mea has meas osculari cathenas, sed boas sancti Petri diligenter inquires, quas deuotē osculans recipies sanitatem. Quirinus igitur in carcere vbi Petrus detentus fuerat, diligenter boas inquiri fecit: easque cū inuenisset, filia suæ osculandas dedit. Illa mox, vt osculata est, vincula sanitatis est integrē beneficium assecuta. Tunc Quirinus veniam petens Alexandrū de carcere extraxit, & ipse cum familia & alijs quam pluribus baptisma suscepit, Tunc sanctus Alexander hoc festum in Kalen. aug. celebrandū instituit: & in honorē apostoli Petri ecclesiā fabricauit, vbi vincula reposita & ad vincula noīauit. In hac solennitate ad prædictā ecclesiam magnus fit concursus populi, & ibidem populus vincula osculantur.

C Tertia causa institutionis, secundum Bedam hæc est. Octavianus imperator & Antonius sibijuni-

cem affinitate coniuncti, sic inter se mundi totius imperium diuiserunt: vt Octavianus in Occidente Italiam Galliam & Hispaniā. Antonius verō in Oriente, Atiam Ponthum & Affricam possiderent. Antonius autem lasciuus & lubricus cum sororem Octauiani in vxorem haberet, ipsam repudiavit, & Cleopatram reginam Aegypti in vxorem accepit. Ob hoc indignatus Octavianus manū armata in Asiam contra Antonium procedit, & ipsum in omnibus superauit. Tunc Antonius & Cleopatra victi fugerunt, ac semetipsos præ nimio dolore occiderunt. Aegypti igitur regnum Octavianus destruxit: & Romanam prouinciā fecit. Inde in Alexandriam perrexit, & omnibus eam diuitijs spolians Romam ipsas transtulit. Vnde rempublicam anxie ita quod pro vno denario daretur, quod prius pro quatuor vendebatur. Et quia ciuilia bella valde vrbē vastauerant: eam renouauit, vt dixerit. inueni latericiam: relinquo marmoream. Quia igitur intantum rempublicam auxit. Augustus primo omnium vocatus est. vnde & ab eo Augusti dicti sunt qui sibi in imperio successerunt: sicut à Iulio Cæsare eius auunculo Cæsares appellatur. Vnde & hunc mensem Augustum, qui pri' sextilis dicebatur, quia à martio sextus erat populus, suo nomine intulit cum Augustum vocans. In memoriam itaque & honorem victoriæ illius, quam prima die Augusti Octavianus habuit omnes Romani hanc diem solennizabant vsque ad tempus Theodosij imperatoris, qui cepit regnare anno domini. ccccxxvij. Eudoxia igitur filia prædicti Theodosij imperatoris vxoris Valentiniani Hierosolymam ex voto perrexit. Vbi quidam Iudæus pro magno munere duas eis cathenas obtulit, quibus sub Herode Petrus apostolus vincus fuit. Cū igitur Romam redisset in Kalend. Augusti & in honorem imperatoris gentilis romanos solennizare videret, doleus quod damnato homini tantus honor exhiberetur, cogitansque quod non eos de facili à tali cultura & consuetudine reuocare posset, cogitando tractauit, vt obituaria quidam sic staret, sed in honorem sancti Petri fieret, & illum diem vnuerse populus ad vincula nominaret. Habita igitur collatiōe cum beato Petagio papa populum blandis exhortationibus induxit, vt obituaria traderetur memoria principis pispaganorum, & celeberris fieret memoria principis apostolorum. Quod dum euictis placuisset illas cathenas, quas de Hierusalē attulerat, protulit & populo ostendit. Papa verō & illam cathenam protulit, qua sub Nerone idem apostolus vincus fuit. Hæc ergo illis locata ita miraculose vna cathena facta est, ac si semper vna & eadem extitisset. vnde Papa & regina protinus itauerunt, vt quod hominum indiscreta religio faciebat gentili damnato in melius, mutata faceret apostolorum principi Petro. Ipsa igitur vincula Papa cum regina in ecclesia sancti Petri à vinculis posuit: & ipsam muneribus multis & priuilegijs magnis dotauit: ac prædictam diem vsque celeberrimē fore instituit. hæc Beda. Item dicit Sigibertus. Quarta autem virtutis hæc cathena fuit in no domini. ccccxxij. apparuit quendam enim comitem imperatoris Ottonis propinquum diabolus anteculis omnium tam crudeliter arripuit, vt seipsum dentibus laceraret. Tunc iussu imperatoris ad Ioan-

pa. ducitur: vt cathena sancti Petri eius collo circumdaretur. Sed cum quædam alia cathena furentis collo fuisset imposita, & nihil ex ac prouenisset salutis, nimirū vbi nil larebat virtutis: tadē vera Petri cathena producit, & furentis collo imponitur. Tanta autē virtutis pondus diabolus ferre non potuit: sed mox corā oibus exclamās abscellit. Tunc Theodoricus Metēsa episcopus ipsam cathenam arripuit, & eā se nullatenus dimissurum nisi maquis sibi præderetur asseruit. Cū igitur super hoc inter episcopum & Papam alioque clericos grauis oriretur contentio, imperator tandem ipsum litigium sedauit, & episcopo ex ipsa cathena à Papa anulū impetrauit. Narrat Miletus in chronica & idem habetur in historia tripartita, quod his diebus apud Epirum, draco ingens apparuit, in cuius ore Donatus episcopus virtute insignis expuens, mox eū occidit: prius tamen ante eius faciem digitis crucem designans, & eidem ostendens. Quem vii. iuga bouum ne eius putredine aer inficeretur, ad locum incendij trahere potuerūt. Item quoq; ait ibidem & in eadem tripartita historia habetur & in Creta diabolus in specie Moisi se posuit. Qui Iudæos vndecimq; congregans super magnum montis præcipitium iuxta mare eos duxit. Quos dum ad terram promissionis sicco pede se perende ducere polliceretur, innumeros necauit. Vnde creditur quod diabolus indignatus quia occasione Iudæi, qui reginā cathenam dederat, plausus Octauiani cessauit: de his se taliter vindicauit. Multi autem ex his qui euaserunt, ad baptismi gratiā conuolarunt. Cum enim moas ipse decliuus incumberet, & illi sese euoluerent: priores tam acuti & rupibus lacerati quam in mare præforati mortui sunt: cūque reliqui idem facere vellent, & de prioribus quid eis acciderit, ignoraret, quidam piscatores ibidem transeuntes malum quod acciderat, narrauerunt eisdem & sic illi conuersi sunt. Hæc in historia tripartita.

D Quarta causa institutionis hic assignari potest. Dominus enim à vinculis Petrum miraculose absoluit, & eidem ligandi & absoluedi potestatem dedit. Nos autem vinculis peccatorum obligati tenemur: & absolui indigemus. Ideo igitur ipsum in solennitate quæ dicitur ad vincula, honoramus: vt sicut ipse à vinculis absolui promeruit, & sicut absoluedi à domino potestatem accepit: sic & ipse à peccatorum vinculis nos absoluat. Hanc vltimam institutionis causam nonnullam extitisse quis de facili perpendere potest: si videat quod absolutionem à vinculis in apostolum factam epistola commemorat: absoluedi potestatem sibi concessam euangelista recitat, absolutionem ab ipso nobis fiendam hodierna oratio postulat. Quod autem per clauas quas accepit, interdū etiam danādos absoluat, in quodā miraculo quod legitur in libro miraculorum beate virginis satis claret. Apud namque Coloniā vrbs in monasterio sancti Petri erat quidam monachus leuis, lubricus & lasciuus: hic dum subita morte fuisset præuentus: diuones ipsum accusabant: & quilibet peccatorū genera contra ipsum clamabant. Vnus dicebat. Ego sum cupiditas, qua tu contra Dei præcepta tam frequenter cupisti. Alius clamabat. Ego sum vna gloria, qua te apud homines iactanter exaltasti. Alius ait. Ego sum mendacium, in quo mentiendo peccasti.

Et cetera similiter. E contra quædam bona opera quæ fecerat ipsum excusabant, dicentia. Ego sum obedientia, quem senioribus spiritalibus exhibuisti. Ego sum psalmodum cantus, quem frequenter Deo concinisti. Sanctus autem Petrus, cuius erat, monachus pro ipso deprecaturus Deum adiit. Cui respondit dominus. Nunquid non propheta me inspirante dixit. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requiescet in monte, &c. Qui ingreditur sine macula &c. Quomodo hic potest saluus esse, cum nec sine macula sit ingressus, nec sit iustitiam operatus? Rogante igitur pro eo Petro cum virgine matre Dei hanc dominus sententiam protulit: ut ad corpus rediret, & ibi dem penitentiam ageret. Tunc confestim Petrus clauam quam manu tenebat diabolo teruit: & in fugam conuertit. Animam verò eius in manu cuiusdam qui in prædicto monasterio monachus fuerat, tradidit, & ut ad corpus ipsam reduceret præcepit. Qui ab eo pro mercede reductionis poposcit, ut singulis diebus psalmodum. Miserere mei deus diceret: & sepulturam eius scopis mundaret. Ipsèq; de morte rediens, quæ sibi contigerant, omnibus enarrauit.

De sancto Stephano papa.

LEGENDA XCVI.

STEPHANVS papa cum multos gentiliū verbo & exemplo conuertisset: & multa corpora sanctorum martyrum sepelisset: à Valeriano & Galieno anno domini. cclx. summo studio perquiritur, ut eum & clericos aut sacrificare cogent: aut supplicijs diuersis punirent. Dederuntq; edictū, ut quicumq; eos proderet: totam eorum substantiam possideret. Quapropter decem de eius clericis statim comprehēsi sunt: & sine audientia decollati. Sequenti die Stephanus papa comprehenditur & ad templum martis ducitur: ut ibi aut idolum adoraret: aut capitale sententiam subiret. Sed cum templum ingressus fuisset, & Deum ut ipsum templum destrueret, exorasset, statim magna pars templi corruit: & omnis multitudo præ nimio timore aufugit. Ipse verò ad cimiterium sanctæ Lucie perrexit. Quod audiēs Valerianus milites plures prioribus ad eum misit. Qui venientes eum missam celebrantem inuenerunt, & statem intrepidum ac incerta deuote perficientem in sua sede decollauerunt.

De inuentione sancti Stephani prothomartyris.

LEGENDA CVII.

INVENTIO corporis prothomartyris Stephani anno domini. cccxvij. Honorij principis anno. viij. facta fuisse narratur. Reperit autem eius inuentio, translatio, & coniunctio. Inuentio ipsius hoc ordine facta fuit. Nam cum quidam presbyter nomine Lucianus in territorio Hierosolymitano quem Genadius inter illustres viros commemorat, & hæc scripsit, feria sexta, cum in stratu suo quiesceret, & penè euigilaret, quidam vir senex statura procerus, vultu decorus, barba proluxa, pallio candido, amictus, cui gemmæ aureæ & cruces inerant contextæ, calciatus caligis in superficie deauratis eidem apparuit. Qui manu auream virgam tenens tetigit eum dicens: summa cum diligentia nostros patefacito tumulos, quia

indecenter despecto loco recunditi sumus. Vade igitur, & dic Ioāni episcopo Hierosolymitano, ut nos in honorabili loco reponat, quia cum siccitas & tribulatio mundum concusserit, nostrorum suffragijs Deus mundo propitiari decreuit. Cui Lucianus presbyter dixit. Domine quis es. Ego sum inquit Gamaliel, q Paulum apostolum enutriui, & ad pedes meos legem perdocui. Qui autem mecum iacet, est sanctus Stephanus, qui à Iudæis lapidatus, extra ciuitatem proiectus est, ut à feris & auiibus deuoraretur. Sed hoc omninò ille prohibuit, cui idem martyr illæsam fidem seruauit. Ego autem ipsum cum reuerentia multa collegi, & in meo nouo tumulo sepeliui. Alius autem qui mecum iacet, est Nicodemus nepos meus, qui nocte Iesum adiit, & à Petro & Ioanne sacrum baptisma suscepit. Quapropter indignati in eum principes sacerdotum occidissent: nisi ob nostri reuerentiam destitissent. Veruntamen omnem substantiam eius diripuerunt: & à principatu deposuerunt: multisq; eum afficientes verberibus semiuiuum reliquerunt. Hunc cum ego in domo mea duxissem, diebus aliquibus superuixit: & defunctum iuxta pedes beati Stephani sepeliri feci. Tertius verò qui mecum est, ipse est Abbas filius meus, qui anno ætatis suæ. xx. mecum baptisma suscepit: & virgo permanens cum Paulo discipulo meo legem didicit. Vxor verò mea Ethea & Celemas filius meus: quia fidem christi noluerunt precipere, nostra nequaquam digni sepultura facerent: sed eos alibi sepultos inuenies, & eorum tumulos vacuos & inanes. Hoc dicto sanctus Gamaliel disparuit. Lucianus verò euigilans dominum exorauit, ut si hæc visio in veritate fieret, eidem secundo ac tertio appareret. In sequenti igitur feria sexta eidem sicut prius apparuit: & cur ea quæ sibi dixerat, neglexerit, requisit. Non inquit domine neglexit: sed rogauit dominum, ut si hæc visio ex Deo esset: mihi tertio appareret. Dixitq; ei Gamaliel. Quoniam in mente tua cogitasti, si nos inuenies: quomodo reliquias singulorum discernere posses: ex his quæ tibi sub similitudine offero singulorum loculos & reliquias edocebo. Ostenditq; ei tres calathos aureos, & quartum argenteum: quorum vnus erat plenus rosis rubeis, & alij duo rosis albis. Quartum etiam ostendit calathum argenteum plenum croco. Dixitq; Gamaliel. Hi calathi nostri sunt loculi: & hæc rosæ nostræ sunt reliquie. Calathus plenus rosis rubeis, est locus sancti Stephani: qui solus ex nobis martyrio meruit coronari. Alij duo rosis albis pleni mei & Nicodemi sunt loculi, qui sincero corde in confessione christi perseuerauimus. Quartus verò argenteus croco plenus, est Abibæ filij mei: qui candore virginitalis pollebat, & mundus de mundo exiuit. His dictis iterum disparuit. Feria autem sexta sequentis hebdomade eidem iratus apparuit: & de dilatione & negligentia sua eum grauiter increpauit. Continuo igitur Lucianus Hierosolymam adiit: & Ioanni episcopo cuncta per ordinem enarrauit. Pergunt igitur cum alijs episcopis accersitis ad locum prædictum Luciano ostensum. Cūq; cœpissent fodere: terra conuertitur, & suauissimus odor sentitur. Ad cuius odoris miram fragrantiam meritis sanctorum. lxx. homines à diuersis infirmitatibus liberantur. Sicq; in ecclesiam Syon quæ est in Hierusalem vbi sanctus Stephanus archi-

diage.

diaconatus officio functus est cum magno gaudio sanctorum reliquias trantulerunt: & eas ibidem honorifice condiderunt. Ea autem hora pluuia magna descendit. Huius visionis & inuentionis mentionem facit Beda in chronica sua.

Hæc inuentio sancti Stephani facta est ea die qua eius passio celebratur: & eius passio in hac die fuisse dicitur. Festa autem ab ecclesia murata sunt duplici ratione. Prima est, quoniam Christus ideo natus est in terris: ut homo nasceretur in cœlis. Decuit igitur ut natiuitati Christi continuaretur natale sancti Stephani, qui primus pro Christo martyrium sustinuit, quod est nasci in celo, ut per hoc notaretur vnâ ex alia sequi. Vnde etiã cantatur de ipso. Hæc Christus natus est in terris: ut hodie Stephanus nasceretur in cœlis. Secunda ratio est, quoniam festum de inuentione solemnius agebatur, quod festum de passione, & hoc tū propter reuerentiam natiuitatis dominum propter multa miracula, quæ in ipsius inuentione dominus ostendit. Quia ergo passio ipsius dignior est quam inuentio, & ob hoc solemnius debet esse: ideo ecclesia festum de passione ad illud tempus transtulit, in quo ampliori reuerentia habeatur. Traslantio autem eius ut ait Aug. hoc modo fuit. Nam Alexander fenator Constantinopolitanus Hierusalem cum vxore sua adiit, & protomartyri Stephano pulcherrimum oratorium construxit, ac post eius obitum iuxta eius corpus se sepeliri fecit. Euolutis ergo vij. annis Iuliana vxor eius in patriam suam volens redire, ut pote quæ à principibus iniuriarum patiebatur corpus viri voluit deferre. Quod cum ab episcopo multis precibus postulasset, episcopus duos loculos argenteos protulit dicens, non noui quis sit ex his loculis viri tui. Et illa. Ego noui, & impetum faciens amplexata est corpus sancti Stephani. Sic ergo dum corpus viri putat accipere, casu corpus prothomartyris accepit. Cum autem nauim cum corpore conscendisset: hymni audiuntur angelici, odor effragrat, clamant dæmons: sciamus suscitant tempestatem, dicentes. Ve nobis, quia prothomartyr Stephanus transtulit, diro nos ve herens igne. Cum ergo nauis naufragiū formidarent, Stephanus inuocatur, & continuo apparuit eis dicens. Ego sum, nolite timere. Statimque tranquillitas magna subsedit. Tunc audita sunt voces dæmonum clamantium. Impie princeps nauem ascende, quia aduersarius noster Stephanus est in ea. Tunc princeps dæmonum quinque dæmons, qui nauem in cenderent, misit. Sed angelus domini in profundum eos demersit. Et cum Calcedonem venissent, dæmons clamabant. Seruus Dei venit, qui ab iniquis lapidatus est Iudæis, Constantinopolim igitur incolumes peruenit, & in quadam ecclesia corpus sancti Stephani cum magna reuerentia condiderunt hæc Aug. Cōiunctio autem corpori sancti Stephani cū corpore sancti Laurentij hoc ordine facta fuit. Contigit enim Eudoxiam filiam Theodosij imperatoris à dæmone grauiter cruciari, quod cum patre suo in Constantinopolim cōstituro intimatū fuisset, iuber filiam Constantinopolim adduci, ut sacrosanctis prothomartyris Stephani reliquijs tangeretur. Dæmon autem in ea clamabat, nisi Stephanus Romæ veniat, non exibo, quoniam sic est apostolorum voluntas. Quod cū imperator audiisset à cle-

ro & populo Constantinopolitano obtinuit, ut corpus sancti Stephani Romanis darent, & ipsi beati Laurentij corpus acciperent. Tunc imperator Pelagius papa super hoc scripsit. Papa verò de concilio cardinalium imperatoris petitioni consensit. Misit igitur Constantinopolim cardinales corpus sancti Stephani Romam deferunt, & Græci pro accipiendo corpore sancti Laurentij prosequuntur. Caput igitur & corpus sancti Stephani recipitur, & brachium eius dextrū à Capuanis deuotis precibus obtinetur, & metropolitana ecclesia in eius honore fabricatur. Cū autem Romam venissent & in ecclesia sancti Petri ad vincula corpus deferre vellēt, vectores subsistunt, nec ultra procedere possunt. Dæmon autem in puella clamabat. Frustra laboratis, quia non hic, sed apud fratrem suum Laurentium sedē elegit. Illuc igitur corpus defertur, & ad eius tactū puella à dæmone liberatur. At Laurentius aduentui fratris sui quasi congratulans & arridens, in alteram partem sepulcri secessit: & medietatem illius vacuam fratri reliquit. Græci verò dū manus apponunt, ut Laurentium ferant ad terram, velut exanimis corruerūt. Sed orantibus pro eis Papa clero & populo vix ad se ad vesperam redierunt. Omnes tamen intra x. dies mortui sunt. Latini etiam qui sibi consenserant in frenesim versū, sanari non potuerunt: quoadusque sanctorum corpora insimul tumulata fuerunt. Tunc vox de celo audita est. O felix Roma quæ corpus Laurentij hispani & Stephani hierosolymitani tam gloriosa pignora vno claudis mausæleo. Facta est autem ista coniunctio. ix. kal. maii circa annos domini. cccxxv. C Refert Aug. in lib. xxij. de ciuitate Dei. vj. mortuos ad inuocationem. s. Stephani suscitatos: videlicet quendam qui cum mortuus sic iaceret, ut ei iapollices ligarentur: inuocato super eum nomine. b. Stephani continuo suscitatus est. Item quendam puerum à plastro contritum, quem mater ad ecclesiam. s. Stephani deferens viuum & sanum recepit. Itē quendam sanctimoniam quæ cū in extremo spiritu constituta ad ecclesiam. s. Stephani delata fuisset, & ibidem expirasset, vidētib; omnibus & stupentibus sanata surrexit. Itē quādam puellā apud Iponē, cuius tunicam cum pater ad ecclesiam. s. Stephani deportasset, eā postmodū super corpus defunctæ proiecit: & illa statim surrexit. Item quēdam iuuenē apud Iponē, cuius corpus cum inunctū fuisset olgo. s. Stephani, statim surrexit. Itē quēdam puerum qui cū ad ecclesiam. s. Stephani mortuus fuisset: delatus ad inuocationem. s. Stephani viræ est protinus restitutus. De hoc martyre sic dicit Aug. Martyrē istū Gamaliel solatus reuelauit: Saulus spoliatus laudauit: Christus pannis inuolutus ditauit, & precioso lapide coronauit. Idē. Item in Stephano emicuit pulchritudo corporis: flos ætatis, eloquentia sermocinantis sapientia sanctissimæ mentis, & operatio diuinitatis Idē. Fortis columna Dei cū inter lapidiferas manus captatorio forcipe teneretur fidei fundibulis igne abatur, feriebatur, & producebatur constringebatur, & agebatur, cædebat, & non vincebatur. Idem super illud. Dura ceruice &c. Hic nō blanditur, sed inuehitur, non palpat: sed prouocat: non trepidat, sed instigat. Idem. Attende Stephanum conferuum tuum, homo erat sicut & tu: de massa peccati erat sicut & tu, eo precio redemptus quo & tu. Et cum diaconus erat, euan-

gelium legebatur, quod legis vel audis & tu. Ibi inuenit scriptum. Diligite inimicos vestros. Didicit legendo: & perfecit obediendo.

De sancto Dominico.

DOMINICVS dicitur quasi domini custos, vel à domino custoditus, vel dicitur Dominicus quantum ad ethymologiam huius nominis, quod est dominus. Dicitur autem custos domini tribus modis. scilicet custos honoris domini quoad Deum. Custos vineæ domini vel regis domini quo ad proximum. Custos voluntatis domini siue preceptorum domini quo ad seipsum. Secundò dicitur Dominicus quasi à domino custoditus. Dominus enim custodiuit ipsum quantum ad triplicem statum suum. In quorum primo fuit laicus: in secundo regularis canonicus: in tertio vir apostolicus. Nam in primo custodiuit eum faciendo eum laudabiliter incipere: in secundo feruenter proficere: in tertio perfectionem apprehendere. Tertio potest dici Dominicus per ethymologiam huius nominis dominus. Dominus namque dicitur quasi donans minas, vel donans minus, vel donans munus. Sic beatus Dominicus fuit donatus. i. condonans minas per iniuriam dimissionem: donans minus per corporis macerationem: quia corpori suo semper minus dabat quam apperebat: donans munus per libertatis largitionem: quia non solum sua pauperibus tribuit: sed etiam seipsum pluries vendere voluit.

LEGENDA CVIII.

A

DOMINICVS ordinis prædicatorum dux & pater inclitus ex Hispaniæ partibus villa quæ dicitur Calaregia Oxoniensis diocesis. patre Felice: matre vero Ioanna nomine secundum carnem originem duxit. Cuius mater ante ipsius ortum vidit in somnis se catulum gestantem in utero: ardentem in ore faculam balulantem, qui egressus ex utero totam mundi machinam incendebat. Cuiusdam etiam matronæ quæ ipsum in sacro fonte leuauerat, videbatur, quod puer Dominicus stellam præfulgidam haberet in fronte, quæ totum orbem illustrabat. Dum adhuc esset puerulus & sub nutricis custodia constitutus deprehensus est sapientiam dimittere, & super nudum humum iacere. Missus tandem Valentiam ad studium amore sapientiæ addiscendæ, vinum per decennium non gustauit. Vbi cum fames valida esset, libros cum omni suppellectili vendidit, & precium eorum pauperibus erogauit. Crescente iam eius fama ab episcopo Oxoniensi. in sua ecclesia canonicus regularis efficitur, & postmodum factus omnibus vitæ speculum à canonicis supprior ordinatur. Ipse autem die ac nocte lectio: & orationi vacabat assidue Deum exorans, ut sibi hanc gratiam infundere dignaretur, qua se totum aliquando saluti posset impendere proximorum. In libro quoque de collationibus patrum studiosissimè legens manum perfectionis cumulum apprehendit. Pergens autem cum predicto episcopo Tholosam deprehendit hospitium suum hæretica prauitate corruptum, quem ad fidem conuertit, & quasi quendam primitiarum manipulum futuræ mensis domino presentauit. Legitur in gestis comitis Montisfortis quod cum beatus Dominicus quadam vice aduersus hæreticos prædicat-

set autoritates quas in medium produxerat, redegit in scriptis: & cuidam hæretico schedulam illam tradidit ut super obiectis deliberare deberet. Illa autem nocte ad ignem hæreticis congregatis schedulam quam receperat, produxit in medium. Cui socij dixerunt: ut in ignem illam proijceret: & si comburi contingeret: eorum fides in eo perfidia vera esset: si vero comburi non posset, veram fidem Romanæ ecclesiæ prædicaret: quæ propter schedulam in ignem proijcitur, quæ cum aliqua tulum morâ in igne fecisset, in combusta ab igne protinus prosiliit. Stupentibus cunctis vnus cæteris dærior ait. Proijciatur iterum: & sic experientia plenius reperietur, & plenius experiemur veritatem. Proijcitur iterum & iterum prosiliit incombusta. Iterum ille dixit. Tertio proijciatur, & tunc sine dubio rei exitu cognoscemus. Proijcitur tertio & iterum incombusta prosiliit & illæsa. Hæretici autem in sua duritia permanentes districte inter se iuratione firmauerunt, ne hoc aliquis publicaret. Quidam tamen miles qui ibi aderat & nostræ fidei aliquantulum adhærebat: istud miraculum postmodum publicauit. Factum est autem hoc apud Montem victorialem. Simile quidam dicitur accidisse apud fanum iouis indita ibidem in diebus illis contra hæreticos quadam disputatione solenni.

B Cæteris igitur ad propria redeuntibus, & episcopo Oxoniensi defuncto solus ibidem. scilicet Dominicus cum paucis remansit contra hæreticos constanter verbum Dei annunciari. Irridebant autem eum aduersarij veritatis, sputa lutum & huiusmodi vitia proijcientes in eum, & a tergo pro derisu sibi paleas alligantes. Cum autem sibi interitum minarentur, imperterritus respondit: martyrij indignus sum gloria, nondum merui istam mortem. Quapropter locum transiens in quo sibi paratæ ferebantur insidie, non solum intrepidus, verum etiam cantans & alacer procedebat. Quod illi admirantes dixerunt illi. Nunquid non tu mortis horrore concuteris? Quod æturus eras, si comprehendissemus te? At ille. Rogissem vos ne repetitis me subito periretis vulneribus, sed paulatim & successiue membra singula mutantes: deinde ostentis coram oculis meis de truncatis membrorum periculis ipsos etiam oculos eruentes ad victimum seminiuum laceratumque corpus sic permitentes in suo sanguine volutari, sed profusus ad libitum me necaretis. Cum quendam reperisset propter nimiam quam pariebatur inopiam hæreticorum confortijs adhaerisse, decreuit se ipsum venundare quatenus ex accepto precio de seipso & egestatis similiter occasionem præcideret, & sub errore venudatum liberaret. Quod & fecisset nisi inopia eius diuina misericordia aliter prouidisset. Alias etiam cum quadam mulier fratre suum in Sarracenorum captiuitate detentum lamentabili sermone conuentione exponeret, nullumque sibi ad eius liberationem fateretur: consilium superesse ille in timida cõpensione cõmotus seipsum pro redemptione captiui vendidit obtulit. Sed Deo quod ipsum necessarium red redemptionem spiritus multorum captiuorum prouiderant non permisit. Hospitatus imparibus Tholosanis apud quasdam matronas ab hæreticis per ostentationem religionis deceptas, per totam quadragesimam, ut sic clauis clauum retunderet: in pane solum & aqua frigida cum adiuncto sibi socio ieiunauit. Nocte

per

verò vigilians cum necessitatis cogebar, lassam membra super nudam tabulam reclinabat. Sicque factum est ut illas matronas ad agnitionem veritatis perduceret. Post hoc autem cepit de institutione ordinis cogitare. Cuius officium esset per mundum prædicando discurrere: & contra hæreticos fidem catholicam, communitur. Cum igitur in partibus tholosanis mansisset per. x. annos à transitu Exoniensi. episcopi vsque: ad tempus quo Lateranense concilium debuit celebrari, cum Fulcone tholosano episcopo Romam ad concilium generale adijt, ac à summo pontifice Innocentio ordinem qui prædicatorum diceretur, & esset, confirmari sibi suisque successoribus postulauit. Qui cum aliquantulum se difficilem exhiberet: nocte quadam idem pontifex videbat in somnijs quod Lateranensis ecclesia grauem subito ruinam minaretur. Quod cum tremens aspiceret ex aduerso vir Dei Dominicus occurtebat: humerisque suis suppositis totam illam casuram fabricam sustentabat. Eum vigilans autem & visionem intelligens petitionem viri Dei hilariter acceptauit: hortans ut ad fratres suos rediens regulam aliquam approbatam sibi eligeret: & sic ad ipsum rediens confirmationem ad libitum impetraret. Regressus igitur verbum summi pontificis fratribus patefecit. Erant autem fratres numero circiter. xvj. Qui inuocato spiritu sancto regulam beati Augustini doctoris & prædicatoris eximij ipsi pariter & re & nomine prædicatorum futuri unanimiter elegerunt quasdam arctioris quidem vitæ consuetudines, quas sibi per formam constitutionum obseruandas statuerunt in super asumentes. Verum & interea Innocentio defuncto & Honorio in summum pontificem sublimato confirmationem ordinis anno domini. M. ccxvj. à predicto Honorio impetravit. Cum igitur Romæ in ecclesia sancti Petri pro dilatione sui ordinis exoraret gloriosos principes apostolorum Petrum & Paulum ad se venientes aspexit. Quorum primus Petrus videlicet baculum Paulus verò sibi librum tradere videbantur: addebantque dicentes. Vade prædica: quia à Deo ad hoc ministerium es electus. Moxque in momento temporis videbatur ei quod filios suos per totum mundum dispersos aspiceret incedentes binos & binos. Quapropter Tholosam rediens fratres suos dispersit: & quosdam quidem in Hispaniam: quosdam verò Parisius: alios tandem Bononiam destinauit: ipse verò Romam reuersus est.

C Monachus quidam ante ordinis prædicatorum institutionem in extasi factus, vidit beatam virginem flexis genibus & iunctis manibus pro humano genere filium deprecantem, qui dans sæpe pia matri repulsam: tandem instante ea sic ait. Mater mea quid possum, vel debeo amplius eis facere: nisi patriarchas & prophetas & parum se emendauerunt. Veni ego ad eos, deinde misi apostolos: & me & illos occiderunt. Misi martyres & confessores & doctores: nec illis acquiescerunt. Sed quia non est fas, ut tibi aliquid denegem: dabo eis meos prædicatorum, per quos valeant illi luminari & mundari, si namque veniam contra illos. Si militem visionem alius vidit eodem tempore quo. xij. abbates Cisterciensium ordinis Tholosani contra hæreticos suos transfusi. Nam cum filius matri oranti respondisset, ut supra, dixit mater. Bone fili non secundum eorum malitiam, sed secundum tuam misericordiam

diam agere debes. Tunc filius victus præcibus ait. Ad votum tuum adhuc cum eis hanc misericordiam faciam, quod prædicatorum meos eis mittam, qui eos mo-neant & informent, & si se non correxerint, amplius eis non parcam. Quidam frater minor, qui multo tempore socius sancti Francisci extiterat, pluribus fratribus de ordine prædicatorum narrauit. Cum beatus Dominicus rome pro confirmatione sui ordinis apud papam instaret, nocte orans vidit in spiritu christum in aëre existentem, & tres lanceas in manu tenentem, & contra mundum eas vibrantem. Cui velociter mater occurrens quidnam vellet facere, inquisiuit. Et ille. Ecce totus mundus tribus vitijs plenus est. scilicet superbia, concupiscentia & avaritia, & ideo his tribus lanceis ipsum volo perimere. Tunc virgo ad eius genua procidens ait. Fili charissime miserere, & tuam iustitiam misericordia temperato. Cui christus. Nonne vides quantæ mihi iniuriæ irrogantur? Cui illa. Tempora filii furorem, & paulisper expecta. Habeo enim fidelem seruum & pugilem strenuum, qui vbique discurrens mundum expugnabit, & tuo dominio subigabit. Alium quoque seruum sibi in adiutorium dabo, qui secum fideliter decurrat. Cui filius. Ecce placatus faciem tuam suscepi, sed vellem ego videre quos vis ad tantum officium destinare. Tunc illa christo sanctum Dominicum presentauit. Cui christus. Verè bonus & strenuus pugil iste, & studiose faciet quæ dixisti. Obtulit etiam sanctum Franciscum: & hunc christus sicut & primum pariter commendauit: sanctus autem Dominicus socium suum in visione sua diligenter considerans, quem ante non nouerat in crastino ecclesia inuenit: & in eius amplexu, & oscula pia ruens ait. Tu es socius meus: tu pariter curres mecum, stemus simul, & nullus aduersarius præualebit. Visionem quoque prædictam sibi per ordinem enarrauit. Et extunc factum est eis cor vnū, & anima vna in domino: quod & in posteris mandauerunt perpetuo obseruari.

D Cum quendam nouitium Apulum ad ordinem recepisset: quidam qui prædicti nouitij socij fuerant, cum adeo peruerterunt quod ad seculum tam redire deliberrans vestes suas modis omnibus expectabat. Quod. b. Dominicus audiens continuo orationi se dedit. Igitur cum dictum iuuenem iam religiosus vestibus expoliasset, & iam sua camisia induisset: ille magis vocibus clamare cepit ac dicere. En est uo: en ardeo: totus exuror. Extrahite extrahite hanc camisiam maledictam, quæ me totum exurit. Nullo ergo modo quiescere potuit: quousque exutus camisia religiosi vestibus denuo est indutus, & ad claustrum reductus. Existente beato dominico. Bononiæ cum fratres iam ad dormiendum iuissent: quidam frater conuersus à diabolo vexari cepit. Quod cum frater Raynerius Lanfanensis magister eius audisset beato Dominico hæc studuit indicare. Sanctus autem Dominicus ad ecclesiam ante altare eum portari fecit. Qui cum vix à fratribus decem fuisset deportatus: dixit beatus Dominicus. Adiuro te miser, ut dicas mihi quare vexas creaturam Dei: & quare & quomodo huc intraui. Qui respondit. Vexo eum, quia meruit. Bibit enim heri in ciuitate sine licentia prioris non adhibito signo crucis. Vnde tunc intraui

in eum in specie bibionis: quin potius ipse bibit me simul cum vino. Hoc autem tunc eum bibisse verum comperit. Inter hæc factum est primum signum ad matutinam: quo auditus diabolus qui in eo loquebatur, dixit. Amodo hic potus stare non possum, ex quo captiati, surgunt. Et sic ad orationem beati Dominici exire compellitur. Cum in partibus Tholosanis quoddam flumen transisset: libri eius nullum habentes cõseruato rium in fluium ceciderunt. Die autem tertia quidam piscator ibi hamum proieciens cum magnum piscem se prendidisse putaret, libros ipsos extraxit penitus illos: ac si in aliquo armario fuissent cum omni diligentia custodiri. Cum ad quoddam monasterium venisset, & fratres quiesceret: nolens eos inquietare oratione sua clausis ianuam monasterium cum socio introiit. Idem etiam comperit cum cõsuetu hæreticorum cum quodam conuerso Cisterciensi fuisset. Nam cum sero ad quandam ecclesiam deuenissent, & clausam inuenissent oratione sua a beato Dominico intra ecclesiam se subito inuenerunt, & noctem illam totam in oratione duxerunt. Post laborem itineris antequam ad hospitium deuenisset: sitim ad fontem aliquem extinguere conuenit: ne in domo hospitis plus bibendo aliquam notam incurreret.

E Scholaris quidam lubricum carnis patiens venit in quodam festo ad domum fratrum de Bononia: ut ibi missam audiret. Contigit autem tunc missam beatum Dominicum celebrare. Cum autem ad oblationem uentum fuisset, dictus scholaris accessit, & manum eius cum multa deuotione osculatus est. Quam cum osculatus fuisset, tantam ex illa prodire sensit odoris fragrantiam, quam in vita sua nunquam aliquando expertus est. Et extunc æstus libidinis in eo mirabiliter refringuit, adeo, ut qui ante erat vanus & lubricus efficeret postmodum continentis atque castus. O quanta mundicia puritate eius caro pollebat, cuius odor tam mirabiliter sordes mentis purgabat. Sacerdos quidam uidens liquando beatum Dominicum cum suis fratribus prædicationi tam feruenter insistere, deliberauit eis adherere dummodo nouum testamentum sibi ad prædicandum necessarium habere posset. Hæc eo cogitate quidam iuuenis uenale testamentum sub veste baiulans affuit. Quod statim sacerdos cum magno gaudio emit. Sed dum adhuc aliquatulum dubitaret, fusa ad Deum prece impressa: super librum exterius cruce librum aperuit, & oculos ad capitulum quod primo se obtulit, mox cõiecit, & illud quod in actibus Petro dictum est, eidem occurrit. Surge descende & uade cum eis nihil dubitans: quia ego mihi illos. Statimque surgens eidem adhaesit. Cum apud Tholosam in theologia legeret magister quidam scientiam & fama præclarus, quodam mane ante diem dum suas præuideret lectiones oppressus somno caput suum in cathedra paululum reclinauit, visumque est sibi quod septem stelle ei præsentarentur. Qui cum de nouitate talis exennij plurimum miraretur, subdito in lumine & quantitate prædictæ stellæ tantum creuerunt quod totum mundum illuminauerunt, qui euigilans quidam sibi hoc uellet, plurimum mirabatur. Et ecce dum scholas intrasset & legeret. be. Domini. & cum eo. vj. fratres eiusdem habitus ad prædictum magistrum humiliter accesserunt, & suum sibi propositum intimes dixerunt quod scholas suas cupere-

rent frequentare. Qui recollens uisionem ipsos esse vij. stellas quas uiderat non dubitauit. Romæ uero dei Dñico posito vir quidam magister Reginaldus. Aniani Aurellianæ. decanus. qui etiam Parisius in iure canonico rexerat annos. v. Romæ cum Aurellianensi episcopo mare transiret aduenit. Dudum autem in proposito habebat relictis omnibus prædicationi insistere, sed quomodo id complere posset, necdum aduerterat. Cum autem a quodam cardinali, cui huiusmodi uotum expresserat, de institutione prædicatorum didicisset & b. Domini. accessit eidem suum propositum reuelasset, extunc ipsius ordinis deliberauit ingressum: nec mora graui febrium infirmitate corripit, & de eius salute penitus desperat. Perseuerate autem in oratione beato Dominico ac beata uirginis, cui tamquam speciali patronæ curam ordinis totam commiserat, exorante, ut vel saltem modico tempore eum sibi concedere dignaretur. Ecce subito reginam misericordiam duabus admodum speciosis comitatus puellis Reginaldus uigilans & mortem expectans ad se visibiliter uenientem aspexit, blandaque facie sibi dicentem. Pete a me quod vis, & dabo tibi. Deliberati quid peteret, una ex prædictis puellis suggestit, ne quod peteret: sed se totum reginæ misericordiam uoluntati committeret. Quod cum fecisset, illa manum extendens uirginem aures eius & nares & manus eius & pedes saluari quam tulerat uictione perunxit, formulas uerborum proprias ad singulas uictiones subinferens. Ad renes ait. Stringatur renes tui cingulo castitatis. Ad pedes autem ait. Vngue pedes tuos in præparatione euangelij pacis. Addiditque. Die tertia mitam tibi ampullam resuscitationis plenarie sanitatis. Tunc ei habitum ordinis ostendens, en inquit iste est habitus ordinis tui. Hanc autem uisionem similiter beatus Dominicus in oratione positus uidit. Mane autem facto ad eum ueniens sanctus Dominicus. eum sanum reperit, & ab eodem totius uisionis seriè audiuit, & habitum quem uirgo monstrauerat, assumpsit. Nam antea fratres super pellicijs utebantur. Die autem tertia Dei mater affuit, & corpus Reginaldi adeo perunxit, quod non solum æstus febrium, sed etiam ardorem concupiscentiæ sic extinxit, ut sicut ipse postmodum est confessus, nec primus in eo motus libidinis de cætero pullulauit. Hanc uisionem iterato exhibitam quidam religiosus de ordine hospitaliorum præsentem quoque beato Dominico proprijs oculis uidit, & stupuit hanc uisionem multis fratribus maxime post illius obitum. b. Domini. publica uis. Missus igitur Reginaldus Bononiæ prædicationi ardentem instabat, & fratrum numerum crescebat. Post hoc autem missus Parisius non post multos dies in domino obdormiuit.

F Iuuenis quidam nepos domini Stephani cardinalis de fossa noua cum equo in foueam præcipitio lapsus inde mortuus est eductus, qui beato Dominico oblatum oratione sua uix præstina est restitutus. In ecclesia sancti Sixti architectum quandam conductum a fratribus subscrispta quadam ruina desuper resoluta contriuit, denique sub cumulo cadentis maceræ iacentem extinxit, sed uir Dei Dominicus corpus de caeuerna subductum ad se deferri iussit, orationemque suam suffragio statim uix simul & sanitati restituit. In eadem ecclesia apud Romam dum fratres circiter quadraginta maneret, & qua-

quadam uice panis ualde modicum inuenissent beatus Dominicus id modicum quod habebatur panis in partes diuidit, super mensam mandauit. Cuique unusquisque; buccellam panis cum gaudio frangeret: ecce duo iuuenes eiusdem habitus formæque, consimiles refectorium intrauerunt: palliorum sinus qui a collo pendeabant, plenius panibus deferentes: quibus in capite mensæ serui Dei Dominici silenter oblati ita subito recesserunt, ut nullus de cætero uel uide uenerint, uel quo abierint scire posset. Tunc sanctus Dominicus manu ad fratres circumquaque; processa modo inquit fratres mei comedite. Cuique; b. Dominicus aliquando in itinere positus esset, & grauis pluuie inundatio facta esset, ille signum crucis addidit: & a se & a socio omnem pluuiam adeo propulsaui, ut quasi factis papilionibus de cruce cum tota terra densa imbrum inundatione maderet: nec uina gutta ad spatium trium cubitorum eos cõtingeret. Quadam uice cum partibus Tholosanis transisset nauigio quandam aquam naua ab eo denarium pro mercede tractum exigerat. Cui cum uir Dei pro seruitio sibi impedito cælorum regnum promitteret addens quod discipulus christi esset, nec aurum uel pecuniam deportaret: ille eum per cappam detrahens mihi inquit aut cappam aut denarium dimitte. Tunc uir Dei erectis ad cælum oculis paululum intra se orans, moxque; in terram respiciens & diuino: nec dubium procuratum nutu denarium iacentem uidens: ecce inquit frater quod postulas: tolle & melibrem in pace dimitte. Contingit aliquando uiro Dei iter agente associari sibi religiosum quandam conuersationis quidam sanctitate domesticum: sed loquela & lingua peius alienum. Dolens itaque; quod diuinis eloquijs uia cum illo mutua se collatione referre non posset: tandem a Dominico ut unus lingua loqueretur, alterius, uel bisque sic alterutrum uariatis sese per triduum quo uidelicet simul ituri erant intelligere, impetrauit. Quadam uice cum quidam multis obcellis demonijs sibi fuisset oblatum: iste stolam accipiens prius super collum propriam posuit: deinde demoniaci collum cinxit, mandans illis, ut de cætero obcellum hominem non vexarent. Ipsi uero in eiusdem obcellum corpore torqueri statim fortiter acceperunt & clamare. Permite nos exire: quare nos cruciari hic compellis. At ille non dimittam uos (inquit) nisi mihi fidei uisio rem dederitis, quod uultura nequaquam de cætero redeatis. Quos inquit illi fidei uisores poterimus tibi dare. Et ille. Sanctos martyres quorum corpora in ecclesia hac requiescunt. Et illi non possumus: quia nostra corpora, contradicunt. Quibus ille dixit. Oportet uos dare alioquin a cruciatura hoc nequaquam liberis uos dimittam. Tunc responderunt ad hoc operam se duros: & post modum dixerunt. Ecce impetrauimus licet immeriti, quod sancti martyres fide iusserunt pro nobis. Requirit autem eo huius rei signum dixerunt. Eatis ad capsam, in qua sunt recondita capita martyrum, & eam inuenietis in uersam: quæ situm est, & ita inuentum est, sicut illi fuerant. protestati.

G Prædicante autem eo aliquando quadam matrone ab hæreticis deprauata: eius pedibus prouoluta dixerunt. Seruæ Dei adiuua nos, si uera sunt quæ hodie prædicasti: nam diu mentes nostras erroris spiritus excecavit. Quibus ille. Constantes estote, & expectate paulisper ut uideatis quali domino adhaesistis. Sta-

timque uiderunt, De medio sui catum unum teterrimum proflire qui magni canis quantitatem præferens habebat grossos oculos & flammantes, linguam longuam latamque atque sanguinolentam & protractam usque; ad umbilicum, caudam uero habens curtam sursumque protensam: posteriorum turpitudinem quocumque se uerteret ostendebat, de quibus factor intolerabilis exhalabat. Cumque circa illas matronas se aliquandiu huc illucque uertisset, tandem per eorum campanam in campanille cõscendens disparuit: scæda post se uestigia derelinquens. Ille ergo matronæ Deo gratias agentes ad catholicam fidem sunt conuersæ. Cum in partibus Tholosanis quosdam hæreticos conuicisset, & illi essent incendio deputati, aspiciens inter eos quandam Raimundum nomine, ait ministris, istum seruate ne aliquo modo cum cæteris comburatur. Conuersusque ad eum, blademque alloquens, scio inquit sibi mihi scio quod adhuc licet tardè bonus homo eris, & sanctus. Dimissus itaque per annos. xx. in hæretica prauitate permansit. Tandem conuersus & frater prædicatorum effectus in eodem ordine uir suam laudabiliter dixit: & scilicet cõsummavit. Cui esset in Hispania quibusdam sibi fratribus associatis apparuit ei per visum immanissimus draco qui fratres illos qui secum erant ab orbere aperitis faucibus nitebatur, quod; uir Dei intellegens fratres fortiter resistere horrabatur. Et postmodum oes illi excepto fratre adam & duobus conuersis ab eo recesserunt. Interrogatus autem quidam ex illis ab eo an similiter uellet abire ait. Ahsit pater, & relicto capite sequar pedes, & continuo orationi se dedit, & fere oes postmodum sua oratione cõuertit. Apud sanctum Sixtum in urbe Romana cum fratribus existens subito facto super eum spiritu dñi ad capitulum fratris cõuocatis palam omnibus nunciavit: quatuor fratres ex ipsis in breui, duos uidelicet in corpore, duos uero in anima morituros. Post modicum duos fratres ad dñm migrauerunt: duo uero de ordine recesserunt. Existente eo Bononiæ erat ibi quidam magister Conradus Theutonicus: cuius ingressum ad ordinem fratres mirabiliter affectabant, cum autem beatus Dominicus cum priore monasterij casa Mariæ de ordine Cisterciensi. in uigilia assumptionis beatæ Mariæ sermocinaretur, familiari quadam cõfidentia exigente materia inter alia dixit ei. fateor tibi prior, quod tamen adhuc nulli ex posui nunquam a Deo in hac uita aliquid petij, quod non assequerer iuxta uotum. Cui cum prædictus prior diceret, quod forsitan ante eum uix finire beatus Dominicus spiritu prophético quod ipse prior post se diu uiveret sicut & factum fuisse constat, prædixit. Tunc ille prior adiecit, Pete ergo pater, ut det tibi magistrum Conradum: ad ordinem cuius fratres introitum tantum flagitare uidentur. At ipse rem inquit bone frater difficilem postulasti. Finito completorio cæteris fratribus ad quiescendum pergentibus ipse in ecclesia remansit, & in oratione nocte pernoctauit. Conuenientibus igitur fratribus ad primam cum cantor incepisset, tam lucis orto sidere, ecce lucis nouæ fidus nouum futurum magister Conradus subito ueniens ad pedes beati Dominici se prosternans habitum ordinis instanter petijt: & perseueranter accepit. Hic fuit in ordine ualde religiosus: & lector in ordine pluri-

num gloriosus. Qui tandem moriens cum iam oculos clausisset, & fratres cum migrasse crederent: ille apertis oculis fratres circumspiciens ait, dominus vobiscum. Quibus respondentibus. Et cum spiritu tuo, adiunxit Fidelium animarum per misericordiam Dei requiescant in pace. Et sic protinus ille in pace quiescit.

H Inerat autem seruo Dei Dominico firma valde mentis equalitas: nisi cum ad compassionem & misericordiam turbaretur. Et quia cor gaudens exhilarat faciem placidam interioris hominis compositione manifesta deoris benignitate procedebat. Tempore diurno cum fratribus suis socijs falso qui sem honestatis tenore nemo comunior: nocturnis horis vigilijs & orationib' nemo instantior. Diem impartiebatur proximis: noctem Deo. De oculis suis quasi quandam fontem effecerat lachrymarum. Frequenter quando corpus domini eleuabatur in missa, in tantum mentis rapiebatur excessum, ac sic ibidem Christum incarnatum presentem videret: propter quod missam multo tempore cum ceteris non audiuit. Erat autem sibi in ecclesia pernoctandi consuetudo creberrima, vt vix aut raro certum ad quiescendum locum videretur habere. Et cum la situdine succedente somni interpellaret ne cessitas: siue ante altare, aut super lapidem capite reclinato paululum quiescebat. Tres singulis noctibus accipiebat manu propria de quadam cathena ferrea disciplinas, vnam videlicet pro se: alteram pro peccatoribus qui versantur in mundo, tertiam vero pro his qui in purgatorio cruciantur. Electus aliquando in Coterone, alias Citauen, episcopum omnino renuit contestans se prius terram deserere, quam electioni alicui de se facte aliquatenus consentire. Interrogatus aliquando cur non libentius Tholose in Tholosana; diocesi in eius videlicet diocesi, quod in Carcafonensi diocesi moraretur, respondit. Quia in Tholosana diocesi multos qui me honorent, inuenio: apud Carcafonam vero omnes e contrario me impugnant: interrogatus ad quodam in q' libro plus studuisset: respondit. In libro charitatis. Quadam vice, dum vir Dei Dominicus apud Bononiam constitutus in ecclesia pernoctaret, diabolus in specie fratris eidem apparuit, quem sanctus Dominicus fratrem existimans ei inuocabat, vt cum ceteris ad quiescendum pergeret: ille vero quasi deridendo eundem sibi nutibus respondebat. Tunc f. Dominicus quisnam esset, qui suum mandatum contemneret, scire volens candelam ad lampadem accendit: & in faciem eius respiciens quod diabolus esset, confestim cognouit. Quare cum eum vehementius increpasset: mox eidem diabolus de fractione silentij insultare cepit. Sanctus autem Dominicus vt pote fratrum magistro sibi loqui licere asserens, coegit ipsum vt sibi diceret, de quo fratres in choro tentaret. Qui respondit. Facio eos tarde venire, & cito exire. Deinde duxit eum ad dormitorium: de quo ibidem fratres teterat, inquirens. Qui ait. Facio eos nimis dormire tarde surgere: si que ad diuino officio remanere: & interdum immundas cogitationes habere. Deinde ad refectorium ipsum duxit, & de q' ibidem fratres tentaret questuit. Tunc dæmon per mensas saliens plus & minus sepius repetendo dicebat. Quem cum sanctus Dominicus qui sibi hoc vellet, interrogaret, ait. Quosdam fratres tento, vt plus comedat: & sic ex nimia sibi lumptione delia-

quat: quosdam vt minus sumat, & sic in Dei seruitio, & sui ordinis obseruatione debiles fiant. Inde duxit eum ad locutorium de quo ibidem fratres tentaret, inquirens. Tunc ille crebro linguam reuoluens mirabilis confusionis sonum promebat: quæ cum sanctus Dominicus quid sibi hoc vellet, inquireret, ait. Hic locus totus me' est. Cum enim fratres ad loquendum conueniunt, eos tentare studeo, vt confusè loquantur, & multis sese inutilibus verbis commisceant: vt vnus alium non expectet. Postremo duxit eum ad capitulum. Sed cum ante hostium capituli fuisset, dæmò intrare nullatenus voluit, sed ait. Huc nunquam ingrediar: quia locus maledictionis & infernus mihi est, & totum ibi amitto, quod in alijs locis lucror. Nam cum aliquæ fratres per aliquam negligentiam delinquere fecero: mox in loco hoc maledictionis de ipsa negligentia se purgat & coram omnibus se proclamat. Nā hic mouentur: hic confitentur: hic accusantur: hic verberantur: hic absoluntur: & sictorum amississe me doleo, quod alibi me lucratum gaudebam: & his dictis euauit.

I Tandem appropinquate peregrinationis termino constitutus apud Bononiā graui cepit corporis infirmitate languere. Sui autem corporis dissolutio sibi in visione monstrata est. Vidit enim iuuenem pulcherum huiusmodi se vocantem & dicentem. Veni dilecti mi: veni ad gaudia, veni. Conuocatis igitur ex fratribus Bonon. cōuentus duodecim ne eos exheredes & orphanos derelinqueret, testamentum condidit dicens. Hæc sunt quæ vobis tanquam filijs hereditario iure possidenda relinquo. Charitatem habere: humilitatem seruare: paupertatem voluntariam possidere. Illa vero quæ potuit distractione prohibuit, ne quis vnquam in hoc ordine possessiones induceret temporales: maledictione Dei omnipotentis & sua terribiliter impreccans, ei qui prædicatorum ordinem terrenarum diuitiarum pulchre presumeret maculare. Fratribus vero de eius destitutione inconsolabiliter dolentibus dulciter eos consolans ait. Ne vos mea filij corporaliter turbet diuersio nullatenus dubitantes vtiliorum me vos mortuū habituros quam viuum. Proinde ad extremam horam veniens anno domini. M. ccc. xj. dormiuit in domino. Cuius quidam transitus eadē die, eademque hora fratri Alberto priori fratrum prædicatorum de Brixia, & postmodum eiusdem ciuitatis episcopo hoc modo monstratus est. Nam cum in campania fratrum capite ad murum inclinato leui somno dormitasset: vidit cælum apertum & duas scalas candidas ad terram submitti: quarum summitates Christus cum matrem tenebat: & angeli petreas iubilantes ascendebat & descendeat. In medio autem scalarum in imo sedes posita erat: & super sedem velato capite frater sedens. Iesu autem & mater eius sursum scalas trahebant, donec sedente in cælum eleuato apertura cæli clausa est. Veniens igitur prædictus frater Bononiam continuo eadem die & hora patrem migrasse cognouit. Frater quidam nomine Raho positus apud Tibur eadem die & hora quæ pater migravit corpore missam celebraturus accesserat ad altare: cum audisset eum Bononiæ egrorasse, & ad locum canonis veniens in quo de viuis merito fieri consuevit, & vellet pro eius salute orare, subito factus est in excessu mentis, viditque virum Dei Dominicum quadam corona lauream ut totumque mirabili

sples-

splesdore fulgent: duobus quidam reuerendis viris comitatu hinc inde extra Bononiam in via regia proecedentem. Die igitur notans & horam inuenit tunc seruum Dei Dominicum à corpore migrasse. Cum igitur corpus eius multo tempore sub terra iacisset, & crebrefcētibus indefinenter miraculis non posset vterius eius sanctitas occultari, fidelium dignum duxit deuotio corcerent eius ad altiore locum transferre. Cumque monentium fuisset (fractio vix ferreis instrumentis cetero sublatoque lapide) parfatum tanta ex ipso suavissimi odoris prorupit fragrantia: vt non tam sepulchrum quam cela videretur aromatum patuisset: qui quidam odor cuncta superabat aromata, nec alicuius rei naturalis odor similis videbatur. Nec solum ossibus aut pulueri sacri corporis inerat, vel capse, verum etiam terræ circumquaque congesta: ita vt ad longinquas regiones postmodum delata odorem ipsum longo tempore retineret. Fratrum vero manibus maxime aliquid de reliquijs sacrosanctis tangentibus, sic in hæsit vt quatumcūq; lotæ, vel etiam confricatæ essent, per plures dies conseruare fragrantia testimonium præferent.

K In prouincia Vngariæ vir quidam nobilis cum vxore sua & filio paruulo ad reliquias beati Dominici quæ in Silu habebantur, visitandas accessit. At filius eius infirmatus ibidem ad extremam vitæ moriendo peruenit. Pater autem corpus filij coram altari beati Dominici collocans lamentari cepit & dicere. Beate Dominice latus veni ad te: an tristis redeo. Cum filio venio, & orbaris recedo. Redde mihi quæso filium meum, redde mihi lætitiā cordis mei. Et ecce circa medium noctis puer reuixit: & per ecclesiam ambulauit. Iuuenis quidam cuiusdam nobilis domine mancipium dum in quodam fluuio piscandi gratia insite ret: in aqua lapsus & suffocatus disparuit. Magno autem spacio temporis interiecto eius corpus de profundo fluuij est educum. Domina autem ipsius pro eius resurrectione beatum Dominicum inuocans promissit se ad suas reliquias nudis pedibus accessuram, & resciscitatum mancipium libertati daturum. Statim qui fuerat mortuus, in medium videntibus omnibus vitæ reditus profugit: votūq; suum prædicta domina sicut promiserat adimpleuit. In eadē prouincia Vngariæ, dum quidam vir filium suum defunctum amare lugeret, & beatum Dominicum pro eius resurrectione inuocaret circa pullos: cantū qui mortuus fuerat, oculos aperuit, & patri dixit. Quid est pater q' sic habeo faciem madafactam: Et ille. Lachryme patris tui sūt filij: quia tu mortuus fueras, & ego solus remanserā omni gaudio destitutus. Cui illi. Multum fleuisti pater, sed beatus Dominicus desolationi tuæ compatiens, vt tibi viuis redderet suis meritis imperrauit. Languidus quidam & per. xvij. annos cæcus, reliquias beati Dominici visitare desiderans, tanquam tentans ire de lecto surrexit, tantamque subiro sibi sensit infundit viuitatem quod passu cuncto gradi cepit: tantoque magis in conualescentia corporis & illuminatione oculorum proficiens, quanto quotidie in itinere procedebat: donec tandem ad locum destinatum perueniens perfectū recepit vtique beneficium sanitatis. In eadem prouincia Vngariæ matrona quædam ad honorem beati Dominici missam disponens facere celebrari,

sacerdotem hora debita non inuenit, quapropter candles tres ad hoc paratas manu tergio mundo inuoluit, & in quodam vase reposuit. Aliquantulum autem diuertens, & postea rediens candles flammis patentibus ardere vidit. Currentes omnes ad tam grande spectaculum tandiu ibidem trementes & orantes steterunt, donec sine læsione manutergij penitus exarcerunt.

L Apud Bononiam scholaris quidam nomine Nicolaus graui renū agenuū dolore adeo est vexatus, quod de lecto surgere non valebat: cuius & femur leuuum emeruit intantum, quod omnis ab eo spes curatio nis abcessit. Deo igitur & beato Dominico se deuouens cum se filo de quo fienda erat candela torū mensus esset in longū, cepit etiam corpus collū & pectus cingere cum tandem genu filio ambiente cinxisset, inuocato ad quælibet mensurationem nomine Iesu & beati Dominici continuo se alleuiatū sentiens, exclamauit. Ego sum liberatus. Exurgens & præ gaudio lachrymans sine aliquo fulcimento venit ad ecclesiam, in qua corpus sancti Dominici quiescebat. In eadem quoque ciuitate multa & ferè innumerabilia miracula Deus per suū seruum Dominicum operatus est. In Sicilia apud Augustam cum puella quædam quæ vitio lapidis laborabat, incidi deberet, mater eius pro instanti periculo filiam suam Deo & beato Dominico commendauit. Sequenti igitur nocte dormienti puella beatus Dominicus assistit, & in manu eius lapidem, quo torquebatur, posuit, & abcessit: quem puella euigilans & se liberatam inueniens matri dedit, & visionem per ordinem explicauit. Mater vero lapidem ad domum fratrum attulit, & ipsum in memoriam tanti miraculi corā imagine beati Dominici suspendit. In Augusta ciuitate cum in festo translationis beati Dominici matrona quædam quæ in ecclesia fratrum missarum sollemnij interfuere, domum rediret, & quædam mulierem præforibus domus suæ silentem videret, ipsam charitati redarguere ceperunt, cur in festo tanti patris & serui opere non cessaret. Illa vero indignata respondit. Vos qui estis bizota: fratrum festi collite vestri sancti. Statimque oculis in tumorem cum pruritu conuersis ex ipsa ceperunt vermes protinus scaturire, ita quod vicina quædam decem & octo vermes eduxit ex eis oculis numeratim. Compuncta igitur ad ecclesiam fratrum venit ibique peccata sua cōfessans, & votū emittens, quod de cetero sancto Dei Dominici nunquam detraheret, & eius festum deuote ageret, protinus restituta est pristina foiritati. **M** Sanctimonialis quædam nomine Maria apud tripolim in monasterio quod dicitur Magdalena, valdidissimus infirmitatibus elaborans ac in tibia grauiter percussa quinque mensibus cruciata mirabili virgatur. ita vt singulis horis exitu timeret: quæ intra se recolligens semetipsam, sic exorauit. Mi dñe non sum ego digna orare te, nec a te exaudiri: sed rogo dominum meū b. Dominicum, vt sit mediator inter te & me: vt mihi impetret beneficium sanitatis. Cum ergo diu, cum lachrymis exoraret, in extasi facta vidit beatum Dominicum cum duobus fratribus aperta cortina qui ante lectum eius pendebat, intrantem sibi que dicentem. Quare tantum sanari desideras. Et illa. Domine vt Deo meo deuotius seruire possim. Tunc ille de sub cappa visionem miræ fra-

gratiaz proferens tibi eius vnxit: & statim sanata fuit. Et ait. Verbum tuum est valde preciosa dulcis & difficilis. Cuius vnctio cum mulier requireret ratione, dixit. Hæc vnctio dilectionis est signum: quæ videlicet pretiosa est: quia nullo pretio emi potest: & quia in donis Dei nullum est melius. Dulcis: quia nihil dulcius charitate difficilis, quia cito perditur: nisi cautè custodiatur: Ipsa etiam nocte sorori suæ in dormitorio quiescenti apparuit, dicens. Ego sanavi sororem tuam, quæ currens ipsam sanatam inuenit. Quæ cum se etiã sensibili vnctione inunctam sentiret ipsam cum bombice & reuerentia multa extersit. Quæ cum abbatissæ confessori & forori omnia retulisset: & vnctionem in bombice præsentasset: tanta & tam noua odoris fragrantia sunt percussa, vt nulla eis possent aromata comparari: ipsam autem vnctionem cum multa reuerentia seruauerunt. Quam gratus autem Deo existat locus in quo sacro sanctum corpus beati Dominici quiescit: licet in miraculis multis claruerit: vnum tamen hic posuisse sufficiat. Refert magister Alexander episcopus. Vindocenen. in postillis suis super illud verbum: Misericordia & veritas obuauerunt sibi. &c. quod quidem scholaris degens Bononiæ vanitatibus seculi deditus visionem talem conspexit. Videbatur si quidem sibi quod in quodam campo magno consisteret: & ibidem tempestas & ingens super ipsum descenderet: qui dum fugeretur à facie tempestatis, ad quandam domum peruenit. Quam cum clausam inuenisset & pulsans ad ostium se ibidem recipi postulasset: quæ deintus erat hospita respondit. Ego sum iusticia quæ hic habito, & hæc domus mea est. Quia autem tu iustus non es: in ea habitare non vales. Ad cuius verba ille plurimum merens abscessit: & aliam domum ultra illam conspiciens ad eam venit: & pulsans ad ostium se ibidem recipi postulabat. Sed quæ deintus erat hospita respondit. Ego sum veritas quæ hic habito: & hæc domus mea est. Te autem hospitio non recipiam: quia veritas eum non liberat, qui eam non amat. Inde quæ abscedens tertiam domum ultra illam prospicit: ad quam veniens se similiter contra impetum tempestatis recipi flagitauit. Cui quæ deintus erat hospita respondit. Ego sum pax quæ hic habito, non est autem pax impijs: sed hominibus bonæ voluntatis. Verum quia ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis vtile consilium tibi do. Ultra me soror mea habitat quæ miseris semper auxilium præstat: ad hanc accede, & eius mouita comple. Cum ergo accessisset, quæ deintus erat respondit. Ego sum misericordia quæ hic habito. Si igitur ab imminente tempestate saluari desideras, vade ad pomum in qua fratres predicatorum de Bononia habitant: ibique inuenies stabulum penitentiarum: & prælepe continentiarum, & pabulum doctrinarum: asinum simplicitatis cum boue discretionis: mariam illuminantem, & Ioseph proficientem, & puerum Iesum te saluantem. Cum igitur predictus scholaris euigilasset, ad domum fratrum venit: & visionem per ordinem recitans habitum ordinis petijt, & accepit.



LEGENDA CIX. A



SIXTUS dicitur à sio, quod est Deus: & status, quasi diuinus status. Vel sicut à sifto, sicut, quasi firmus & fixus in fide: passione, & bona operatione.

SIXTUS papa Athenien. natione primus quidem philosophus: sed postea discipulus Christi & pontifex summus electus Decio & Valeriano cum duobus diaconibus suis Felicitissimo & Agapito presentatus est. Quem cum Decius nullis posset persuasionibus inclinare: fecit eum duci ad templum Martis, & aut sacrificaret, aut vt in custodia Mameritini reciperetur. Sed cum sacrificare renuens in custodiam duceretur: beatus Laurentius post eum clamans ibat & dicebat. Quo progredieris sine filio pater: quo facer dos sancte sine ministro properas. Cui sicutus. Non ego te desero filia, neque derelinquo, sed maiora tibi debentur pro fide Christi certamina. Post triduum me sequeris sacerdotem leuita. Interim ergo thesauros ecclesiæ accipe: & quibus tibi videtur diuide. Quo cum ille Christianis pauperibus distribuisset: Valerianus præfectus decreuit, vt sicutus ad templum Martis sacrificaturus duceretur. Quod si renueret, ibidem capite truncaretur. Qui cum duceretur, beatus Laurentius post eum clamare cepit ac dicere. Noli me derelinquere pater sancte, quia thesauros tuos iam expendi. Tunc milites iudicantes thesauros nominare, Laurentium tenuerunt: sicutum verò cum Felicitissimo & Agapito ibidem decollauerunt.

IN hac die est festum transfigurationis domini & sanguis Christi de auro vino, si fieri potest & inueniri, in aliquibus ecclesijs conficitur, vel saltem de matuta vna aliquantulum in calice eliquatur. In hac etiam die racemi benedicuntur, & populus inde comunicat. Ratio autem huius est eo, quod dominus discipulis suis dixit in die eene. Non bibam amodo de hoc genimine vitis, donec bibam illud nouum in regno patris mei. Illa verò transfiguratio domini, & quod dixit nouum vinum, representat gloriosam in nouationem, quam Christus post resurrectionem habuit, & ideo in hac die transfigurationis quæ resurrectionem domini representat, vinum nouum inquiritur, non quod in hac die vt quidam aiunt, transfiguratio fit facta: sed in hac die ab apostolis manifestata. Transfiguratio enim facta dicitur fuisse circa principium veris. Discipuli autem propter prohibitionem eis factam ipsam tandiu celsauerunt, & in hac die manifestauerunt. Sic legitur in libro qui dicitur mitralæ.

De sancto Donato.

DONATUS dicitur quasi à Deo natus, & hoc per regenerationem, & gratiaz infusionem, & glorificationem quæ est triplex generatio spiritualis à Deo. Nam cum sancti moriuntur, tunc nasci dicuntur. Vnde obitus sanctorum non mors, sed natale vocatur. Puer enim appetit nasci, vt recipiat ampliorem locum ad manducandum, vberiore cibum ad vascendum, liberiore

acrem

acrem ad respirandum: & lucem ad videndum. Et quia sancti cum de vtero matris ecclesiæ per mortem exeunt: illa quatuor secundum modum suum recipiunt: ideo nasci dicuntur. Vel dicitur donatus, quasi dono Dei datus.

LEGENDA CX. B

DONATUS cum Iuliano imperatore eruditus & nutritus est: ita quod prædictus Iulianus fuit tunc in subdiaconum ordinatus. Sed cum in imperium sublimatus fuisset, patrem & matrem beati Donati occidit: donatus vero in Aretinam ciuitatem aufugit: & apud Hylarinum monachum manens multa ibidem miracula fecit. Nam cum præfectus ciuitatis habens filium dæmoniacum eum ad donatum adduxisset: spiritus immundus clamare cepit ac dicere. In nomine domini Iesu christi, noli mihi esse molestus: vt de domo mea egrediar. O Donate quare me exire coartas eum tormentis? Sed orante Donato fuit protinus liberatus. Vir quidam Eustafius nomine exactor fisci in Tuscia publicam pecuniam in custodia vxoris nomine Eufrosinæ dereliquit. Sed cum provincia ab hostibus vrgeretur, pecuniam abscondit: & dolore præuente vitam finiuit. Vir autem eius rediēs cum pecuniam inuenire non posset, & iam cum filijs suis ad supplicium tradi deberet: ad sanctum donatum cõfugit. Donatus autem ad sepulcrum vxoris cum eo pergens oratione facta clara voce dixit. Eufrosina per spiritum sanctum te adiuro, vt dicas nobis vbi talem pecuniam posuisti. Et facta est vox de sepulchro dicens. In ingressu domus mee ibi eam subsodi. Et euntes eam ibi, vt dixerat, inuenerunt. Post aliquot autem dies Satyrus episcopus in domino obdormiuit: & omnis clerus donatum in episcopum elegit. Cum autem vt refert Greg. in dialogo, quadam die missa celebrata populum communicaret, & diaconus communicans christi sanguinem propinaret: subito paganorum impulsu diaconus cecidit, & calicem sanctum fregit. De quo cum imple & omnis populus plurimum mœstus esset: donatus fragmenta colligens calicis oratione facta ipsum in pristinam formam restaurauit. Vna autem particula à diabolo absconsa fuit, quæ in calice prædicto defecit: quæ tamen est ad testimonium miraculi huius. Paganum autem hoc viso miraculo sunt conuersi: & lxxx. baptisma susceperunt. Fons quidam adeo erat infectus, vt quicumque de illo biberet, protinus moreretur. Dum igitur sanctus Donatus super asinum suum illuc iret, vt oratione sua aquam sanaret, draco terribilis inde erupit: & pedes asini cauda inuoluens contra Donatum se protinus erexit. Quem donatus flagello quodam percutiens, vel secundum quod alibi legitur, in os eius expuens continuò interfecit: orauitque ad dominum, & omne venenum à fonte fugauit. Alium quoque fontem dum ipse cum socijs suis valde sitiret, quadam vice sua oratione ibidem produxit.

Cum filia Theodosij imperatoris à dæmone vexaretur, & ad sanctum Donatum adducta fuisset, dixit donatus. Exi immunde spiritus, & noli in plasma te Dei habitare. Cui dæmon. Da mihi transitum quo exeam, aut quo vadam, Cui donatus. Vnde huc venisti, Cui dæmon. De eremo. Et sanctus illuc reuertere. Et dæmon. Video signum crucis in te, de quo ignis e-

xit contra me, & præ timore ignoro quo vadam: sed da mihi locum exire & exeo. Cui donatus. Ecce habes transitum: redi ad locum tuum. Et vniuersam domum concutens exiit. Cum quidam mortuus afferretur, aduenit quidam cum chirographo asserens debere sibi ab ipso. cc. solidos. Vnde nullatenus ipsum se peliri sinebat. Quod cum vxor eius vidua beato Donato cum lachrymis indicasset adiungens, quod homo ille pecuniam totaliter recepisset: assurgens ad loculum iuit & manu defunctum tangens ait. Audi me. Qui respondit. Ego sum. Et sanctus Donatus ad eum ait. Surge & vide quid agas cum homine isto, qui te sepeliri non sinit. Qui respondens eum de solutione debiti coram omnibus conuicit: & chirographum accipiens manu scidit. Deinde dixit sancto Donato. Inbe me iterum pater dormire. Et ille. Vade amodo fili quiesce. Eo tempore cum ferè annis tribus non pluisset, & sterilitas magna esset: infideles ad imperatorē Theodosium conueniunt petentes, vt sibi Donatum traderet: qui per artem magicam hoc fecisset. Ad imperatoris igitur instantiam Donatus egressus dominum exortit: & pluuiam copiosam dedit: sicisque vestibus cæteris pluuiam infusus domum redijt. Cum autem Gothi eo tempore Italiam deastarent, & multi ad fidem christi recederent: Euadratiois præfectus à sancto Donato & Hylarino de apostasia reprehensus, sanctos ipsos cepit compellens eos, vt Ioui immolarer. Quod cum renuerent: Hylarinum expoliatum tandiu cædi fecit, quousque spiritum exalaret. Donatum verò in carcerem reclusit: & postmodum ipsum decollari fecit circa annos domini. ccc. lxx.

De sancto Ciriaco.

LEGENDA CXI. A



CIRIACVS à marcello papa diaconus ordinatus comprehensus & ad Maximianum deductus iussus est cum socijs suis, vt terram foderet, & ad locum s. termas, qui ibi ibidem construebatur, suis humeris eam deportaret: vbi erat sanctus Saturninus senex, quem Ciriacus & Sisinus ad portandum iuuabant: tandem in carcerem reclusum præfectus iussit Ciriacum presentari. Et cum eum Appronianus educeret: subito vox cum luce de cælo veniens dixit. Venite benedicti patris mei &c. Et tunc Appronianus credit: & baptizari se fecit: & ad præfectum confidens christum veni Cui præfectus. Nunquid tu christianus factus es? Qui respondit. Ve mihi: quia perdi di dies meos. Respondit præfectus. Verè modo perdes dies tuos: & iussit eum decollari. Saturninus verò & Sisinus cum sacrificare nolent, diuersis supplicijs affecti tandem decollati sunt. Filia autem Diocletiani nomine Arthemisia cum à dæmone vexaretur, clamabat in ea dæmon, dicens. Non exeam, nisi Ciriacus diaconus veniat. Vnde ad eam adductus ciriacus cum dæmoni imperaret, respondit. Si vis vt exeam da mihi va aliud in quod intrem. Responditque ciriacus. Ecce corpus meum, si pores, ingredere. Cui dæmon. In vas tuum intrare non possum: quia vndique est signatum & clausum. Sed si ieiis me in Babyloniam faciam te venire. Et cum coactus exisset:

Arthemio clamauit dicens, quod deum quem Ciriacus prædicat, videret. cum igitur illam Ciriacus baptizasset, & ex gratia Diocletiani & Serenæ vxoris eius in domo, quam dederant ei, securus viuere, venit nuncius à rege persarum ad Diocletianum rogans, vt ad se Ciriacus mitteretur: quia filia sua à dæmone vexabatur. Ad preces igitur Diocletiani Ciriacus cum Largo & Smaragdo naui impositis necessarijs in Babyloniam lætus iuit. Cùmq; ad puellam peruenisset, dæmon per os eius clamauit dicens fatigatus es Ciriace Cui Ciriacus respondit: non sum fatigatus: sed vbique Dei auxilio gubernatus. Ait dæmō. Tamen ego ad quod volui: te produxi. Tunc Ciriacus dixit dæmoni. Imperet tibi Iesus vt exeas. Et statim exiens dæmō dixit. O nomē terribile, quod me coartat exire: & sic Sanatā puellam cum patre & matre & multis alijs baptizauit. Et cum multa sibi munera offerretur, recipere noluit, sed quadragintaquinque diebus in pane & aqua ieiunans tandem Romam rediit. Post duos autē menses Diocletianus defunctus est. Cui Maximianus succedens iratus de sore sua Artemia Ciriacum comprehendit, & nudum & catenis ligatum ante curiū suum trahi iussit. Iste Maximianus pro tanto potest dici filius Diocletiani, quod sibi successit: & eius filiā habuit in vxorem quæ Valeriana nuncupata est. Dein de iussit Carpasio vicario vt ipsum cum socijs sacrificare compelleret: aut diuersis supplicijs occideret. Et cum ipse picem super caput liquasset, & in eculeo suspenderit: fecit Ciriacum cum omnibus socijs decollari. Carpasius autem cum domum sancti Ciriaci intrasset, et ad derisionem Christianorum in loco vbi Ciriacus baptizabatur, se lauaret, epulasque cum decē no uem socijs celebraret, subito omnes mortui sunt. Et ex tunc clauso, balneo gentiles Christianos timere et venerati caperunt.

De sancto Laurentio.

A

LAURENTIUS dicitur quasi laureā tenēs, quæ est corona de lauro facta: quia olim de huiusmodi ramis victores coronabantur. Hæc autem arbor est victoria: & ostensiuā cōtinuā viriditate amena: odore grata, & efficacia virtuosa. Beatus igitur lau. dicitur à lauro, quia victoriam obtinuit in sua passione. Vnde & cōfusus Decius dixit. Puto quia iam victi sumus. Viriditatem habuit in cordis mundicia & puritate. Vnde & dixit. Mea nox obscurum non habet. Odorem habuit per memoriam perperitatem. Vnde dispersit dedit pauperibus: & ideo iustitia eius manet in seculum seculi. Beatus Maximus. Quomodo non in eternum huius manebit iustitia, quam & sancto impleuit opere, & gloriosissimo martyrio consecrauit. Efficaciam habuit per virtuosam prædicationem, per quam Lucilla Hipolitum & Romanum cōuertit. Huiusmodi aut arboris efficacia est: quia calculū frangit: furditati subuenit: fulmē nō metuit. Sic laurentius frāgit cor durū: spiritualē reddidit auditum: protegit à fulmine sententię reprobatorum.



LAURENTIUS martyr leuita generis Hispanus à beato Sixto Romam deductus est. Nam sicut dicit magister Ioannes Beletus cum idem. b. Sixtus in Hispania profectus esset: duos iuuenes ibidem reprensens scilicet Laurentium & Vincentium eius cognatum morum honestate compositos, & in omni actione præclaros ipsos secum Romam adduxit: quorum alter. f. Laurentius secum Romæ mansit, Vincentius verò in Hispaniam rediit: & ibi glorioso martyrio vitam finiuit. Huic autem opinionis magistri Ioannis Beletus repugnat tempus martyrij vtiusque. Nam Laurentius sub Decio, Vincentius autem in iuuenili etate sub Diocletiano & Daciano passus est. Sed inter Decium & Diocletianum fluxerunt anni circiter. xl. Et imperatores septem medij fuerunt, tunc. b. Vincentius non potuit iuuenis extitisse. Bearus autem Sixtus Laurentium suum archidiaconum ordinauit. Eodem tempore Philippus imperator & filius suus nomine Philippus fidem Christi receperant, & Christiani effecti ecclesiam sublimare plurimū nitebantur. Iste Philippus primus imperator fuit, qui fidē Christi recepit, quem origenes vt dicitur, ad fidem Christi conuertit, licet alibi legatur quod. b. Pontius eum conuertit. Regnauit autem anno millesimo ab vrbe condita: vt millesimus annus Romæ Christo Porius quam idolis dedicaretur, qui quidem annus millesimus fuit: à romanis cum ingenti ludorum & spectaculorum apparatu celebratus. Erat autem Philippo imperatori miles quidam nomine Decius in armis bellicis plurimum strenuus & famosus. Cum autem is idem temporibus Gallia rebellaret: illuc imperator decium misit, vt rebellantem Galliam romano imperio subiugaret. Missus Decius prosperè cuncta gessit: & ad libitum potius victoria Romam rediit. Audiens Imperator eius aduentum eū altius honorificare voluit: & eidem à Roma vsque ad Veronem obuius iuit. Sed quia maioribus mentes quo magis se honorari sentiunt, eo amplius per superbiam intumescunt. Decius in superbiam elatus Imperium cepit ambire, & de morte sui domini pertractare: Cùm igitur Imperator in stratu suo sub papillione quiesceret. Decius papillonē laterē introiuit, & dormientem dominum iugulauit. Exercitium autem qui cum Imperatore venerat, ad se prece & prætio muneribus & promissis attraxit: & ad urbem Regiam gradu concito properauit. Audiens hoc Philippus minor vehementer extimuit: & totum thesaurū patris & suum vt ait Sicardus in chronica sua beato Sixto. & f. Laurentio commendaui: vt si ipsum à Decio interfici contingeret: thesaurum ipsum ecclesijs & pauperibus erogaret. Nec te moueat quod thesauri Imperatoris sed ecclesijs: quia potuit esse quod cū ipsi thesauri, Philippi imperatoris aliquem etiam thesaurum ecclesijs dispensauit. Vel fortè ideo dicuntur thesauri ecclesijs: quia Philippus eos reliquerat ecclesijs pauperibus dispensandos. Licet habeat dubitationem vehementer vt cum Sixtus tunc temporis fuerit, sicut infra dicitur. Postea Philippus aufugit: & se à facie Decij occultaui. Senatus igitur obuiam Decio

pro;

processit: & ipsum in Imperium confirmauit. Ne vero proditoria, sed zelo idolatriæ dominum suum occidisse videretur, Christianos cepit crudelissimè persequi: præcepit illos sine vlla misericordia trucidari. In hac persecutione multa milia martirum coruerunt. Inter quos etiam Philippus iunior martyrio est coronatus. Post hoc Decius de thesauro domini sui inquisitionem facies oblatum est ei. b. Sixtus tanquam qui Christum coleret, & imperatoris thesauros haberet: Tunc Decius iussit eum in carcerem recipi: vt per illata tormentum Christum negaret: & thesauros proderet. Beatus autem Laurentius ipsum sequens post eum clamabat. Quo progredieris sine filio pater. quo sacerdos sancte sine diacono properas. Tu nunquam sine ministro sacrificium offerre consueueras. Quid ergo in me dispiciuit paternitatis? Nunquid de genere me probasti? Experire certè vtrum idoneum ministrum elegeris, cui commisisti dominici sanguinis dispensationem? Cui beatus Sixtus dixit. Non ego te desero filii, neque derelinquo: sed maiora tibi debentur pro fide Christi certamina. Nos quasi senes leuioris pugne cursum recipimus. Te autem quasi iuuenem manere de tyranno gloriosior triumphus. Post triduum me sequeris sacerdotem leuita. Deditque ei omnes thesauros præcipiens vt ecclesijs & pauperibus erogaret. Beatus igitur Laurentius Christianos die ac nocte diligenter quesitum, & vnicuique prout opus fuerat, ministravit. Venitque ad domū cuiusdam viduę: quę multos Christianos in domo sua absconderat, quam lōgus dolor capitis detinebat. Sanctus autem Laurentius per impositionem manus eam à dolore capitis liberavit, & pauperum pedes lauans omnibus elemosynam dedit. Eadem nocte in domo cuiusdam Christiani veniens quendam cecum ibidem reperit: & facto signo crucis eum illuminauit. C. ¶ Cum autē. b. Sixtus Decio nollet consentire, nec idolis immolare, ipsum ad decollandum duci præcepit. Accurrens autem. b. Laurentius post ipsum clamauit. Noli me derelinquere pater sancte, quia thesauros tuos iam expedi, quos tradidisti mihi. Tūc milites audientes thesauros Laurentium tenuerunt, & Parthemio tribuno tradiderunt. Ipse autem eum Decio presentauit. cui Decius Cæsar ait. Vbi sunt thesauri, ecclesijs, quos apud te cognouimus esse reconditos? Qui cum sibi nō responderet, tradidit Valeriano prefecto, vt aut thesauros prodaret, & idolis sacrificet, aut diuersis eum interire faciat supplicijs, & tormentis. Valerianus autem eundem prefecto nomine Ipolito in custodia eum tradidit. Quem ille cum multis alijs in carcere reclusit. Erat autem in custodia ibi quidam gentilis nomine Lucillus, qui plorans lumen oculorum amiserat. Cui cum Laurentius lumē restaurare promitteret, si in Christum crederet, et baptismum suscipere, ille se instans baptizari postulauit. Accipiens ergo aquam Laurentius dixit ei. Omnia in confessione lauantur. Cūque ipsum de articulis fidei diligenter interrogasset, & ille omnia se credere confessus fuisset, aquam super caput eius effudit, & ipsum in Christi nomine baptizauit. Quapropter multi ad eum cæci veniebant, et ab eo illuminati redibant. Hoc vidēs Ipolitus dicit ei. Ose de mihi thesauros. Cui Laurentius. O Ipolite si in domum Iesum Christum credideris, & thesauros tibi

ostendo, & vitam æternam promitto. Cui Ipolitus. Si dictis facta compenses, faciam quod hortaris. Eadem hora Ipolitus credidit, & sacrum baptismum cum familia sua suscepit. Baptizatus autem ait. Vidi animas innocentium lætas gaudere. Post hoc mandauit Valerianus ad Ipolitem, vt Laurentium presentaret Cui Laurentius ait. Ambulemus ambo pariter, quia mihi & tibi gloria preparatur. Ad tribunal ergo ambo veniunt, & fit iterum inquisitio de thesauro. Laurentius autem triduo inducias petiit, quas Valerianus eidem sub Ipolite custodia concessit. In hoc triduo Laurentius pauperes cæcos & claudos collegit, & eos in palatio Salustiano coram Decio presentauit, dicens. Ecce isti sunt thesauri æterni, qui nunquam minuuntur, sed crescunt, qui in singulis disperguntur, & in omnibus inueniuntur. Horum enim manus thesauros in cælum deportauerunt. Valerianus presente Decio dixit quid variaris per multa, iam nūc sacrificia, & magicam artem deponere. Cui Laurentius. Quis debet adorari, qui factus est, an qui fecit, tratus Decius iussit eū scorpionib; cædi, & omne generis tormentorū ante ipsum de ferri, quem cum sacrificare iuberet, vt hæc tormenta euaderet, Respondit. Infelix has epulas semper optauit. Cui Decius. Si epulæ istæ sunt tibi similes pande prophanos, vt tecum pariter epulentur. Cui Laurentius. Iam cælis nomina sua dederunt, & eorum aspectibus cæditur, & ardentes laminæ ad latera apponuntur. Dixitque Laurentius. Domine Iesu Christe Deus de Deo miserere serui tui. Quia accusatus non negaui nomen sanctum tuum, interrogatus te dominum cōfessus sum. Dixit ei Decius. scio quia per artem magicam tormenta deludis, me tamen deludere diu non valebis. Testor deos deatque nisi quia sacrificaueris diuersis supplicijs punieris. Tunc iussit eum plumbatis diutissimè cædi. Laurentius autem orauit dicens. Domine Iesu Christe accipe spiritum meum. Tunc audiente Decio vox de cælo infonuit. Adhuc tibi multa certamina debentur. Tunc Decius furore repletus dixit. Viri Romani audistis dæmones istum sacrilegum consolantes, qui nec deos colit, nec tormenta metuit, nec iratos principes expauescit. Iussitque eum iterum scorpionibus cædi. Subridens autem Laurentius gratias egit, & prostantibus exorauit. Eadem hora milles quidam nomine Romanus credidit, & beato Laurentio dixit. Video ante te iuuenem pulcherrimum stantem & membra tua cum lincheo extergere. Ad iuro ergo te per Deum ne me derelinquas, sed festina me baptizare. Dixitque Decius Valeriano, Puto, quia iam per artem magicam victi sumus, iussit ergo eum de cathasta solui, et in custodia Ipoliti recludi. Romanus autem afferens vrceum cum aqua ad pedes Laurentij procidit. & ab eo sacrum baptismum suscepit. Quod vbi Decius comperit, Romanum sustibus cædi iussit qui cum liberè se Christianum profiteretur, iussu Decij decollatus est. Eadem nocte Laurentius ad Decium adducitur. Cū autem Ipolitus seret: & se Christianum esse velle clamaret: dixit ad eum Laurentius. In interiori homine magis Christum absconde: & dum clamauro audi, & veni. Omnia igitur tormentorum genera afferuntur. Dixit ergo Decius Laurentio. Aut dijs sacrificabis: aut nox ista in te cū supplicijs extendetur.

Cui Laurentius. Mea nox obscurum non habet: sed omnia in luce clarescunt. Dixitque Decius. Afferatur lextulus ferreus: ut requiescat in eo contumax Laurentius. Ministri ergo eum exuerunt, & super cratē ferream extenderunt, & prunis suppositis eum cum furcis ferreis compresserunt. Dixitque Laurentius Valeriano. Disce miser, quia carbones tui sunt mihi refrigerium: tibi autē eternum supplicium præstant. Quia ipse dominus nouit, quod accusatus nō negauit eum: interrogat⁹ Christū cōfessus sum: assat⁹ gratias ago. Dixitque hilari vultu ad Decium. Ecce miser affasti vnam partem: gyra ad aliam & manduca. Et gratias agēs dixit. Gratias tibi ago domine: quia ianuas tuas ingredi merui, & sic spiritū emisit. Confusus Decius cum Valeriano abiit in palatium Tyberij relicto corpore super ignem. Quod Ipolitus manerapuit: & cū Iustino presbytero in agro Verano conditum aromatis sepeliuit. Christiani igitur ieiunātes triduo vigiliis celebrarunt, mugitus dantes et lachrymas effundentes.

D Vtrum autem hoc verum sit quod Lauren. sub isto Decio imperatore martyriū sit passus, à multis dubitatur: cū in chronicis Sixtus longe fuisse post Decium legatur. Eutropius autē hoc asserit dicēs. Decius persecutionē mouens inter cæteros beatissimum leuitā & martyre Laurentiū extinxit. In quadā autē chronica factis autentica dicitur, quod nō sub Decio imperatore, qui Philippo successit, sed sub quodā Decio minore, qui Cæsar non Imperator extitit, martyriū passus fuit. Nā inter Decium Imperatorē & hunc Decium minorē, sub quo Laurentius dicitur passus, plurimi Imperatores & summi pōtiffices intermedij extiterunt. Etenim ut ibidē dicitur, cū Decio Imperatori Gallus & Volusenus eius filius in Imperio successissent: & Valerianus cum Galeno post eisdē Imperiū tenuissent: dicti Valerianus & Galenus minorem Decium Cæsarem, nō tamē Imperatorem fecerunt. Nam antiquitus quandoque aliqui ab Imperatoribus fiebāt Cæsares, nō tamē augusti vel Imperatores: sicut legitur in chronicis, quod Diocletianus, Maximianū Cæsarem fecit: postmodū ex Cæsare angustum creauit. Tēpore autē horū Imperatorū. f. Valeriani & Galeni Sixtus Romanam sedē tenebat: Hic igitur Decius Cæsar appellatus, non Imperator effectus beatum Lau. martyre fecit. Vnde nūquā in legenda. b. Laurentij vocatur Decius Imperator, sed tantū Decius Cæsar. Decius enim Imperator duobus tantū annis regnauit: & tantū Fabianū Papā martyre fecit. Fabiano successit Cornelius, qui sub Valeriano & Gallo passus est. Cornelio successit Lucius, Lucio Stephanus, qui sub Valeriano & Galeno, qui annis. xv. imperauerunt passus est. Stephano successit Sixtus. Hæc in chronica illa leguntur. Oēs chronicae tam Eusebij quā Bede & Isidori in hoc cōcordant, quod Sixtus papa non fuit tēpore Decij Imperatoris sed Galeni. Legitur tamen in alia quadā chronica quod prædictus Galenus fuit binomius dictus est enim Galenus & Decius, & sub illo passus sunt Sixtus & Laurentius circa annū dñi. ccl. vij. Godofridus quoque in libro suo, qui dicitur pantheon, idem asserit quod Galenus vocatus est alio nomine Decius: & quod sub eo passus sunt Sixtus & Laurentius. Et si hæc verba sunt: tunc possi. io Ioannis Beletth vera possent esse. Refert Grego.

in libro dialogorum, quod in Sabina quedam sancti monialis fuit, quæ carnis quidem continentia habuit sed linguæ procacitatem non declinauit. Hæc dum in ecclesia sancti Laurentij fuisse sepulta autem altare martyris à dæmonibus secata pars illæsa permanet: alia tera concrematur: ita ut mane visibiliter adustus appareret. Gre. quoque Turon. ait, quod dum quidam sacerdos quandam ecclesiam sancti Laurentij repararet: & trabs quedam nimium breuis esset, rogauit. b. Laurentium, ut qui pauperes fouerat, suæ inopiæ subueniret. Quæ subito sic excreuit: ut pars non modica abundaret. Quam partem sacerdos minutatim incidit: & multas inde infirmitates sanabat. Idē testatur beatus Fortunatus. Factum est autem hoc apud Brioras castrum Italiæ, quod cum quidam dolore dentium præmeretur: de illo ligno tangitur: & protinus dolor fugatur. Quidam insuper presbyter nomine sanctulus, ut refert Greg. in dialogo sancti Laurentij ecclesiam à Longobardis incensam reparare volens, artifices multos conduxit. Quadam autem Die dum qui eis opponeret, non haberet: præmissa oratione cibum respexit: & ibidem candidissimū panem inuenit. Sed cum vix ad vnus prandij æsum tribus personis sufficere videretur, Laurentius artifices suos nolens desicere, sic prædictum panem multiplicari fecit, quod in alimentum decem dierum operarij cunctis sufficit. In ecclesia sancti Laurentij apud Mediolanū, ut refert Vincentius in sua chronica, calix quidam cristallinus miræ pulchritudinis habebat, qui cum in quadam solennitate ad altare à diacono portaretur: elapsus è manibus in terram cecidit, & statim comminutus fuit. At diaconus merens fragmenta collegit: & super altare ponens beatum Laurentium exorauit: & fractum calicem integrum & solidatum recepit.

E Legitur quoque in libro de miraculis beate Mariæ virginis quod quidam Iudex Stephanus nomine Romæ erat qui munera libenter accipiēs multorum iudicia peruertebat. Hic tres domos ecclesiæ sancti Laurentij, & vnum ortum sanctæ Agnetis violenter abstulit, & ablatū iniuste possedit. Accidit autem ut moreretur, & ante Dei iudicium duceretur. Quem sanctus Laurentius cernens ad eum cum nimia indignatione accessit & tribus vicibus brachium eius durissimè strinxit, & dolore nimio cruciatur. Sancta virgo Agnes cum ceteris virginibus eum videre noluit, sed faciem suam ab eo auertit. Tunc Iudex super eum sententiam ferens dixit. Quoniam aliena subtraxit, & munera accipientem veritatem vendidit, in loco iudæ proditoris tradatur. Sanctus autem Proiectus quem idem Stephanus in vita sua valde dilexerat ad beatum Laurentiū & ad beatam Agnetam accedens pro eo veniam precabatur. Illis verò & beata virgine pro eo orantibus concessum est, ut eius anima ad corpus rediret: & ibidem. xxx. diebus pœnitentiam ageret. Recipit insuper à beata virgine in mandatis ut psalmum. Beati immaculati, singulis diebus vitæ suæ diceret. Cūque ad corpus redisset brachium eius ita erat liuidum ac adustum: & si hoc in corpore passus esset. Quod signum in eo extitit quoad vixit. Malè igitur ablata restituens, & pœnitentiam agens: die tricesimo migravit ad dominum. Legitur in vita sancti Henrici imperatoris, quod dum ipse & kunegundis vxor eius virgines in

mul permanerent diabolo instigate de quodam milite vxorem suspectam habens ipsam super cadentes vomeres. xv. pedum nudis pedibus incedere fecit. Quæ ascendente dixit. Sicut me ab Henrico & omnibus in tactam nouisti, ita adiuua me Christe. Henricus verò verecundia ductus eam in maxillam percussit. Cui vox dixit. Virgo Maria te virginem liberauit. Totā igitur candentem massam ille percurrit. Cū ergo Cæsar obijisset, multitudine maxima dæmonū ante eam lam cuiusdam eremite transibat, qui aperta fenestra interrogauit vitimum quinā essent, & illo. Legio dæmonū sumus, qui ad mortem Cæsaris properamus: si forte aliquid proprium in eo reperire possimus. Adiuuatur igitur, ut ad se redeat. Qui rediens dicit. Nihil profecimus: quia dum falsa vxoris suspitio & alia mala & etiam bona in statera fuissent posita, adustus ille Laurentius ollam auream immensū ponderis attulit. Et dum super ille videbatur illa iactata pars alia statera plurimum ponderauit. Tunc ego iratus vnam partem aureæ ollæ prærupi. Ollam calicem vocabat, quem dictus Cæsar in honorem sancti Laurentij ecclesiæ Astante sic fieri fecerat, quem in speciali deuotione habuerat. Cui propter magnitudinem duæ aures inerat. Repertūque est & imperatorem tūc obijisse & vni aurē calicis fractā fuisse. Refert Greg. in registro quod dū prædecessor suus quidā ad corpus sancti Laurentij cuperet meliorare: & vbi nam corpus esset nesciret, & subito corpus eius igo rauerat aperitur, omnesque qui aderant, tam monachi quā mansionarij, qui corpus eius viderant intra decem dies mortui sunt. **F** Notandū quod passio sancti Laurentij inter cæteras sanctorū martyrum passiones excellentissima videtur esse in quatuor, sicut ex dictis sancti Maximi episcopi & beati Augustini colligit. Primò in passionis acerbitate. Secundò in effectu siue utilitate. Tertio in constantia siue fortitudine. Quarto in mirabili pugna & modo victoria. Primò igitur excellentissima fuit in pœnæ acerbitate. De cuius pœnæ acerbitate sic dicit beatus Maximus episcopus: vel secundum quosdam libros Ambro. Non enim fratres beatus Laurentius breui vel simplici passione paritur. Nam qui gladio percussus, semel moritur, qui in flammarum camino mergitur, vno impetu liberatur. Hic autem longa & multiplici pœna ciuciatur, ut mors ei non desit ad supplicium, & desit ad finem. Legimus beatos pueros in pœnarū suarū deambulasse flammis, & igneos globos pedibus conculcasse. Vnde & beatus Laurentius non minori gloria præferendus est. Siquidē illi in pœnarum flammis ambulabant, hic in ipso supplicij igne discubuit. Illi vestigijs pedū conculcauerunt incendia, & ille laterum suorū diffusionem restrinxit. Isti stantes in pœna eleuatis manibus orabant ad dominū, iste prostratus in sua pœna toto corpore dominum deprecabatur. Et notandum quod. b. Laurentius post beatū Stephanum inter cæteros martyres primatum tenet dicitur, non quia maiore pœnā sustinuerit quod ceteri martyres, cum multi tantam pœnam & aliquod etiā maiorem sustinuisse legantur, sed hoc dicitur propter sex causas insimul occurrentes. Primò propter passionis locum: quia Romæ quæ est caput mundi: & vbi est sedes apostolica passus est. Secundò propter prædicationis officium: quia officium prædi-

cationis diligenter impleuit. Tertio propter laudabilem distributionē thesaurorū, quos oēs pauperibus sapienter distribuit. Has tres rōnes ponit magister Guilielmus Altifiodorēsis, Quarto propter autenticatū & approbatū eius martyriū, quia & si de aliquib⁹ maiora tormenta legantur: tūc hoc autenticū non habet, & aliquā in dubiū vertitur. Huius autē passio in ecclesia valde est solennis & approbata. Vnde & multi sancti in suis sermonibus eius passionē approbant. Et cōfirmat. Quintò propter dignitatis gradū: quia fuit archidiaconus sedis apostolicæ. Postquā, ut aiunt, in romana sede archidiaconus nō iurrexit. Sextò propter sanctiū tormentorū: quia grauissima supplicia pertulit, ut pote qui super cratē ferream afflatus fuit. Vnde de eodē beatus Augustinus Laceratos artus, & multa verberū sectione concisos subiecto præcepit igne torrerī: ut per cratē ferreā, quæ iam dicitur feruore cōtinuū vim in se habere vrendi cōuerforū alterna mutatione mēbro rum fieret cruciatus vehemētior, & pœna p̄ductior. **G** Secūdo fuit excellentissima in effectu siue utilitate. Ipsa enim pœnæ acerbitas secundū Augustinū & Maximū fecit eū glorificatione sublimē: opinione & fama celebrē: deuotione laudabilē, & imitatione insignem. Primò igitur glorificatione sublimē. Vnde Augustinus dicit. Scruisti p̄secutor in martyre: cōseuisti & auxiliū palmā, dū aggeras pœnā. Itē Maximus vel secundum quosdā Amb. Quāuis in fauillā mēbra soluatur: fidei tamē fortitudo nō soluitur. Corporis derrimētū sustinet, sed lucrū salutis acquirit. Item Aug. Verē beatum corpus, quod nō à fide Christi tormentū immutauit sed ad requiē sanctæ religio coronauit. Secundò opinione & fama celebrē. Maximus vel secundū quosdam libros Amb. Beatū martyre laurentium grano sinapis postsumus cōparare: quia dñseris attritus passio nibus per totū orbē gratia sui meruit fragrare mysteriorij. Qui antea cōstitutus in corpore humilis, ignotus & vilis: postea quā vexatus, laceratus & exultus fuit, vniuersis per totū mundū ecclesijs odorē suę nobilitatis infudit. Idē sanctū est ac Deo placitū, ut natale sancti Laurentij præcipua deuotione veneremus: cuius radiantibus flammis victrix in hunc quoque; diē toto orbe Christi corulcat ecclesia. Itē tāta enim gloria martyre præclarus extitit in passione sua, quod mundū illuminauerit vniuersum. Tertio deuotione laudabilē. Quare aut sit laudandum & cū deuotione suscipiendus ostendit Augustinus tribus rōnibus, sic dicens. Beatū virū Laurētiū tota debem⁹ deuotione suscipere. Primò, quia preciosum sanguinē propter Deū tradidit. Deinde, quia ei prærogatiua apud Deū nostrā nō minimā cōtulit, ostēdēs qualis debet esse Christiana fides: de cuius cōfortio existere martyres meruerūt. Tertio, quod idem tante & tam sanctæ cōuersationis fuit, ut coronā martyrij tempore pacis inueniret. Quarto fecit eū imitatione insignē. Vnde Aug. Hæc toti⁹ causa passionis, propter quā morti adiectus est vir sanct⁹, ut sui similes cæteros esse hortaret. In tribus autē se nobis imitabilem exhibet. Primò in aduersorū forti p̄pensione. Vnde Aug. Ad erudiendū Dei populū nullorū est vilior forma quā martyriū. Eloquētia facilis ad exhortandum, sit rō efficax ad suadendū. Validiora tamen sunt exempla quā verba: & plus est opere docere quā vocē. In excellentissimo genere doctrinæ beatus martyr Laurētius

quā glorioſa polleat dignitate, etiā perſecutores ipſi ſciant potuerunt: quo illa mirabilis fortitudo animi non ſolū non cederet: ſed etiam alios exemplo ſuā tolerantiā roboraret. Secundū in fidei magnitudine & feruore. Maximus vel Ambroſius, dū in fide ſua perſecutoris flammas vici: oſtendit nobis per ignem fidei gehennæ incendia ſuperare, & amore Chriſti diē iudicij non timere. Tertio in ardenti deuotione. Idē vel Ambroſius. Illuminauit mundum plane Laurentius eo lumine, quo ipſe ſuccenſus eſt: & flāmis, quas ipſe pertulit omnium Chriſtianorum corda caleſcit. De his tribus etiam ſic dicit Maximus vel Ambroſius ſecundum quofdam libros. Beati Laurentij exemplo prouocamur ad martyrium, accendimur ad fidē: incalcſcimus ad deuotionem.

H Tertio fuit excellentiſſima in conſtantia ſeu fortitudine: De cuius conſtantia & fortitudine ſic dicit beatus Aug. Beatus Laurentius manſit in Chriſto vſque ad tentationem: vſque ad tyrānicam interrogationem: vſque ad accerrimam comminationem: vſque ad peremptionem. In qua longa morte: quia bene manducauerat & bene biberat, tanquam illa eſca faginatus & illo calice ebrius factus tormenta non ſenſit: non ceſſit, ſed in regnum ſucceſſit. Adeo autē fuit conſtans & firmus, quōd non ſolum tormentis, non ſuccubuit, ſed etiam ex ipſis tormentis, vt habetur ex dictis beati Maximi, factus eſt perfectior in timore, feruentior in amore & iucundior in ardore. De primo ſic dicit. Extenditur ſuper flāmarum ignitos globos: & ſapienter verſatur in latera: ſed quanto plus pœnarum patitur: tanto amplius Chriſtum dominum pertimeſcit. Quantum ad ſecundum ſic ait Maximus vel ſecundum quofdam libros Ambro. Gra num ſinapis cum atteritur, accenditur: Laurentius cū patitur, inſammatur. Idem. Nouo admirandiſſimo genere alius illum torquet: & alij ſauientes tormenta perficiunt: ſed deuotiorum Laurentium ſaluatori ſupplicia atrociora fecerunt. Quantum ad tertium ſic dicit. Cor eius tanta fide in Chriſti magnanimitate cōcaluit: vt deſpectis proprij corporis cruciatibus in ſanctiſſimo tortori ſuo & triumphans eius ignibus lætus illuderet.

I Quarto fuit excellentiſſima in mirabili pugna & modo victoriæ. Beatus nāque Laurentius ſicut ex verbis beati Maximi & Auguſtini colligitur, quinque ignes exteriores quodammodo habuit: quos tamen omnes ſuperauit fortiter & extinxit. Primus fuit ignis gehennæ. Secundus ignis materialis flammæ. Tertius carnalis concupiſcentiæ. Quartus ardentis auaritiæ. Quintus furentis inſaniæ. De extincione primi ignis ſcilicet gehennæ ſic dicit Maximus. Nunquid cedere poterat momentaneam corporis viſionem: ſed fides æternam gehennæ extinguebat ardorē. Itē tranſit per ignem momentaneum atque terrenum, ſed flammā gehennæ perpetuō exurentis euāſit. De extincione ſecundi ignis, ſ. materialis flammæ ſic ait Maximus vel Ambroſius ſecundum quofdam libros. Corporali laborabat incendio, ſed diuinus ardor materialē reſtrinxit ardorem. Item quamuis Rex improbus ligna ſubijceret, incendia maiora ſupponebat, tamen ſanctus Laurentius has flammās fidei calore accenſas non ſenſit. Item Augu. Superari cha-

ritas Chriſti flamma nō potuit: & ſenior fuit ignis, qui foris vſit, quam qui intus accēdit. De extincione tertij, ſ. carnalis concupiſcentiæ, ſic dicit Maximus. Ecce beatus Laurentius tranſijt per ignē non coaductus inhorruit: ſed illuminatus eſt. Arguit, ne arderet: & ne vreretur, vſtus eſt. De extincione quarti ignis, ſ. auaritiæ, qualiter euāuit auaritiā illorum, qui theſauros cupiebant & fruſtrata eſt ſic dicit Aug. Amatur gemina face homo cupidus pecuniæ atque veritatis inimicus, auaritia, vt rapiat aurum, impietate, vt auferat Chriſtum. Nihil obſtat, nihil proficiat humana crudelitas, ſubtrahit tormentis tuis materia mortalis: & Laurentio in cœlum abeunte tu deſicis flammis tuis. De extincione quinti ignis, ſ. furentis inſaniæ, qualiter videlicet inſania perſequentium fruſtrata eſt & annihilata, ſic dicit Maximus Superatis flammarum miniſtris omne mūdā inſaniæ reſtrinxit incendium. Ad hoc vſque diabolica proiecit intentio: vt vir fidelis ad dominum ſuum glorioſus aſcendat: & crudelitas perſequentium cum tuis ignibus perſuſa torpeat: quōd enim perſequentium inſania ignis fuerit, oſtendit, cum ait. Furor gentilis accenſus craticulam præparat ignitam, vt indignationis ſuæ flammam ignibus vindicaret. Nec mirum ſi his quinque ignes exteriores ſuperauit, quoniam ex verbis prædicti Maximi habetur tria refrigeria quæ tuis habuit, & tres ignes in corde portauit, per que omnem ignem exteriorē & refrigerio mitigauit, & maiori incendio ſuperauit. Primum nāque refrigerium fuit deſideriū regni cœleſtis. Secundum meditatio diuinæ legiſ. Tertium puritas conſcientiæ. Per hoc triplex refrigerium omnem ignem exteriorē extinguit, ſed & ſigillum reddidit. De primo refrigerio quod eſt deſideriū cœleſtis gloriæ dicit Maximus vel Ambroſius ſecundum quofdam libros. Nec enim beatus Laurentius ignium ſentire tormenta poterat, que in ſenſibus refrigerium paradisi poſidebat. Item iacet ante pedes tyranni exuſta caro, corpus exanime, nihil detrimenti tamen patitur in terris, cuius animus demoratur in cœlis. De ſancto refrigerio quod eſt meditatio legiſ diuinæ, ſic dicit Maximus vel Ambroſius. Dum Chriſti cogitat præcepta, frigidum eſt illi omne quod patitur. De tertio refrigerio quod eſt puritas conſcientiæ, ſic dicit. Ardet proſecto totis viſceribus ſerriſſimus martyr, & vritur, ſed regnū Dei pertractans refrigerio conſcientiæ victor exultat. Habuit nihilominus, vt idē Maximus oſtēdit, tres ignes interiores, per quos omnes exteriores maiori incendio ſuperauit. Primus fuit, fidei magnitudo, ſecundus ardens dilectio, tertius vera Dei cognitio, quæ ipſum irradiauit tanquā ignis. De primo igne ſic dicit idē Maximus vel Ambroſius. Inquātū in illo fidei ardor feruet, in tantū ſupplicij flamma frigefcit. Item eſt ſaluatoris ignem feruorem fidei legimus in euangelio. Ignē veni mittere in terrā. Hoc igitur igne beatus Laurentius accenſus flamarum nō ſenſit incendium. De ſecundo igne ſic ait idē Maximus vel Ambr. Ardebat extrinſecus martyr Laurentius tyranni ſauitatis incendijs, ſed maior illi: intrinſecus Chriſti amoris flamma torrebat. De tertio igne ſic dicit. Fortiſſimū martyre tā uſiſſima per ſecutoris flamma ſuperare nō potuit, quia longē ardentius veritatis radijs mens eius accēſa ſeruebat. Item. Odi-

perfidia.

perfidia & amore veritatis accēſus appoſitū ſibi extrinſecus flammā aut non ſenſit aut vincit. Habet autē inter cæteros martyres. b. Laurentius tria priuilegia quantum ad officium. Primū eſt in vigilia. Solus enim inter martyres vigilia habet. Sed vigilia ſanctorū propter multas deordinationes hodie in ieiunia mutata eſt. Mos enim fuit olim, vt refert Ioannes Beletch, vt in feſtiuitatibus ſanctorum homines cum vxoribus & filiabus ad eccleſiam venirent, & ibi cum luminarijs pernoctarent. Sed quia multa adulteria in his vigilijs fiebant, ſtaturum fuit, vt vigilia in ieiunia conuerterentur. Nomen tamen antiquum eſt retentum: quia non ieiunia, ſed vigiliae adhuc appellantur. Secundum eſt in octaua. Ipſe namque ſolus cū Stephano habet octauam inter martyres, ſicut Martyris inter conſeſſores. Tertium eſt in reſreſſionib⁹ antiphonarum quod ſolus ipſe & Paulus habet. Sed Paulus propter excellentiā prædicationis: iſte propter excellentiam paſſionis.

De ſancto Ipolito.

IPOLITVS dicitur ab iper, quod eſt ſupra: & litos, q̄ eſt lapis quaſi ſupra lapidē. id eſt Chriſtum fundatus. Vel ab in & polis, quod eſt ciuitas. Vel ipolitus quaſi valde politus, fuit enim ſuper lapidem Chriſtū bene fundatus per conſtantiam & firmitatē. Fuit in ciuitate ſuperna per deſiderium & audiatem. Fuit bene politus per tormentorum acerbitatē.

LEGENDA CXXII. A

IPOLITVS poſtquā corpus beati Laurentij ſepeliuit venit in domū ſuam: & dans pacem ſuis ſeruis & ancillis omnes de ſacramento altaris, quod Iuſtinus præſbyter artulerat, cōmunicauerunt. Et appoſita menſa priuſquā cibum ſumeret, venientes milites eum rapuerunt: & ad Cæſarem deduxerunt. Quē videns Decius Cæſar ſubridens dixit ei. Nunquid & tu magnus effectus es, qui corpus Laurentij abſtulisti? Cui Ipolitus. Hoc feci nō quaſi magnus, ſed quaſi Chriſtianus. Tunc Decius furore repletus præcepit, vt habitu quo vt Chriſtianus vtēbatur, expoliaretur: & os eius lapidibus tonderetur. Cui ipolitus. Non me expoliasti: ſed magis veſtiſti. Cui decius. Quomodo inſpiciens effectus es, vt nuditate tuā nō erubescas? Nūc ergo ſacrifica. & viues: ne cū Laurentio pereas. Cui Ipolitus. Exemplū merear fieri beati Laurentij, quē tu ore polluto auſus es nominare. Tūc Decius fecit eū ſuſtibus cedi, & pectinib⁹ ferreis laniari. Ille autē ſe Chriſtiani eſſe voce clara cōfitebatur. Et cū tormenta huiusmodi derideret. Veſte militaria qua antea vtēbatur, eū veſtiri fecit: hortās vt amicitia & militia priſtinā retineret. Cui Ipolitus cū diceret ſe Chriſto militare, Decius ira repletus Valeriano præfecto eū tradidit: vt omnes facultates eius acciperet, & diris tormentis eū interficeret. Inuenito quoque quōd eius familia Chriſtiana eſſet, adducti ſunt omnes ante cōſpectum eius. Qui cū ad ſacrificia cogerebantur: cōcordia nutrix Ipoliti pro omnibus reſpondit. Nos cū domino noſtro volumus mori potius pudicē quā impudicē viuere.

Cui Valerianus. Genus ſeruorū non niſi cū ſupplicijs emēdatur. Tūc præſente Ipolito & gaudente iulſit eā tandiū plūbati cædi, quouſque emiſit ſpiritu. Dixit que Ipolitus. Gratiās tibi ago domine: quia nutricem meā ante cōſpectū ſanctorū tuorū præmiſiſti. Deinde extra portā tiburrinam Valerianus Ipolitum cum familia ſua duci fecit. Ipolitus autē omnes confortans dixit. Fratres nolite metuere, quia ego & vos vnū Deū habemus Iuſſitque Valerianus vt in cōſpectu Ipoliti omnibus capita amputarentur. Ipoliti vero pedes ad colla indomitorum equorum fecit ligari, & per carduos & tribulos trahi, tandiū, donec ſpiritum exhalaret, circa annos domini. cclvj. Eorum corpora Iuſtinus præſbyter rapuit, & iuxta corpus ſancti Laurentij ſepeliuit. Corpus vero ſanctæ concordia inuenire non potuit: quia fuerat in cloacam proiectum. Miles autem quidam nomine Porphirius credens beatam Concordiam aurum et gemmas in veſtimentiſ habere, ad quēdam cloaciarū nomine Ireneū, qui erat occulte Chriſtianus acceſſit, & dixit, Secretum cuſtodi. & extrahe Concordiam, quia ſpero quōd aurum aut gemmas in veſtibus ſuis habet. Cui ille. Oſtende mihi locum, & ſecretum habeo, & quicquid inuenero nunciabo. Cum ergo corpus extraxerit, ſuſcepit, & nihil inueniſſent, miles ille protinus fugit. Et Ireneus vocato quodam Chriſtiano nomine Abundo, corpus ad ſanctum Iuſtinum delatit. Quod ille deuotē ſuſcipiens iuxta corpus. ſ. Ipoliti & aliorum ſepeliuit. Quod Valerianus audiēs Ireneum & Abundum tenuit, & ambos in cloacam viuos miſit, quorum corpora Iuſtinus rapuit, & cum alijs ſepeliuit.

B Poſt hoc Decius cum Valeriano in cūrrum aſcendit aureum, & pergunt ad amphiteatrum vt erucient Chriſtianos, Arreptus igitur decius à dæmonio clamabat. O Ipolite carthenis aſperis vincum me tene. Valerianus ſimiliter clamabat. O Laurenti igneſ cathenis me ligatum trahis Et eadem hora Valerianus expirauit. Decius autem domum reuerſus triduo à dæmonia vexatus clamabat. Adiuro te Laurenti, modicum ceſſa à tormentis. Et ſic miſerabiliter mortuus eſt. Quod vxor eius Triphonia crudelis vidēs dimiſiſ omnibus ad ſanctū Iuſtinum cum filia ſua Cirilla acceſſit, & ab eo cū multis alijs baptizari ſe fecit. Alia vero die cum oraret Triphonia emiſit ſpiritu. Cuius corpus Iuſtinus præſbyter iuxta corpus. ſ. Ipoliti ſepeliuit. Audiētes vero. xlvij. milites quōd regina & eius filia Chriſtiana effecte eſſent, venerūt ſcum vxoribus ſuis ad Iuſtinum præſbyterū, vt baptiſma ſuſciperēt. Quos omnes Dionyſius, qui ſancto ſixto ſucceſſerat, baptizauit. Claudius autē Imperator Cirillā cū ſacrificare noller, iugulari fecit: & cæteros milites decollari: quorū corpora in agro Verano cū cæteris ſepeliuntur. Et aduertendum q̄ expreſſe habetur hic, q̄ illi Decio, qui Laurentium & Ipolitum martyrizauit, ſucceſſit Claudius. Claudius autē nō ſucceſſit Decio Imperatori: imō Decio ſucceſſit ſecundū chronica Voluſianus. Voluſiano Galenus: Galeno Claudius. Oportet ergo dicere vt videtur, q̄ aut Galenus fuerit Vinoceti, & q̄ dicitur ſit Galenus & Decius: ſicut dicit Binoceti⁹ in chronica ſua, & Godofridus in lib. ſuo. Aut q̄ Galenus ſui adiutorii quēdā nomine Decii fecerit Cæſarē, nō tamē Imperatorem ſicut dicit Richardus in chronica

fua: De hoc martyre sic dicit Amb. in perfatione. Beatus martyr Ipolitus Christum verum ducem considerans miles eius esse maluit, quā dux militum cōprobari. Beatūque Laurentiū suę custodię mācipatū nō perfercurus est: sed subsecutus. Qui cū thesauros ecclesię disceuteret: inuenit thesaurum, quem non tyrannus eriperet: sed quem pietas possideret. Inuenit thesaurū vnde verā diuitias peterentur: spreuit fauore tyranni, vt cum regis perpetui gratia comprobaretur: membrīs diuidi non refugit, ne nexibus diuelleretur æternis. Bubulcus quidam nomine Petrus cū in festo Marię magdalenę plaustrum iunxisset, & boues sequens ipsos maledictis vrgeret: protinus boues & aratrum à flumine assumuntur: & ipse Petrus, qui hoc imprecatus fuerat supplicio atrociori torquebatur. Nā ignis eum arripuit adeo quōd carnis & neruis tibię & cruris consumptis ossa pateret: & ipsa tandem tibia sua compage penitus solueretur. Tunc ille ad quandam ecclesiā beatę Marię virginis accedens: tibiā ipsam in quodam foramine ipsius ecclesię abscondit: & beatam virginem lachrymis & precibus pro sua liberatione rogauit. Et ecce nocte quadā. b. virgo cum beato Ipolito ei in visione affuit, & eidem Ipolito vt Petrum pristinę sanitati restitueret, imperauit: statim que sanctus Ipolitus tibiā de foramine accipiens loco suo quasi fulcrum arbori in momento inseruit: in qua incisione tantos dolores sensit: vt suis clamoribus totam familiam excitaret. Qui surgentes & lumen accendentes Petrū duo crura & duas tibiās habere conspiciunt. Sed se deludi putātes ipsū iterum atque iterum contrectabant, & mēbra vera ipsū habere conspiciabant. Qui vix eum excitantes, vnde hoc sibi acciderit, sciscitantur. Sed ille eos ludere existimans, tandem victus rem vidit & extupuit. Sed tamē coxa noua mollior quam verusta ad sustinentiā corporis nō poterat exequari. Vnde ad publicationē miraculi per annum claudicauit. Et tunc iterum beata virgo eidē apparēs sancto Ipolito dixit: vt quicquid curationi desisset, supplere deberent. Euigilans igitur & se plene sanātū inueniens, reclusorium introiuit. Cui diabolus in specie nude mulieris frequentissime apparebat: & nudam ei ingerens quanto ille fortius resistebat: tanto illa impudentius incumbat. Cum ergo illa eum plarium vexaret: tandem ille stollam sacerdotalem accipiens, collū ei⁹ cinxit: & mox diabolo recedēte cadauer putridū ibidē remāsit. Tārusque fetor inde exhalauit: vt nullus qui hoc vidit, ambigeret: quin corpus aliuicis mulieris mortuę fuisset: & quod diabolus assumpsisset.

De assumptione beate, Marię virginis.

LEGENDA CXIII. A



ASSUMPTIO beate Marię virginis qualiter facta sit, ex quodam libello apocripho, qui Ioāni euāgeliste scribitur, edocetur. Apostolus nāque ob predicationis gratiā diuersas mundi subeūtibus regiones, virgo beata in domo iuxta montem sion posita dicitur remāsisse, omniāque loca filij sui. s. locū baptismiti: ieiunij: orationis: passionis: sepulture: & resurrectionis

& ascensionis quandiu vixit, deuoti one sedula vitauit. Et secundum quod ait Epiphanius. xxiij. annis post ascensionem filij sui superuixit. Refert ergo quod beata virgo, quando Christum concepit. erat ætatis xxiij. & in. xv. ipsum peperit: & vixit cum eo annis. xxxij. & post mortem Christi superuixit. xxiij. annis. Et secundum hoc quando obiit erat ætatis. lxxij. Probabilius tamen videtur quod alibi legitur. vt. xij. annis filio superuixerit, & sic sexagenaria sit assumpta: cum apostoli totidem annis predicauerint in Iudęa, & circa partes illas sicut ecclesiastica tradit historia. Die igitur quadam dum in filij desiderii cor virginis vehemēter accēderetur: est uans animus cōmouebatur: & in exteriorem lachrymarum abundantiam excitatur. Cūque ad tempus subtracta filij equanimiter non ferret subtracta solatia: ecce angelus cum multo lumine eidem affuit: & reuerenter, vt pote sui domini matrem, salutauit. Aue inquit benedicta maria suscipiens benedictionem illius qui mandauit salutem Iacob. Ecce autem ramū palmę de paradiso ad te dominam attuli, quem ante feretrum portare iubeas, cū die tertia de corpore assumeris. Nam filius tuus te matrē reuerendam expectat. Cui maria respondit. si inueni gratiam in oculis tuis: obsecro vt nomen tuum mihi reuelare digneris. Sed hoc peto instārius, vt filij et fratres mei apostoli ad me pariter cōgrediantur: vt eos antequam moriar corporalibus oculis videam: & ab eis sepeliri valeam: & ipsis presentibus spiritum Deo reddam. Hoc iterum peto & obsecro vt anima mea de corpore exiens nullum spiritum terribilium videat: nullaque mihi Sathane potestas occurrat. Cui angelus. Cur scire desideras dñā meā nomen meū quod admirabile est et magnum. Ecce autem omnes ad te hodie cōgregabuntur apostoli: qui nobiles tibi exhibebūt exequias funeris, & in eorum conspectu spiritum exhalabis. Nam qui olim prophetam de Iudęa in Babylonē in crine attulit subito: ipse proculdubio ad te apostolos adducere poterit in momento. Malignum autem spiritum videre cur metuis: cum caput eius omnino: contriueris, & spoliaueris ipsum suę potestatis imperio, fiat tamen voluntas tua, vt ipsos non videas. His dictis angelus cum multo lumine celos ascendit. Palma autem illa nimia claritate splendebat, & erat quidem virge viriditate cōsimilis, sed folia ipsius vt stel la matutina fulgebant. Factum est autem dum Ioannes in Epheso predicaret, celum repente intonuit, & nubes candida ipsū sustulit, ac raptum ante Marię ianuas collocauit. Percutientque ostium interius introiuit, & reuerēter virgo virginem salutauit. Quem felix Maria conspiciens vehemēter obstupuit, & pro gaudio lachrymas continere nequit, Dixitque. Filij Ioannes memor esto verborum magistrī tui: quibus me tibi matrem, & te mihi in filium commendauit. Ecce à domino euocata debitum humanę conditionis exsoluo, ac corpus meum tibi cura sollicita commendo. Audiui enim Iudęos misse concilium dicentes. Expectemus viri fratres quoad usque illa que Iesum portauit, subeat mortem, & corpus eius cōtinuō rapiemus, ac iniectum ignibus cōburemus. Tu igitur hanc palmam deserri facies ante feretrum, cum corpus meum duxeritis ad sepulcrū. Dixitque Ioannes. O vtiā hic essent omnes apostoli fratres mei: vt decenter tibi par-

tere possemus exequias, ac soluere laudes dignas. Hęc illo dicente omnes apostoli de locis in quibus predicabant, à nubibus rapiuntur, & ante Marię ostiū collocantur. Qui videntes se ibidē insimul congregatos, mirabantur dicentes. Quem causa est propter quam nos hic dominus insimul congregauit. Ioannes igitur ad eos exiit: & dominam de corpore recessurā predixit. Et addidit dicens. Videte fratres ne cū obierit aliquis eā desinat: ne hoc videns populus conturbetur & dicat. Ecce quomodo isti timent mortē, qui tamen alijs predicant resurrectionem. B. Dionysius Pauli apostoli discipulus in libro de diuinis nominibus, hoc idē asserit. Apostolos scilicet in dormitione virginis conuenisse: & se similitur interfuisse: ac vnunquemque in laudem Christi & virginis sermonem fecisse. Ait enim sic loquens ad Thimotheum. Nos vt nostri & ipse & multi sanctorum nostrorū fratrum conuenimus ad visionem corporis vitę principis & quod Deum suscepit. Aderat autem & frater domini Iacobus & Petrus summa pro uertissima theologorum summitas Paulus. Postea visum est post visionem, vt vniversę hierarchię laudaret sicut vnusquisque erat sufficiens infinite virtutis bonitate teatrica infirmitatis. Hęc Dionysius. Cū autem beata Maria omnes apostolos congregatos vidisset, dominum benedixit: & in medio eorum lampadibus ardentibus & lucernis consedit. Circa vero horam noctis tertię Iesus aduenit cum angelorū ordinibus patriarcharū cœtibus, martyrum & gminibus: confessorum acie, virginūque choris: & ante thorū virginis acies ordinantur: & dulcia cantica frequentantur. Quales autem exequiæ ibidem celebratę sunt, ex prædicto libello qui Ioanni ascribitur, edocetur. Nam prior ipse Iesus inchoauit & dixit. Veni electa mea, & ponam in te thronum meum: quia concupiui speciem tuam. Et illa. Paratum cor meum domine, paratum cor meum. Tunc omnes qui cum Iesu venerant, dulciter intonaue runt dicentes. Hęc est que nesciuit thorū in delictijs: habebit fructum in refectione animarum sanctorum. Ipsa autem de semel ipsa cecinit dicens. Beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens est: & sanctum nomen eius. Tunc cantor cantorū omnibus intonauit excelentius. Veni de libano spōsa veni coronaberis. Et illa. Ecce venio: quia in capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam Deus: quia exultauit spiritus meus in te salutari meo. Sicque Maria anima de corpore egreditur: & in vlnas filij aduolauit. Fuitque tam à dolore carnis extranea, quam à corruptione extiterat aliena. Dixitque apostolis dominus corpus virginis matris in vallem Iosaphat deserte, & in monumento nouo quod ibidem inuenietis, illud recondite, & me ibidem triduo donec ad vos reddeam expectate. Statimque circundederunt eam flores rosarum. cœtus martyrum & lilia couallium agmina. s. angelorum confessorum & virginum. Post eam apostoli clamitant dicentes. Virgo prudentissima quo progredieris? Esto nostri memor o domina. Tunc ad concentum ascendit cœtus, qui remanserant, admirati concitē obuiam processerunt. Videntesque regem suum feminę animam in vlnis proprijs baiulantem illamque innixam super illum obstupescit clamare cœperunt dicentes. Quę est ista quę ascendit de deserto delictijs affluens innixa super dile-

ctum suum. Quibus concomitantes dixerunt. Ista est speciosa inter filias Ierusalem. Sicut vidistis eam plenā charitate & dilectione, sicque in cœlum gaudens suscipitur, & à dextris filij in throno glorię collocatur. Apostoli autem viderunt eius animam tanti esse candoris, vt nulla mortalium lingua possit effari. C. Tres autem virgines quę ibidem erant, cū corpus eius lauandi gratia expoliassent, tanta statim corpus eius claritate resplenduit, vt tangi quidem ad laudandum posset, videri autem non posset. Tandiu autem lux illa ibidem resplenduit, donec corpus à virginibus locum fuit. Apostoli autem corpus eius reuerenter cœperunt, & super feretrum posuerunt. Dixitque Ioannes Petro. Hanc palmam ante feretrum Petre portabis, quia dominus nobis te pretulit, & suarum ouium pastorem & principem ordinauit. Cui Petrus. Hanc potius portare te conuenit: quia virgo à domino es electus, & dignum est vt palmam virginis virgo ferat. Tu super pectus domini recumbere meruisti & exinde sapientię ac gratię plus cæteris fluentia potasti. Et iustum videtur vt quia filio recepisti plus nueris, impendas virgini plus honoris. Tu igitur portare debes hanc palmam luminis ad exequias sanctitatis, qui potatus es poculo lucis de fonte perpetuę claritatis. Ego autem portabo cum feretro sanctū corpus. Cæteri autem apostoli fratres nostri circundentes feretrum referant laudes Deo. Paulus autem dixit ei. Et ego qui minimus omnium vestrum sum portabo tecum. Eleuantes itaque Petrus & Paulus feretrum Petrus incepit cantare ac dicere. Exiit Israel de Egypto all. Cæteri autem apostoli cantum dupliciter prosequuntur. Dominus autem feretrum & apostolos nube prorexit: ita quod ipsi non videbantur, sed tantū eorū vox audiebatur. Affuerunt & angeli cum apostolis concinentes: & totam terram sonitu mire suauitatis replentes. Excitauit omnes ad tam dulcem sonum & melodiam de cuius late velocius exeunt, & quidam hoc sit diligenter sciscitantur. Tunc extitit qui diceret. Mariam illam discipuli Iesu efferunt mortuam, circa istam hanc quam auditis concinunt melodiam. Tunc ad arma omnes cucurrerunt, & se mutuo hortabantur, dicentes. Venite omnes discipulos occidamus, ac corpus illud quod seductorem illum portauit, ignibus comburamus. Princeps autem sacerdotum hoc videns obstupuit: & ira repletus ait. Ecce tabernaculum illius, qui nos & genus nostrum conturbauit, qualem gloriam nunc accepit. Et hoc dicens manus ad feretrum misit, volens illud euertere ac ad terram deducere. Tunc manus eius subito ambe aruerunt, & loculo adhaerunt, ita vt ad loculum manus penderet, & nimio cruciatu vexatus, lamentabiliter eiularet. Reliquus autem populus ab angelis qui erant in nubibus, cœcitatur percussus est. Princeps autem sacerdotum clamabat dicens. Sancte Petre in hac tribulatione me non despicias, sed pro me obsecro ad dominum preces fundas. Memor enim debes esse qualiter aliquando tibi affuit, & qualiter te accusante apicilla ostiaria excusauit. Cui Petrus. In obsequijs domine nostrę nunc impediti sumus, & orationi tuę intendere non valemus. Veruntamen si in dominum nostrum Iesum Christum & in hanc que ipsum genuit & portauit, credideris, spero

quod continuò sanitatis beneficio poteris. Qui respondit. Credo dominum Iesum Christum verum esse filium Dei, & hanc sacratissimam matrem eius statimque a feretro manus eius soluta sunt sed tñ in brachijs adhuc ariditas remāsit, & dolor vehemens non recesserat. Dixitque ei Petrus. Osculare feretrum & dic. Credo in Deum Iesum Christum, quē ista in vtero portauit, & post partum virgo permansit. Quod cū fecisset, cōtinuo pristina est redditus sanitas. Dixitque ei Petrus, Accipe hanc palmam de manu fratris nostri Ioannis, & pone eam super populum excecaturum, & quicumque credere voluerit recipiet visum, qui autem credere noluerit, videre non poterit in aeternum. Mariam autē portantes apostoli in monumento posuerunt, & iuxta illud vt dominus iusserat, confederunt. Tertia autem die veniens Iesus cum multitudine angelorum, ipsos salutauit dicens Pax vobis. Qui responderunt. Gloria tibi Deus qui facis mirabilia magna solus. Et dixit apostolis dominus. Quid gratiæ & honoris videtur vobis vt me nūc cōserā genitrici. Et illi iustum videtur Domine seruis tuis, vt sicut tu deuicta morte regnas in secula: sic tuæ resuscites matris corpusculum & a dextris tuis colloces in aeternum. Quo anuente Michael angelus continuò affuit, & Mariæ animam coram domino presentauit. Tunc saluator locutus est dicens. Surge proxima mea, columba mea, tabernaculum gloriæ, vasculum vite, templum celeste: vt sicut per coitum labem non sensisti criminis, sic in sepulcro solutionem corporis minime patiaris. Statimque anima ad Mariæ accessit corpusculum, & de tumulo prodijt gloriosum, sicquæ ad æthereum assumitur thalamum comitante secum multitudine angelorum. Thomas autem cum abesset, & rediens credere recusaret subito zonā que corpus eius precinctū fuerat: ab aere recepit illesam, vt vel sic intelligeret quod totaliter fuisset assumpta.

D. Hoc autem totum quod prædictum est, videtur esse illud apocriphum, de quo Hieronimus in epistola siue sermone ad Paulam & Eustochium sic ait. Ille sane libellus vere apocriphus est censendus, nisi quo ad aliqua fide digna quæ videntur à sanctis approbata, qui sunt nouem scilicet quod promissa sit & exhibita virgini omnimoda consolatio, apostolorum omnium congregatio: sine dolore consummatio: sepultura in valle Iosaphat preloreatio, exequalis deuotio: Christi & totius curiæ celestis obuiatio: Iudeorū persecutio, miraculorum in omni causa decante coruscatio, in anima simul & corpore assumptio. Porro alia multa sunt ibi posita potius ad simulationem quam ad veritatem vt quod Thomas non affuerit, & veniens dubitauerit, & his similia quæ per se patent, que sunt relinquenda potius quam asserenda. Vestimēta autem ipsius ad consolationem fidelium dicuntur in tumulo remansisse. Vnde & de quadam parte ipsarum vestium tale miraculum contigisse narratur. Cū dux Normannorum urbem Carnotensium obsideret: episcopus illius vrbs tunicam beatæ Mariæ quæ ibidem seruabatur, more vexilli hasta imposuit & subsequente populo securus ad hostes exiuit, statimque omnis hostilis exercitus amentia & cecitate percussus est: stabatque totus corde tremulus & totus animo stupefactus. Quod illi de ciuitate videntes, diuino

iudicio superaddit: & atrociter hostes cadunt. Quod beatæ Mariæ plurimum displicuisse probatur, ex eo quod protinus tunica illa disparuit, & visum continuo hostis recepit. In reuelationibus sanctæ Elizabeth legitur, quod dum ipsa Elizabeth quedam vice in spiritu rapta esset, vidit in loco valde remoto quoddam sepulcrum multo lumine circumfusum: & quasi speciem mulieris in eo, & circumstabat multitudine angelorum, & post pusillum de sepulcro crepta est & in sublime cum illa astantium multitudine eleuata.

¶ Et ecce in eius occursum vir quidam de collis admirabilis & gloriosus aduenit portans in dextra crucis vexillum cum eo infinita milia angelorum, sicque eam alacriter suscipientes cū magno concentu eam in celos deducerunt. Post modicum vero temporis Elizabeth angelum cum quo sepe loquebatur, de predicta visione interrogauit. Qui respondens ait. Ostensum est tibi in hac visione, quomodo tam in carne quam in spiritu domina nostra in celum assumpta est. Dixit autem in eisdem reuelationibus sibi reuelatū esse: quod post .xl. dies sui transitus in corpore sit assumpta. Nam beatam Mariam secum colloquens ait, Post ascensionem domini anno integro & tot diebus quot sunt à die ascensionis vsque ad diem meæ assumptionis superuixi. Omnes autem apostoli domitioni meæ interfuerunt, et corpus meum reuerenter sepulture dederunt. Sed quadregesima die postmodum resurrexi. Cum autem Elizabeth eam interrogasset, vtrum hoc manifestare vel celare deberet dixit, nec carnalibus & incredulis reculanda, nec deuotis & fidelibus abscondenda.

E. Notandum est ergo quod gloriosa virgo Maria assumpta & exaltata est integraliter, honorabiliter, lætanter & excellēter. Assumpta est enim integra in anima & corpore, sicut piè credit ecclesia. Quod quidem multi sanctorum non solū asserunt: sed etiam hoc probare apertis rationibus moluntur. Bernardi enim ratio est. Quoniam sanctorum corpora Deus preciosa sublimat, vt puta Petri & Iacobi tam gloriose venerabilia reddidit & honore tam mirifico sublimauit, vt & ipsis deputetur locus eorum venerationi congruus, & ad ipsa mundus properet & ueneris. Si igitur Mariæ corpus super terram esse dicatur, & nec tamen deuota frequenter visitatione fidelium nec eisdem locus deputetur honoris, nimirum videbitur Christus honorem materni corporis contempnisse cum tamen super terram aliorum sanctorum corpora sic honorant. Hieronimus etiam dicit quod .xviii. Kalen. septembris Maria ad celos ascendit. Quod uero dicit de Mariæ corporali assumptione ecclesia potius elegit piè dubitare quam aliquid temerè dissimulare. In sequentibus credendum esse sic probat. Si non desunt qui dicunt in his, qui cum Christo resurrexerunt, perpetuam resurrectionem iam esse completam: & nonnulli heredant custodem virginis Ioannem etiam glorificata carne gaudere cum Christo, cur id non magis est credendum de matre saluatoris? Qui enim dixit honora patrem & matrem, & non ueni soluere legem sed adimplere, profecto matrem suam super omnes honorauit. Nec nos de beata Maria modo factū ambigimus. Aug. autē nō solum hoc affirmat sed etiam

etiam tribus rationibus hoc probat. Et prima quidem est carnis Christi & virginis unitas. Ait enim sic. Putredo namque & uermis humanæ est opprobrii conditio: à quo opprobrium cum Iesus alienus sit Mariæ natura excipitur, quam Iesus de ea assumpsisse probatur. Secunda ratio est corporis eius dignitas. Vnde ait. Thronum Dei: thalamum domini: tabernaculum Christi dignum est ibi esse, ubi est ipse. Tā preciosum thesaurum dignius est celo seruari quam terra. Tertia est uirginitas, carnis perfecta integritas. Ait enim sic. Lætare Maria lætitia inenarrabili corpore & anima in proprio filio cum proprio filio per proprium filium. Nec sequi decet corruptionis erumnā, quam nullā secuta est tantū filium pariendo integritatis corruptio: vt sit super incorrupta: quam tāta perfudit gratia: sit integrè uiuens quæ omnium integrè perfectāque genuit vitam: sit cum illo quam in suo genitri uero: sit apud illum illa quæ genuit, fouit & aluit illum Maria Dei genitrix: Dei ministris & seruiturix. De qua quia aliter sentire non audeo: aliud dicere nō presumo. Ad hoc facti quod ille egregius uersificator ait. Scandit ad æthera uirgo puerpera uirgula iesse. Non sine corpore: sed sine tempore tendit ad esse. Secundo lætante. De hoc dicit Girardus episcopus & martyr in suis homilijs. Hodie uirginē beatam celi suscepunt lætante angeli gaudentes: archægelis principibus armonizans: potestates citharizando cherubin & seraphim hymnizando atque ad supernū diuinæ maiestatis tribunal duceado.

F. Tertiò honorabiliter: quia ipse Iesus & totus militiæ celestis exercitus eidē obuiam uenit vnde Hier. Quis illud cogitare sufficiat! quam gloriosa hodie regina mundi processit, quanto deuotionis affectu tota in eius occursum celestem legionum prodierit: multitudo, quantis ad thronum canticis sit deducta: quam placido vultu, quam serena facie, quam diuinis amplexibus à filio sit suscepta, & super omnē creaturam exaltata. Idem. Hodierna die credendū est militiam celorum festiue genitrici Dei obuiam aduenisse eamque ingenti lumine circumfusisse, & vsque ad Dei thronum cum laudibus & canticis spiritualibus perduxisse, celestem quoque militiam Hierusalē tunc ineffabili læticia exultasse, & iucundam tā ineffabili charitate & omni gratulatione iubilasse: quoniam huiusmodi facta est continua. Creditur quoque quod ipse saluator per se totus festiuius occurrerit, & cum gaudio eam secum in throno collocauerit, alias quoque non impleisset, quod in lege ipse mādauit. Honora patrem tuam & matrem tuam. hæc Hiero. Quarto excellēter. Hiero. Hæc est dies in qua vsque ad throni celsitudinem intemerata mater & uirgo processit atque in regni solio sublimata post Christum gloriosam refedit. Qualiter autem in celesti gloria sublimata & honorificata, sit, ostendit beatus Gerardus in suis homilijs dicens. Solus dominus Iesus Christus potest hanc magnificare quemadmodum fecit, vt ab ipsa maiestate laudem continue accipiat, & honorē angelicis stipata choris, archægelicis vallata turmis, thronorū hinc inde possessa iubilationibus, dominationum circumscripta tripudij, principatum circumsepta oble-

quijs, potestatum amplexata plausibus, uirtutum girata honoribus, cherubin circumstantiata hymnificationibus, seraphim uindicata possessa ineffabilibus cantationibus, ipsa quoque ineffabilissima trinitas perenni tripudio sibi applaudit, atque sua gratia in ea tota redundante omnes eisdem attendere facit. Apostolorum splendidi: simus ordo ineffabili laude eam extollit. Martyrum multitudo omnimodè supplicat tantæ dominæ. Confessorum exercitus innumerabilis cōtinuum sibi personat cantum. Virginum candidissima concio iugem choream ad suam celebrat gloriā. Inuite etiam inferni sibi ululat & procastissimi demones conclamant. Quidam clericus uirgini Mariæ deuotus contra dolorem quinquē uulnerum Christi eam quotidie per hæc uerba quasi consolari studebat, di. Gaude Dei genitrix uirgo in maculata: gaude quæ ab angelo gaudium suscepisti: gaude que genuisti aeterni luminis claritatem: gaude sancta Dei genitrix uirgo. Tu sola mater inuicta, te laudat omnis creatura, & factura genitrix lucis, sis pro nobis quesumus perpetua interuentrix. Hic cum nimio languore correptus ad extrema uenisset pauore perturbari cœpit. Cui uirgo apprensus dixit. Cur fili tanto timore trepidans, qui toties mihi gaudium nunciasti: gaude etiam tu, & vt æternaliter gaudeas ueni mecum.

G. Miles quidam potens valde & diues dum omnia bona sua indiscreta liberalitate dispergeret, ad tātam deuenit inopiam: vt qui consueuerat magna tribuere, iam inciperet minimis indigere. Hæbat autē quandam uxorem pudicissimam, & beatæ mariæ ualde deuotam. Appropinquante autem quadam solennitate in qua prædictus miles multa donaria consueuerat largiri: cum tāque tribueret: non haberet & nimia confusione & uerecundia ductus, quouique prædicta transisset solennitas, desertum locum mœroris amicum experijt: vt fortunæ suæ incommoda plangeret: & uerecundiam euitaret. Et ecce subito quidam equus ualde terribilis terribiliorem habens fessorem ad eum accessit. Cuius fessor eū alloquitur, & causam tantæ tristitiæ sciscitatur. Cui cum omnia que sibi contingerat per ordinem enarrasset: ille ait. Si mihi in modico obtemperare uolueris, magis quam antea gloria & diuitijs abundabis. Sponder ille principi tenebrarum se quicquid iusserit libenter facturum, dummodo ipse sibi impleat, quæ promittit. Et ille. Ecce pergens in domum tuam in tali loco requiras: & ibidem tot auri & argenti pondera, tot lapides preciosos inuenies. Mihi autem hoc facias: vt tali die uxorem tuam huc ad me adducas. Sub tali promissione miles ad domum reuertitur & in loco de quo sibi dixerat quarens omnia reperit, quæ perdidit. Quæ inueniens mox emit palatia largitur dona: redimit fessos: cōparat seruos. Appropinquante uero die statuta uxorem suam uocauit, & dixit. Equū cōscendit: quia aliquo longius mecum peregere uo oportet. At illa tremens ac pauens & uiri imperio contradicente non presumens beatæ Mariæ deuotè commendauit: & post uirum abire cœpit. Cū autē longius processissent: & in uia quadā ecclesiā inuenissent, illa de equo descendens ecclesiā intrauit, uirō extertius expectante. Dum uero beatæ Mariæ & uirgo gloriosa prædictæ matronæ in habitu & qualitate

per omnia similis de altari processit, & foras exiens equum conscendit, matrona illa in ecclesia dormiente & remanente. Vir autē suā esse vxorē arbitrans profectus est. Cū autē ad locū statutū venisset, ecce princeps tenebrarum cum nimio imperu veniebat, & ad locum festinabat. Et cum appropinquasset statim ille infremuit, & tremēs ac pauens accedere non præsumpsit. Dixitq; militi. Infidelissime hominum cur me totaliter illustrasti, & pro tantis beneficijs mihi talia contulisti, Ego enim tibi dixeram, vt ad me deduces tuam coniugem, & tu adduxisti domini genitricem. Volebam vxorem tuam: & tu adduxisti mihi Mariā. Nam cū vxor tua mihi multas inferat iniurias de ea volebā expetere vltionem: & tu ad me istam adduxisti, vt me torqueat, & ad infernum mittat. Audiens hoc vir vehementer stupebat: & præt timore & admiratione nimia loqui non poterat. Beata autem Maria dixit. Quā temeritate nequam spiritus deuorā meē nocere præsumpsisti. Non hoc tibi impune cædet. Et nunc te hac plector sententia, vt in infernum descendas: & alicui me cum deuotione inuocanti nocere de cæterō non præsumas. Ille autem cum multo eiularu recessit. Et vir de equo exiliēs se ad eius pedes prosternuit. Quem virgo increpans ad suam vxorem quæ adhuc in ecclesia dormiuit, iubet redire, & omnes diuitias dæmonis abijcere. Rediens igitur cum adhuc vxorem suam dormientem inueniret, eam excitauit: & sibi quæ acciderant, enarrauit. Cum autem domum redissent, & omnes dæmonis diuitias abiecissent, in laude virginis deuotissimē permanerunt, & multas postmodum diuitias ipsa largiente virgine receperunt.

H Ad iudicium Dei quidam in visione rapitur, qui peccatorum sarcina grauabatur. Et ecce Sathan affuit, & dixit. Nihil in huius anima habetis proprij: sed inci potius extat dominij. Habeo enim inde publicum instrumentum. Cui dixit dominus. Vbi est tuū instrumentum? Et ille. Instrumentum habeo, quod ore proprio ipse distasti: & perpetuo duraturum sanxisti. Dixisti enim. Quacumque hora comederitis mortem moriemini. Cū igitur iste sit de progenie illorū, qui cibum vetitum comederunt, iure instrumenti publici mecum in iudicio debet mori. Dixit autem dominus permittit tibi o homo pro te loqui. Ille autē obmutuit. Dixit iterum dæmon. Mea est iterum præscriptione, quia eum iam triginta annis possedit: & mihi tanquam seruus proprius obediuit. Et ille adhuc obmutuit. Dæmon iterum dixit. Mea est: quia & si aliqua bona fecerit: eius tamen mala incomparabiliter vincunt bona. Dominus autem nolens contra eum cito proferre sententiam eidē terminum concessit octo dierum: vt octaua die coram se compareret, & de his omnibus rationē redderet. Cū igitur ad faciem domini timens ac remens abiret, quidā ei obuiuit: & causam tantæ tristitiæ requisit. Cui cum ille omnia per ordinem retulisset. Ait ille. Ne timeas nec formides: quia de primo viriliter iuuabo. Cū autem ab eo interrogaretur quo nomine vocaretur ait. Veritas est nomen meum. Inuenit quoque secundum qui promisit eum iuuare efficaciter de secūdo. Interrogatus autem quo nomine vocaretur. respondit. Iustitia vocor. Die autem octauo ante iudiciū ve-

nit: & dæmon ei primū obiecit. Ad quod, respondens veritas ait. Duplicem mortem esse nouimus: corporis. Et gehēne. Illud ergo instrumentū quod pro te de mon allegat, non loquitur de morte gehēne, sed corporis. Quod quidem ex hoc manifestum est, quia cum omnes in illa sentētia includantur scilicet quod corpore moriantur, non autē omnes gehēne ignibus moriuntur, quantum enim ad mortem corporis est semper duraturum, quantum verō ad mortem anime est per Christi sanguinem reuocatum. Tunc dæmon vidēs quia in primo succubuit: secūdo sibi obicere cœpit. Sed iustitia affuit, & pro eo taliter respondit. Licet enim multis annis seruū possederis, tñ ratio semper cōtradixit. Semper enim ratio murmurabat, quōd tam crudeli domino seruiebat. Ad tertium obiectum neminem habuit adiutorē. Dixitq; dominus. Afferatur statera, & bona & mala omnia ponderentur. Veritas nunc & iustitia peccatorū dixerunt. Ad matrem misericordie que iuxta dominum sedet, tota mente recurrit, & eam in tui adiutorium inuocare stude. Quod cum ille fecisset, beata Maria in eius adiutorium venit, & super stateram ex illa parte vbi erant pauca bona, manū apposuit. Diabolus autem ex alia parte trahere conabatur, sed mater misericordie præualuit & peccatorem liberauit. Ille igitur ad se rediens in melius vitam mutauit.

I In ciuitate Bituricensi circa annos domini ccccxxvij. cum Christiani in die paschæ communicarent, cum pueris Christianorum quidam puer Iudeorum ad altare accedens, corpus dominicum cum eidem præcepit. Reuersus domum cū a patre vnde venisset, interrogaretur, respondit se cum pueris christianis cum quibus ad scholas ibat ad ecclesiam iuisse, & cum eis comunicasse. Tunc pater eius furorē repletus puerum apprehendit, & continuo in fornacem ardentem que ibidem, erat proiecit. Statim autem Dei genitricis in specie imaginis, quam puer super altare viderat, eidem affuit, & eum illis ab igne seruauit. Mater verō pueri multos Iudeorum & Christianorum suis clamoribus congregauit. Qui videntes puerum in fornace nil lesionis habentem ipsum inde extraxerunt, & quomodo potuissent euadere interrogauerunt. Qui respondit. Quoniam illa reuerenda domina que super altare stabat, mihi auxilium præbuit: & omne à me incendium propulsauit. Tunc christiani intelligentes esse imaginem beate Mariæ: patrem pueri acceperunt, & ipsum in fornacem proiecerunt: qui continuo combustus & penitus consumptus est. Quidam monachi ante diem iuxta fluiū stabant: & ibidem se fabulis & ociosis sermonibus resoluabant, Et ecce audiunt remiges per flumen impetu nimio nauigantes. Quibus monachi dixerunt. Qui estis vos? Et illi. Dæmones fumus, qui animam Ebroini præpositi domus regis Francorum, qui à monasterio sancti Galli apostatauit, in infernum deserimus. Quod audientes monachi vehementissime timebant, & fortiter exclamauerunt. Sancta Maria ora pro nobis. Quibus dæmones dixerunt. Bene Mariam inuocastis vos dissoluet & extra horam confabulantes inuenimus. Tunc monachi, redeunt ad cenobium: & dæmones properant ad infernum. Erat quidam monachus valde lubricus, sed in be-

ram Mariam valde deuotus. Quadam nocte ad scelus affluetum pergens, & coram altari transiens beatam virginem salutauit, & sic de ecclesia exiens dum quendam fluium vellet transire in aquam decidens quendam animam cū dæmones rapuissent, affixit: cuius animam cū dæmones rapuissent, affixerunt angeli vt eam liberarent. Quibus dæmones dixerunt. Vt quid huc aduenistis: nihil in hac anima habetis. Statimq; beata Maria affuit: & cur eius animam rapere præsumperant increpauit. Illi autē dixerunt: quia eum finisse vitam in malis operibus inuenierunt. At illa. Falsa sunt que profertis. Scio enim quod aliquo pergens me primō salutabat, & rediens simili ter faciebat. Quod si dicitis vobis vim fieri, ponamus in iudicio summi regis. Cū de hoc coram domino disceptarent: placuit ei, vt anima ad corpus rediret: & de suis actibus pœniteret. Interea fratres videntes matutinas deferri sacristam quærunt: & vsque ad fluium pergentes submersum in aqua reperiunt. Cūque extracto corpore secum quid factum fuerat, mirarentur: ille repente ad vitam rediit, & rem gestam referēs vitam in bonis operibus consummauit. Quādā mulier à dæmone sibi visibiliter in forma hominis apparēte multas molestias sustinebat, multaq; remedia nunc aquæ benedictæ asperione nūc, huc nūc illuc adhibebat: sed nec sic ille cessabat. Quidā autē vir sanctus sibi cōsultuit: vt cū ad eam accederet, illa eleuatis manibus sancta Maria adiuua me, protinus exclamaret. Quod cū illa fecisset, diabolus quasi lapide percussus, territus stetit, & postmodum dixit. Malus diabolus intret in bucam illius, qui te istud docuit. Et statim euanuit: neq; ad eam postmodum accessit.

M O D V S sacratissimæ assumptionis Mariæ traditur in quodam sermone ex diuersis dictis sanctorum compila, qui in pluribus ecclesijs solenniter legitur. Vbi sic habetur. Quæ in sanctorum patrum narrationibus in toto orbe de veneranda migratione Dei genitricis inuenire potuit: ad ipsius laudē commemorare curauit. Sanctus Cosmas cognomento vespitor, ea quæ ab eorum posteris, qui interfuerunt, se didicisse certa relatione commemorat, omittendū nō est. Ait enim. Quoniam enim Christus ad se vitæ genitricem disposuit adducere, per angelum consuetum ei prænuiciat dormitionis exitum: ne mors inopinatē veniens turbationem ipsi afferret. Obserauerat illa facie ad faciem dum adhuc in terra conuersaretur, filium ne videret quāquam spiritum malignorū. Præmittit igitur angelum ad eam cum huiusmodi verbis. Tempus est te assumēdi ad me matrem meam. Sicut enim terram gaudio replesti: ita fac cœlestia gratulari. Patris mei mansiones iucundas redde: sanctorum meorum spiritus consolare. Ne turberis defrensus corumpendum cum suis concupiscentijs mundum adeptura cœleste palatium. Nec o mater terreat te carnis sequestratio: quæ ad vitam vocaris perpetuam: ad gaudium indeficiens, ad pacis requiem, ad conuersationem securam, ad refectionem interminabilem, ad lucem inaccessibilem, ad diem non aduepe rascens, ad gloriam inenarrabilem, ad me ipsum tuum filium vniuersitatis factorem. Ego enim sum vita æterna, dilectio incomparabilis, habitatio

ineffabilis, lumen nesciens tenebras, inestimabilis bonitas. Da sine trepidatione terræ, quod suum est. Non te quisquam de manu mea rapiet: quoniam in manu mea sunt omnes fines terræ. Depone mihi corpus tuum: quia in vtero tuo posui diuinitatem meam. Non gloriabitur super te mors quia vitam genuisti. Non obfuscabit te caliginis umbra: quia lumen peperisti. Non concisionis contritio te attinget: quia meum vas fieri meruisti. Veni iam ad eum qui ex tenatus est, receptura materni vteri pignora educationis, mercedē lactis, & escæ vicissitudinem, habita cum vnigenito, festina adhaerere filio. Noui enim quod alterius effectus filij non angustieris. Qui te virginem matrem exhibui totius mundi, exhibeo te murum, arcam saluandorum: pontem fluctuentium, baculum imbecilium: scalam ad cœlos ascendentium, propiciatricem peccantium. Adducam autem apostolos ad te, quorum ad si meis sepelieris manibus. Decet namque vt spirituales meæ lucis filij, quibus sanctum tradidi spiritum, tuum corpus sepeliant, & ipsi in tuo admirabili funere meam personam impleant. Post horum narrationem dat angelus virgini brauium palmæ missum ex paradisi propagine ad certitudinem aduersus corruptionem mortis victoriæ, & vestimenta funebria ac cœlum quo venerat repetit.

L Beata Maria conuocans amicos & cognatos dixit. Notum vobis facio me à temporali vita fore transituram, oportet ergo vigilare, quia vnoquoque transeunte diuina virtus angelorum & maligni spiritus ad morientem lectum veniunt. His dictis omnes fieri cœperunt, ac dicere. Tu times facies spirituum quæ auctoris omnium mater effici meruisti, quæ prædonem inferni genuisti, quæ super cherubin & seraphin præparatum habere solum meruisti. Quid igitur nos faciemus, aut qualiter fugiemus. Aderat multitudo mulierum silentium & dicentium ne se orphanas derelinqueret. Beata autem virgo eas consolans, ait. Si vos corruptibilium naturam matres non tolleratis ab eis modicum separari, quomodo ergo mater & virgo desiderare non debeo ad meum pergere filium Dei patris vnigenitum. Si quælibet vestrarum aliquo orbabitur filio, consolabitur superflite vel nascituro. Ego autem quæ vnicum possideo & incorrupta maneo, quomodo ad eum non properem anxia, qui omnium est vita. Dum autem hæc agerentur beatus Ioannes adueniens, quomodo res se habeat percunctorum. Cui cū virgo suā cœlestem migrationem annuicias: ille in terra prostratus cum lachrymis clamabat. Quid sumus nos domine: quoniam super nos tantas tribulationes inducis? Vt quid potius de corpore meo nō eduxisti: vt magis sepultus fuisset a domini mei matre quam eius funeri interesset. Quem virgo silentem in thalamum introducens palmam & vestimenta ostendit, & post hoc in lecto sibi ad sepulturam strato requieuit. Et ecce validissimus tonitruus sonus auditur, turbo quasi nubes candida generatur, & apostoli ante ianuam domus virginis instar imbrium collocantur. Qui cum de hoc plurimum mirarentur. Ioannes ad eos progrediens reuolat quæ beatæ virginis per an-

gelum nunciata erant. Qui cum omnes flerent, Ioannes eos consolatus est. Deterfis igitur lacrymis introierunt: & beatus virginem reuerenter saluantes, eam adorauerunt. Et illa. Auete filij vnigeniti mei. Et dum modum aduentus eorum ab eis audiisset: illa eis omnia manifestat. Cui apostoli. In te celeberrima virgo quasi ipsum dominum & magistrum nostrum aspicientes consolabamur. Hoc solum refrigerium habemus, quod te mediatricem apud Deum nos habere speramus. Quæ cum Paulum nominatim salutasset, ille ait. Aue imperatrix mei solaminis: licet enim in carne Christum non viderim, cum tamen te in carne video, ac si ipsum videam consolor. Vsq; ad hunc diem Deum te genuisse gentibus prædicabam: modo te ad ipsum translata esse docebo. Post hoc ea quæ angelus attulit, ei virgo ostendit: & de lucernis vsque ad obitum non extinguendis admo- nit. Aderant centum viginti virgines in eius obsequium occupatæ. Deinde vestimenta funebria indues & omnibus vale dicens corpus ad exitum in lecto compositi: Petro ad caput posito: Ioanne ad pedes locato, cæteris apostolis lectum ambientibus & dei genitricem laudantibus. Petrus igitur inchoans dixit. Gaude cælestium thalamorum sponsa, & trifidum ardui luminis candelabrum: per quam est æterna claritas manifestata. Hoc autem .i. apostolos ad dormitionem sacratissimæ virginis conuenisse testatur beatus Germanus Constantinopolitanus archiepiscopus dicens. Licet inuitabilem mortem ô Dei genitrix humanæ naturæ susceperis, non tamen dormitabit neque dormiet qui nos custodit oculus tuus. Non enim sine testimonio transmigratio tua, nec mendax dormitio cælum enarrat gloriam meorum, qui super te cecinerunt: terra de illis exhibit veritatem, nubes vociferant honorem, qui ex eis tibi administratus est, angeli factum in te obsequium prædicant, quod videlicet apostoli ad te in Hierusalem conueniunt. Magnus quoque Dionysius Areopagita hoc idem testatur, dicens. Nos vt nos etiam ipse & multi ex fratribus nostris ad visionem corporis quod Deum suscepit conuenimus. Præsto autem erat Iacobus frater domini & Petrus eximia & maxima theologorum summitas. Deinde placuit quod post visionem vnuer- si summi sacerdotes huiusmodi, prout vnusquisque esset sufficiens immensæ virtutis bonitatis viuificæ & infinitatis.

M Subsecutus autem sanctus Cosmas suam narrationem, ait. Post hoc autem tonitruum magnum totam domum concussit, & spiritus fragrans domum tanta suauitate repleuit, vt cunctos qui aderant, exceptis apostolis & tribus virginibus lucernas gestantibus ingens sopor opprimeret. Dominus enim cum multitudine angelorum descendens animam matris suæ assumpsit. Tanta autem eius anima claritate resplenduit, vt nullus apostolorum in eam respicere posset. Dixitque dominus Petro. Corpus matris meæ cum omni reuerentia sepelire, & tribus diebus illum cum diligentia custodire. Ego quippè tunc veniam: & illud ad incorruptionem transferam & simili mecum claritate induam, vt id quod acceptum est, & id quod accepit, pariter conueniant & concordent. Refert quoque & idem

sanctus Cosmas terribile & mirabile misterium quod non indiget naturali discussione, nec curiosa inuestigatione, cum omnia quæ de Dei genitrice dicuntur sint super naturalia & admiranda & tremenda potius quam inuestiganda. Egressa (vt ait) de corpore eius anima hæc verba protulit corpus. Gratias tibi ago domine quæ tua sum digna gloria. Memento mei quoniam tuum sum suggestum & tuum seruauit depositum. Expergesti igitur (vt ait) cæteri videntes virginis corpus examine, contristari plurimum ac gemere cœperunt. Tollentes igitur apostoli corpus ad monumentum ferebant incipiente Petro psalmum. In exitu Israel de Ægypto. Choro quoque angelorum virginem laudant, ita quod Hierusalem ad tantam gloriam est concussa. Tunc summi sacerdotes cum gladijs & fastibus multitudinem mittunt. Vnus autem impetum faciens ad grabatum accessit, cupiens ad terram trahere corpus genitricis Dei Mariæ. Qui quia indignè tangere nittitur, eius tactu manibus merito priuatur. Vtraque namque manus à cubitis euulsa abscedit, illisque ad grabatum pendentibus dolore horribili cruciatur. Implorat autem veniam, & promittit emendam. Cui Petrus. Nullatenus veniam consequi poteris, nisi corpus perpetuè virginis osculeris: & Christum ex ea propagatum Dei filium esse constiteris. Quod cum fecisset manus vnde auulsa fuerant, cubitis sunt adiunctæ. Accipiensque Petrus vnum daetylum ex palma dedit illi dicens. Vade ingredi in ciuitatem & pone super infirmos: & omnes qui crediderint, recipient sanitatem. Peruenientes igitur apostoli ad prædium Gethsemani, inueniunt ibi sepulchrum simile Christi sepulchro mirifico vbi corpus cum multa reuerentia poluerunt: illud sublimissimum Dei vas tægere nõ audentes: sed hinc inde apprehensa sindone deponentes. Quo munito dum apostoli & discipuli domini iuxta mandatum domini circa sepulchrum starent: tertio die nubes splendidissima sepulchrum circumdedit: voces angelicæ resonant: ineffabilis odor sentitur: sit omnibus stupor immensus dum dominum illuc cernerent descendisse: & corpus virginis cum gloria tam immensa transferre. Osculantes igitur apostoli sepulchrum in domum euangelicæ & theologi sancti Ioannis reueris sunt, tantæ virginis custodem laudantes. Vnus autem in apostolis tantis solemnibus defuit: qui tanta mirabilia audiens & admirans sepulchrum sibi aperiri instantius postulabat, vt horum omnium cognosceret veritatem. Quod cum apostoli renuerent, nõ succere sibi sanctorum testimonia asserentes, ne forte si hoc infideles intelligerent, corpus furto sublatum esse prædicarent. Ille contristatus dicebat. Cur me similem vobis communis nostri thesauri portione fraudatis. Tandem sepulchrum aperientes corpus minime inueniunt: sed tantum vestimenta & sindonem reperiunt.

N In Euthimiata quoque historia libr. iii. c. xl. sanctus Germanus Constantinopolitanus archiepiscopus se reperisse dicit quod & magnus Damascenus similiter attestat, quod sanctæ memoriæ pulcherrima Augusta cū apud Constantinopolim multas ecclesias crexisset, inter cæteras apud Balthernas admirabilem ecclesiam tempore Martiniani imperatoris ad ho-

nore sacræ virginis ædificauit. Et conuocans Iuuenalè archiepiscopum Hierosolymitanum & alios Palestine episcopos, qui tunc in vrbe Regia morabantur propter synodum, quæ facta est Calcedonia, dixit eis. Audiuius corpus sanctissimæ virginis in prædio Gethsemani esse tumulatum. Volumus igitur ad custodiendum huius vrbis corpus illud cū debita reuerentia huc transferri. Cui cum Iuuenalis respondisset, corpus istud sicut ex antiquis historijs comperit in gloriam esse translatum, & sola vestimèta in monumento cum syndone remansisse, ipsa vestimèta dictus Iuuenalis Constantinopolim misit: & in dicta ecclesia honorifice collocatur. Nec me quisque proprio hoc abiretur sensu finis se, sed ea posui, que per doctrinam & studium lectionis eorum didici, qui verissima traditione à prioribus acceperunt. Hucque sunt verba que in prædicto sermone habentur. Verum Iohannes Damascenus, qui & ipse Grecus extitit, plura miranda de hac sacratissima virginis assumptione profecutus est. Ait enim in sermonibus suis. Hodie sacratissima virgo cælesti thalamo inuehitur. Hodie sacra et animata arca que intra se suum tulit artificem, in templo non manu facta reponitur. Hodie sacratissima columba innocens et simplex euolans ex arca .i. ex corpore quo Deum suscepit, pedibus suis requiem adiuuenit. Hodie immaculata virgo terrenarum passionum nescia, imò cælestibus intellectibus erudita non in terram abiit, sed vere cælum animatum appellata in cælestibus tabernaculis habitat. Licet enim naturæ inter sanctissimam beatæque anima tuæ à glorioso tuo corpore separaretur sepulture corpus traditur: verum tamen non manet in morte: nec dissoluitur in corruptione. Cuius enim parentis virginis inuoluta parmanit huius & migrantis corpus irresoluitum per omnia perseuerat: & ad meliorem sanctio, emque vitam reducit, non morte dissolutum: sed etiam in æterna permanens. Sicut enim sol iste splendidus ac lucifluus sub lunari corpore latens ad breuem horam videtur quod dammodo defecit: tamen ipse suo non priuabitur lumine, habens in se perennem fontem luminis: Sic tu & fons veri luminis inconsumptus vitæ thesaurus, licet quodam breui intervallo temporis corporaliter motus sis addita, tamen copiose nobis infundis indeficientis luminis claritatem. Hinc sacra tua obdormitio non est mors appellanda: sed transmigratio siue recessus: seu magis propriæ aduentus. Discedens enim à corpore aduenis celo. Tibi obuiant angeli & archangeli ascensum tuum horrent spiritus immundi. Non iusti virgo beata in celum vt Helias: neque vt Paulus vsque ad tertium cælum ascendisti, sed vsque ad regalem thronum filij tui attigisti. Mors aliorum sanctorum benedicuntur: eo quod ipsos beatos exhibet, in te autè hoc locum non habet. Mors enim tua nec beatitudo tua: nec transmigratio tua, nec profectio tua: sed nec recessus largitur tibi beatitudinis securitatem. Omnium enim bonorum que humanam mentem excedunt, tu principium medium & finis. Tua securitas & vera perfectio & sine semine cœceptio diuina inhabitatio. Vnde vere dixisti non à morte, sed ab ipsa cœceptione ab omnibus generationibus te beatificari. Hinc te mors beatificauit, sed tu mortem clarificasti soluens eius mestigiam, mortemque conuer-

tens in gaudium. Si enim Deus dixit: ne forte protoplastus extendat manum suam & arripiat de ligno & viuat in æternum: quomodo quæ ipsam vitam portauit, vitam sine principio: vitam sine fine, non viuat in seculum sempiternum. Olim Deus parentes humani generis in morte peccati dormientes: inobedienciæ præcipitio iam sepultos: peccati crapulo iam fœtentes: ex ules de paradiso, expulit. Nunc autem hanc qui roto humano generi vitam attulit, Dei ac patris obedientiam exhibuit: totius passionis immisionem excussit, quomodo paradisi non suscipiet, cælum gaudens ianuas non potest facier. Eua serpenti autem exhibuit: pestiferum virus hausit: voluptatibus allicitur partus dolori subijcitur, & cum Adam condemnatur. Hæc autè verè beatæ: quæ aurè inclinavit Deo: quæ spiritus sanctus repleuit: quæ paternâ misericordiâ in vtero baiulauit: quæ sine viri cōtacta cœcepit: sine dolore peperit, quomodo mors absorbet: quomodo corruptio audeat aliquid in corpore, quod ipsam vitam portauit. **O** Addidit quoque idem Damascenus in eisdem sermonibus, di. Verum apostolos qui vbique terrarum dispersi hominum piscationi vacabant, sagena verbi homines de profundis tenebris ad cælestem mensam curiæ seu solemnis patris nuptias educentes, diuinum præceptum quasi sagena quædam vel nubes è sinibus terræ Hierusalem contulit, vltra quasdam aquas congregans & colligens. Tunc quidam Adam & Eua primi parentes exclamauerunt. Veni ad nos ô sacrum & salutiferum cellarium: tu nostrum implesti desiderium. Econtra sanctorum caterua quæ corporaliter aderat, dicebat. Mane nobiscum consolatio nostra: ne derelinquas nos orphanos, quam habemus laborum solatiū: sudorum refrigerium: tibi viuenti conuiuere, tibi morienti cōmori gloriosum. Nobis enim hæc vita, quomodo vita tua destituitis penitentia. Hæc & his similia vt arbitrator apostoli cum aliqua multitudine ecclesiæ crebris singultibus querelas interrumptibus proponebant. Illa ad filium conuersa ait. Tu dilectis filijs, quos fratres appellare placuit, de meo discessu dolentibus sis consolator: & impositioni manuum mearum appone benedictionem super benedictionem eorum. Deinde extendens manus fidelium collegium benedixit: & addidit. In manus tuas domine commendo spiritum meum. Fili suscipe animam meam tibi dilectam, quam inculpatam seruasti. Tibi & non terræ commendo corpus meum: custodi illud integrum, quod tibi inhabitare cōplacuit. Trāsfer me ad te: vt vbi tu es viscerum meorum partus, sim & ego tibi cohabitans. Illic itaque talia sunt audita. Surge itaque veni dilecta mea, ô pulchra, in mulieribus, pulchra es amica mea, & macula nõ est in te. Hæc beatissimæ virginis audientis cōmèdat in manus filij spiritum suum. Profusus autè lacrymis apostoli figit oscula tabernaculo dñi benedictioe ac sãctitate ex cōtactu sacri corporis adimpleti. Tunc morbi & demones fugatur: aër & cœli sanctificatur: spiritus a fœtione terra corporis depositione: aqua verò corporis ablutione. Abluitur enim sacrum corpus aqua mundissima: nõ ab ipsa mudatur: sed ad ipso sanctificata. Deinde sacrum corpus munda syndone inuolutum lecto superponitur, lampades coruscant: vnguentum redolèt: hymni angelici resonant: Apostolis autè alijsque sanctis qui aderant, diuinas oas modul-

tribus archa domini è monte Syon sacris apostorū cernicibus imposita ad sacratissimam villam Gethsemani adducitur: angelis antecedentibus & subsequenti- bus, alijsque sacrum corpus velantibus tota ecclesie plenitudine comitante. Affuerunt & quidam Iudæo- rum fermento veteris consuetudinis obstinati. Refe- runt etiam cum iam è monte Syon descenderent sacrū corpus Dei genitricis ferentes Hebreum quendam orga- num diaboli temerario actum impetu, diaboli que im- pulsu in cursum ad sacrum corpus accessisse: ad quod angeli trepidabant accedere, ac vtraque manu furibū de lectum arripiens ad terram traxisse. Fertur ramen manus illi tanquam ligna arida decidisse. Eratque vi- dere tanquam truncum inutilem, donec fides mentem alterauit, sui que celeris poenituit ingementem. Hi au- tem qui portabant feretrum, steterunt: donec miser im- ponēs manum sacratissimo corpori ad tactum eius in- statum pristinū reuocatur. Inde igitur aditur Gethse- mani: vbi oscula, complexus huiusmodi sacri, lachrymæ sudoris guttæ fluentes & sic sacrum corpus venerabili in sepulcro ponitur. Sed non est derelicta anima tua in inferno, nec corpus tuum vidit corruptionem. De- cebat autem Dei sacrarium: fontem indefossum: agrū in aratum: vineam non irrigantem: oliuam fructiferā terre gremio non teneri. Decuit matrem à filio subli- mari, vt ad ipsum ascendat: sicut ad ipsam descendat vt quæ in partu seruauit virginitatem: post mortē cor- pus non videat corruptionem: & creatorem portauit in sinu, in diuinis tabernaculis commoretur: & quam pater desponsauit, in sponsam in cælestibus thalamis commiserit: & à matre quæ sunt filij possideatur. Hæc Damasceus.

P Sanctus quoque Aug. in quodam sermone eius sacratissimam assumptionem multipliciter ostēdit, di- cens. De sanctissimo corpore perpetuæ virginis eiusq; sacre animæ assumptione loqui suscipientes hoc pri- mum dicimus quod in scripturis postquam eam domi- nus in cruce discipulo commēdauit: nihil de ea reperi- tur, præter quam quod lucas commemorat in actibus dicens. Hi omnes erant perseverantes vnanimiter in oratione cum Maria matre Iesu. Quid ergo de mor- te, quid de eius assumptione, dicendum est. Vnde scri- ptura nil commemorat, nisi querendum ratione quod consentiat veritati. Fiat ergo ipsa veritas auctoritas, si- ne qua nec valet auctoritas. Memores igitur conditio- nis humanæ mortem illam subsistisse temporalem dice- re non metuimus. Sed si dicimus eam resolutam in cō- munem putredinem, vermem ac cinerem delibera- dum est: si tantæ conueniat sanctitati tantæ aulæ Dei prærogatiuæ. Scimus enim dictum primo parētī: quia pulvis es, & in puluerem ibis. Hanc conditionem ca- rô Christi euasit, quæ corruptionē non sustinuit. Ex- cipitur ergo ab illa generali sententia de virgine sum- pta natura. Mulieri quoque dominus dixit. Multipli- cabo erūnas tuas. In dolore paries. Erumnam Maria sustinuit, cuius animam gladius pertransiuit: sed sine dolore genuit. Maria ergo, & si communicat erumais Euæ: non tamen communicat parturienti cum dolo- re. Excipitur ergo à quibusdam generalibus, quā tan- ta attulit dignitatis prærogatiua. Si ergo dicimus mor- tem eam subsistisse: nec tamen vinculis eius retineri: nū- quid impium erit, si voluit dominus integrum matris

virginitatis seruare pudorem cur non velit incorruptā à putredinis seruare fetore? Nunquid non pertinet ad benignitatem domini matris seruare honorem: quæ le- gem soluere non venerat: sed adimplere? Qui enim in- vita præ cæteris illam gratia sui conceptus honorauit: primum est credere eam in morte singulari saluatione & speciali gratia honorasse. Putredo & vermis humanæ est opprobrium conditionis. Ad hoc opprobrium cū Ie- su sit alienus: natura Mariæ excipitur, quam Iesus de- ea assumptissime probatur. Caro enim Iesu caro est Ma- riæ quem super astra transiuit: honorans omnem hu- manam naturam, & multo magis maternam. Si natu- ra matris est filius: conueniens est & sit filij mater, nō quantum ad vnitatem personæ: sed quantum ad vni- tatem corporalis naturæ. Si enim vnitatem facere po- test gratia sine proprietate specialis naturæ: quāto ma- gis gratiæ vnitas & corporalis specialis natiuitas. Vni- tas gratiæ est vt discipulorum in Christo de quibus di- cit. Vt sint vnum sicut & nos. Et postea. Pater volo, vt vbi sum ego, & illi sint mecum. Si igitur secum habere vult eos, qui hinc sua fide vniti, vnum cum eo esse iudi- catur: quid existimandum est de matre, vbi digna sit haberi: nisi in præsentia filij quantum igitur intelligo quantum credo Mariæ anima excellentiori quādā præ- rogatiua à filio honoratur possidens in Christo cor- pus suum, quod genuit glorificatum: & quare non suū per quod genuit? Si nō obuiauerit: nec dum perspecta auctoritas: verè credo & per quod genuit. Quia tanta sanctificatio dignior est cælo, quam terra. Thronum Dei: thalamum sponsi: domum domini atq; taberna- culum christi dignū est ibi esse, vbi ipse est. Tā præcio- sum thesaurū dignius est cælum quā terra seruare. Tā- ram integritatem merito incorruptibilitas non putre- dinis vlla resolutio sequitur. Illud sacratissimum cor- pus in eicam vermibus traditum: quia sentire non va- leo, dicere pertimesco. Quam existimationem procul pellit incomparabilis gratiæ munus. Quod medicere multarum scripturarum consideratio inuitat. Suis ali- quando ministris veritas ait. Vbi ego sum illic & mini- ster meus erit. Si hæc est generalis sententia omnium per fidem & operationem Christo ministrantiū, quan- to magis quodammodo specialiter Mariæ quæ ab ipse dubio omni tempore ministratrix extitit, quæ hunc in vtero gelsit partūque perfusum aluit, & fouit: & in præsepio reclinauit: & fugiens in Egyptum abscondit: & omnem infantiam eius prosecuta vt que ad crucem ab eius non recessit seclatū? Non potuit autem eius di- uinitatis non esse credula, que se nouerat hunc nō vi- rili semine, sed diuino spiramine concepisse. Vnde de filij potestate tanquam de Dei virtute nō nutabunda deficienterino dixit. Vinum non habent. Sciens est hoc potuisse, quod eum mox contigit miraculo compleuit se. Ecce igitur Maria fide & opere Christi ministratrix si ibi non fuerit, vbi Christus ministros suos vult esse, vbi ergo erit: & si ibi fuerit: nunquid equali gratia, & si equali gratia vbi quæ Dei censura, qui reddit vni- cuique secundum merita. Si merito pro omnibus Ma- riæ viuenti tanta est gratia donata: & gratia mortuæ erit minuenda? Absit. Si enim omnium sanctorū mors est præciosa, Mariæ sanæ est præciosissima. Constat igitur censere Mariam ad æternitatis gaudium assum- ptam benignitate Christi, & honorabilius suscepam

cæteris quam gratia honorauit præ cæteris. Atque ad communem humanitatem non esse adductā post mortē putredinis scilicet vermis & pulueris que suū & omnium genuit saluatorem. Si elegit diuina volū- tas inter ignium flammam puerorum vestimenta ser- uare illa, cur abnuat in matre propria, quod elegit in veste aliena? Ionam seruare in ventre ceti incorru- pta, voluit sola misericordia: Mariam incorru- ptam nō seruabit gratia. Seruatus est Daniel in despe- ratissima famæ leonum: non seruanda est Maria tan- tius donata etiam meritis dignitatum. Hæc ergo cun- cta quæ dicimus, quia naturam non seruasse cogno- scimus, in integritate quoque Mariæ plus gratiam quam naturam potuisse non dubitamus. Christus ergo lætari facit Mariam anima & corpore in se pro- prio filio, nec vllam sequi corruptionis erumnam, quā nulla secuta est in pariendo filium integritatis corru- ptio: vt sit semper incorrupta quā tanta perfudit gra- tia sit integraliter viuensque omnī integrā genuit vitam. Si ergo dixi vt debui approba Christe tu & tui. Si verò non vt debui ignoce obsecro tu & tui.

De sancto Bernardo. A

BERNARDVS dicitur à ber, quod est puteus vel fons et nardus quæ vt dicit glofa super cā- ritica herba est humilis & calide nature & odo- riferā. Fuit enim calidus in feruenti amore, humilis in cōuersione, fons in doctrinæ emanatiōe scientiæ: p̄funditate: & odoriferus in famæ puteus in suauitate. Eius vitā Guilel. abbas. f. Theodorici so- cius Ber. et Bernardus abbas bone vallis scripserunt.

LEGENDA CXV. B

BERNARDVS in Burgundia Castro fon- tanis ex nobilibus valde ac religiosis pa- rentibus ortus est. Cuius pater Decelinus miles seculo strenuus, nec minus Deo religiosus mater vero Aaleth nuncupata est. Hæc septem filios genuit sex Mares & feminam. Mares autem omnes monachos futuros: femi- nam autem sanctimoniam promiserat. Mox autem vt filium partu ediderat manibus propriis ipsum Deo offerebat. Alienis vberibus ipsos nutrire refugiebat, quasi cum lacte materno materni quodammodo bo- ni infundens eis naturam. Cum autem creuissent, quandiu sub manu eius erant terremo magis quam cu- riæ nutrebat cibis grossioribus & cōibus pascens eos, quasi continuo ad cremū transmittendo. Cū igitur tertiu filiu scilicet Bernardū adhuc gestaret in vte- ro, vidit somnium prælagium in futurorum catellum scilicet totum candidum, in dorso subrufum & latrā- tem in vtero se habere. Quod cum cuidam viro Dei exposuisset. Ille propheticā voce respondit: Optimi catelli mater eris, qui domus Dei custos futurus mag- nos contra inimicos dabit latratus. Erit enim predica- tor egregius: & multos medicinalis linguæ gratia cu- raturus. Cum autem beatus Bernardus adhuc puerulus esset, & graui dolore capitis egrotaret: venientem ad se mulierculā, vt dolorē suis carminib⁹ mitigaret cū indignatiōe nimia exclamās repulit & abiecit. Pue- ruli autē bono zelo misericordia Dei nō desuit sed tūc cōtinuū surgēs liberatū se esse cognouit. In sacratissi- ma dominicæ natiuitatis nocte cum puer Bernardus matutinali officium in ecclesia expectaret: & qua ho-

ra noctis Christus natus fuisset, scire cuperet: appa- ruit ei puerulus Iesus quasi iterum ante oculos suos nascens ex vtero matris. Vnde quandiu vixit, hæc fuis- se horam natiuitatis dominicæ: semper putauit. Ab illa ergo hora in his quæ ad illud pertinent sacrum & sensus: ei profundior & sermo copiosior datus est. Vnde & postmodum in laudem genitricis & geniti inter ipsa suorum tractatum initia insigne, opusculum edidit: in quo illam lectionem euangelicam. Missus est gabriel angelus explanauit. Videns antiquus hostis propositum pueri tam salubre eius castitatis propo- sito inuidit: multo sique sibi laqueos tentationis appo- suit. Cū enim aliquando in quandam fœminam o- culos defixos aliquandiu tenuisset, continuo de se ipso erubescens in semetipsum seuerissimus vltor insur- git, ac in stagnum gelidarum aquarum insiliens tandi- diu ibidem permansit, donec penē exanimis effectus per gratiam Dei, ac calore carnalis concupiscentiæ totus refrigerit.

C Circa idem tempus instinctu dæmonis puella quædam in lectū dormientis se nudam iniicit. Quem ille sentiens cum omni pace & silentio partem lectu- li quam occupauerat, derelinquens ei celsit: & in la- tus alterum se conuertens dormiuit. Misera verò illa aliquandiu sustinens & expectans: deinde palpans & stimulans nouissime cum immobilis ipse persisteret: illa licet impudentissima esset, erubuit: & horrore in genti atque admiratione perfusa surgens aufugit. Cū iterum in domo cuiusdam matronæ hospitaretur: illa adulescentem aspectu decorum considerans, veheme- ter in concupiscentiam eius exarsit. Cū autem seorsum lectum sibi sterni fecisset: ipsa impudenter & si- lenter de nocte surgens ad eum accessit. Quam ille sentiens protinus exclamauit. Latrones latrones. Ad quam vocem mulier fugit: familia surgit: lucerna ac- cenditur: latro queritur: sed minime inuenitur. Ad le- ctulos singuli redeunt: quiescunt cæteri: sed non illa miserima requiescit: nam denuò exurgit, Bernardi le- ctulum petit: sed ille latrones latrones, denuò exclamauit, Latro iterum queritur: sed nequaquam ab eo, qui solus nouerat publica tur. Vsq; tertio improba mulier sic repulsa vix tandem meru, vel desperatione victa cessauit. Cū autem sequenti die iter ageret ar- guentes eum socij quod toties latrones somniauerit, perquirebant. Quibus ille ait. Veraciter hac nocte in sidias perpeffus sum latronis: quia hospita mihi nite- batur auferre thesaurum irrecuperabile castitatis. Per- pendens igitur non esse tutum cohabitare serpenti, su- gam meditari cepit: & ordinem cisterciensium ex tunc ingredi deliberauit. Quod cum fratres eius cognos- cerent: & eum ab hoc proposito modis omnibus pro- hiberent: tantam ei gratiam dominus contulit, vt nō solum ipse à conuersione non prohiberetur: sed om- nes fratres suos & multos alios ad religionē domino lucrare. Gerardus tamen frater eius miles strenuus hæc fratris verba vana putabat: & eius omnino moni- ta repellebat. Tunc Bernardus fide iam igneus & fra- terno charitatis zelo mirum in modum exasperatus: scio inquit frater mi scio sola vexatio intellectum da- bit: auidit. Digitūque lateri eius imponens. Venit (in- quit) dies & citò veniet quando lancea latus hoc per- forabit: & ad cor consilio quod abiecis viā dabit. Post

paucos dies Gerardus ab inimicis capitur: & in loco, cui frater digitū impoſuerat: infixā lanceā geſtās tra hitur, & in custodia vinculatur. Ad quē Bernardus ve niens cum ſibi loqui nō permitteretur, ad eum exclā mauiſt. Scito frater Gerarde: quia in proximo ituri ſu mus & monaſterii intraturi. Eadē nocte cōpedes de eas pedibus ceciderunt: & oſtio per ſe aperto lætus auſugit. Indicauique fratri ſe mutāſſe propoſitum, & fieri velle monachum.

D Anno ab incarnatione domini. M. cxij. à conſti tutione domus Ciſterciēſ. xv. ſeruus Dei Bernardus annos natus circiter. xxij. cū ſocijs amplius quā. xxx. ordinem Ciſterciēſiū ingreſſus eſt. Cum autem Ber nardus cū fratribus ſuis domū paternā egrederetur, Guido primo genitus videns Niuardum fratrem ſuū minimum puerū ludentem in platea cum pueris. Eya inquit frater niuarde ad te ſolum reſpicit omnis tera poſſeſſionis noſtræ. Cui non pueriliter puer reſpō dit. Vos ergo cælum habebitis, & mihi ſolum terram relinquitis. Non ex equo diuiſio facta eſt hec. Modico igitur tempore cum patre remāſit: ſed fratres poſt modum ſecutus eſt. Ingreſſus igitur ordinem ſeruus Dei Bernardus ita totus in ſpiritu abſorptus eſt, & Deo totaliter occupat vt, iā nullis ſenſibus corporis vte retur. Iam quippe annū in cella nouitiorū exegerat: et adhuc an domus haberet teſtudinem ignoſcibat. Mul to tempore eccleſiam intrans & exiens in capite vbi tres erant, vnam tantum putabat eſſe fenestram. Ab bas autem Ciſterciēſ. fratres ad ædificandū domū Clareuallēſem miſit: & eis ſanctum Bernardum, in abbatem præfecit. Qui multo ibidem tempore ex ni mia paupertate degebat: & pulmentæ ſæpius ex ſo ljis ſagi conſiciebant. Vigilabat autem ſeruus Dei vlt ra poſſibilitatem humanam. Nullum enim tempus in ſe magis perdere conqueri ſolebat. quā quod dor miuit idoneam ſatis reputatōe comparationē ſomni & mortis, vt ſic dormientes videantur mortui apud ho mines: quomodo apud Deū mortui dormientes. Vnde etiam ſi quem forte durius ſtertentem audiret, ſeu mi nus compoſitè videret iacentē patienter ferre vix po tuit, & carnaliter ſeu ſeculariter eum dormire cau ſabatur. Ad comedendum vix aliqua voluptatē traha bat appetitus: ſed ſolo timore deſectus: ſic accede bat ad ſumēdū cibū quaſi ad tormentum. Poſt cibum quantum comederit ſemper cogitare ſolitus erat. Si quādo vel ad medicum meſurā ſolitā exceſſiſſe depre hēdit impune abire nō pariebatur. Sic gulę illecebras edomuerat: vt ipſam quoque ſaporū diſcretionē ex ma gna parte perdidit. Nā & oleum ſibi per errorē aliqñ propinatū bibit: quē penitus ignorauit. Nec prius id co gnitū eſt, donec quidē libia eius miraretur inuncta. Sagimē inſuper crudum per errorē ſibi oblatū pro bu ryro multis diebus noſcitur comediſſe. Solā aut aquā ſibi ſapere dicebat: eo quod dū ſumeret fauces & gur tur ei refrigeraret. Quicquid in ſcripturis didicerat, maxime in ſiluis & magis meditatū & orādo ſe cō ſitebatur accepſiſſe: & nullos ſe aliquando magiſtros habuiſſe, niſi quere ac ſagos inter amicos dicere ſole bat. Denique conſeſſus eſt aliquando meditandū vel oranti ſacram omnem velut ſuppoſitā vel expoſitā ſi bi apparuiſſe ſcripturā quodā tēpore ſicut, ipſe in cāti cis reſert: cū inter loquēdū ex his que ſuggerēbat ſpi ritus: & ſi nō inſidelis minus: tñ fidēi aīo reſeruari, vt haberet quid diceret denuō tractaturus: ecce vox ad eū venit dicēs. Donec iſtud teaueris, aliqñ nō accipies. **E** In veſtibus ei ſemper paupertas placuit: ſordes nū quā mirum animi fore indices aiebat, aut negligē tis, aut apud ſe inaniter gloriantis: aut foris humanā gloriam affectantis. Prouerbiū illud in ore eius ſre quenter ſemper in corde erat. Qui hoc facit, quod ne mo miratur omnes. Vnde & ciliū pluribus annis por tauit, quādiu occultū eſſe potuit. Sed vbi hoc cogni tum eſſe ſenſit, continuo illud abiectis ad communia ſe conuertit. Nūquā ſi riſit: vt non potius ad ridendū quā ad reprimēdū vim ſibi facere opporſeret: & riſui ſuo magis ſtimulum adhibere quā frenū. Cū aut pa tientię genus ſolitus erat dicere tripartitum, videlicet ad verborum iniuriās: ad dāna rerū, ad corporis leſio nem: hāc ipſe his exēplis ſe habere probauit. Cū enim cuidā epulo amabiliter eum admonens quādam ſcripſiſſet epistolā ille vehemētē exacerbat amariffi ma ei ſcripſit epistolā in principio ita dicens. Saluē & non ſpūitum blaſphemie, tanquā ex ſpūitu blaſphe mie illa ſcripſiſſet ad quod ille. Ego ſpūitum blaſphe mie me habere nō credo: nec maledixiſſe cuiquā aut maledicere me velle ſcio. præteritū principi populi mei. Quidam abbas pro vno cōnobio conſtruēdo ſex centa ſ marchas eidem miſit argenti. Sed tota pecu nia dū deferretur, ad prædonibus ſublata eſt. Quo au dito nihil aliud dixit niſi. Benedicte Deus qui nobis peperit ab onere. Sed & illis inquit qui tulerunt le uius eſt ferendum, tum quia hoc humana cupiditas ſu ſtulit, tum quia magna pecunia magnam eis tentatio nis occaſionē ingeſſit. Quidam inſuper canonice re gularis ad eum venit, & vt in monachū reciperetur, inſtāter rogauit. Cui cum ille non acquieſceret, ſed ad ſuam eccleſiam redire perſuaderet, ait ille. Vt quid ergo in libris tuis perfectionem tantopere commen daſti: ſi eam non exhibes cupienti, vt inam illos tuos haberem libros, vt eos penitus lacerarem. Cui ille. In nullo eorum legiſti non poſſe te in tuo clauſtro eſſe perfectum. Morum correptionem non loco rum mutationem in libris omnibus commendauit. Ille verō i oſanus in eum impetum faciens tam gra uiter maxillam eius percūſit, vt ſuccederet rubor iſtui, & tumor rubori. Iam qui aderant in ſacilegum inſurgebant. Sed præuenit eos ſeruus Dei clamans & adiurās per nomē Chriſti: vt nullatenus tangeretur, nec ſibi quicquā iniuriā inferretur. Nouitijs autem intrare volentibus dicere conſueuerat. Si ad ea que ſa tus ſit feſtinatis, hic foris dimitte corpora que de ſeculo attuliſti. Soli ſpūitū ingrediatur, caro aut nō pdeſt quicquā. Pater eius qui ſolus domi remāſerat, ad monaſterii iuit: & ibidē poſt aliquod tēpus in ſene ctute bona deceſſit.

F Soror autē eius ſeculo nupta cum in diuitijs ſe & delitijs ſeculi pericheretur, quādam vice fratres ſuos ad monaſterium viſitatura accēſit. Cūque veni ſet cum comitatu & apparatu ſuperbo, ille eā tanquā rere diaboli, ad animas capiendas abhorruit, nec ad videndum eam exire aliquatenus acquieuit. Vidēs il la quod nullus fratris ſuorū occurreret, ſed ab vno eo rum qui tunc portarius erat, ſtercus inuolutū diceretur, tota in lachrymis reſoluta, & ſi peccatrix tum (ſi quit)

quit) p talibus, Chriſtus mortuus eſt. Quia em pecca trice m: ſentio, idcirco cōſiliū & colloquiū bonorū re quiro. Et ſi deſpicit frater meus carnē meam, ne deſpi ciat ſeruus Dei animam meam. Veniat & præcipiat, & quicquid præcepit: adimplebo, Hanc ergo promiſ ſionem tenens exiit ad eam cum fratribus: & quia eā à viro ſeparare non poterat, primo ei omnem mun di gloriam interdixit, & formam matris imitandam eidem indicens illam dimiſit. Illa verō rediens ita re pente mutata eſt vt in medio ſeculi vitam duceret ere miticam, & omni ſeculo proſus ſe faceret alienam. Tandem precibus multis virum ſuum vicit, & ab ipſo abſoluta monaſterium intrauit. Infirmatus aliquādo vir dei cum extremum iam ſpūitum trahere videretur: in exceſſu mentis ſuæ ante tribunal Dei viſus eſt præſentari. Aſſuit autem & Sathan ex aduerſo im pro bis eam accuſationibus pulſans. Vbi vero ille omnia fuerat profecutus, & viro Dei pro ſua fuit parte dicen dum, nihil territus aut turbatus ait, Fateor non ſum dignus ego: nec proprijs poſſum meritis regnum obtinere cælorum. Ceterum duplici iure illud obtinens dominus meus hereditate ſcilicet patris & merito pa ſſionis altero ipſe contentus alterum mihi donat. Ex cuius dono iure illud mihi vendicans non confundor Conſulſi in hoc verbo inimicū conuentus ille ſolu tus eſt, & vir Dei in ſe reuerſus eſt. Tanta autem abſti nentia labore & vigilijs corpus ſuum attriuit, quod & grauiffima & veie continua egritudine languens conuentū vix ſequi poſſet. Quādā vice dū grauiffimē inſirmaret, fratribus pro eo inſtāter orantibus aliquā tulū eſualuiſſe ſe ſēit. Cōgregatis aut fratribus dixit. Quid tenetis miſerum hominem fortiores eſtis & in ualuitis. Parcite queſo parcite & ſonite me abire. A multis autem ciuitatibus vir Dei in episcopum ele ctus precipue à ciuitate ſanuenſi & ciuitate Mediola nenſi petentibus ſe, nec annucens, nec improbe reuēſ dicebat ſe non eſſe ſuum, ſed aliorum ſeruitio depura tum, fratres autem ex conſilio viri dei ſibi prouiderāt & ſummi pontificis autoritate muniti erant, ne quis gaudium ſuum ab eis tollere poſſet. Quodam tempo re dum fratres Cartuſienſes viſitaſſet, ipſi ab eo in om nibus plurimum edificati fuiſſent vnum fuit prædicti loci priorem aliquantulum mouit ſcilicet quod ſella, cui equitādo inſidebat, minus neglecta erat & parū re fereus paupertate. Quod cum dictus prior vni ex fra tribus & ille viro Dei retuliſſet, non minus ipſe mira tus, qualis eſſet ſella queſerat. Nā a clara valle vſque Cartuſiam venerat, & tamen qualis eſſet ſella penitus ignorabat. Iuxta lacum Lauſanenſem totius diei iti nere pergens penitus eū nō vidit, & ſe videre non vi dit. Cum enim ſero de eodem lacu ſocij loquerentur, interrogauit eos vbi nam lacus ille eſſet. Quod illi audientes plurimum admirati ſunt.

G Vincēbat ſane in eo ſublimitatem nominis lu militas cordis. Nec tam poterat vniuerſus eum erige re mundus quā ſeipſe deicere ſolus. Summus repu tabatur ab omnibus: in ſimum ipſe ſe reputans, & quē ſibi omnes ipſe ſe nemini præferēbat. Denique ſicut ſæpius ſarebatur, inter ſummos quoque honores & fautores populorum alterum ſibi mutuatus hominē videbatur: ſequē potius reputabat abſentem, velut quoddam ſomnium ſuſpicatus. Vbi verō inter ſimpli

ciores fratres erat: & mica ſemper licebat humilitate frui, ſibi ſe inueniſſe, gaudebat, & in propriam rediſſe perſonam. Semper autem inueniebatur aut orans, aut legens, aut ſcribens: aut meditans, aut fratres verbo ædificans. Quādam vice cum populo prædicaret, & omnes verba eius attente ac deuotē ſuſciperent: eius animo quēdam talis irepreſtentatio. Vere nunc opti me prædicans ab omnibus libenter audiris: & ſapiens ab omnibus reputaris. At vir Dei tali tentatione pul ſari ſe ſentiens parumper ſubſtitit, & an procederet vel ſinem faceret cogitare cepit: ſtatimque diuino cō ſortatus auxilio tentatori ſilenter rēdit. Nec perſe ſe pi: nec per te dimittit. Sicque ſecurus predicationem vſq; ad ſinem profecutus eſt. Monachus quidam qui in ſeculo ribaldus fuerat atque luſor maligno ſtimulatus ſpūitū ad ſeculum redire voluit. Cū autem beatus Bernardus eum retinere nō poſſet, interroga uit eum: vnde victurus eſſet. Qui reſpondit. Ad taxil los ludere ſcio, & inde viuere poterō: Et ille. Si tibi ca pitale commiſero, vis ſingulis annis ad me redire, & lucrum mecum diuidere. Quod ille audiens gauifus eſt: & ſe libenter ſe acturum promiſit. Viginti igitur ſolidos ei dare præcepit, & ille cum illis abiit. Hoc au tem faciebat vir ſanctus, vt eum iterum reuocare po ſſet: ſicut & poſtmodum factum eſt. Ille igitur abiens totum perdidit, & ad portam cōſuſus redijt. Quo au dito vir Dei ad eū lætus exijt, extenditque gremiū, vt ſimul diuideret lucū. Cui ille. Nihil pater lucratus ſi etiā capitali noſtro nudatus ſū. Si vultis pro noſtro ca pitale recipite me. Cui bernardus benigne reſpondit. Si ita inquit eſt: melius eſt, vt hoc recipiam quā ſimul vtrūque perdam. Quādam vice dum bea. Bernardus in mento inſidens aliquo pergeret, cuidam ruſtico mate ria ſe ſe offēdente de cordis inſtabilitate in oratione eſt conqueſtus. Quod ille audiens mox cum deſpexit & in orationibus ſuis cor firmum & ſtabile habere ſe dixit. Volens autem Bernardus eum conuincere, & a ſua temeritate coercere, dixit Sequeſtrate pauliſper à nobis, & tota qua poteris intentionē orationē domini cā inchoato. Quā ſi abſq; aliqua cordis digreſſione & vagatione finire poteris, iumētū cui inſideo, tuū pcul dubio mox habebis. Tu aut mihi in fide tua ſpōdeas ſi aliud ibidē cogitaſſeris, hoc mihi aliquatenus nō ceta bis. Letat ille & tanquā iumētū iā lucrātū ſe reputās a u dacter ſecedit, & ſeipſum recolligens orationem do minicam dicere inchoauit. vix orationis expleuit di midiū, & ecce importuna cogitatio de ſella cordi ſuo ſe ingerit, vtrū eam habere debeat cum iumēto: quod ille aduertens cōcitus ad Bernardū redijt, & quid ipſe in oratione ſolicite cogitaſſet indicauiſſet, & de ſe poſtea temere non pſumpſit. **H** Frater robertus eius monachus, & ſecundū ſeculū ppinquus in adule ſcētia ſua quorū dā perſuaſione deceptus, Clunia cū ſe cōtulerat. Venerabilis autem pater poſtquā aliquan diu diſſimulauit, eundem ſtatuit: per epistolam re uocare, quam ex ore ſuo conſcriberet, ſubito inopi natus imber erupit, hic qui ſcribebat chartam: com plicare voluit. Cui Bernardus. Opus Dei eſt ſcribere ne formides. ſcripſit ergo epistolam in medio imbre ſine imbre. Cū enim vndiq; plueret ibidē: tamen mo leſtiam imbris virtus expulſit charitatis. Cū quoddam

monasteriū quod vir Dei construxerat, occupasset multitudine, ita vt omnibus grauē molestiā generaret: ille dixit. Ego excommunico eas. Mane aut omnes pariter mortuas inuenerunt. Cū à summo pontifice Mediolanū missus fuisset, vt ipsos cum ecclesia reconciliaret: & iam Papiā rediisset: quidam vxorem suam dæmoniācam ad eū adduxit. Mox que per os miseris mulieris diabolus in contumelias eius prorupit: dicens. Nō me de agnacula mea hic porculos edens, & braticas deuoras pellet. At vir Dei ipsam ad ecclesiam beati Syri remisit. Beatus autem Syrus hospiti suo deferre voluit: nec eidem aliquid curationis impendit. Sicque iterum ad beatum Bernardū adducta est. Tunc diabolus per os eius garrere cepit ac dicere. Nō me expeller Sirillus nec Bernardus. Ad hac seruus Dei respondit. Nec Sirillus nec Bernardus te eijciet, sed dominus Iesus Christus. Mox vt ille orationem effudit, spiritus nequā dixit. Quam libenter egredere ab hac agnacula grauitè molestus in ea, quam libenter egredere, sed non possum: quia nō vult magnus dñs, Cui sanctus. Et quis est magnus dñs? Cui ille. Iesus nazarenus. Ad quem vir Dei. Vidisti ne vnquam eum. Quo respondente, etiam, ait. Vbi eum vidisti? Et ille. In gloria. & sanctus & tu in gloria fuisti? Quo respondente: vtique, ait. Quomodo inde existi? & ille. Cum lucifero multū cecidimus. Hęc omnia voce lugubri per os vetula omnibus audientibus loquebatur. Dixitque ei vir Dei. Nūquid in illam gloriam redire velles? At ille miro modo cachinans, ait. Modo tardarum est. Tunc orante viro Dei dæmō de muliere exiuit. Sed cum vir Dei recessisset, diabolus iterum ipsam inuasit. Vir autem eius post eum accurrens quod acciderat, indicauit. Ille autem collo eius al ligari chartulam cōtinērem hęc verba præcepit. In nomine domini nostri Iesu Christi præcipio tibi dæmō: ne hanc mulierē amodo cōtingere præsumas. Quod cū factū fuisset: ad eā postea non est ausus accedere. Apud Aquitaniam quædam mulier miserabilis erat, que à quodam dæmone petulante & incubo vexabatur. Sex enim annis abusus est ea: & incredibili vexauit libidine: adueniente autem illuc viro Dei, dæmō mulieri ne ad eum accederet, vehementer minatur, quia nihil ei posse poterat, recedēte eo ipse, que eius fuerat amator, crudelissimus fieret persecutor. Ad illa secūre ad virum Dei accessit, & que pateretur cum multo gemitu enarrauit. Cui ille. Tolle hunc meum baculū: & in lecto tuo pone: & si quid agere poterit, agat. Quod cū fecisset & in lectulo suo recumberet: adest ille continuo. sed nec ad consuētum opus, nec ad ipsum cubile præsumit accedere, sed acerrime minatur, quod illo recedente se de ea atrociter vindicabit. Quod cum illa Bernardo retulisset, ille populum conuocauit: & omnes candelas in manu accensas habere præcepit, demoneque cum vniuerso qui aderat cętu, excommunicauit, ac ne ad illam vel aliam deinceps accessum habeat, interdixit, sicque illa à tali illusionē penitus liberata est.

I Cū in eadē prouincia vir sanctus legationē fungeret, vt duce Aquitanie ecclesie reconciliaret, & ille modis omnibus reconciliari renueret, vir Dei ad altare celebraturus accessit ipso duce tanquā excommunicato præ foribus expectante. Cum aut pax domini

dixit, corpus dominicum super patenā ponit, & secum tollit atque igne facie & flammeis oculis foras egreditur, & verbis terribilibus comitem aggreditur. Rogauimus te inquit & spreuisti nos. Ecce ad te processit virginis filius. qui est dominus ecclesie: quā tu persequeris. Adest iudex tuus, in cuius nomine omne genus curuatur. Adest iudex tuus in cuius manibus illa anima tua deueniet. Nunquid & ipsum sicut & seruos eius contēnis? Resiste ei si, vales. statimque dux torus irriguit, & mēbris omnibus dissolutis pedes eius protinus profiliuit. Quem vir sanctus calce pulsans surgere iubet, & Dei audire sententiam. Ille autem tremebundus surrexit, & quicquid vir sanctus præcipiebat protinus adimpleuit. Cum regnum Germanie pro quadam magna sedanda discordia seruus Dei intrasset, archiepiscopus Maguntinensis venerabilem quendam clericum obuium ei misit, Cui clericus se sibi obuium à suo domino missum fuisse diceret, vir Dei respondit. Alius dominus misit te. Miratus ille se non nisi à domino suo archiepiscopo missum fuisse affirmabat. Econtra seruus Christi dicebat. Falleris fili, falleris. Maior dominus est, qui misit te Christus. Quod clericus intelligens ait. Putas quod monachus velim fieri. Absit hoc à me. Non cogitavi, nec ascendit super cor meum. Quid plura. In eodem itinere seculo valescit, & à viro Dei habitum suscepit. Cum quædam militem valde nobilem ad ordinem recepisset, & virum Dei quodam tempore sequeretur, grauis sima cœpit tentatione pulsari. Cum autem eum quidam de fratribus tam tristem videret, & causam tantæ tristitiæ requisit, Cui ille respondit. Scio inquit scio quod nunquam amplius lætus ero. Quod verbum cū dictus frater ad seruum Dei retulisset, ille pro eo atterius orauit, statimque ille frater, qui tam grauitè tentatus & tam tristis erat, tantum cæteris apparuit iucundior & hylarior, quantum prius cæteris tristior. Cum autem ei dictus frater verbum mæstitiæ, quod locutus fuerat, amicablem improperaret, ille respondit. Et si tunc dixi nūquam amplius lætus ero, sed nūc dico nunquam amplius tristis ero.

R Cum sanctus Malachias episcopus Hibernie cuius vitam plenā virtutibus ipse descripsit, ad Christum feliciter in monasterio suo migrasset, & vir Dei pro eo hostiam salutarem offerret, gloriam eius domino reuelante cognouit, & eodem inspirante post communionem formam orationis mutauit læta voce sic dicens. Deus qui beatum Malachiam sanctorum tuorum meritis coequasti, tribue quesumus, vt qui præciosæ mortis eius festa agimus, vitæ quoque imitemur exempla. Cui dum cantor innueret quod erraret, ait. Non erro, sed noui quod dico. Deinde accedens sacra eius vestigia osculatur. Cum instante quadragesima à multis fuisset tyrionibus visitatus, rogauit eos, vt in illis saltem sacris diebus à suis vanitatibus & lasciuibus abstinerent. Quibus nullo modo acquiescentibus iussit eis propinari vinum dicens Bibite poculū animarū. Quo hausto subito murati recedunt. Et qui modicū tempus denegauerant, totum tēpus vitæ suæ Deo dederunt. Tādē beatus Bernardus morti feliciter appropinquans, ait fratribus suis. Tria vobis obseruanda relinquo, que in stadio præsentis vitæ quo cucurri, meminī me pro viribus obseruasse. Nemini scandalū

facere

facere volui: & si aliquādo accidit: sed aui, vt potui. Minus semper sensui meo quā alterius credidi. Læsus de lædēte nunquā vindictā expetij. Ecce charitatē, humilitatē & paciētiā vobis relinquo. Deniq; postquā multa miracula perperrasset & .clx. monasteria cōstruxisset, multosq; libros & tractatus compilasset: consummatis vitæ suæ diebus circiter annos. lxxij. anno domini. M. clxxij. inter filiorum manus obdormiuit in domino. Post obitū suum multis gloriam suā manifestauit. Cuidam enim abbatī in quodam monasterio apparuit, vt se sequeretur admonuit. Qui cum sequeretur, dixit ei vir Dei. Ecce ad montem Libani venimus: & tu hic manebis, ego autem illuc ascendam. In terrogatus ab eo ad quid vellet ascendere: discere inquit volo. Miratus ille, quid inquit vis discere pater, cui nullum hodie in scientia credimus esse secundū. Et ille. Nulla hic scientia nulla veri cognitio. Solum scientiæ plenitudo: sursum vera notitia veritatis. Et in hoc verbo disparuit. Ille autem diem notauit: & tunc virum Dei Bernardum de corpore migratū se inuenit: multa autem alia & penē innumerabilia miracula per seruum suum Deus operatus est.

De sancto Timotheo. A

TIMOTHEVS quasi timorem tenens: vel à timore & theos, quod est Deus quasi timor Dei. Causa tunc autem iste timor in quolibet viro sancto, sicut ait Grego. considerando vbi fuit: vbi erit: vbi non est. Vbi fuit, quoniā in peccato, vbi erit, in iudicio: vbi est, in miseria: vbi non est, in gloria.

LEGENDA CXVI. B

TIMOTHEVS sub Nerone à præfecto vrbis Romæ dum grauitè torqueretur, & calce viua eius plagæ aspergerentur: & ipse in his gratias ageret duo angeli sibi affuerunt, dicentes. Erigē caput in cœlū & vide. Aspiciēs; vidit cœlos apertos: & Iesum Christum coronam gemmatam tenentē & dicentem sibi. Hanc de manu mea accipies. Quod quidam vir nomine Apolinaris videns se baptizari fecit. Quapropter præles iussit ambos in confessione domini perseuerantes decollari, circa annos domini. lvij.

De sancto Simphoriano. A

SIMPHORIANVS dicit à symphonia fuit enim tanquā vas musicū emittens armoniā virtutum. In quo tanquā in vase musico tria fuerunt. Nam vt dicit Auerrois sonatium debet esse durum ad resistendum: lenē ad continuandum: latum ad implendum. Et simphorianus tanquā vas musicum fuit, durus sibi per austeritatem. lenis, alijs per mansuetudinem, latus omnibus per charitatis amplitudinem.

LEGENDA CXVII. B

SIMPHORIANVS in Augustudunensi vrbe ortus, dū adhuc adulescēs esset, tanta morū grauitate pollebat, q̄ seniorum vitam anticipare videretur. Cū igitur pagani festum Veneris celebrarēt: & statim ante Eraclium præfectum deferrent. Simpho-

rianus affuit, Et nollens eam adorare, diu cęditur, & carcerari mancipatur. Et cum eductus de carcere ad sacrificium cogeretur, & multa ei donaria promitterentur: dixit. Deus noster vt nouit remunerare merita, ita nouit punire peccata. Vitam quam Christo soluti sumus ex debito, soluamus ex voto. Sera prænitudo est, sub iudicis timuisse conspectu. Munera vestra fucata, mellis permixta dulcedine male credulis mētib; venena parturiunt. Cupiditas vestra omnia habendo nil possidet, quia diabolicis artibus obligata miseri lucri detineret compedibus, & gaudia vestra in similitudinem vitri cum cæperint splendere franguntur. Tunc iudex ira repletus data sententia præcepit, vt simphorianus occideretur. Qui cum ad locum duceretur, mater eius de muro exclamans, ait. Nate nate memento æternæ vitæ. Sursum respice: & regnātem in cœlo intuerē. Tibi vita non tollitur: sed in melius cōmutatur. Mox igitur decollatus est, & à Christianis corpus eius sublimato honorificè est sepultum. Ad cuius sepulchrum tanta fiebant miracula, vt etiam à paganis in honore maximo haberetur. Refert Grego. Turonē. quod de loco vbi sanguis eius effusus est, quidam Christianus tres lapillos sanguine resperfos sustulit: et in capsâ argentea tabulis ligneis circūsepta locauit. Quam cum in quodam castro locasset, & totū castrum incendiū consumpsisset: de medio ignis prædicta capsâ sana & integra est educta. Passus est circa annos domini. cclxx.

De sancto Bartholomeo. A

BARTHOLOMEVS interpretatur filius suspendentis me, vel filius suspendentis aquas. dicitur enim a bar, quod est filius: & tholos, quod est summitas, et moys, quod est aqua. inde Bartholomeus. i. filius suspendentis aquas. i. Dei qui mentes doctorum sursum eleuat: vt aquas doctrinarum inferius fundant, et est nomen Syrium & non Hebreum. Per primum vero notatur triplex suspensum, quod ipse habuit. Fuit enim suspensus. i. eleuatus ab amore mundi, vel suspensus. i. intentus amore cælesti: vel suspensus. i. in nixu gratiæ & auxilio Dei: vt non à suis meritis, sed à dei adiutorio tota vita sua dependeat. Per secundum verò, profunditas suæ sapientiæ. De cuius sapientiæ profunditate dicit. Dionysius in mystica theologia. Diuinus Bartholomeus dicit & multam theologiam esse minimam, & euangelium latum & magnum & rursus concisum, & vult ostendere Bartholomeus secundum intentionem Dionysij, quod vna consideratione possunt omnia affirmari de Deo alia consideratione magis propriè negari.

LEGENDA CXVIII. B

BARTHOLOMEVS apostolus veniens ad Indiam quæ est in fine orbis: templum in quo erat idolum nomine Astaroth, intrauit, & quasi peregrinus ibidem manebat, qui se languentes, curare dicebat: sed non sanādo subueniebat: sed à lesione cessando. Sed cum templum languentibus plenum esset: & quotidie sacri-

ficantibus pro infirmis etiam à longinquis regionibus adductis nullum ab idolo responsum habere possent, ad aliam ciuitatem perrexerunt: ubi aliud idoli nomine Berith, colebatur. Et interrogatibus cur sibi Astaroth responsum, non daret, respondit Berith. Deus vester cathenis igneis confectus est nec respirare, nec loqui audeat, ex illa hora qua apostolus Dei Bartholomeus ingressus est, dicunt illi. Et quis est iste Bartholomeus. Et dæmon. Amicus Dei omnipotentis: & ideo venit in istam prouinciam, vt omnes deos inde euacuet. Et illi. Dic nobis signa eius, vt eum inuenire possimus. Quibus dæmon ait. Capilli eius crispi & nigri: caro candida: oculi grandes: nares equales & directæ: barba proluxa habens paucos canos: statura æqualis: colobio albo: clauato purpura vestitur. Induitur pallio albo, quod per singulos angulos gēmas habet purpureas. Vigintis sex anni sunt, ex quo vestes & sandalia eius nec veterascunt, nec sordidantur. Centies flexis genibus per diem orat, & centies per noctem. Angeli cum eo ambulant, qui nunquā eum fatigari nec elurire permittunt. Semp eodē vultu & animo lætus & hilaris perseuerat. Omnia præuidet, omnia nouit. Omnium gentium linguas nouit & intelligit. Et quod vobiscum loquor: ipse iam nouit. Et quādo quæritis eū, si vult, ostendit se vobis: si autem non vult eum non poteritis inuenire. Rogo autem vos, vt cum eum inueneritis, rogetis eū ne huc veniat, ne angeli sui hoc mihi faciant, quod meo socio iam fecerunt. Cum igitur per duos dies sollicitè quærentes eum minime inuenissent. Quadam die quidam demoniacus exclamabat, dicens. Apostole Dei Bartholomee concedunt me orationes tuas. Cui apostolus. Obmutescet & exi foras ab eo. Et statim est liberatus. Quod audiens Rex regionis illius Polemius nomine, cum haberet filiam lunaticam misit ad apostolum rogans, vt ad se veniret: & filiam suam sanaret. Ad quem cum apostolus venisset: & eam cathenis ligatam videret, quia accedentes motibus lecerat, iussit eam solui. Et cum ministri ad eam accedere non auderent, dixit. Ego dæmonium, quod in ea erat, iam ligatum teneo: & vos timetis? Et soluta statim liberata est. Tunc Rex camelos auro & argento & lapidibus prætiolis onerauit: & apostolum inquiri faciens nullatenus inuenire potuit. Mane autem sequenti apparet apostolus cum solo rege in cubiculo: dixit ei. Vt quid mecum auro & argento & lapidibus prætiolis toto die quæsisisti. Ista munera sunt necessaria his qui terrena requirunt: ego nihil terrenum nihil carnale desidero. Tunc sanctus Bartholomeus cepit eum multa de modo redemptionis nostræ docere: ostendere inter cætera Christum vicisse diabolum per mirabilem congruentiam: potentiam: iustitiam. & sapientiam. Congruum enim fuit, vt qui filium virginis, id est Adam factum de terra, dum adhuc esset virgo vicerat, à filio virginis vinceretur. Potenter quoque ipsum vicit: cum de sua dominatione potenter eum eiecit, quam diabolum pro deiectione primi hominis usurpauit. Et sicut alicuius victor tyranni comites suos mittit, vt eius titulos vbique erigant, tyranni titulos deiciant. Sic Christus victor nuncios vbique mittit vt diaboli cultum euacuet, & Christi cultum statuatur, iuste verò, quia iustum est, vt qui comedente homine vincens hominem detinebat: à ieiunando

te homine victus hominem amplius non teneret. Sapientes autem, dum ars diaboli deluditur arte Christi Ars diaboli fuit, vt sicut accipiter rapit auem: ita in desertum raperet Christum: vt si ibi ieiunans non famessceret, absque dubio Deus esset. Si autem esuriret, ipsum vt primum hominem, per cibum deuinceret. Sed cognosci Deus non potuit, quia esuriret, nec vinci, quia eius tentationi non cessit. Cum ergo nec dei sacramenta prædicasset: Dixit regi, quod si baptizari velleret: deum suum cathenis ligatum sibi ostenderet.

C Sequenti igitur die iuxta regis palatium dum pontifices idolo sacrificarent: cepit clamare dæmon ac dicere. Cessate miseri sacrificare mihi ne peiora me patiamini: qui cathenis igneis ab angelis Iesu Christi, quem Iudæi crucifixerunt, religatus sum: putantes eum à morte detineri. Ille autem ipsam mortem quæ regina nostra est, captiuauit: & ipsum nostrum principem autorem mortis vinculis igneis vinxit. Statimque omnes miserunt funes vt simulacrum euertent: sed non potuerunt. Apostolus autem dæmoni præcepit: vt inde exiens idolum comminueret. Qui statim exiens omnia idola templi per se ipsum confregit. Deinde fusa oratione ab apostolo omnes infirmi protinus curati sunt. Apostolus autem templum Deo dedicauit: & dæmonem in desertum abire præcepit. Tunc angelus domini ibidem apparuit: & templum circumuolans in quatuor angulos signum crucis digito suo sculpsit, dicens. Hæc dicit dominus. Sicut vos omnes ab infirmitate vestra muauit: ita & templum hoc ab omni sordemundabitur: & habitator eius, quem apostolus in desertum locum ire præcepit: prius tamen vobis eum ostendam, quem videntes ne timeatis: sed quale signum in lapidibus his sculpsit: tale in frontibus vestris imprimatis. Tunc ostendit eis ethiopem nigriorem fuligine: facie acuta: barba proluxa: crinibus vsque ad pedes prætensis: oculis igneis vt ferrum ignium scintillas emittentibus: flammam sulphuream ex ore & oculis spirantem: cathenis igneis vinctum retro manibus: & dixit ei angelus. Quoniam iussionem apostoli audisti, & de templo exiens omnia idola confregisti soluat: vt vadas in talem locum, ubi nullus homo moratur: & sic ibidem vsque ad diem iudicij. Ille autem solutus cum magno strepitu & vlulatu disparuit. Angelus autem domini in cælum cunctis videntibus euolauit. Tunc rex cum vxore & filijs omnique populo baptizatus est: & relicto regno apostoli discipulus est effectus.

D Tunc omnes templorum pontifices congregati ad Astragem Regem fratrem eius conuenerunt: & de deorum suorum amissione, & templi subuersione, & Regis per artem magicam deceptione contra apostolum conquesti. Astrages igitur Rex indignatus mille viros armatos ad capiendum apostolum destinauit. Qui cum adductus fuisset coram eo, dixit ei Rex. Tu nescis ille qui euertisti fratrem meum? Cui apostolus. Ego illum non euerti, sed conuertere. Cui Rex. Sicut tu fecisti fratrem meum deum suum relinquere, & credere, sic & ego te faciam Deum tuum relinquere, & deo meo sacrificare. Cui apostolus. Ego deum quem colebat frater tuus ligavi & ligatum ostendi, & vt sic

geret simulacrum coegi: si sic poteris facere Deo meo, poteris me ad simulacrum prouocare, si autem ego deos tuos comminuat & tu crede deo meo. Hæc illo dicente nunciatur Regi, quod deus suus Baldach se eiecit, & comminutus fuisset. Quod rex audiens purpuram scidit, qua indutus erat, & apostolum sustibus cardi iussit, & cælum viuum excoriari mandauit. Christiani autem corpus eius tulerunt, & honorificè sepelierunt. Rex autem Astrages in templorum pontifices à dæmonibus arrepti mortui sunt. Rex autem Polemius in episcopatum ordinatus & .xx. annis officium episcopatus laudabiliter implens, plenus virtutibus in pace quieuit. De genere sue passionis diuersa est opinio. Nam beatus Dorotheus dicit, quod crucifixus est. Ait enim sic Bartholomeus indis prædicauit, qui & euangelium secundum Matheum in propria eorū lingua eis tradidit. Dormiuit in albana ciuitate magnæ Armeniæ, crucifixus deorsum caput habens. Beatus autem Theodoros dicit, quod fuit excoriat. In multis autem libris legitur, quod tantum fuit decollatus. Hæc autem contrarietas taliter solui potest, vt dicatur quod primò crucifixus fuit, deinde antequam ibidem moreretur, de cruce fuit depositus, & ob maiorem cruciatum fuit excoriat, postremò capite truncatus.

E Anno domini .ccc. xxj. Sarraceni Siciliam inuadentes Liparitanam insulam, ubi corpus sancti Bartholomei quiescebat, vastauerunt, ac eius sepulchrū confringentes ossa eius disperferunt. Nam ad hanc insulam corpus eius taliter aduenisse de India perhibetur. Cum enim pagani propter signorum frequentiam viderent corpus eius taliter aduenisse plurimum venerari, indignati in loco plumbeo positum in mare precipitauerunt, quod diuino nutu ad insulam prædictam deuenit. Cum igitur Sarraceni eius ossa disperdissent, illis recedentibus apparuit apostolus cuidam monacho, dicens. Surge & collige ossa mea quæ dispersa sunt. Cui ille. Quæ ratione ossa tua colligere aut aliquem tibi honorem exhibere debemus, cum nos deleri permiseris, nec auxilium nobis impenderis. Cui ille. Per multum temporis meis meritis dominus populo huic peperit, sed eorum peccatis nimis inualecentibus & vsque ad cælum clamantibus iam pro eis non potuit veniam obtinere. Sed cum ossa sua inuenire posset, quo modo inter tot aliorum ossa sua inuenire posset, ait. Nota ad ea colligenda ibis, & ea quæ vt ignem splendens videris, protinus hec leuabis. Qui omnia vt dixerat inueniens, apostoli ossa leuauit, & super quadam nauem conscendens Beneuentum quæ in metropoli Apulicæ transiit. Nunc autem dicitur quod sint Romæ, licet Beneuentani se adhuc corpus illud habere affirmant. Cum quædam mulier vas plenum oleo attulisset, vt in lampadem beati Bartholomei poneretur, quantumcumque vas super lampadem inclinaret, nil ex eo exire volebat, cum tamen digitos in vas mitterent, & oleum liquidum omnino palparent, runt quidam exclamauit. Puto quod apostolo acceptum non est, vt hoc oleum in suam lampadem infunderetur. Quapropter in aliam lampadem infunderunt & protinus oleum emanauit.

F Cum Imperator Fredericus Beneuentum destruxerit, & omnes ecclesias quæ ibidem erant, dirigit

mandasset, ciuitatem totam ad alium locum transferre intendens, vir quidam quosdam viros albatos & fulgentes inuenit, qui adinuicem loqui & inter se aliqua tractare videbantur. Qui cum vehementer ad mirans quidnam essent, interrogasset, vnus eorum respondit. Iste est Bartholomeus apostolus cum cæteris sanctis, quorum in hac vrbe ecclesiæ habebantur. Qui in simul conuenerunt, vt inter se inquirerent & tractarent quali pœna esset ille plectendus, qui eos de habitaculis suis eiecit. Et iam inter eos inuolabilis sententia est firmata, vt ille sine mora ad iudicium Dei accedat de his omnibus in eius iudicio respondurus. Postmodicum verò tempus dictus imperator miserabiliter vitam finiuit. Legitur in quodam libro de miraculis sanctorum, quod quidam magister festum sancti Bartholomei omni anno solenniter celebrabat. Cui prædicandi diabolus in specie cuiusdam puellæ admodum speciosæ apparuit, quam in iectis in eam oculis ad illam inuitauit. Qui dū in mensa consisteret, & prandia inuolauit multum eum allicere nitentur, beatus Bartholomeus in specie peregrini præforibus affuit, & vt amore sancti Bartholomei introduceretur, obnixius flagitauit. Qua dissiuadente panis ei mittitur, sed ille hunc accipere recusauit. Rogauit tamen magistrum per nuncium, vt sibi diceret, quid magis in homine proprium esse putaret. Cui cum ille diceret, risibile. Puella respondit. Imo peccatum, cum quo homo concipitur, nascitur atque uiuit. Cui Bartholomeus respondit quod ille bene intulit, sed mulier profundius indagauit. Secundo dictus peregrinus magistro misit, vt sibi diceret, quis locus vnus pedis esset, ubi Deus in terra maiora miracula ostendisset. Cui cum ille diceret locus crucis, in quo Deus mirabilia operatus est. Illa ait. Imò caput hominis, in quo quæsi minor mundus existit. Vtrorumque sententiam apostolus approbauit. Tertio inquisiuit quanta distantia esset à summo cæli vsque ad profundum inferni. Cui cum magister fenescire disceret: illa ait. Modo videro quod præcipitor. Sed ego hoc noui, quia de altero ad alterum decidi, & oportet quod hoc tibi ostendam. Tunc diabolus cum magno eiulatu se in abyssu præcipitauit. Et dum quærentem peregrinum, minime inuenerunt. Simile ferè legitur de beato Andrea.

G Beatus autem Ambrosius in præfatione quam fecit de illo apostolo eius legendam abbrevians, ita dicit. Discipulis Christe tuis vnica diuinitate prædicantibus trinitatem tuam mundo, mirabiliter dignatus es ostendere maiestatem. Inter quos beatissimum Bartholomeum magno virtutum prærogatiua colendum benigna tui præspectio ad populum direxit longinquum, quem licet penitus humana conuersatione remotum tibi tamen prædicationis augmenta meruit consignare vicinum. O quæ tuis præconijs apostolum mirabilem celebrandum creditum ad seminandum fidem proximorum corda non sufficerent populorum, atatis quasi vestigijs extremos terrarum fines penetrauit Indorum. Cum languentium innumera cætera templum ingressus demoniacum effecit ilico, vt nullum cultoribus dæmon præberet responsum. O quæ miræ virtutū ipsius insignia, dū

humana voce verbosam contra se aduersarium solo iussu laceratis diutissime viris reddidit mutum. Regnam diabolica contagione lunaticam liberavit: puelli amque solutis nexibus patri representant fanisissimam. O quam sublime sanctitatis eius miraculum, dum antiquum humani generis inimicum suum fecit in nichilum redigere simulacrum. O quam digne exercitui numerandus caelestis: cuius vt miraculis fidem commo daret certissimam, angelus apparuit superna delapsus ab aula. Is igitur catenatum dæmonem cunctis ostē tans deformem saluiferam saxo dominicum impreserat crucem. Rex reginæque simul baptizantur cum gente vrbiumque. xij. accollat te Deum patrem corpore sequuntur & mente. Ad extremum verò templorū delatu pontificum Neophici Polemij frater tyrānus. b. apoteolorum omnimode in fide constantem cælum atque excoxiatum acerrimam fecit suscipere mortē. Qui tanta mortis viriliter perferendo discrimen gloriosi certaminis ad celeste gaudium reportauit triumphum. Hucusque Amb. Beatus autem Theodorus abbas & doctor præcipuus de hoc apostolo inter cætera scribit ait. Apostolus dei Bartholomeus primus in Licio prædicauit. Postmodum in India ad vltimum in Albana vrbis. maioris Armeniæ: vbi primò excoxiatus tandem capite plexus, ibidem sepultus est. Qui dum ad prædicandum mitteretur à domino, vt opinor audiuit. Vade discipule meus ad prædicandum: exi ad pugnandum: capax esto periculorum: ego paternum opus consummaui primus testis factus. Vas quod necessarium est imple. Imitare magistrum tuum: emulare dominum tuum. Sanguinem sanguinibus pone: carnem carnibus trade: quæ pro te passus sustinui, patere, Arma tibi sint benignitas in sudoribus: mansuetudo inter maleficos: patientia in his qui perimunt. Non refutaui apostolos: sed vt famulus fidelis dominico quiescens præcepto pergit, gaudens tanquā lux mundi, vt tenebrosos illuminaret, tanquam sal terræ vt gentes inspidas saliret, tanquam agricola, vt spirituales agriculturas perficeret. Petrus quoque apostolus docet nationes, sed Bartholomeus consequenter paria inuestigat. Petrus operatur prodigia magna sed Bartholomeus facit mirabilia valida. Petrus capite deorum crucifigitur, Bartholomeus postquā viuus excoxiatus est capite plebitur. Ad quot vellet Petrus capescenda mysteria ad rot. Bartholomeus sufficit penetranda æqualiter secundat ecclesiam, equa lance habuit & cætera, diuina charismata. Hic ex diuino duodenario numero medius ex vtraque parte sonum diuina sermonicationis dat, sicut in cythara armoniam Omnes apostoli vniuersitatem sibi dispertientes prætores regis argum constituti sunt. Huic autem est fors & portio Armeniæ locus, qui est ab Eulath vsque ad Gabaoth distributa. Igitur vide eum linguæ arator rationabilia rura sulcantem: fidei verbum in profundo cordis recondentem, paradisos & vineas domini plantantem, singulis passionum remedia medicinaliter inferentem, spinas inutiles euellentem, siluas impietatis secare, sepes dogmaticas circumponere. Sed quales mercedes creatori obtulerunt. Vtrique pro honore inhonorantiam, & pro benedictione maledictionem, pro muneribus penas, pro requiescibili vita amarissimam mortem. Nam postquam intolerabilia

tormenta subiit, ab eis decoratus in more follis fuit nec postquam migravit, ab hoc mundo: neglexit ociosos: sed inuita bat miraculis perditos: & prodigijs admittēbat aduersos, sed bestialē mentem nilērat quod conpesceret: nil quod à malo retraheret. Quid de cætero faciunt. Infaniunt cōtra illud sacrū corpus. Respuunt, egroti medentem orbi manu, ducentem: cæci ductorem: naufragi gubernatorem mortui viuificatorem. Et hec quomodo: proijciunt namque in pelagus corpus sanctum.

H Motus est igitur cum impetu de regionibus Armeniæ arca cum quatuor aliorum martyrum arcibus, quæ similiter, dum signa operarentur, cum ea fuerant in mare proiectæ: & per tantum spacium maris quatuor his præcedentibus & tanquā ministris obsequiū apostolo quodammodo facientibus venerunt in partes Sicilia: in insulā que Liparis nūcupatur: sicut episcopo Hostiensis, qui tunc præsens erat reuelatum fuit. Venit ad pauperulam thesaurus ditissimus. Venit ad ignobilem preciosissima margarita. Venit ad mētam splendidissimum luminare. Alijs igitur quatuor ad diuersas terras euentibus sanctum apostolum in dicta insula reliquerunt. Etenim prædictos quatuor martyres apostolus relinquens retrorsum vnum scilicet Papinum in ciuitate Sicilia: Milas: alium verò Lucianum nomine mēsam transtulit, reliquos verò duos in Calabritidem terram direxit Gregorium quidem in ciuitatem Calunian. Achacium autem in ciuitatem quæ Chale vocatur, qui vsque hodie sagittijs suis splendet. Suscepit est igitur cum multis hymnis: laudibus & canticis, & templum sibi, magnifice fabricatur. Mons autem vulcanus insulæ contiguus cū habitatoribus esset nocuus, eo quod ignem emittebat: quasi per stadia septem se inuisibiliter elongauit circa mare suspensus: ita vt vsque hodie apparere vidētibus quasi figuratio fugientis ignis. Nunc igitur aue o beatę beatorum ter beatę Bartholomæe, qui es diuinæ lucis splendor sanctæ ecclesiæ: piscator rationalium piscinum: peritura capturæ dulcis fructus vindicæ palmitis: vulnerator diaboli mundum suo latrocínio vulnerantis. Gaudeas sol orbis terræ cuncta illuminans: os dei: lingua ignita: sapientiam promēs: fons iugiter sanitates emanans, qui mare meabilibus gressibus sanctificasti: qui terram purpuream tuo cruore fecisti: qui ad cælos commeasti: vbi in medio diuinæ aciei resulges in splendore: in marcescibili glorię splendore: in exultatione iucunditatis insatiabilis gaudes. Hæc Theodorus.

De sancto Augustino.

AVGUSTINVS hoc nomen sortitus est, vel propter excellentiam dignitatis: vel propter feruorem dilectionis, vel propter ethimologiam nominis. Propter excellentiam dignitatis: quia sicut Imperator augustus præcellēbat omnes Reges: sic & iste excellit omnes doctores, secundum quod dicit Remigius. Vnde alij doctores comparantur stellis. Dan. xij. Qui ad iustitiam erudiunt multos quasi stellæ &c. Hic autem comparatur soli, sicut patet in epistola quæ de eo cantatur. Quasi sol resplendens sic ipse resulgit in templo Dei. Secundò propter

feruorem dilectionis: quoniam mensis Augustus valde feruet actu calorū, sic & ipse valde incaluit, igne diuini amoris. Vnde ipse in lib. confessionum de se sic dicit. Sagittaueras tu cor meū charitate tua &c. Item ibidem. Aliquando intromittis me in affectum multum inuistatum introrsus nescio ad quam dulcedinē, quæ si perficiat in me, nescio quid erit, vita æternā non erit. Tertio propter ethimologiam nominis dicitur enim Augustinus ab augeo, & astitim, quod est ciuitas, & ana, quod est sursum. Inde Augustinus quasi augeus supernam ciuitatē. Vnde de eo cantatur. Qui præualuit amplificare ciuitatem &c. De qua ciuitate ipse dicit in libro xj. de ciuitate Dei. Inest ciuitati Dei & origo & informatio & beatitudo: quoniam si queratur, vnde sit Deus, eam condidit. Si vnde sapiens, à Deo illuminatur. Si vnde felix, Deo fruatur. Substitens modificatur, contemplans illustratur, in herens iucundatur. Videri & amat, in æternitate Dei vegetin veritate Dei lucet, in bonitate Dei gaudet, vel ut dicitur in glossario. Augustinus dicitur magnificus, felix: præclarus. Fuit enim magnificus in vita, præclarus in doctrina, felix in gloria. Eius vitam compilauit. Popsidonius Calamensis episcopus, vt dicit Casiodorus in libro de viris illustribus.

LEGENDA CXIX.

AVGUSTINVS doctor egregius in provincia Africana in ciuitate Carthaginiensi ortus ex honestis valde parentibus f. patre Patricio matre Monica genitus in liberalibus artibus sufficenter edoctus fuit ab eo, vt summus philosophus & rethor luculentissimus haberetur. Nam libros Aristotelis & omnes libros liberalium artium quoscumque legere potuit, per se dedit, & intellexit, sicut ipse in libro confessionum testatur, dicens. Omnes libros artium (quos liberales vocant) tunc nequissimus malaram cupiditatu seruus per me ipsum legi, & intellexi, quoscumque legere potui. Idē in eodē. Quicquid est de arte loquēdi, & differēdi, quicquid de dimensionibus figurarū, & de musicis, & de numeris sine magna difficultate nullo hominū tradente intellexi. Scis tu dñe Deus meus, quia celeritas intelligēdi & discēdi acumen donū tuum est. Sed non inde sacrificabam tibi. Verum quia scientia sine charitate non edificat, sed inflat in errorem Manicheorum, qui Christum fantasticum fuisse affirmant, & carnis resurrectionem negant, incidit, & in eo per annos. ix. dum adhuc adulescens esset, permansit. Ad has etiam nugas adductus est, vt arborem sic florare diceret. cum ab ea folium vel ficus tolleret. Cū igitur esset annorum. xix. & quendam librū cuiusdam philosophi. s. Ciceronis in quo vanitas mūdi contēnenda & philosophia appetenda docebatur, perlegeret, ex hoc quidem liber plurimum placuit, sed quia nomine Iesu Christi, quod à matre imberbat, ibi non erat, dolere cepit. Mater verò eius pro eo plurimum flebat, & ipsum ad vnitatem fidei reducere satagebat. Quadam igitur vice, & legitur in lib. iij. confessionum, vidit se stare in quadam linea ignea licet tristē, & quidam ei iuuenis astitit, & causam tantæ tristitiæ requisit. Que cum diceret, perditio-

nem filij mei deploro. Ille respondit. Esto securus, quia vbi tu: ibi ille. Et ecce continuo filium suum iuxta se stare vidit. Hoc cū Augustino retulisset, Ille ait. Falle ris mater falleris, nec sic tibi dictū est. Sed vbi ego, ibi tu. Contra illa dicebat. Non fili mihi dictum est: vbi ille, ibi tu: sed vbi tu, ibi ille. Rogabat igitur sedula mater quasi importuna quendam episcopum, sicut in eodem libro confessionum Augustinus testatur, vt pro suo filio intercedere dignaretur. Qui tanta quodā modo importunitate deuotissimè, pphetica voce respōdit. Vade securus: quia impossibile est: vt filius tantarū lachrymarum pereat. Cum autem apud Carthaginē multis annis rethoricam docuisset: occulte matre nesciente Romam venit, & ibidem multos discipulos congregauit. Cum enim, mater vsque ad sportum eum secuta fuisset, vt aut eum retraheret aut secum iret, ipse eam decipiens nocte latenter recessit. Quod illa mane considerans aures Dei clamoribus implebat. Quolibet autem die mane & vespere ad ecclesiam ibat, & pro filio orabat. His temporibus Mediolanenses à Simacho præfecto Romanorum petierunt sibi doctorem in rethorica destinari, Præsulabatur tunc ibi vir Dei Ambrosius & ad preces Mediolanensium illic mittitur Augustinus. Mater autem eius quiescere non vallens cum multa difficultate ad eum venit: & ipsum iam nec vere manicheum nec vere Catholicum reperit. Cœpit autem Augustinus bea. Ambrosio adherere, & eius prædicationes frequenter audire. Erat autem valde in prædicatione suspensus, ne quid contra ipsam Manicheorū heresim vel pro ipsa diceretur. Quadam enim vice contra illum errorem Ambrosius diutius disputauit, & ipsum apertis rationibus & auctoritatibus confutauit, ita vt error illē à corde Augustini penitus pelleretur.

B Quid autem post hoc sibi contigerit ipse in libro confessionum narrat dicens. Cum te primum cognoui, reuerberasti infirmitatem aspectus mei radians in me vehementer, & contremui amore & horrore, & iuueni me longe esse à te in regione dissimilitudinis: tanquam audirem vocem tuā de excelso. Cibis sum glandium creffe & manducabis me. Nec tu me mutabis in te sicut cibum carnis tue, sed tu mutaberis in me. Cum autē sicut ibidem refert via Christi sibi placeret, sed per istam augustam adhuc ire pigeret. immitte dominus in mentem eius: vt ad Simplicianum, in quo lucebat lux diuina. s. gratia: pergeret: vt sibi actus suos secum conferenti proferret, quis esset apud modum viuēdi ad ambulandum in via Dei, in qua alius sic alius sic ibat. Displacuit autem ei quicquid agebat in seculo præ dulcedine Dei & decore domus eius, quā dilexit. Simplicianus autē cœpit eum horrai ipse quoque cœpit seipsum hortari & dicere. Quot pueri & puellæ intra ecclesiam Deo seruiunt: & tu non poteris quod isti & iste. An verò iste & isti in seipsis possunt, & non in Deo suo? Quid in te stas & non stas? proijce te in eum, & excipiet te, & saluabit te. Inter horum colloquia memoria Victorini in medium venit. Vnde exhilaratus Simplicianus narrat qualiter idem adhuc gentilis ob sui sapientiam Romæ quod maxime tunc erat statuum in foro meruisset, & qualiter se sapius christianum dicebat. Cui cum Simplicianus diceret non credo, nisi te in ecclesia videro: ille iocan-

do dicebat. Nunquid parietes faciunt hominem Christianum. Tandem dum ab ecclesia venisset, & ei tanquam verecundo occulte liber ubi erat symbolum fidei ad legendum & pronuntiandum tunc tunc moris erat: datus fuisset, ille in altum ascendit, & alta voce pronuntiavit mirante Roma gaudente ecclesia. Omnes autem subito perstreperunt. Victorinus Victorinus cito sonuerunt, & cito siluerunt. Tunc etiam ab Africa quidam amicus Augustini nomine Pontianus superuenit: & vitam & miracula illius magni Antonij, qui nuper in Aegypto sub constantino imperatore defunctus fuerat recitavit. Horum exemplis Augustinus vehementer exaruit, ita quod socium suum Alipium tam vultu quam mente turbatus inuastit, & fortiter exclamavit. Quid patimur, quid audimus, surgunt indocti, & caelum rapiunt, dum nos cum doctrinis nostris in inferni demergimur. An quia praecesserunt pudet sequi, & non pudet nec saltem sequi. Et accurrunt in quendam ortum sub quadam sic se proiecit, ut in eodem lib. confessionum commemorat, & amarissime flens lamentabiles voces dabat dicens. Quamdiu quamdiu, cras & cras, sine modo & sine paululum. Modo non habebat modum, & sine paululum prodibat in longinquum. De hac sui tarditate plurimum conquerebatur, sicut postmodum in eodem lib. scripsit. Heu mihi quam excelsus es in excelsis: & quam profundus in profundis, & nusquam recedis, & vix redimus ad te. Age domine & fac & excita & reuoca nos, accede & rape & fragra & dulcesse, impedimentis omnibus sic timebant experiri, quemadmodum impediri timendum est. Sero te amaui, pulchritudo tam antiqua & tam noua: sero te amaui inus eras & ego foris, & ibi te quarebam, & in ista formosa qua fecisti deformis irrueram. Mecum eras, & tecum non eram. Vocasti & clamasti, & rupisti furditatem meam. Corruscasti & splenduidisti, & fugasti cessitatem meam. Fragrasti & duxisti spiritum meum, & anhelum tibi. Gustasti, & esurio & sitio te. Terigisti me, & exarci in pacem tuam. Cum autem amarissime fleret audiuit vocem dicentem sibi. Tolle lege, tolle lege. Apparuit; statim codicem apostolicum: & coniectis oculis ad primum capitulum legit, Induimini dominum Iesum christum. & statim omnes ab eo dubitatis tenebrae diffugerunt. **C** Interim autem tam vehementissimo dentium dolore torqueri cepit: ut fere sicut ipse ait ad credendum opinionem cornelii philosophi duceretur, qui summum bonum animam in sapientia, summum vero bonum corporis in nullum sentiendo dolorem posuerat. Tam vehementem autem ille dolor fuit, quod etiam loquelam amisit. Quocirca ut in lib. confessionum refert, in tabulis cereis scripsit: ut omnes pro eo orarent: ut dominum dolorem illum mitigaret. Ipse igitur cum alijs genua flexit: & subito se sanum sensit. Insinuauit ergo per literas sancto viro Ambrosio suum votum: ut moneretur, quid sibi de libris sanctis legendum esset, quo aptior fieret fidei christianae. Ac ipse iussit. Esaiam prophetam, eo quod euangelij & vocationis gentium praenunciator aptior videatur. Cuius principium cum Augustinus non intelligeret: totum aliud tale esse arbitrans distulit, ut illud relegeret: cum in scripturis sanctis magis exercitatus esset. Adueniente vero paschali tempore Augusti, cum esset annorum triginta cum filio suo Adeodato puero valde ingenioso quem

Augustin. in sua adulescentia, dum adhuc gentilis & philosophus esset, geuerat: necnon & cum Alipio amico suo meritis matris & praedicatione Ambrosij cum baptisma suscepit. Tunc sicut fertur Ambrosius Te Deum laudamus, inquit, & Augustinus, Te dominum confitemur, respondit, & sic tunc ipsi Deo hunc hymnum alternatim composuerunt, & vsque in finem decantauerunt: sicut etiam testatur Honorius in libro suo, qui dicitur speculum ecclesiae. In aliquibus autem libris antiquis titulus talis praenonitur. Canticum ab Ambro. & Augusti. compilatum. Protinus autem in fide catholica mirabiliter confirmatur: spem omnem quam habebat in seculo, derelinquit, & scholis quas regebat, abrenunciavit. Quanta autem dulcedine diuini amoris extunc frueretur, ipse hoc in libro confessionum aperit, dicens. Sagittaueras tu cor meum charitate tua: & gestabam verba tua transfixa iuviscribis meis: & exempla seruorum tuorum, quos de nigris lucidos, & de mortuis vivos feceras, congesta in linum cogitationis meae crebant, & consumebant grauem torporem, & ascendenti & conuale plorationis, & cantandi canticum graduum dederas sagittas acutas, & carbones vastatores: nec faciabar in illis diebus dulcedine mirabili considerare altitudinem diuini consilij super salutem generis humani. Quantum fui in hymnis & canticis tuis suauiter sonantis ecclesiae vocibus commotus, acriter voces illae infuebant auribus meis, & elicabatur veritas tua in cor meum, & currebant lachrymae, & bene mihi erat cum eis. Tunc enim in ecclesia Mediolanensi haec cantica instituta sunt, & clamabant clamore alto cordis mei. O in pace. O in idiplum. O qui dixit dormiam, & requiescam, & somnum capiam. Tu es enim in idiplum, qui non mutaris: & in te requies obliuiscens laborum omnium. Legebam totum psalmum illum, & ardebam, qui facramentator amarus & coctus aduersus literas de melle caeli melleas, & de lumine tuo luminosas, & super leuipuras huiusmodi tabescebam. Christe Iesu adiutor meus quam suauiter mihi subito est factum carere suauitibus nugarum mearum: & quas admittere metus fuerat: illas dimittere gaudium erat. Eijciebas enim eas a me vera tu & summa suauitas. Eijciebas & intrabas pro eis omni voluptate dulcior: sed non carni & sanguini: omni luce clarior: sed omni secreto interior: omni honore sublimior, sed non sublimibus in se. **D** Post hoc assumptis Nebrodio & Enodio & matrem ad Africam remeabat. Sed cum esset apud ostia tiberis, pia mater eius defuncta est. Post cuius mortem reuerus est Aug. ad agros proprios, ubi cum his, qui sibi adhaerebant, ieiunijs & orationibus Deo vacabat, liberos scribebat, & indoctos docebat. Fama autem eius ubique diffusa debat, & in omnibus libris suis & actibus admirabilis habebatur. Refugiebat autem ad aliquam ciuitatem accedere, quae ipse careret, ne ipsum in praedicto officio impediri cogeret. Eodem tempore apud Yponam erat quidam vir magnarum opum, qui ad Augustinum misit, si ad eum accederet, & verbum ex ore suo audiret: seculo renunciare posset. Quod Augustinus ubi comperit, illuc concitus iuit. Audiens autem Valerianus Yponensis episcopus famam eius ipsum plurimum renitentem in ecclesia sua praesbyterum ordinauit, nonnullis quidem lachrymas suas superbe-

terpretibus & tanquam eos solentibus, & dicentibus quia et locus praesbyterij, licet ipse maiori dignus esset apud praesbyteros tam episcopatum. Qui statim monasterium clericorum instituit: & cepit vitam secundum regulam & sanctis apostolis constituta De cuius monasterio fere decem episcopi sunt electi. Et quia praedictus episcopus erat Graecus: & minus in latina lingua & literis doctus Augustino praetere tribuit: ut contra morem orientalis ecclesiae coram se in ecclesia predicaret. Vnde cum multi episcopo derogarent: ille de hoc non curabat: dummodo per eum fieret, quod per se fieri non valebat. Eo tempore Fortunatus praesbyterus Manicheus & alios haereticos praecipue rebatizatos Donaristas & Manicheos conuicit, abstulit & confutauit. Cupit autem Valerius formidare, ne sibi Augustinus tolleret: & ab alia ciuitate in episcopum peteretur. Nam si bi aliquando ablatu fuisset, nisi eum ad locum secretum transmittere curasset: ita ut inueniri minime potuisset. Impetravit igitur ab archiepiscopo Carthaginiensi ut ipse cederet & Augustinum proponens ecclesiae in episcopum promoueret. Sed cum hoc Augustinus omnimode recusaret, compellus tam & coactus succubuit: et episcopatus curam suscepit. Quod in se fieri non debuisset ut suo viuentis episcopo ordinaretur, postea & dicit & scripsit propter concilij vniuersalis prohibitionem: quam postmodum ordinatus didicit. Nec quod sibi factum esse doluit, alijs fieri voluit. Vnde etiam fatetur, ut in concilio episcoporum constitueretur, ut omnia statuta patrum ordinandis deberent ad ordinatores intimari. Ipse autem de se dixisse postmodum legitur. In nulla re mihi dominum sentio sic iratum: sicut in hoc, quod cum non essem dignus poni ad remum, posuit me ad amplum in apice regiminis ecclesiae. Vestimenta eius calcamenta & ornamenta alia nec nitida nimium: nec abieci plurimum, sed ex moderato & competenti habitu erant. Ipse enim de se dixisse legitur. Fateor de pretio sa veste erubescere, & ideo cum datur mihi, vendo eam, & quia vestis non potest esse communis, pretium sit commune. Mensa frugali & parca semper vsus est: & inter olera & legumina propter infirmos & hospites plerumque carnes habebat. In ipsa autem mensa magis lectionem vel disputationem quam epulationem diligebat: & contra pestem detractionis in ea sic scriptum habebat. Quisquis amat dictis absentem rodere vitam. Hanc mensam indignam nouerit esse sibi. Nam & aliquando cum quidam sibi familiarissimi coepiscopi ad detractionem linguam laxassent: adeo dure eos redarguit, ut diceret: quod nisi desisteret: aut versus ipsos deleret: aut a mensa recederet. Quadam vice cum quosdam suos familiares ad praedictum inuitalset: vnus illorum curiosior caeteris coquinum ingressus est. Cuique omnia frigida reperisset: reuerus ad Augusti. interrogauit, quid ciborum ipse praeneturus paterfamilias praeparasset. Cui Augusti. quaquatuor epularum curiosus: respondit. Et ego vobiscum nescio. **E** Tria a. b. Ambrosio se didicisse ait. Primum est, quod vxorem cuiusquam nunquam peteret. Secundum, quod militare volente ad hoc non comendaret. Tertium, quod ad conuiuia inuirtatus non iret. Causa primi est, ne illi inter se conueniant: & sibi maledicant. Causa secundae est, ne militates calumniam exerceant: & in eum alij culpa refundant. Causa tertij est, ne forte pererant: alioque perdat. Tanta autem peritatis & humilitatis fuit:

ut ipsa etiam minima peccata qui apud nos nulla vel minima reputantur: in libro confessionum confiteatur, & de his coram Deo humiliter se accuset. Nam ibidem accusat se de eo quod cum puer esset, ludebat ad pilam, cum ad scholas ire deberet. Item de eo quod nolens legere, vel adficeret: nisi a parentibus vel magistro vrgeretur. Item de eo quod fabulas poetarum sicut fabulam Aeneae cum adhuc esset puer: libenter legebat, & Didonem mortuam propter amorem plorabat. Item de hoc quod de cellario parentum, vel mensa aliquod furabatur, ut pueris ludibundis daret. Item de eo quod in ludo puerorum fraudulenter victorias exercebat. Item de eo quod pira de quadam arbore vicina vineae suae cum adhuc esset annorum. xvi. furatus fuit. In eodem quoque libro accusat se de ipsa modica delectatione, quam aliquando in comedendo sentiebat, di. Sic me docuisti: ut quemadmodum medicamenta, sic alimenta sumpturus accedam. Sed dum ad quietem facteratis ex indigentiae molestia transeo, in ipso transitu insidiatur mihi loquens concupiscentie, ipse enim transitus voluptas est, & non est alius, quo transeat, quo transire cogit necessitas. Et cum salus sit causa edendi & bibendi, adiungit se tanquam pedisse periculosa iucunditas, & plerumque perire conatur, ut eius causa fiat, quod causa salutis me facere vel dico vel volo. Eribretas longum est a me, misereberis ne appropinquet mihi. Crapula autem non nunquam subrepat, seruo tuo misereberis, ut longum fiat a me. Et quis est domine, qui non aliquando rapiatur aliquantulum extra metas necessitatis? Quisquis ille est, magnus profecto est. Magnificet nomen tuum. Ego non sum, qui homo peccator sum. Habebat etiam se suspectum de olfactu, dicens. De illecebra odorum non satagimus cum absunt, non requiro, cum adsunt, non respicio. Paratus etiam eis semper carere, ita mihi videor & fortis tam fallor. Nemo enim securus esse debet in ista vita, quae tota tetatio nominatur. Vnde qui fieri potuit ex deteriori melior, non fiat ex meliori deterior. Iterum de auditu confiteretur, dicens. Voluptates aurium tenacius me implicauerant & subiugauerant, sed resoluisti & liberaisti me. Cum mihi accidit, ut me amplius causatus quae res quae canitur, moueat, paenalter me peccare confiteretur, & tunc malle non audire cantantem. Accusat etiam se de visu, sicut de eo quod aliquando nimis libenter vidit canem currentem & de eo quod per agrum casu transiens venationem libenter prospexit, & de eo quod domi existens araneas muscas suis retibus capientes, nimis attente conspexit. Ideo autem de his coram domino confiteretur, ut ibidem dicit, quia aliquando haec a bonis meditationibus auertunt, & orationes interrumpunt. Accusat etiam se de appetitu laudis & motu inanis gloriae dicens. Qui laudari ab hominibus vult vituperante te, non defendetur, ab hominibus iudicante te, nec eripietur damnante te. Lau datur homo propter aliquod donum, quod dedisti ei, & tamen plus gaudet se laudari quam donum. Tetatur, his tetationibus quotidie sine cessatione quotidiana forna nostra est humana lingua. Veritatem nolle, ut vel augetur mihi gaudium cuiuslibet boni mei suffragio auris alieni. Sed auget fateor non solum, sed vituperatio mihi nunt. Contristor autem aliquando laudibus meis, cum ea laudatur in me, in quibus mihi ipse displiceo, vel etiam in

na minora vel lenia pluris aestimantur quae aestimanda sunt. **F** Hæreticos vir iste sanctus validissime confutabat, ita ut ipsi inter se publice prædicarent peccatum non esse interficere Augustinum, quem tanquam lupum occidendum dicebant, & occisoribus omnia sua peccata à Deo dimittenda asserbant. Multas ab eis infidias pertulit: ita ut sibi aliquo pergenti in via infidias ponerent, sed dei providentia itineris errore seducuntur: ut inuenire eum non possent. Cum pauperum semper memor erat, eisque ex his quæ habere poterat, liberaliter exhibebat. Nam et de vasibus dominicis propter pauperes & captiuos aliquando iubebat frangi & consari, & indigentibus dispensari. Domum vel agrum siue villam nunquam emere voluit. Multas etiam hæreditates sibi dimissas respuit, eo quod mortuorum filijs vel propinquis potius ipsa deberi dicebat. In his quoque quæ in ecclesia possidebat intentus amore vel implicatus non erat: sed die ac nocte de scripturis & rebus diuinis cogitabat. Fabricarum quoque nouarum nunquam studium habuit: deuitans in eis implicationem sui animi, quem semper liberum habere volebat ab omni molestia corporali: ut libere vacare posset cõtinuæ meditationi et assidua lectiõni. Nõ tamen illa ædificare volentes persuebat, nisi forte immoderate fieri conspexisset. Laudabat quoque plurimum illos, quibus moriendi desiderium inerat: & super hoc trium episcoporum exempla sepius recitabat. Ambrosius enim cum in extremis esset, & rogaretur ut prolongationem vitæ sibi præcibus obrineret, respondit. Non sic vixi: ut me pudeat inter vos viuere, nec mori timeo, quoniam bonum habemus dominum. Quod responsum Augustinus mirabiliter extollebat. Addebat quoque de alio episcopo, cui dum diceretur eum ecclesiæ multum necessarium fore: & quod ideo adhuc eum dominus liberaret, ait. Si nunquam benefici aliquando, quare nõ modo. De alio quoque episcopo aiebat Cyprianum referre, quod cum infirmitate graui laboraret adhuc sibi sanitatẽ restitui, exorabat. Cui inuenis speciosus apparens cum indignatione infremuit, et ait. Pati timeris: exire non vultis: quid faciam vobis. Fæminarum nullam vnquam nec etiã germanam sororem, aut fratris sui filias quæ Deo pariter seruiebant: secum habitare permisit. Dicebat enim quod & si de sorore vel nepotibus nulla mali posset oriri suspitio: tamen quia tales personæ sine alijs sibi necessarijs esse non possent, & ad eas etiam aliæ aduertent: ex illis possent infirmiores, aut humanis tentationibus commoueri: aut certe malis hominum suspitionibus infamari. Nunquam cum muliere solus loqui volebat: nisi secretum aliquod interesset. Con sanguineis sic bene fecit non, ut diuitias haberent: sed ut aut non, aut minus gererent. Raro pro aliquo aut literis aut verbis intercedere volebat, recolens quendam philosophum cõtemplatione famæ amicis nõ multa præstitisse. Et sæpe dicebat, plerunque potestas quæ peritur, præmit. Cum autem id faciebat: sic stilum tẽperabat, ut onerosus non esset: sed mereretur vrbantate dictaminis exaudiri.

G. Volebat potius inter ignotos quàm inter amicos causas audire, dicens, Quia inter illos poterat liberè iniquum cognoscere: & vnum ex his amicis esse facturus, pro quo. si iustitia mediante sententiam daret,

Ex amicis verò esset vnum perditurus. scõtra quæ proferret sententiam. A multis ecclesijs inuitabatur, & ibi verbum domini prædicabat: & multos ab errore conuertebat. Aliquando à proposito disgressiõnem facere consuevit in prædicatione: et tunc dicebat Deum hoc ad profectum salutis alicuius ordinasse: sicut in quodã Manicheorum negotiatore patuit, qui in prædicatione quadã Augustini, vbi ipse disgressiõnem faciens cõtra hunc errorem prædicauerat, conuersus fuit. Eo tempore dũ Gotthi Romam capissent: idolatre & infidèles Christianis plurimum insultabant. Propter quod Augustinus librum de ciuitate Dei composuit. In quo iustos in hac vita debere præmi: impios autem florere ostendit. Vbi de publici ciuitate. scilicet Hierusalem & Babylone, & earum regibus agit: Quia rex Hierusalem, Christus, rex Babylonis, diabolus, Quas duas ciuitates, ut ibidem dicit, duo amores sibi fabricant: quia ciuitatem diaboli, confruit amor sui crescens, vi que ad contemptum Dei ciuitatem dei, amor Dei crescens, vique ad contemptum sui. In diebus autem eius anno. scilicet domini ccccxi, Vnandali totã Aphricã prouinciam occupauerunt vastantes omnia: nec parcentes sexui, ordini vel ætati. Post hoc autem ad ypponensem ciuitatem peruenerunt, & ipsam manu valida obfederunt. Sub hac tribulatione Augustinus præceteris suæ tenebris amarissimam & lugubrem duxit vitam. Fueruntque sibi lachrymæ eius panes die ac nocte: cum alios videret occisos, alios effugatos: ecclesiã sacerdotibus viduatam, ciuitates eum accolis dissipatas. Inter tot tamen mala cuiusdam sapientis sententia se consolabatur, dicentis. Non erit magnus magnum putans, quod cadunt ligna vel lapides: & moriuntur mortales. Cõuocatis autem fratribus dixit eis. Ecce rogauit dominum, ut aut nos ab his periculis eruat: aut patientiam tribuat: aut me de hac vita suscipiat, ne tot calamitates videre compellar. Et ecce tertium quod petiuit, obtinuit. Et tertio decimo obfidioois mente febribus laborans lecto decubuit. Intelligens autem dissolutionem sui corporis imminere, septem psalmos penitentiales sibi scribi fecit, ipsosque in loco contra parietem positos lecto decubans legebat, & vbertim ac iugiter lachrymas fundebat. Et ut Deo vacaret liberius, & ei intentio à nullo impediri posset ante. x. dies sui exitus nullum ad se ingredi præcepit: nisi cum medicus ingrederetur, vel cum sibi refectio portaretur.

H. Quidam autem eger ad eum venit, & ut sibi manum imponeret & ab infirmitate curaret: ipsum instanter rogauit. Cui Augustinus respondit. Quid est hoc tibi, quod loqueris? Putas quod si tale quid facere possem, mihi hoc ipsum non conferrem. Ille autem inuitabatur asserens sibi in visione præceptum esse: ut ad eum accederet, & sanitatem reciperet. Videns autem fidem eius pro ipso orauit, & sanitatem recepit. Eneerguminos multos curauit, & plura alia miracula fecit. In lib. xxij. de ciuitate Dei, duo miracula de se tanquam de quodam alio refert, dicens ypponensem quandam virginem scio, quæ cum se oleo perunxisset, & pro illa orans præbyter lachrymas suas instillauerat, mox à dæmone fuisse sanatam. In eodem etiam libro. sic ait. Scio etiam Episcopum semel pro adolescente, quem non vidit orasse: illumque ill-

co dæmone caruisse. Nullum autem dubium videtur, quin de se loquatur: sed humilitatis causa seipsum non sinit nominare. In eodẽ quoque libro de ciui. Dei sic ait: Quod cũ quidam infirmus incidi deberet: & de eius morte ob incisionẽ plurimum timeretur: & infirmus multis lachrymis Deum exoraret: cũ eo & pro eo Augustinus orauit: & sine incisione aliqua integram salutem recepit. Denique dissolutione corporis appropinquante hoc memoriale docuit, nullum videlicet hõpinem quãtuncque excellentis meriti, sine cõfessione & eucharistia debere transire. Ad extremam autem horã veniens membrum suum corporis incolumis integro aspectu atque auditu anno ætatis suæ. lxxvij. episcopatus verò sui. xl. coram positus fratribus & orantibus migravit ad dñm. Testamentum nullum fecit: quia vnde faceret, pauper Christi non habuit. Floruit circa annos domini. cccc.

I. Itaque Augustinus sapientiæ lumen præfulgidum, propugnaculum probitatis & fidei munimentum omnes ecclesiæ doctores tam ingenio quàm scientia vicinè incompãrabiliter florens tam exemplis virtutum, quàm affluentia doctrinarum. Vnde & beatus Remigius Hieronymum & quosdam alios doctores cõmemorans sic cõcludit. Hos omnes doctores Augustinus ingenio & scientia sua vicit. Nã licet Hier. sex milia volumina originis se legisse fateatur: iste tamen tanta scripsit, ut nõ solum diebus ac noctibus scribere libros eius quis non possit: sed nec legere quidẽ occurrat. Volusianus aut, cui Aug. epistolã scripsit, sic de eo dicit. Legi Dei deest, quicquid Augustini contingerit ignorare. Hier. quoque in quadam epistola scribens Augustino ait. Duo bus libellis tuis eruditissimis, & omni eloquentiæ splendore fulgentibus respondere nõ potui: certe quicquid dici potuit & assumi ingenio, & de scripturarum hauriri fontibus à te positum atque dissertum est. Sed quæ so reuerentiã tuam pariter pariaris me tuum laudare ingenium. Hiero. etiam in lib. de. xij. doctoribus sic de eo scribit. Augustinus episcopus volans per montium cacumina quasi aquila: & ea que sunt in montium radicibus non considerans multa cõlorum spacia, terrarumque situs & aquarum circulum claro sermone pronunciat. Denique in quanta eum reuerentiã & dilectione Hieronymus habuit, patet in epistolis, quas eidem misit. In quarum vna sic dicit. Domino sancto ac beatissimo papæ Augustino Hiero. Omni quidẽ tempore beatitudinẽ tuã, eo quo decet honore, veneratus sum: & habitatem in te dilexi dominum saluatorem. Sed nũc, si fieri potest, cumulo aliquid addimus, & plenam cõplemus: ut absque nominis tui mentione ne vnã horam quidem preterire patiamur. Item in alia epistola ad eundem. Absit aut, ut quicquid de libris beatitudinis tuæ attingere audeã: sufficit enim mea probare, & aliena non rapere. Grego. quoque in epistola ad Innocentium. Aphricæ prefectum de eius libris, sic ait. Quod ex positione sancti Iob vobis transmitti voluisti: vestro studio cõgaudeamus. Sed si delitioso cupitis pabulo saginati, beati Augustini cõpatriotæ vestri opuscula legite: & ad cõparationem illius simularum nostrum furtiorem nõ quæretis. Idem quoque in registro, sic ait. Legitur quod beatus Aug. nec cũ sorore sua habitare cõsensit, dicens. Quæ cũ sorore mea sunt, sorores meæ: nõ sunt. Docti ergo viri cautela magna nõ

bis debet esse instructio. In prefatione quoque: Ambrosiana sic legitur. Magnificentia tua in mortificatione Augustini adoramus tuam in omnibus operante virtute: ut nullis pmissis blãdimentorum fallacium vir tuo ignitus spiritu vinceret: quia eum ita omni genere pietatis imbueras: ut ipse tibi ara & sacrificiũ & sacerdos esset, & replũ. Beatus igitur Prosper in. iij. lib. de vita cõtemplatiua sic de eo dixit. Sanctus Aug. episcopus acer ingenio: suavis eloquio: secularis literaturæ peritus, in ecclesiasticis laboribus operosus, in quotidianis disputationibus clarus, in omni sua actione compositus, in quæstionibus soluendis acutus, in conuincendis hæreticis circumspectus, in expositione fidei nostre catholicus, in explanandis scripturis canonicis cautus. Bern. quoque sic de eo scribit. Augustinus hic est validissimus malleus hæreticorum.

K. Post hoc autem cum barbara gens terram illã occupasset, & sancta loca prophana, fideles corpus. August. ceperunt, & ipsum in Sardiniam transfulerunt: transactis autẽ ab eius obitu annis. cclxxx. Circa annos domini. dcccxvii. Liprandus Longobardorum rex audiens Sardiniam à Sarracenis depopulatã solennes illuc nuntios misit, ut doctoris sancti reliquias; Papiã deferrent. Qui magno pretio dato corpus sancti Augustini tulerunt, & ipsum vsque Ianuã deportauerunt. Quod deuotus rex audiens vsque ad prædictam ciuitatem cum magno gaudio eidem obuiauit, & reuerenter excepit. Cum autem mane vellet corpus deducere. nullo modo de loco moueri potuit, donec rex votum emisit, quod si se inde duci permitteret, ibidem in suo nomine ecclesiã fabricaret. Cum autem votum fecisset, statim sine difficultate in de deductum est. Rex autem quod vouerat adimpleuit, & ibidem in honorem sancti Augustini ecclesiã construxit. Idem miraculum die sequenti in quadam villa epatus Cerdoũ. quæ dicitur Castellã contigit & eodẽ modo ibidẽ in honore. scilicet Augustini ecclesiã fabricauit. Insuper villã ipsam cũ in omnibus suis appenditijs concessit seruientibus ecclesiæ sancti Augustini perpetuò possidendã. Quia verò rex viderat sancto cõplacere: ut in suo nomine ecclesiã fieret vbi cũque; mãsister: & timens ne in alio loco quã vbi desideraret locum sibi eligeret: in omni loco, vbi de nocte cõ corpore hospitabatur, in honore ipsius ecclesiã cõstruebat. Sicque cum magno gaudio Papiã deducitur: & in ecclesiã sancti Petri quæ cõlũ aureũ dicitur, honorificè collocat. Molãdinarius quidã in. b. Augustini speciale deuotione habes: cũ quandã infirmitatẽ, quæ dicitur phlegma falsum, in tibia pateretur. b. Augustini deuote in sui adiutorium inuocabat. Cui per visum sanctus Augustinus apparuit: & tibiã manu palpã integre restituit sanitati. Qui excitatus se liberatum inuenit: & Deo & b. Augustino gratias reddidit. Quidã puer cũ vitio lapidis premeretur: & de consilio medicorum in cidi deberet: mater pueri morti sibi timens periculum b. Augustinum deuote in sui filij subsidiũ inuocauit: Statimque fusa oratione puer lapidẽ cum vrina emisit: & plenam sanitatem recepit.

L. In monasterio quod Eleemosyna dicit, monachus quidã in vigilia sancti Augustini raptus in spũ, vidit nubẽ splendidã cœli: us elapsam: & super nubẽ Augustinum sedentem pontificalibus insignitum: cuius oculi

quasi duo solis radij totam illam ecclesiam illuminabant, & odor inde nimius exhalabat. Sanctus quoque Barnardus dum quadam vice matutinis existens aliquid obdormisset: & de quodam tractatu Augustini lectiones legerentur: vidit quendam pulcherrimum iuvenem ibi stantem: de cuius ore tantus inundantium aquarum imperus exibat, quod totam illam ecclesiam videretur replere: qui Augustinum adesse non dubitavit, qui fonte doctrinae totam ecclesiam irrigavit. Quidam sanctum Augustinum valde diligens monacho custodi corporis sancti Augustini magnam pecuniam dedit: ut ubi sancti Augustini digitum unum daret. Sed ille accepta pecunia digitum cuiusdam mortui sericis involutum sibi tribuit simulans esse digitum sancti Augustini. Quem ille reverenter accipiens semper devotissime adorabat: & ori oculisque apponens crebro pectori astringebat. Cuius fidem Deus intuens digito illo proiecto unum digitum sancti Augustini tam mirabiliter quam misericorditer sibi dedit. Qui cum reparasset: & multa ibi miracula fieret fama usque Papiam delata est. Sed cum praedictus monachus assereret, quod cuiusdam mortui digitus ille esset: sepulchrum aperuerunt, & unum deesse de eius digitis inveniunt, unde abbas recognita monachum ab officio deposuit: & dire affixit. apud Burgundiam in monasterio quod dicitur Fontanetum, erat quidam monachus Hugo nomine, sancto Augustino valde devotus: qui in eius scriptis miro desiderio pascebat, quae etiam crebra supplicatione rogauerat: ut ipsum ex hac luce migrare non sineret: nisi in die sua: sacratissime solemnitate. Ipse igitur. xv. die ante festum eiusdem sic cepit duris febribus aestuare: ut in vigilia ipsius super humum tanquam moriens poneretur. Et ecce plures decori ac fulgentes viri amici albis ecclesiam dicti monasterij processionaliter intraverunt. Quos sequebatur quidem reverendus pontificalibus insignitus. Quidam autem monachus in ecclesia consistens, hoc videns obstupuit: & quinam essent, vel quo pergerent, inquisivit. Cuius eorum dixit, quod sanctus Augustinus esset cum suis canonicis, qui ad votum suum morientem pergeret: ut eius animam ad regnum gloriae deportaret. Post hoc illa reverenda processio ad infirmarium ingreditur: ubi cum aliquandiu mansisset, sancta illa anima a carne soluta est, quae dulcis amicus & ab ostium insidijs securam reddidit, & ad caeli gaudia introduxit. Legitur quoque quod dum adhuc Augustinus in carne viveret & quaedam relegeret ante se transire vidit daemone librum humeris baiulantem. Qui cum ab eo prorinus adiuratur: ut quae ibi scripta lateant, sibi pandat. Qui peccata hominum ibidem esse asseruit scripta, quae vnde cum collegit, & in eo reposuit. Moxque ei precepit: ut si aliquid suorum peccatorum ibi scriptum retineret, sibi legendum continuo manifestaret. Ostenso autem loco nihil Augustinus ibi scriptum reperit: nisi quod quadam vice completorium ex oblivione dimisit. Praecipiensque diabolo, ut suum praestolaretur aduentum, ecclesiam est ingressus, & completorium devote dixit: & solitas orationes complete pergit. Reversusque dixit ei, ut praedictum locum sibi ostenderet iterum relegendum. Qui dum crebro reuolueret, & tandem locum vacuum reperisset: iratus dixit. Turpiter me decepti: praeniter

me quod librum meum tibi ostendi, quia peccatorum tuorum orationum tuarum virtute delesti. Et his dictis confusus evanuit.

M Cum quaedam mulier a quibusdam maliciose injuriam pateret: illa ad beatum Augustinum accessit, ut super hoc eius consilium imploraret. Quae cum ipsum studentem inuenisset, & eum reverenter salutasset, ille nec ad eam respexit, nec quicquam sibi respondit. Cogitans illa ne forte ob nimiam sanctitatem in faciem mulieris nollet intendere, proprius accessit: & diligenter negotium exposuit. Sed ille nec se ad eam convertit, nec responsum aliquod sibi dedit: ideoque illa cum tristitia magna recessit. Altera autem die cum Augustinus missam celebraret, & dicta mulier interesset: post elevationem corporis rapta in spiritu: vidit se positam ante tribunal sanctissimae trinitatis. Vbi vidit Augustinum facie inclinata de trinitatis gloria attentissime & sublimissime disputantem. Factaque est vox ad eam dicens. Cum ad Augustinum iuisti ille sic de trinitatis gloria attentissime disputabat: & ideo quod ibi fueris, penitus non advertit. Sed ad eum securus rediit: quia & eum clementem inuenies, & consilium salubre reperies. Quod cum fecisset Augustinus benigne eam audivit: & consilium salubre donavit. Fertur quoque, quod dum quidam vir sanctus in spiritu raptus sanctos in gloria conspexisset: & b. Augustinum minime vidisset: quendam de sancti ubi nam Augustinus esset, percunctatus est. Qui respondit Augustinus residet in excelsis: ubi deputat de gloria excellentissimae trinitatis. Cum quidam Papienses a marchione Malaspina in carcere detinerentur: ab eis omnis potus penitus est interdictus: ut possent ab eis magna pecunia extorqueri. Unde plerique iam spiritu exhalabant, quidam vero vinam bibebant. At quidem iuuenis inter eos, qui in beatum Augustinum magnam devotionem habebat: ipsam in sui adiutorium invocavit. Tunc circa noctis medium sanctus Augustinus praedicto adulescenti apparuit: & quasi manus eius dexteram apprehendens usque ad flumen Graueloni ipsum deduxit, ibique cum folio vitis in aqua madefacto sic eius linguam refrigeravit: ut qui iam vinam bibere cupierat, de potu nectaris non curaret. Praeposuit cuiusdam ecclesiae in beatum Augustinum magnam devotionem habens, cum per tres annos gravem infirmitatem incurrisset, ita ut de lecto surgere non valeret: adueniente solemnitate sancti Augustini cum iam in vigilia ad vespertas pulsaretur, ad rogandum sanctum Augustinum tota devotione contulit: Cui in albis Augustinus apprensus eidem tercitato proprio nomine dixit. Ecce assum toties a te invocatus. Surge cito, & celebra mihi officium vespertinum. Qui sanus surgens: cunctis stupentibus ecclesiam intrauit, & officium devote peregit. Cum quidam pastori saevum vlcus inter scapulas ortum esset, adeo morbus inualuit: ut iam toris esset viribus desitutus. Qui dum ad sanctum Augustinum preces emitteret: eidem Augustinus in visu apparuit: & super locum infirmum manum apponens perfecte eum sanavit. Idem quoque vir procedente tempore, oculorum lumine est priuatus: qui cum sanctum Augustinum sedulo invocaret: quidam

dam die circa meridiem eidem apparuit, & oculorum manibus suis tergens pristinam sibi sanitatem restituit.

N Circa annum domini. dcccxiij. viri quidam graviter infirmi numero plusquam. xl. de Germania & Gallia Romam ibant ad limina apostolorum visitanda, quorum quidam scannis in terra curui se venientes, alij cum baculis se sustentantes: alij priuari oculis post alios se trahentes, alij contractas manus & pedes habentes pergebant, qui motes transientes ad locum qui dicitur Carbonaria, pervenerunt. Cum autem penes ad locum qui Cana dicitur, advenissent, qui tribus milibus a Papia distat, sanctus Augustinus pontificalibus indutus de quadam ecclesia in honore sanctorum Cosmae & Damiani constructa exiens eidem apparuit, eosque salutans quo tederat, requirit. Qui cum ei quo tenderent, respondissent, adiecit, Ite Papiam & de cenobio sancti Petri quod dicitur Coelum aureum interrogata: & ibi misericordiam habebitis quam optatis. Qui cum eum de nomine suo interrogassent. Ego sum Augustinus quodam Ypo. civitatis eps. Statimque ab oculis eorum evanuit. Illi autem Papiam pergentes cum ad dictum monasterium pervenissent, & ibi corpus sancti Augustini requiescere dedicissent, coeperunt omnes voce laudare ac vnam inter coclamare. Sancte Augustine a diuina nos ad quorum clamores ciues & monachi excitati ad tantum grande spectaculum, confluere. Et ecce ex neruorum distensione sanguis multus cepit effluere: ita ut ab introitu cenobij usque ad tumbam sancti Augustini tota terra sanguine videret aspersa. Cum autem ad sepulchrum sancti Augustini venissent: omnes sanitati sunt integre restituti, ac si nulla in eorum corporibus laesio extitisset. Cepit extunc fama sancti Augustini crebrescere: & multitudinis languentium ad eius tumulum advenire: qui omnes sanitatis beneficia reportantes suae salutis pignora relinquere quebant. Factumque est ut tanta praedictorum pignorum fuerit multitudo, ut inde totum oratorium sancti Augustini & porticus plena essent ita ut eundi & redeundi impediret non modicum generaret. Quapropter monachi necessitate compulsi ea inde remoueri fecerunt, Notandum quod cum tria sint, quae a mundanis hominibus appetuntur. scilicet diuitiarum delictum & honores, vix iste sanctus tante perfectionis extitit, quod ipse se diuitias contempserit: honores respuit: voluptates abhorruit. Quod enim diuitias contempserit, ipse testatur in lib. soliloquiorum, ubi ratio interrogat eum, dicens, Diuitias nullas cupis. Et respondit Augu. Hoc quidem nec nunc primum. Nam cum tricesimum annum agam. xiiij. fere anni sunt quibus ista cupere desisti: nec aliud in his praeter necessarium victum cogitavi. Prorsus vnus Ciceronis liber mihi facile peruasit, nullo modo appetendas esse diuitias, Quod a ueris hominibus respuit, in eodem lib. testatur: ubi ratio interrogat eum, dicens. Quid honores? Et respondit Augu. Fateor eos modo ac penes his diebus cupere dedisti. Voluptates quoque & delicias contempserit, et quantum ad concubitum & quantum ad gustum. Quantum ad primum interrogat eum ratio, dicens in eodem libro. Quid vxor. Nonne te delectat pulchra pudica: morigerata: praesertim si certus sis nihil ex ea te molestia esse passurum, Et respondit Augustinus

Quantumlibet velis eam depingere atque cumulare bonis omnibus: nihil mihi ratio fugiendum esse quam: concubitum decreui. Cui ratio. Non ergo quero quid decreueris: sed vtrum ad hoc aliceris. Et respondit Augu. Prorsus nihil in huiusmodi quero, nihil desidero etiam cum onere: horrore & aspernate talia recordor. Quantum ad secundum interrogat eum ratio, dicens. Quid de cibo. Et respondit Augustinus. siue de cibo & potu, siue de balneis caeteraque corporis voluptate nihil interrogas, tantum ab ea peto, quantum in validudinis opem conferri potest.

De decollatione sancti Ioannis baptistae.

LEGENDA CXX. A

DECOLLATIO sancti Ioannis baptistae. Quatuor de causis iustitiae fuisse videtur: sicut in libro mitrali de officio inuenitur. Primo propter eius decollationem. Secundo propter ossium ipsius concremationem & collectionem. Tertio propter capitis ipsius inuentionem. Quarto propter digitum ipsius translationem: & ecclesiae dedicationem: & secundum hoc festum istud a quibusdam diuersimode nominatur. scilicet decollatio: collectio inuentionis, & dedicatio. Primo igitur celebratur hoc festum propter ipsius decollationem, quae quidem hoc modo facta est. Na vt habetur in historia scholastica Herodes Antipas filius magni Herodis Romam proficiscens & per fratrem suum Philippum transiitum faciens cum Herodiade vxore Philippi: & secundum Iosephum sorore Herodis Agrippae secreto pepigit, quod in reditu suo vxorem repudiaret: & ipsam in coniugem duceret. Quod vxorem suam. scilicet filiam Arethae regis Damascenorum minime lauit: & ideo non expectato viri reditu ad patrem quaerit festinauit. Rediens autem Herodes Herodiade Philippo abstulit: & Aretham regem, & Herodem Agrippam cum Philippo in sui inimicitiam concitauit. Ioannes autem eum de hoc arguebat: quoniam secundum legem quam receperat, fratres sui vxorem ipso viuente sibi minime habere licebat. Videns Herodes quod Ioannes tam dire cum super hoc redargueret: & quia ob praedicationem & baptismum secundum Iosephum magnum populorum congregaret, ipsum in carcere vincula vitae vxori place cupiens: & populi sublequentis Ioannem dispendium pertimescens, ipsum occidere voluit: sed populum timuit. Desiderantes autem Herodias pariter & Herodes occasionem aliquam inuenisse, ut Ioannem occidere possent, videntur inter se secreto conduxisse. vt Herodes natali sui diem coram primis Galileae suisque principibus celebraret: & puella saltanti filiae Herodias quicquid petierit se sibi daturum iuramento firmaret, & ipsa caput Ioannis petente, illud sibi propter iuramentum factum eum tribuere oporteret: sed de iuramento facto, se contristari simularet. Quod enim hanc veritatem & simulationem habuerit, videtur innui in his, schola ubi sic dicit. Credibile est, quod Herodes cum vxore de nocte Ioannis sub tali occasione facienda prius secreto tractauerit. Itē Hiero.

in glof. Ideo forte iurauit, vt occasionem inueniret occidendi. Nam si illa patris aut matris interitum postu-
lasset, Herodes non vtique consensisset. Ordinato igitur
conuiuio puella adest, coram omnibus saltat, pla-
cet cunctis. Se sibi quicquid petierit daturum rex iur-
at. A matre premonita caput Ioannis expostulat. Sed
versipellis Herodes propter iusiurandum se contrista-
tum simulauit, eo quod vt dicit Rabanus, temere iur-
asserat, quod eum facere oporteret. Sed tristitiam pre-
fererat in facie, cum lesitiam haberet in mente. Excusa-
t scelus iuramento, vt sub occasione pietatis impius
fieret. Igitur spiculator mittitur, caput Ioannis preci-
ditur, puellæ datur, & a puella matri adulteræ præsen-
tatur. Augu. occasione huius iurationis narrat in ser-
mone quodam, quem fecit in decollatione sancti Ioan-
nis baptistæ tale exemplum.

B ¶ Fuit quidam homo innocens & fidelis à quo au-
diui quod narro. Cum enim quidam sibi negasset, quod
ei accomodauerat, vel quod sibi debebat, commo-
tus ille prouocauit eum ad iusiurandum. Ille igitur
iurauit, iste perdidit. Videbat ergo in ipsa nocte se ad
iudicem raptum fuisse, & ab eo interrogatum fuisse,
his verbis. Quare prouocasti hominem ad iurationem,
quem sciebas falsum esse iuraturum. Respondit ille.
Negasti mihi rem meam. Et iudex. Melius erat, vt ré-
tuam perderes, quam vt animam illius falsa iuratio-
ne perimeres. Prostratus igitur tam graui ter cædi ius-
sus est, vt in dorso euigilantis plagam vestigia appa-
rerent. Sed indultum est ei, postquam emandatus
est. Hæc Augu. In hac autem die Ioannes decollatus
non est: sed circa dies azimorum anno precedente pas-
sionem Christi. Oportuit ergo vt propter dominica sa-
cramenta minor cederet maiori. Hic exclamat Ioan-
Chryl. dicens. Ioannes schola virtutum, magisteriū
vitæ, sanctitatis forma, norma iustitiæ, virginitatis
speculum, pudicitia titulus, castitatis exemplum, peni-
tentia via, peccatorum venia, fidei disciplina. Ioan-
nes maior homine per angelis, legis summa, euangeli-
j sanctimonio apostolorum vox, silentium propheta-
rum, lucerna mundi, precator iudicis rotius, medius
trinitatis. Et hic tantus datur incestuosæ, traditur ad-
ulteræ, addicitur saltatrici. Herodes autem impuni-
tus non abiit, sed exilio damnatus fuit. Nam sicut ha-
betur in historia scholastica alter Herodes. s. Agrippa
cum esset vir strenuus, sed pauper, præ nimia pauper-
tate desperans, quandam turrim intrauit, vt ibidem
se famæ afficiens moreretur. Quod cum Herodias so-
ror sua audisset, viro suo. s. Herodi Antipæ tetrarchæ
supplicauit, vt eum inde educeret, & sibi necessaria mi-
nistraret. Quod cum fecisset, & ambo iniuicem epula-
reantur, Herodes tetrarcha vino incaluit, & Herodi
Agrippæ beneficia quæ sibi contulerat, impropere
cepit. Ex hoc ille vehementer doluit, & Romam pro-
ficiscens intantum à Caio Cæsar in gratiam esse rece-
pit, vt ei duas tetrarchias. s. Lisanæ & Abilinæ tri-
bueret, & regem in Iudæam imposito diademate des-
tinaret. Videns Herodias quod frater eius haberet no-
ment regis, viro suo molestis præcibus insistebat, vt
Romam pergeret, & sibi nomen regium compararet.
Ille verò cum multis diuinijs abundaret, acquiescere
nolebat, magis diligens ocium quam honorem labo-
riofum. Tandem deuictus vxoris præcibus Romam

cum ipsa perrexit. Quod Agrippa intelligens Cæsari
litteras destinavit quod Herodes cum rege Parthoru
amicitias firmaverit: & Romano imperio voluerit re-
bellare. Et in argumentum huius rei significauit ei
quod in ciuitatibus suis habebat arma, quæ suffice-
rent. lxx. milibus armatorum. Lecta autem epistola
Caius quasi aliunde incipiens Herodem de statu suo
interrogauit, & inter cætera vtrum tanta copia arma-
torum esset in vrbibus, quantum ipse audierat, requi-
siuit. Quod ille minimè negauit. Tunc Caius verum
esse credens quod Herodes Agrippa scripsit, ipsum in
exilium relegauit, vxori autem eius, quia erat soror
Herodis Agrippæ, quem maxime diligebat, potesta-
tem tribuit, vt in terram suam rediret. Ipsa autem vi-
rum suum voluit comitari, dicens, quod illum cui cõ-
municauerat in prosperis, non derelinqueret in aduer-
sis. Lugdunum igitur deportati fuerunt, & ibi vitam
miserabiliter finierunt. Hæc in historia scholastica.
C ¶ Secundo propter osium ipsius concremationem
& collectionem, quæ ipsa die secundum quosdam fue-
runt concremata, & à fidelibus ex parte collecta. Vnde
quasi secundum martyrium patitur, quando ipse
in suis osibus concrematur, & ideo ecclesia tanquam
secundum eius martyrium hoc festum celebrat. Sice-
nim legitur in lib. xij. histo. scholastica vel ecclesia-
stica. Dum discipuli Ioannis corpus eius apud Seba-
stem vrbem Palestinæ inter Heliseum & Abdiam se-
pelissent, & ad eius tumulum multa miracula fierent
iubente Iuliana apostata gentiles eius ossa sparserunt
& cum miracula non cessarent, post collecta & igne
concremata in puluerem redegerunt & per agros ve-
tilauerunt, sicut dicitur in historia scholastica & eccle-
siastica. Beda verò dicit, quod ipsa ossa collecta latius
sparserunt, & sic secundum martyrium quodammodo
passus videt. Hoc quidam representant, nescientes dum
in eius natiuitate ossa vndecumque collecta concre-
mant. Dum autem ad concremandum colligerentur,
vt habetur in historia scholastica. & Beda testatur, quidam
monachi à Hierosolymis venientes latenter colligen-
tibus se miscuerunt, & magnam eorum partem tulerunt.
Ipsa quoque ossa ad Philippum Hierosolymita-
num episcopum detulerunt, qui ea postmodum Atha-
nasio Alexandrino episcopo misit. Postmodum verò
Theophilus eiusdem vrbis episcopus ea in templo Se-
rapis à sordibus purgato reposuit, & in honore san-
cti Ioannis basilicam consecrauit. Hæc Beda & histo-
ria scholastica. Nunc autem apud Ianuam deuotè col-
luntur, sicut Alexander tertius & innocentijs quar-
tus rei veritate cognita suis priuilegijs approbaue-
runt. Sicut autem Herodes, qui eius caput amputari
fecit, suorum scelerum penam pertulit: sic & Iulianus
apostata, qui eius ossa comburi iussit, vltio diuina
percussit. De cuius persecutione habetur in historia
sancti Iuliani: quæ est post conuersionem. s. Pauli.
D ¶ De huius autem Iuliani apostatæ origine: im-
perio: credulitate, & morte in historia tripartita ple-
nius edocetur. Constantinus namque frater magni Co-
stantini ex eodem patre duos habuit filios. s. Gallu
& Iulianum. Mortuo autem Constantino Constantius
eius filius Gallum Cæsarem fecit, quem tamen post-
modum interfecit. At Iulianus meruens monachus se-
fectus est: cepitque magos consulere, si posset adhuc

ad imperium peruenire. Post hoc Constantius Iulianu
Cæsarem fecit. & ad Gallias misit, vbi victorias mul-
tas exercuit. Corona autem laurea inter duas colum-
nas dependens rupto funiculo super caput eius inde
transcens decidit: eumque aptissime coronauit cun-
ctis clamantibus, quia imperij signum esset. Cumque
à militibus appellaretur Augustus & corona, quam qua
coronaretur, ibidem deesset, vnus torquem quem ha-
bebat in collo, Iuliani capiti imposuit: & sic ab eis im-
perator est effectus. Tunc signum Christianitatis
quod habebat, abiecit: & repla idolorum aperiens &
eis sacrificans, se paganorum pontificem nominabat
& signum crucis vndique destruebat. Quadã viceros
super eius vestimenta cæterorumque qui cum eo erant
eccidit, & gutta quælibet se in crucis signaculum trã-
formauit. Volens autem complacere omnibus mortuo
Constantio voluit vt vnusquisque cui vellet, ritui des-
seruaret, ac de curia sua eunuchos, tonsores & coquos
fugauit. Eunuchos quidẽ: quia vxor eius obierat: post
quã aliam non duxerat. Coquos: quia cibus simplicio-
ribus vteretur. Tonsores autem, quia vnus (inquit) suf-
ficere multis. Multos libros distulit in quibus omnes
ante se principes lacerauit. Vt ergo coquos atque ton-
sores expelleret, opus philosophi non vt imperatoris e-
git aut detraheret atque laudaret, neque philosophi neque
imperatoris fuit. Dũ aliquandò Iulianus idolis sacrifi-
casset, in visceribus pecudis immolari signaculũ cru-
cis corona circumdatum eidẽ ostensum est. Quod mi-
nistri videntes timuerunt, interpretantes crucis futu-
rum vnitatem, victoriam & interminabilitatẽ. Quos
Iulianus cõfortans ait. Hoc esse signũ Christiani dog-
matis coercendi, nec vltra circulum dilatandi. Dum
Constantinopolim Fortunæ Iulianus sacrificaret: Ma-
ris episcopus Calcedoniæ, qui præ se seculum lumen
amiserat, ad eum accedens ipsum impium & apostata
appellauit. Cui Iulianus ait. Neque Galileus tu
potuit te curare. Et ille. De hoc gratias ago Deo meo,
quia ideo Iuliane me priuauit, ne te videam pietate
nodatum. Iulianus autem nil aliud respondens absces-
sit. Apud Antiochiam vasa sancta & pallia colligens
& in terra proiciens super ea sedit, & ignominia addi-
dit: moxque in locis illis à Deo est percussus, vt inde
vermes scaturirent, & carnes corroderent: à qua pas-
sione quousque vixit, liberari non potuit.
E ¶ Iulianus quoque præfectus dum ad præceptũ im-
peratoris ecclesiarum vasa abstulisset: super ea mingens
ait. Ecce in quibus vasibus Mariæ filio ministratur.
Cui repente os versus est inanum & egestionis orga-
num est factum. Dum apostata Iulianus Fortunæ tem-
plum intraret: & ministri templi aqua, vt mundarentur,
ingredientes aspergerent: Valentinianus aspersio-
nis gutta vidit in clamide, & indignatus pugno per-
cussit ministrum clamens, se maculatum porius quam
purgatum. Quod videns imperator iussit eum in cu-
stodiam redigi, & ad eremũ destinari. Erat enim Chri-
stianus, qui pro mercede meruit postmodum ad im-
periu sublimari. In odiũ quoque Christianorũ Iulia-
nus templum Iudæorum iussit reparari ipsis Iudæis
sumptus largissimè subministrans. Sed dum maximã
cementi copiam subministrasset, subito ventus ma-
ximus veniens totam dispergit, deinde terremotus
maximus est effectus. Postmodum ignis à funda-

mentis egrediens plurimos concremauit. Alia verò
die signum crucis in celo apparuit: & Iudeorum ve-
stes nigro colore crucis signaculo sunt impletæ. Cum
ad Persas vadens resifontem venisset, & regem obse-
deret. Rex suæ patriæ partem obtulit, si ab eo discede-
ret. Ille autem nullatenus acquieuit. Putabat enim se
cundum Pitagoræ Platonisq; sententiam ex mutatio-
ne corporum Alexandri animam possidere: aut poti-
us esse in alio corpore alius Alexander: sed iaculum repẽ-
te dicurrens eius lateri est infixum: quo vulnere ter-
minum vitæ suscepit. Qui verò intulit hac tenus igno-
ratur, sed alij quendam inuisibilem hoc intulisse ferunt:
alij verò vnum pastorem Ismaelitarum, alij mi-
litem famæ & itinere fatigatum. Sed siue homo siue
angelus fuerit, palam est, quia diuinis iussionibus mi-
nistravit. Calixtus autem eius familiaris dicit eum à
dæmone fuisse percussum. Hæc in historia tripartita.

F ¶ Tertio propter ipsius capitis inuentioem.
Nam hac die (vt aiunt) caput eius repertum est. Sicut
enim dicitur in lib. xj. historiæ ecclesiasticæ Ioannes
in castello Arabiæ dicto Macherõta fuit vinctus, & ca-
pite truncatus. Herodias autem caput Ioannis Hieru-
salem fecit deferre, & iuxta Herodis habitaculũ cau-
tè sepeliri, timens ne propheta resurgeret, si cõ corpo-
re caput sepultũ fuisset. Tempore verò Martiani prin-
cipis, vt habetur in hysto. scholastica. qui cepit anno do-
mini cccliij. Ioannes caput suum duobus monachis,
qui hierosolimam venerant, reuelauit, qui ad palatiũ
quod Herodis fuerat: propterantes caput eius inuene-
runt saccis cillicinis inuolutum vestibus estimo: qui
bus in deserto fuerat obuolutus. Vbi dum cum præ-
dicto capite ad propria remearent, quidam Emissenæ
ciuitatis figulus paupertatem fugiens comitem se eis
dem exhibuit. Hic dum peram sibi creditam cõ sacro
capite portare admonitus nocte a. s. Ioanne ipsos fu-
giens Emissenam vrbem cum ipso capite est ingres-
sus, ibique quandiu vixit: in quodam specu sanctum
caput venerans prosperitatem non modicam affec-
tus est. Moriens autem illud sorori suæ sub fide reue-
lauit, & secundum eundem modum sibi inuicem suc-
cessores. Post multum verò temporis sancto Marcello
monacho in eodem specu degenti. b. Ioannes caput su-
um hoc modo reuelauit: Videbat enim sibi dormiẽ-
ti quod multæ turbæ psallentes incenderent ac dicerẽt
Ecce. s. Ioannes baptista venit. Deinde vidit. b. Ioan-
nem: quem vnus à dextris alius à sinistris ducebat: oẽs
que ad eum accedentes ab eo benedicebantur. Ad quẽ
cum Marcellus accessisset, & eius pedibus se prostra-
uisset: eleuans eum & per mentum apprehendens de-
dit ei osculum pacis. Tunc Marcellus interrogauit eũ,
dicens. Domine mi vnde ad nos venisti? Et ille. De Se-
basti veni. Cum igitur excitatus fuisset, & de hac vi-
sione plurimũ miraret, quadã alia nocte cõ dromitre
quidã ad eũ veniens ipsum excitauit, & ecce dũ excita-
tus fuisset, vidit stellã fulgentẽ in ostio cellulæ reside-
re: quã surgens cum palpare vellet, subito in aliã par-
te se trãstulit. Ille autẽ cepit abire post stellã: quousq;
stella stetit in loco, vbi erat caput Ioannis baptistæ: vbi
fodiens reperit vrnã: & in ea scdm thesaurũ. Quidã autẽ
cũ nõ crederet: manũ ad idriã misit: sed statim manus
exaruit: & idriæ adhæsit. Orantibus autem socijs ma-
num extraxit: sed inualida remansit. Apparuit autem

eidem Ioannes dicens. Cum caput meum in ecclesia deponetur, idriam continges, & sanitatem recipies. Quod & fecit & sanitatem integram recepit. Hæc autem cum Marcellus Iuliano eiusdem vrbis episcopo indicasset, ab eis est eleuatum, & in vrbem delatum. Ex quo tempore cepit in eadem vrbe decollatio sancti Ioannis celebrari ipsa die, vt arbitramur (sicut dicitur in historia scholastica) quo caput est inuentum siue eleuatum. Quod postmodum constantinopolim est translatum.

G Nam (sicut dicitur in historia tripartita) cum valens imperator iussisset sacrum caput in vehiculo poni, & constantinopolim transferri: cum circa caledoniam venisset: vehiculum nullatenus trahi poterat, quantumvis boues stimulis vrgerentur. Ideoque ipsum ibidem deponere sunt coacti. Sed cum postea Theodosius ipsum inde offerre velleret: & quandam matronam virginem custodia capitis deputatam reperisset, ibidem rogauit eam, vt sibi auferre dimitteret sacrum caput, illa autem consensit, credens quod sicut tempore Valentis, ita etiam & nunc non permitteret se auferri. Tunc deuotus imperator purpura caput amplectens constantinopolim transtulit, & ibi pulcherrimam ecclesiam ædificauit. Hæc in historia tripartita Et inde Gallias apud Pictauiam regnante Pipino postmodum est translatum, vbi eius meritis multi mortui sunt resuscitati. Et sicut punitus est Herodes, qui Ioannem decollauit, & Iulianus apostata qui eius ossa combussit, sic & Herodias punita est, quæ puellam, vt caput peteret, suggestit, & ipsa puella quæ hoc petijt. Quidam enim dicunt quod Herodias in exilium damnata non est, nec ibi defuncta: sed cum caput Ioannis in manibus teneret, & eidem gaudens plurimum insularet, diuino nutu caput ipsum in eius faciem insufflauit, & illa protinus expirauit. Hoc quidem vulgariter dicitur: Sed quod superius dictum est, quod in exilio cum Herode miserabiliter consumpta fuerit, sancti tradunt in chronicis: & sic tenendum videtur. Filia verò eius cum super glaciem deambularer, sub ea glacies resolutur, & ipsa in aquis continuo præfocatur. In chronica verò quadam dicitur, quod terra ipsam viuam deglutiuit. Quod potest intelligi sicut de Aegyptijs in mari rubro præfocatis dicitur. Deuorauit eos terra.

H Quarto propter digitum ipsius translationem, & ecclesie dedicationem. Digitus enim suus quo dominum ostendit, vt fertur, comburi non potuit. Vnde ipse digitus à prædictis monachis est repertus, quem postmodum (vt habetur in historia scholastica) sancta Tecla inter alpes attulit, & in ecclesia sancti Maximi collocauit. Hoc etiam testatur Ioannes Beletus dicens quod prædicta sancta Tecla ipsum digitum, qui comburi non potuit, de vltra marinis partibus in Normandiam attulit, & ibi honore sancti Ioannis, ecclesiam fabricauit, quam ecclesiam (vt ibidem dixit) quidam hæc die dedicatam fuisse asserunt. Vnde à domino papa statutum fuit, vt hæc dies per totum mundum celeberrima haberetur. Apud Mauritaniam vrbem Gallie matrona quædam Ioanni baptiste valde deuota Deum instantius exorabat, vt sibi de reliquijs sancti Ioannis aliquando aliquid donaretur. cum autem orando

nihil proficere se videret: sumpta de Deo fiducia iuramento se abstulit, quod hætenus non comederet: do nec quod petebat, acciperet. Cum autem diebus aliquibus ieiunasset: pollicem super altare miri candoris vidit: & donum Dei læta suscepit. Tres autem episcopi illuc accurrentes, cum quilibet de illo pollice pariter velleret accipere, tres sanguinis guttas stillare in litho supposito stupuerunt, & singuli singulas se meruisse lætati sunt. Theodolina regina Longobardorum Modeone iuxta Mediolanum nobilem ecclesiam in honore sancti Ioannis baptiste construxit, & ditauit. Procedente tempore, vt testatur Paulus in historia Longobardorum, constantinus qui & constans imperator volens Italiam à Longobardis eripere à quodam viro sancto, qui spiritu prophetie habuit, de exitu belli quæsiuit. Qui nocte orationi vacans, mane respondit. Ioanni ecclesiam regina construxit, & ipse pro Longobardis cõtinuè intercedit, & heo superari non possunt. Venit tamen tempus, quo locus ille despicitur, & tunc superabuntur. Quod tempore Karoli fuit impletum. Vir quidem magnæ virtutis, vt ait Grego. in dialogo nomine sanctulus cum quendam diaconum à Longobardis captum in sua custodia tali conditione recepisset: vt si fugeret, ipse pro eorum sententiam subiret, coegit prædictus sanctulus ipsum diaconem vt fugeret, & se liberaret. Quapropter prædictus sanctulus ad decollandum adducitur, & ad hoc fortissimus spiculator eligitur, de quo dubium non erat, quin vno ictu caput eius abscideret. Extensoque collo cum carnifex forti annis brachium cum ense in altum leuasset, ille protinus ait. Sancte Ioannes suscipe illum. Statimque brachium percussio nis irriguit, & erecto in celo gladio inflexibile remansit. Præstitoque iuramento quod decetero nullum christianum feriret, vir Dei pro eo orauit, & brachium statim deposuit.

De sanctis Felice & Adauto.

LEGENDA CXXI. A

FELIX presbyter & frater suus similiter nomine Felix & presbyter Diocletiano & Maximiano oblatus sunt. Quorum senior cum ad templum serapis, vt ibidem sacrificaret, adactus esset, insufflauit in faciem statuarum, & protinus cecidit. Ductus similiter ad statuam Mercurij pariter insufflauit, & protinus statua cecidit. Ductus tertio ad simulacrum Dianæ similiter fecit. Tortus igitur in euleo. Ductus est quarto ad arborem sacrilegam, vt ibidem immolaret. Qui flexis genibus orauit, & in arborem insufflans eam à radice subuertit, & simulacrum cum arboris & templo arbore corruente contriuit. Quod cum præfectus audisset: eum ibidem decollari præcepit, & corpus eius lupis & canibus dereliquit. Tunc quidam, quod medium repente proficiens christianum se libere confessus est. Ambo igitur se inuicem osculantes ibidem insimul decollati sunt. Christiani verò eius nomen ignorantes cum Adauto vocauerunt eo quod sancto Felici autus sit ad coronam martij.

vij. Quos cum Christiani in foueam, quam arbor effecerat, sepelissent, pagani eos effodere volentes protinus à diabolo sunt arrepti. Passi sunt circa annos domini. cclxxxvij.

De sanctis Sauiniano & Sauina.

LEGENDA CXXII. A

SAVINIANVS & Sauina fuerunt filij Sauini viri nobilissimi, sed pagani: qui de prima vxore Sauinianij genuit: de secunda Sauinam filiam generauit, ex nomine suo ambos vocauit. Legens autem Sauinianus versum illum. Asperges me domine &c. Quid hoc esset, quærebat, sed intelligere non valebat. Vnde intrans in cubiculum in cinere & cilicio prostratus iacebat, dicens se male mori, quã non intelligere sensum verbi. Cui apparet angelus dixit. Noli te vltimo morte affigere, quã inuenisti gratiam apud Deum. & cum baptizatus fueris, niue candidior eris: & tunc intelliges quod nunc quæris. Recedente angelo lætus & stetit, & idola decetero venerari continens à patre plurimum obiurgatur. Cum ergo pater sæpius sibi diceret, melius est vt, quia deos non adoras, tu solus morieris, quã nos omnes in morte tua insimul inuoluamur, latenter aufugit, & ad vrbem Trecafinam deuenit. Cuique super fluuium secanæ venisset: & vt ibi ex eo baptizaretur dominum exorasset, ibidem baptizatus est. Dixitque ei dominus. Nunc inuenisti quod tã diu quæredo laborasti. Statimque in terra baculum fixit. Et facta oratione, baculus ille coram multis astatibus frondes & flores produxit, ita quod. M. cvij. viri domino crederentur. Imperator autem Aurelianus hoc audiens milites ad eum capiendum plures direxit. Qui eum orante inuenientes ad eum accedere timuerunt. Imperator autem plures prioribus misit. Qui venientes cum eo orante pariter orauerunt. Surgentesque dixerunt. Imperator desiderat te videre. Qui cum venisset, & nollet sacrificare, manus eius & pedes fecit ligari, & vectibus ferreis cedi. Cui Sauinianus dixit. Adauge tormenta si potes. Tunc iussit eum in media ciuitate ligari super scamnum, & suppositis lignis oleo & igne incendio concremari. Rex autem intuens vidit eum in aeterna flammâ stantem pariter, & orantem. Stupefactus in faciem suam cecidit, & surgens ei dixit. Pera mala non tibi sufficiunt anime quas decipisti, nisi & nos per magicam artem decipere moliaris. Cui Sauinianus, Adhuc multæ anime & tu ipse per me sunt domino credituræ. Cui autem imperator ex hoc nomen domini blasphemasset, in crastinum iussit eum ad stipitem ligari & sagittari. Sagittæ autem à dextris & senistris in aere suspendebantur, nec aliqua eum læsit. Altera die imperator ad eum veniens, dixit ei. Et vbi est Deus tuus, veniat nunc & de sagittis istis te liberet. Statimque vna de istis sagittis exiliens regem in oculo percussit, & penitus excecavit. Vnde iratus iussit eum in carcere recipi, & in crastino decollari. Sauinianus autem orans, vt ad locum vbi baptizatus fuerat, transferretur, contra actis cathenis & apertis

ostijs per medios milites transiens illuc venit. Quod audiens imperator iussit, cum illuc insequi, & capite truncari. Videns autem Sauinianus milites insequentes super aquam velut super petram ambulauit, quousque ad locum sui baptismi peruenit. Cum igitur milites transuadissent, & cum percutere formidarent, ait illis. Securi me percutite: & de sanguine meo ad imperatorem vestrum deferte, vt lumen recipiat, & dei virtutem agnoscat. Percussus igitur caput suum leuauit: & passibus xlix. illud portauit. At imperator cum de eius sanguine oculum tetigisset, continuo sanatus est dicens. Verè bonus & magnus est Deus Christianorum. Quod audiens quidam qui annis. xl. lumen amisserat, ad locum portari se fecit, & facta oratione protinus lumen accepit. Passus est autem circa annos domini. cclxx. ix. Kalen. Februarij. Sed hoc ideo inferitur, vt historiae sororis suæ, cuius festum hic præcipue recollitur, hæc quoque historia coniungatur.

B Cum igitur soror eius Sauina fratrem suum quodtidie fletet, & pro eodolis supplicaret, tandem sibi dormienti apparuit angulus: dicens. Sauina noli flere: sed quæcumque habes derelinque: & inuenies fratrem tuum in honore maximo constitutum. Que euigilans collactaneæ suæ dixit. Amica mea aliquid ne sensisti? Et illa etiam domina. Nam video hominem tecum loquentem: sed nescio quidem quid dicentem. Non me inquit accusabis. Et illa. Absit domina. Quæsiue vis facias, tamen non te occidas, si que in crastino ambarecesserunt. Cum ergo pater diu fecisset eam inquiri, & non inuenisset: eleuatis ad celum manibus ait. Si tu es Deus potens in celo idola mea comminue, quæ natos meos saluare non poterunt. Tunc dominus intonans omnia comminuit & cõfregit. Quod multi videtes crediderunt. Verum beata Sauina Romam veniens ab Eusebio papa baptizatur, & duos cæcos duosque contractos sanans quinque annis ibidem permanfit. Cui dormienti apparet angelus dixit. Sauina quid est quod facis, vt tuas diuitias deserens nunc in delitijs hic epuleris. Surge & vade in Trecafinam ciuitatem & fratrem tuum ibidem inuenies. Dixit ergo famulæ suæ. Non oportet nos hic amplius habitare. Et illa. Domina quo vis ire, ecce omnes valde te diligunt, & tu peregrinam mori cupis. Et illa. Deus nobis prouidebit. Et accipiens panem ordeaceum in vrbem Rauenam deuenit. Veniensque ad domum cuiusdam diuitis, cuius filia quasi mortua, plangebatur, se ibidem à famula hospitio recipi postulabat. Quæ ait. Domina mea quomodo hic hospitare vales, cum filia dominæ meæ moriatur, & omnes se grauit affigant. Non propter me inquit morietur. Intrans igitur domum manum puellæ apprehendit, & sanam ipsam erexit, Et cum vellent eam retinere, nullatenus acquieuit. Cum ergo iuxta Trecafinam venisset, dixit famulæ suæ, vt parum repauserent. Et ecce vir quidam nobilis nomine Licerius de ciuitate veniens dixit eis. Vnde estis? Cui Sauina, Hic sum de ista ciuitate. Et ille. Cur mentiris cum loquela tua indicat te esse peregrinam. Et illa. Domine verè peregrina sum: & fratrem meum Sauinianum diu perditum quæro. Qui ait. Vir ille quem quæris ante paululum pro Christo decollatus est: & in tali loco sepultus. Tunc se prosternens in oratione ait. Dñe

qui me semper in castitate seruasti: non permittas me amplius duris itineribus fatigari, aut corpus meum ulterius de loco isto moueri. Comedo tibi famulam meam, quae propter me tanta sustinuit: fratremque meum quem hic videre non potui, fac ut in regno tuo videre merear. Finis oratione migravit ad dominum. Quod videns eius famula cepit flere: quia ad sepeliendum necessaria non habebat. Praedictus autem vir praconem per ciuitatem misit, ut homines ad sepeliendum mulierem peregrinam venirent. Qui venientes honorificam sepelierunt. Hac quoque die fit festum sanctae Sabinae quae fuit uxor Valentini militis quae cum nollet sacrificare: sub Adriano imperatore decollata est.

De sancto Lupo.

LEGENDA CXXIII. A

LUPUS apud Aurelianum ex genere regali ortus, dum cunctis virtutibus eniteret, senon Archiepiscopus est electus. Qui cum omnia ferè pauperibus erogaret: & quadam die plurimos ad conuiuia inuitasset, cum vinum ad medium non haberet: respondit ministro. Credo quod Deus, qui volatilia paciscit, nostram perficiet charitatem. Et statim nuncius affuit, qui centum vini modios adesse praeforibus nunciauit. Cum omnes de securia sibi, vehementer detraherent, quod virginem Dei famulam, & filiam praedecessoris sui nimis immoderate amaret: coram detrahentibus ipsam virginem apprehendens osculatus est eam, dicens. Nihil nocent homini verba aliena, quae propria non maculat conscientia. Quia enim ipsam Deum amore ardentem cognouerat: eam mente purissima diligebat. Cum rex Francorum Clotarius Burgundiam intrans senescallum suum contra Seniores direxisset, & ciuitatem obsideret: sanctus Lupus ecclesiam sancti Stephani ingressus campanam pulsare cepit. Quam hostes audientes tantus eos terror inuasit: ut nisi fugerent, mortem se euadere non putarent. Tandem obire regno Burgundiae, cum rex alium senescallum Senonem misisset: & beatus Lupus ei cum muneribus non occurrisset: indignatus nimis adeo eum apud regem infamauit: ut rex beatum Lupum in exilium destinaret. Qui ibi doctrina & miraculis valde emicuit. Intra senonici quendam episcopum, qui locum sancti Lupi inuaserat, occidentes, ut sanctus Lupus de exilio rediret, a rege impetraverunt. Quae rex videns exilio ta befactum ita diuinitus est mutatus, ut coram illo prostratus veniam peteret: multisque, auctum suae restituit ciuitati. Qui dum per Parisius remearet: et multa in carceratorum turba apertis ostiis solutisque vinculis obuiauit. Quadam die dominica cum celebraret, lapsa est calix gemma in eius sancto calice, quam rex inter suas reliquias collocauit. Rex Clotarius audiens quod campana sancti Stephani in sono miram haberet dulcedinem: misit, ut Parisius deferretur: ut ab ipso sapius audiretur. Sed cum hoc sancto Lupo displicisset: mox ut de urbe Senonica delata est, soni dulcedinem perdidit, quod rex audiens statim reuocauit eam iussit: statimque sono reddito insonuit: sed mox ab urbe miliario. Itaque sanctus Lupus obuia-

perexit: & quod dolens perdidit, cum honore recepit. Nocte quadam cum oraret instinctu diaboli vehementer sitiens iussit sibi aquam frigidam deponari. Dolos autem intelligens inimici puluinar suum super vas posuit, & ibi diabolum intrus includit, qui tota nocte vociferando ululare coepit. Facto autem mane, qui ut clausula tentare venerat, in die confusus ab secessit. Quadam autem vice dum more solito ciuitatis ecclesias circumsisteret, rediens domum audit clericos suos rixantes, eo quod cum mulieribus fornicari uellent. Qui ecclesiam intrans pro eis orauit, & mox ab eis omnis stimulus tentationis ab secessit, venientesque ante illum veniam postulauerunt. Tandem multis claris virtutibus in pace quiescit. Claruit circa annos domini. d. cx. tempore Eraclij.

De sancto Mamertino.

LEGENDA CXXIII. A

MAMERTINVS prius paganus cum idola quadam vice coleret, vnum oculum perdidit: & vnius manus ariditatem incurrit. Qui dum se deos offendisse putaret, & ad templum ad adorandum idola pergeret, obuiauit ei vir quidam religiosus nomine Sauinus, qui eum vnde tanta sibi acciderit infirmitas, requisivit. Qui ait. Deos meos offendi, & ideo eos orare vado, ut quae mihi abstulerunt irati, reddant propitij. Qui ait. Erras frater erras, si daemones deos putes, sed vade ad sanctum Germanum Antistodorensem episcopum, & si eius consilio acquieveris: continuo sanus eris. Qui statim iter arripens venit ad sepulcrum sancti Amatoris episcopi, & plurimorum episcoporum sanctorum: Secesitque propter pluuiam nocte illa ad quandam cellulam super tubam sancti Concordiani collocata. Cum autem obdormisset: apparuit ei visio quadam mirabilis, quod quidam sanctus vir venit ad ostium, cellulae, vocauitque sanctum Concordianum, ut veniret ad se: quod sanctus Peregrinus & sanctus Amator cum alijs episcopis faciebant. Cui ille de tumultu respondit. Non possum modo venire: quia hospitem quandam me custodire oportet: ne a serpentibus: qui hic habitant, occidatur. Abiens ille qui audierat: nunciavit reuersusque ait. Sancte Concordiane veni: & adue te. Viuiamque subdiaconem & Iuuiam acolitum: ut officium suum faciant. Alexander autem hospitem tuum custodiat. Visumque est igitur Mamertino quod sanctus Concordianus apprehensa manu duceret eum se cum. Cuique ad eos venisset: dixit ei sanctus Amator. Quis est iste qui tecum ingressus est? Qui ait: hospes meus est. Et ille. Expelle eum: quia pollutus est: et nobiscum non potest esse. Qui cum expelleretur: prostratus coram eis sancti Amatoris gratiam impetravit. Qui iussit eum: ut ad sanctum Germanum pergeret: ut stinaret. Euigilans igitur ad sanctum Germanum venit: & coram eo prostratus veniam postulabat. Qui eum ea quae sibi contigerant, enarrauit: perreuerunt ambo ad tumbam sancti Concordiani: & remoto lapide viderunt plures serpentes: quae x. pedum longitudine excedebant. Cunque omnes diffugerent, beatus Germanus eis imperauit: ut ad tales locum pergerat, vbi de-

tero nemini praesumat nocere. Sicque Mamertinus baptizatus est, & sanatus: factusque monachus monasterij sancti Germani, vbi post sanctum Alodium factus fuit abbas.

Huius tempore in eius monasterio abbas sanctus Marinus exiit, cuius obedientiam sanctus Mamertinus probare volens, vilis officium monasterij ei commisit. Pastorem, scilicet eum faciens bubalorum. Cum igitur in silua quadam boues & vacas libenter custodiret tanta sanctitate pollebat, quod etiam aues siluestres ad se venientes manu propria nutrebat. Nam & aprum qui ad cellam eius confugerat, a canibus eripuit, & abire fecit. Latrones quidam cum eum expulissent, & vestem eius secum ferentes abirent, solum ei palliolum dimiserunt. Qui statim post eos clamauit dicens, reuertimini domini mei, ecce denarium collegatum in medio pallio inueni, qui vobis forsitan necessarius erit. Qui protinus reuertentes palliolum cum denario abstulerunt, & nudum penitus dimiserunt. Sed cum festinanter ad suas latebras properarent, tota nocte euntes in ipso crepusculo ad eius cellulam sunt reperi. Quos ille salutans in cellam suam benigne recepit, pedesque eorum lauans necessaria quantum potuit ministravit. Qui stupefacti de eo quod fecerant, doluerunt, & vnusquisque eorum ad fidem conuersus est. Quadam vice cum quidam iuniores monachi secum manentes vrsu eundem, quae ouibus insidiabatur, laqueos retendissent, illa in laqueos nocte irruens capta tenebatur. Quod sanctus Mamertinus praesciens delicto surrexit: & eam inueniens dixit illi: quid facis o misera, fuge cito ne capiaris: eamque dissoluens dimisit. Verum eum mortuus fuisset, & corpus eius Antistodorum deportarent, & cum fuissent in quadam villa, nullo modo illud inde mouere potuerunt: quo ad usque quidam in carcerat subitò fractis vinculis liber exiliens venit ad corpus, & cum alijs usque ad urbem portauit. Vbi in ecclesia sancti Germani honorifice est sepultus.

De sancto Egidio.

LEGENDA CXXV. A

EGI DIVS dicitur ab e, quod est sine, & geos, quod est terra & dyā quod est clarum siue diuinum, Ipse namque fuit sine terra per terrenorum despectio nem clarus per scientie illustrationem, diuinus per amorem, qui assimilat amantem amato.

EGI DIVS Athenis ex regia stirpe progenitus, & sacris literis ab infantia eruditus dum quadam die ad ecclesiam pergeret, cuidam egro in platea iacenti ac elemosynam petenti tunicam suam tribuit, qua indutus sanitatem integrā mox recepit, post hoc parentibus suis in domino quiescentibus patrimonio sui Christum fecit heredem. Quadam vice dum ab ecclesia rediret, quidam vir a serpente percussus eidem obuius extitit: sed oratione fusa Egidius protinus virus fugauit. Quadam daemone clam in ecclesia cum ceteris existentem, & fideles clamoribus suis turbantem Egidius daemone fugato sanauit. Verum huma-

ni fauoris formidans periculum clam littus maris perijt: & nautas quosdam in mari periclitantes circumspexit: & facta oratione tempestatem omnem sedauit. Applicantibus autem nautis audito quod Romam tenderet, gratias eius meritis egerunt, & quod cum se cum gratis veherent promiserunt. Cum igitur Arelatem venisset, & biennio cum sancto Cesario eiusdem ciuitatis episcopo mansisset, & ibidem quendam triennio febricitatem curasset. eremum cupiens clam discessit, & cum Veredonio eremita sanctitate conspicuo diu mansit. vbi sterilitatem terrae meritis suis fugauit. Sed dum vbi que miraculis terrae fuscaret: humi laudis timens periculum relicto eo interiore eremum penetravit. vbi quoddam antrum & quendam fonticulum repertis: quandam nihilominus diuinitus ceruam praeparatam ibidem habuit in nutricem: quae ceteris horis lactis alimoniam sibi praebat. Sed cum ibidem regis pueri venirentur, praedictam videntes ceruam ceteris feris contemptis hanc canibus insequuntur. A quibus dum vehementer irgeretur, ad pedes sui confugit alium. Ille vero admirans, cur praeter solum sic mugiret: exiens & venatores audiens dominum exorauit, ut quam sibi tribuerat nutricem: seruaret. Canum autem nullus intra lapidis iactum appropinquare ausus est, sed cum nimio vlulatu ad venatores reuertebantur. Nocte igitur superueniente domum redeunt: & sequenti die illuc reuertentes casto labore domum iterum redierunt. Quod cum rex audisset, rem ut erat: suspicatus cum episcopo & multitudine venatorum illuc properauit. Sed cum canes ut prius venatorum non praesumerent, sed omnes vlulando redirent: locum veprium densitate inaccessibilem in girum circūderunt. Vnus autem incaute sagittam dirigens, ut inde ceruam expelleret, viro dei pro cerua oranti graue vulnus infixit. Sed milites semitam ferro aperientes ad ipsius deuenerunt speluncam. Et videntes senem habitu monachali vestitum, canicie autem & aetate venerabilem: ceruam quoque ad eius genua prouoluta: solus episcopus & rex eum pedibus adiecerunt, ceteris retro stare iussit. Et interrogauerunt eum: quis esset, vel vnde venisset: aut cur tam densam eremi vastitatem perisset, seu quis eum vulnerari tam grauitate praesumpserat. Quibus cum ad singula responderet: & illi ab eo veniam humiliter postulassent, medicos sanando vulneri sponderunt: & multa donaria obtulerunt. Sed ipse nec medicinam adhibere voluit, & munerum contentens ad ipsa etiam non respexit, quin potius sciens virtutem in infirmitate perfici, dominum exorauit, ne quoadiu viuere: sanitati pristinae redderetur. Sed cum rex eum frequenter visitaret, & pabulum salutis ab eo reciperet: immensas diuitias obtulit, sed eas ille recipere recusauit: admonens vt inde monasterium construeret, vbi monastici ordinis disciplinam vigeret. Quod cum rex fecisset: videtur Egidius lacrymis & precibus regis postquam plurimum tenuisset illius monasterij curam suscepit.

Huius sancti famam rex karolus, ut audiuit, eius imperato aduentu reuerenter eum suscepit. Inter cetera salutis colloquia rex eum rogauit: ut pro eo dignaretur orare: quia quoddam facinus enorme commiserat, quod nulli vnquam nec ipsi sancto confiteri auderet: sequenti igitur dominica dum Egidius celebrans pro rege oraret, angelus domini eidem ap-

parēs schedulā super altare posuit, in qua scriptū erat per ordinem regis peccatū Egidij precibus dimissum si tamē pœnitens & confitens ab illo deinceps abtineret. Adiuuāq; erat in fine, vt quisq; sanctū Egidij pro quocūq; cōmissio inuocaret: si tamē ab illo desisteret eius meritis sibi remissum nō dubitaret. Oblata igit regi schedula peccato suo rex agnito veniā humiliter postulat. Egidius autē cū honore rediēs apud Neumafensem vr̄bem filium principis, qui tunc obierat, suscitauit. Post aliquātulū verō tēpus prænunciās monasterium suum non longē ab hostibus euertentium Romam adiit: & priuilegium ecclesie suæ duque ostia cypresina, in quibus sculptæ erant imagines apostolorum à papa impetrans, dimittensq; ea in tyberim diuino regimini cōmendauit: & ad monasterium rediens cuidam contracto apud Tyberonem gressum restituit. Cūque ad monasteriū rediisset, prædicta ostia in portu inuenit, & gratias agens Deoq; inter tot maris pericula illa seruasset ea in liminibus ecclesie suæ ad decus ecclesie & monumentū patris Romanz sedis erexit. Tandem dominum diem sui obitus imminere sibi per spiritum reuelauit. Quod ille fratribus indicans, & pro se orare suadēs, in domino sceleriter obdormiuit, vbi chorus angelorum eius animam in cœlum ferentium plurimi se audiuisse testati sunt. Claruit circa annum domini. lxx.

De natiuitate beatæ Mariæ virginis.

LEGENDA

CXXVI.

A



NATIUITAS gloriose virginis Mariæ ex tribu Iuda & regia stirpe Dauid duxit originem. Mat. aut & Lu. non generationem Mariæ, sed Ioseph descriperunt. qui tamen à cōceptione Christi pœnitens alienus fuit. Quia cōsuetudo scripturæ dicitur fuisse, vt nō mulierum, sed virorum generationis series texetur. Verissime tamen virgo beata ex progenie Dauid descendit. Quod præcipue patet ex hoc. Quoniam vt sæpe scriptura testatur Christus de semine Dauid duxit originem. Cū igitur Christus de sola virgine natus sit, manifestum est in ipsam virginē ex Dauid natam esse, hoc ex cathena Nathā. Dauid enim inter ceteros habuit duos filios. f. Nathā & Salomonē. Ex cathena igitur Nathā filij Dauid, vt testatur Ioā. Dama sce. Leui genuit Melchi. & Panthar. Panthar genuit Barpanthar. Barpanthar genuit Ioachim. Ioachim virginem mariā. Ex cathena igitur Salomonis Mathan habuit vxorem ex qua genuit Iacob. Defuncto autē Mathā Melchi ex tribu Nathā, qui filius quidē Leui frater autem Pantheris nupsit vxori Mathā matri autem Iacob: & genuit ea Hely. Facti sunt autē fratres vterini Iacob & Hely. Iacob quidē ex tribu Salomonis, Hely de tribu Nathā. Defunctus est ante Hely ex tribu Nathā sine liberis: & accepit Iacob frater eius, qui ex tribu Salomonis vxorem eius: & suscitauit semen fratris sui, & genuit Ioseph, Ioseph igitur natura est filius Iacob ex descensione Salomonis, secundū legē: sicut Hely, qui ex Nathā: Nā filius qui nascebatur secundū naturā erat quidā generātis: secundū autem legē Ioseph filius Iacob Damascenus, sicut autē in ecclesia.

ifica historia dicitur. & Beda in sua chronica testatur cū omnes generationes Hebræorū alienigenarū in archiuis tēpli discretioribus seruarent: Herodes oēs iussit incendi: existimās se nobilem posse videri, si deficiētib; probamētis pgenies sua ad Israel pertinere crederetur. Fuerunt tamen quidā dīcti dīcti sic dīcti ob p̄p̄nquitatē Christi. qui & Nazareti fuerunt, qui ordinem generationis Christi partim, vt à prauis didicerant, partim à quibusdā libris habuerunt, quos domi habebant, quantum poterant, perdocebant. **B**eda Ioachim autē accepit vxorem nomine Annā que habuit fororē nomine Histeriā. Hæc aut Histeria genuit Elizabeth & Eliud: Elizabeth Ioannē baptistam. De Eliud natus est Aminē: de Amine natus est. Seruatus, cuius corpus est in oppido Traiecti sup fluuium Mosam in episcopatu Leodiensi. Anna autē tres viros habuisse dicitur. f. Ioachim Cleophā & Salome. De primo aut viro. f. Ioachim genuit vnā filiā. f. Mariam matrem domini: quam Ioseph nuptui dedit: que Christū dominū genuit & peperit. Mortuo Ioachim accepit Cleophā fratrem Ioseph, & genuit ex eo aliā filiam: quam similiter Mariā vocauit, & Alpheo postmodum in coniugem sociavit. Hæc autem Maria ex Alpheo viro suo quatuor filios genuit. f. Iacobum minorem, Ioseph iustum, qui & Barlabas: Simonē & Iudam. Mortuo secundo viro Annæ tertium cepit nomine Salome: ex quo aliam filiam genuit, quā rursus Mariam vocauit: & zebedeo in cōiugem tradidit. Hęc autē Maria ex zebedeo viro suo duos filios genuit. f. Iacobum maiorem & Ioannem euāgelistam. Vnde & de hoc exrant versus. Anna solet dici tres concepisse Marias. Quas genuere viri Ioachim Cleophas Salomeque. Has duxere viri Ioseph Alpheus zebedeus. Prima parit Christum, Iacobum secūda minorem. Et Ioseph iustum peperit cum Simonē Iudam. Tertia maiorem Iacobum voluerēque Ioannē. Sed mirum videtur quomodo beata Maria potuit esse cognata Elizabeth, vt superius dictum est. Constat enim Elizabeth vxorem fuisse zachariæ, qui erat de tribu Leui & secundum legem quilibet de sua tribu & familia ducere debebat vxorem, & ipsam de filiabus Aaron Lucas fuisse testatur. Anna autem fuit secundū Hiero. de Bethleem quæ erat de tri. Iuda. sed sciendū quod ipse Aarō & Ioiada summus sacerdos ambo de tribu Iuda duxerunt vxores Vnde tribus sacerdotalis & regalis cognatione semper adinuicem probantur fuisse coniuncte. Poruit autem (vt dicit Beda) hmoi coniunctio recentiori tempore fieri datis nuptiū feminis de tribu in tribu: vt mani feste beatam Mariam quæ ex tribu regia descendit cū tribu sacerdotali cognationem generis habuisse constaret: & ita beata Maria de vtraque tribu erat. Voluit enim dominus vt hæc tribus priuilegiatæ propter ministerij adinuicem miscerentur, quia de eis dominus nasciturus erat, qui verō rex & sacerdos p̄ nobis: seipsum offerret: fideles suos in militia huius vitæ pugnātes regeret: & post victoriam coronaret: & etiā ex noīe Christi. i. inūcti inūgimur: quos solī sacerdotes & reges & p̄phetæ in lege veteri vngēbant. Vñ & nos à Christo Christiani dicimur: & genē electū & regale sacerdotij appellamur. Sed & quod dicebat, q̄ mulieres in suæ tribus hoībus iungent, dictū fuisse constat ne distributio sortium eorum de-

retur: quia verō Lenitica tribus fortem inter ceteras non habebat, mulieres de illa tribu nubere poterant, cui volebant.

C Historiam autem natiuitatis beatæ virginis. b. Hierony. vt in prologo refert, adulescentulus in quodam libello legit. Sed post multum temporis, vt se ibidem legisse recoluit, primò rogatus transcripsit. Ioachim namque ex Galilea & ciuitate Nazareth sanctam Annam ex Bethleem duxit vxorem. Ambo autem iusti erant, & ambo sine reprehensione in omnibus mandatis domini incedebant, omnemque suam substantiam triphariæ diuidebant. Vnam partem templo & templi seruitoribus impendebant, aliam peregrinis & pauperibus erogabant, tertiam sibi & familiaribus suis vrbis reseruabant. Et ita per annos. xx. prolem ex coniugio non habentes vouerunt domino, quod si eis tobolem concederet, eam seruitio domini manciparent. Cuius rei gratia cum singulis annis in festo festis præcipuis Hierusalem frequentaret, in festo enceniorum Ioachim cum contribulibus suis Hierusalē ascendit: & cum cæteris ad altare accedens oblationem suam offerre voluit. Quem videns sacerdos cum indignatione nimia repulit, & cur ad altare Dei accedere præsumeret, increpauit, asserens non esse conueniens maledicto regis obnoxium oblationem domino legis offerre: nec inter sæcundos oblationem & qui populū dei non auit, asare. Ioachim igitur sic confusus se videns præ pudore domum redire noluit, ne similiter à contribulibus suis, qui hoc audierant, tantum opprobrium sustineret. Secedens igitur ad pastores suos, cum ibi aliquādiu fuisset: quada die ei soli angelus cū magna claritate apparuit: & de eius visione turbato ne timeret: admonuit, dicens. Ego sum angelus domini missus ad te: vt annūciem tibi preces tuas exauditas esse, & elemosynas tuas in conspectu domini ascendisse. Vidē enim pudorem tuum, & audiui sterilitatis opprobrium non retere tibi obiectum, peccati quippe non naturæ vltor est Deus. Et ideo cum alicuius vterum claudat, ad hoc facit, vt mirabilibus denuō aperiat, & non libidinis esse quod nascitur: sed diuinis fore muneris cognoscatur. Prima gentis vestræ mater Sara nonne vsque ad nonagesimum annum sterilitatis opprobrium pertulit: & tamen Isaac, qui repromissa erat omnium gētium benedictio, generauit. Rachel etiam nonne diu sterilis fuit: & tamen Ioseph genuit, qui totius Egypti dominum habuit. Quis fortior Saafone, vel iancior Samuele: & tamen hi ambo matres steriles habuere. Ratione igitur & exemplis crede dilatos diu cōceptus: & steriles partus mirabiliores esse solere. Proinde anna vxor tua pariet tibi filiam: & vocabis nomen eius Mariam. Hæc vt vovistis, erit ab infantia domino consecrata: & adhuc ex vtero matris suæ spiritulāto plena, nec forinsecus inter populares, sed in templo domini semper morabitur, ne quid finitū de ea aliquis suspiceret, & sicut ipsa ex sterili matre nascetur, ita mirabiliter ex ea altissimi filius generabitur: cuius nomen erit Iesus: & per eum omnibus gētibus erit salus. Et hoc tibi signum. Cum perueneris Hierosolymis ad auream portam Annam vxorem tuā obuiā habebis, quæ de tua tardatione modo sollicita tunc in conspectu tuo gaudebit. His dictis angelus ab

eo discessit. Anna autem cum amare fieret, & quoniam vir suus iussisset, ignoraret, idē angelus eidē apparuit, & sibi eadē que viro annunciauerat, patefecit: addeos vt pro signo Hierusalem ad auream portā pergeret, & ibidē viro suo redeuntē obuiaret. Igitur iuxta angeli præceptū ambo sibi iunctis obuiantes: de murā visionē lætati & de prole promissa securi, adorato domino domū redierunt, diuinū promissum hilariter expectantes. Anna igitur concepit, & filiam peperit: & nomē eius Mariā vocauit. Cōpleto igitur per triēniū ablationis tēpore ad templū domini virginē cū oblationibus adduxerūt. Erant autē circa templū iuxta. xv. graduum psalmos. xv. ascensionis gradus. Nam quia tēplum in monte erat cōstitutū: altare holocausti, quod forinsecus erat, adiri nisi per gradus non poterat. Iu horū itaque nouissimo virgo constituta cunctos sine alicuius adiutorio ita ascendit: ac si iam ætatis perfectæ esset. Perfecta igitur oblatione filiam cum alijs virginibus in tēplo dimittentes ad propria redierunt. Virgo autem quotidie in omni sanctitate proficiens & ab angelis quotidie visitabatur: & visione diuina quotidie fruebatur. Ait enim Hiero. in quadam epistola ad Chromatiū & Heliodorū, quod beata virgo hanc regulam sibi statuerat: vt à mane vsque ad tertiam orationibus insisteret, à tertia vsque ad nonam tetrino operi vacaret, à nona ab orationibus non recedebat quousque angelus apparens sibi escam daret.

D Quarto autem decimo ætatis suæ anno pontifex publicè denunciauit, vt virgines, que in templo instruebantur, & ætatis tempus impleissent, domū reuerterentur: & viris legitime iungerentur. Cuius mādato cū cætere paruisent, sola beata Maria virgo hoc se facere non posse respondit: tum quia parentes sui eā domini seruitio mādāissent, tum quia virginitatem suam domino ipsa vouisset. Tunc anxiatu pontifex eo quod neque secundū scripturā que dicit vouete & reddite, votum infringendum putaret, nec morē gēri inuētū introducere auderet. Ad imminētē festiuitatem Iudeorū senioribus conuocatis omnium hæc vna fuit sententia: vt in re tam dubia cōsiliū domini quaereretur. Cum autē orationi insisterent, & pontifex ad consulendū dominū accessisset: mox de loco oratorij cunctis audientibus vox insonuit dicens, vt quicūq; de domo Dauid nuptijs habiles coniugari non essent, singuli virgas singulas ad altare deferrent: & cuiuscūque virgula germinasset, & in cacumine eius secundū Esaię vaticiniū, spiritulāto in colūbæ specie condisset: ipse proculdubio esset, cui virgo desponsari deberet. Erat enim inter ceteros Ioseph de domo Dauid, cui cum incongruum videretur, si vir tam prouectæ ætatis tam teneram virginem duceret in vxorem cæteris virgas suas afferentibus solus ipse virgam suam subtraxit. Vnde cum nil diuinæ voci consonum appareret, pontifex iterato dominum consulendum putauit. Qui respondit quod solus ille virgam suam non attulit, cui virgo desponsari deberet. Proditus itaque Ioseph cum virgam suam attulisset: & ipsa ilico florem germinasset: & in eius cacumine columba de cælo veniens condisset, liquido omnibus patuit ipsi virginem desponsandam fore. Desponsata igitur virgine Ioseph ipse

quidem in ciuitatem Bethleem recedit, domum suam depositurus & nuptijs necessaria prouidurus. Virgo autem Maria cum septem virginibus coëuis & collata neis suis, quas ob ostensionem miraculi a sacerdote acceperat, ad domum parentum in Nazareth reuersa est. In diebus autem illis angelus Gabriel ei oranti apparuit, & de ea nasciturum Dei filium nunciavit.

Erat autem natiuitatis virginis aliquo tempore fideles latuit. Contigit igitur, sicut refert. Ioanes belet, vt quidam vir sanctus sedula cōtemplationi infusus singulis diebus. vij. Idus Septēbris in oratione positus iucundissimam angelorum societatem solennizantem audiret. Cūque deuotissime sibi reuelari peteret: cur quolibet anno illo tantum die & non alio hoc audiret, diuinum accepit responsum, quod virgo gloriosa Maria tali die fuerit modo nata, & ideo hoc manifestaret filijs sanctæ ecclesiæ, vt concordēs fierent in hac celebritate cælesti curiæ. Cū autem hoc summo pontifici & alijs intimasset, & illi orationibus & ieiunijs, scripturis & antiquitatum testimonijs veritatem comperissent, hunc diem in honorem natiuitatis virginis celebrandum vniuersaliter statuerunt. Octaua autem natiuitatis beatæ Mariæ olim non celebrabatur, sed dominus Innocētius quartus natione Ianuensis ipsam instituit celebrandam. Cuius hæc causa fuit Gregorio enim. ix. per mortem sublato de medio Romani omnes cardiales in quodam conclauis incluserunt, vt citius ecclesiæ prouideretur: sed cum per plures dies concordare non potuissent, & ipsi à Romanis multas molestias sustinuisent, vouerunt reginæ cæli quod si eius meritis concordarent, & liberi abire possent, octauas suæ nariuitatis diu neglectas de cætero statuerent celebrandas, sicque in dominum Celestinum conuenerunt, & liberati per dominum Innocentium votum adimpleuerunt. Celestinus enim modico tempore superuixit, & ideo per eum impleri non potuit. Et nota quod tres natiuitates ecclesiæ solennizant. scilicet natiuitatem Christi, Mariæ & Ioannis baptistæ. Quæ tres designant tres spirituales natiuitates. Cum Ioanne namque in aqua, cum Maria in penitentia, cum Christo renascimur in gloria. Cū igitur natiuitatem baptismi in adultis oportet præcedere contritionem & gloriæ similiter. ideo illæ due merito vigilias habent. Sed cū penitentia tota sit pro vigilia, non oportuit vt vigiliam haberet. Octauas verò omnes habent, quia omnes ad octauam resurrectionis anhelant.

Fuit Miles quidam valde strenuus & beatæ Mariæ valde deuotus ad torneamentum vadens primò quoddam monasterium ad honorem beatæ Mariæ construtum in itinere repertum missam auditorus intrauit. Cū autem missa missæ succederet, & ille ob honorem virginis nullam prætermittere vellet, tandem monasterium exiens ad locum concitus properabat. Et ecce redeuntes eidem occurrerunt, & ipsum strenuissime militasse referunt. Quod cū omnes qui aderant, assererent, & vniuersi eum strenuissime militasse vnanimiter acclamarent, nec non & quidam qui se ab eo captos dicebant, se eidem offerrent, perpedes vir dicretus vrbano reginam, vrbano modo se honorasse quid acciderit manifestauit, & ad monasterium rediens filio virginis de cætero militauit. Episcopus

quidam qui beatam Mariam in summa reuerentia & deuotione habebat, quendam ecclesiam beatæ Mariæ in nocte media ex deuotione adibat. Et ecce virgo virginum comitara vniuerso virginum choro venienti viro occurrit, & cum summo honore suscepta ad ecclesiam, ad quam tendebat, ducere cœpit, praecipientibus duabus de choro puellis atque dicentibus, cantemus domino sociam, cantemus honorem, dulcis amor Christi resonet ore pio. Quos versus totus alius chorus virginum resumendo percantat. Predictæque hinc cantatrices binos qui sequuntur in ordine versus, subsecutæ sunt. Primus ad ima ruit magna de luce superbus. Sic homo cum timuit, primus ad ima ruit. Sicque virum Dei cum tali processione vsque ad ecclesiam perduxerunt duabus semper incipientibus & ceteris respondentibus. Quædam mulier solatio viri sui destituta vnicum filium habebat, quæ tenerrimè diligebat. Quædam autem vice filius eius ab inimicis capitur, & in custodia vinculatur. Quod illa audiens inconsolabiliter flebat, & beatam virginem, cui multum deuota erat, pro liberatione filij importunis precibus exorabat. Tandem videns quod sic nihil proficeret, ecclesiam in qua erat sculpta imago beatæ Mariæ, sola intrauit, & coram imagine stans ipsam sic alloquitur, dicens. Virgo beata pro liberatione filij mei te spero gaui, & adhuc nequaquam matri misere subuenisti. Patrocinium tuum pro filio meo imploro, & nullum adhuc sentio fructum. Igitur sicut filius meus mihi ablatu est, sic ego filium tuum tibi auferam & obfidem pro filio meo in custodiam ponam, & hæc dicens propius accessit: & imaginem pueri, quam virgo in gremio baiulabat auferens, domum abiit, accipiensque imaginem pueri ipsam in lintheo mundissimo inuoluit, & in archa recondens ipsam cum clauis diligētius obfirmavit, bonum obfidem pro filio suo habere gaudens ipsum diligenter custodiens. Et ecce sequenti nocte beata virgo iuueni apparuit, & ianuam carceris aperiens, inde vt exeat præcepit eique dixit. Matri tuæ fili dices, vt meum mihi reddat filium, ex quo reddidi sibi suum. Qui exiens ad matrem venit, & qualiter beata virgo eum liberauerit, enarrauit. Illa autem plurimum exultans imaginem pueri accepit, & ad ecclesiam vadens beatæ Mariæ reddidit, dicens. Gratiarum bis domina refero, quia mihi meum vnicum filium reddidisti, & nunc vobis filium vestrum reddo, quia meum me recepisse profiteor.

Gratia erat quidam fur, qui sæpe latrocinia exercebat sed beatam Mariam plurimum in deuotione habebat & eam crebrius salutabat. Quædam igitur vice furtim quædam rapiens capitur, & suspendio adiudicatur. Cū autem suspenderetur, continuo beata virgo ei affuit, & suspensum tribus diebus, vt sibi videbatur, suis manibus sustentauit, ita quod nullam læsionem per sensit. Illi verò, qui eum suspenderunt, casu inde transeuntes eum viuentem & vultu hilari repperunt, & arbitantes quod non bene fuisset laqueo astrictus: gladio ipsum iugulare volebant, sed beata Maria ferientium gladio manum opponebat, & illi sibi necere poterant. Cognoscentes ergo illo referente quod beata Maria sic eum iuuabat, mirantes eum deposuerunt, & amore virginis abire liberum dimiserunt, qui abiens monasterium intrauit, & quoad vixit, in serui-

tio Dei genitricis permansit. Fuit quidam clericus, quæ beatam Mariam valde diligens horas eius sedulè decantabat. Cū autem parentes eius morerentur, alii non habentes hereditatem, eidem hereditatem dimiserunt. Compulsus est igitur ab amicis, vt uxorem acciperet, & hereditatem propriam gubernaret. Quædam autem die cum ad celebrandas nuptias rediret, in itinere quandam ecclesiam reperit, & recordatus seruitij beatæ Mariæ in ipsam ingrediens horas eius dicere cœpit. Et ecce beata Maria eidem apparuit, & quasi seuerius ei dixit. O stulte & infidelis cur me amicam & sponsam tuam relinquis, & mihi aliam formam anteponis? Ad hoc ille compunctus ad socios rediit: & totum dissimulans celebratis nuptijs media nocte omnibus relictis, de domo aufugit: & monasterium intrans beatæ Mariæ deuotè seruiuit. Sacerdos cuiusdam parrociæ & honestæ vitæ nullam missam, nisi missam beatæ Mariæ sciebat, quam in eius honorem sedulè decantabat. Apud episcopum igitur accusatur: & ab eo citius accersitur. Cū verò coram episcopo se aliam missam nescire diceret: episcopus ipsum quasi seductorem dure redarguit: & ab officio eum suspendens ne de cætero eam missam cantare audeat, interdixit. Sequenti autem nocte beata Maria episcopo apprensus eum plurimum increpauit: & cur suum male sic tractasset famulum requisit. Addidit quoque quod die xxx. moreturus: nisi ille ad consueta officium restitueretur. Tremfactus episcopus presbyterum accersit, & veniam postulans, vt nullam missam præter illam quam sciebat, de beata Maria celebrare debeat, imperauit. Quidam clericus vanus & lubricus erat: sed tamè dei genitricem plurimum diligebat, & eius horas sanctas deuotè & alacriter decantabat. Quædam igitur nocte in visione vidit se ante tribunal Dei stare, & dominum circumstantibus dicere. De illo qui vos aspicit, quo iudicio dignus sit, vos ipsi decernatis, quem tandem tolerauit: & nullum adhuc in eo emendationis signum inueni. Tunc dominus omnibus approbantibus super eum damnationis tulit sententiam. Et ecce virgo beata surrexit: & filio suo dixit, pro isto pie fili clementiam tuam rogo, vt super eum damnationis sententiam mitiges. Viuat ergo hic ob gratiam mei, qui ob merita propria adijt morti. Cui dominus. Tuis enim petitionibus eum tribuo, si vel saltem nunc eius correctionem inspexero. Et conuersa virgo ad hominem dixit. Vade & noli amplius peccare, ne deterius tibi contingat. Ille igitur excitatus vitam mutat, & religionem: pè tiji: & tibi in bonis operibus vitam finiuit.

Hic Apud Siciliam anno. dxxxvij. fuit quidam vir nomine Theophilus cuiusdam episcopi vice dominus (vt ait Fulbertus Carnotensis episcopus) qui tam prudenter sub episcopo res ecclesiasticas dispensabat, quod mortuo episcopo eum dignum episcopatu omnis populus acclamabat. At ille vice dominatu cōtētus aliud in episcopum maluit ordinari. Tādē ab ipso officio iuito ab epō depositus in tantā insipientiā est delapsus, vt ad suam recuperandā dignitatem cuiusdam Iudei malefici cōsiliū expectaret. Ille igitur diaboli aduocauit, & aduocatus concitus venit: Theophilus ergo iussu demonis Christi & matrem eius abnegauit, Christianæ professioni abrenunciauit: & ipsius abrenunciationis & abnegationis chirographum suo proprio sanguine

scripsit: & scriptum a nullo sigillauit: & sigillatum dæmoni tradidit, & sic eius seruitio se addixit. In crastinum igitur procuratore dæmonis Theophilus in gratiam episcopi recipitur & in sui dignitate officij restituitur. Tandem ad se reuerfus, de eo quod fecerat valde ingemuit: & ad virginem gloriosam, vt sibi in adiutorium fieret, tota mentis deuotione conuogit. Quædam igitur vice beata Maria in visione illi apprensus de impietate ipsum redarguit: & diabolo abrenunciare præcepit, ac christum Dei filium & omnem christianitatis propositum confiteri fecit, & sic ipsum in sui & filij gratiam recuperauit, & ad iudicium indulte veniæ iterum sibi apprensus chirographum, quod diabolo dederat, sibi reddidit: & super pectus posuit: vt iam non se diaboli seruum timeret: sed per virginem se liberum factum gauderet: Quo Theophilus recepto vehementer exultans coram episcopo omni-que populo, quod sibi acciderat, retulit: & cunctis admirantibus & virginem gloriosam laudentibus ipse post triduum in pace quieuit.

Item Quidam vir & vxor sua prope Lugdunum circa annum domini. M. c. filiam vnicam habentes, eam cuiusdam iuueni nuptui tradiderunt. Ob amorem autem filia generum suum secum in domo tenebat. Mater autem puellæ iuuenem amore filia suæ tam diligenter colebat, vt non maior esset amor puellæ ad puerum, quàm focrus ad generum. Inter hæc maliciosi dicere cœperunt, quod hoc non filia causa faceret: sed vt eidem pro filia se ingereret. Cū igitur mulieris animum tanta falsitas concussisset, timens ne in vulgi fabulam verteretur, duos rusticos alloquitur: vt si oculte generum strangulare vellent, cuiuslibet, xx. solidos pollicetur. Quædam igitur die eos in celario recludens maritum suum ex industria aliquo ire consulit, & filiam alio transmissit. Tunc adulescens iussu domine suæ celarium vt vinum afferret ingrediit: & mox à latronibus strangulatur. Mox focrus in lectum filie suæ detulit, & quasi dormientē vestibus circumdedit. Redentibus ergo marito & filia, & ad mensam positus iubet mater filie, vt maritum debeat excitare, & ad mensam vocare: quem cū defunctum reperisset, & hoc concita nunciasset: tota familia in lamentum vertitur, & illa mulier homicida quasi dolens cū cæteris lamentatur. Tandem mulier de perpetrato scelere valde ingemuit: & sacerdoti omnia per ordinem cōfessa fuit. Post aliquod tempus inter mulierem & sacerdotem litigiū oritur: & a sacerdote sibi generi homicidii irrogatur. Quod cū ad parentum iuuenis notitiam deuenisset, adducitur ad iudicium, & ab eo ignibus cōremenda damnatur. Finem ergo suum imminere consideras, & ad beatam virginem se conuertit, & eius intrans ecclesiam in oratione cū lachrymis se prostrauit. Post modicum ex ire compellitur, & in magnam proiectam ignem omnes ibidem stare illæsam & incolumen contuentur. At parentes pueri ignem paruum esse purantes ad sarmenta concurrunt, & in ignem proijciunt. Videntes autem quod necesse in aliquo laederetur: lance & hastis eam impugnare cœperunt. Tunc iudex qui aderat, vehementer obstupuit: & eos ab ipsius impugnatione compescuit. Eam autem diligenter considerans nullum in eo signum incēdij præter sola vulnera læcearum inuenit. Cū autem pareres eius domum eam reduxissent, & eam summa

& balneis recrearent: nolens eam Deus vltius humana suspitione fedari: post triduum in laudem virginis perseuerantem ex hac vita vocauit.

De sancto Adriano.

LEGENDA CXXVII.



ADRIANVS à Maximiano imperatore regnate martyrium passus est. Cū esim prædictus Maximianus in Nichomedia vrbe idolis immolaret, iussu eius cuncti christianos perquirentes, alij timore pœnæ: alij amore promissæ pecuniæ vicini vicinos: propinqui domesticos ad supplicium traherent. Inter quos xxxiiij. à perquirentibus comprehensi ante regem adducti sunt. Quibus rex. Non audistis qualis pœna aduersus christianos posita sit. Cui illi. Audiuimus, & stultitiæ tuæ iussionem irrisimus. Tunc rex iratus neruis crudis eos cædi iussit, & lapidibus ora eorum contundi mandauit: ac annotata vnusquisque confessione ferro victos in carcere reclusi præcepit. Quorum Adrianus constantiam prior officij militaris considerans dixit eis. Adiuro vos per Deum vestrū vt mihi dicatis quæ est remuneratio, quam expectatis per ista tormenta. Ad hoc dixerunt sancti. Oculi non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ preparauit dominus diligentibus se perfecte. Tunc Adrianus in medium proflisens ait. Annotate me cū istis, quia & ego christianus sum. Quod cū imperator audisset, nolentē sacrificare vincitum ferro in carcerem posuit. Natalia verò vxor eius audiens virū suum in carceratum scidit vestimenta sua flens plurimum & eiulans. Sed cū audisset, q̄ propter fidem christi in carceratus fuisset, gaudio repleta ad carcerē cucurrit & vincula viri sui & aliorū osculari cœpit. Erat enim christiana, sed propter perfectionē se non publicauerat. Et dixit ad virū suum. Beatus es domine mihi Adrianus, quia inuenisti diuitias, quas non dimiserunt parentes tui, quibus egebant hi qui multa possident quādo non erit fenerandi tempus, nec mutuo accipiēdi, dum nullus de pœna alium liberabit, nec mater filiam, nec seruus dominum, nec amicus amicum, nec diuitiæ possessorem. Cūq; eum admonuisset, vt omnē gloriam terrenā contēneret, & amicos & parētes sperneret, & semper ad cælestia cor haberet: Dixit ad eam adrianus. Vade soror mea, tempore passionis nostræ accersam te, vt videas finem nostrū. Sicq; virum suū alijs sanctis recōmendans, vt eum .s. reconfortarent, redijt in domum suam.

B Postmodum Adrianus sciens diē passionis suæ adesse, dans munera custodibus & sanctos qui secum erant in fidei flores abijt domum vocare Nathaliā, sicut ei iuramento promiserat, vt eorum passionibus præfens esset. Quidam autem eum videns præcurrit, & nunciavit Nathaliæ dicens. Absolutus est Adrianus, & ecce venit. Quod illa audiens non credebat dicens: & quis potuit eum absoluere à vinculis. Non mihi contingat vt absoluat à vinculis & separetur à sanctis. Dum hæc loqueretur, puer domesticus venit dicens en dominus meus dimissus est. Illa autem putans quod martyrium refugisset, amarissime flebat. & cum vidisset eū surgens velocius ostium domus con-

tra eum clausit: & dixit. Longe à me efficiatur, qui à Deo corruit. Non mihi contingat loqui ori illius, per quod dominū suum abnegauit. & cōuersa ad eū dixit. O tu miser sine Deo quis te cōegit apprehēdere, quod non potuisti perficere, quis te separauit à sanctis, aut quis te seduxit, vt recederes à conuentu pacis. Dic mihi cur fugisti antequā pugna fieret, antequā repugnātem videres: quomodo vulneratus es nondum emissa sagitta, & ego mirabar si ex gente sine Deo, & de genere impiorū aliquis offerretur Deo. Heu me infelicem & miserā, quid faciam quæ coniuncta sum huic ex genere impiorū. Non est concessum mihi vt vnus horū spacio vocarer vxor martyris, sed vt dicerer vxor trāsgressoris. Ad modicum quidā exultatio mea fuit: & ecce per secula opprobriū meum erit. Hæc autem beatus Adrianus audiens vehementer gaudebat, admirans de scēmina iuvene pulcherrima & nobili & ante. xiiij. menses nupta quomodo talis loqui posset. Vnde ex hoc quod ad martyrium ardentior effectus verba eius libentissime audiebat. Sed cum eam nimis affligi videret, dicit ei. Aperi mihi domina mea Natalia, Non enim vt putas martyrium fugi: sed vt promisi vocare veni: quæ nō credens ait. Vide quomodo me seducit trāsgressor, quomodo mentitur alter ludas. Fuge à me miser meis iam interficiā, vt fatieris, & dum moraretur ad aperiendū ei dixit. Aperi citius, Nam vadam & vltra nō videbis me: & post hoc iugebis, quod me ante exitum meū non videris. Fidei flores dedi sanctos martyres, & si ministri merequirentes non inuenerint, sustinebant sancti simul tormenta sua mea. Hæc audiens Natalia aperuit, & sibi iuncticē prostrati ad carcerem simul abierunt. Vbi Natalia per. vij. dies sanctorum vlcera cum lintheis prætiosis extergebat.

C Statura autem die imperator eos præsentari iussit, qui resolutis pœnis: quia ambulare non poterant, velut animalia portabantur. Adrianus verò tro vincitis manibus sequebatur. Deinde Adrianus portans sibi euculeum Cæsari præsentatur. Natalia vero adiungens se ei dicebat. Vide domine mi ne forte trepides, cum tormenta videbis. Modicum quidem nunc patieris, sed continuo cum angelis exultabis. Adrianus igitur, sacrificare nolens grauissime cæsus est. Currēsq; Natalia cum gaudio ad sanctos, qui erāt in carcere, ait. Ecce dominus meus inchoauit martyrium. Cū autem rex ne Deos suos blasphemaret moneret: ille ait. Si ego torqueor, quia eos qui non sunt dii, blasphemō, qualiter ipse torqueris, qui verum Deum blasphemās. Cui rex. Hæc verba te illi seductores docuerunt. Ad quæ Adria. Quomodo seductores eos dicis, qui sunt doctores vite æternæ. Currēs Natalia hæc respōsa viri sui alijs cū gaudio referēbat. Tūc rex à quatuor validissimis viris fecit eū grauiter cædi. Oēs autē pœnas & interrogaciones & respōsiones Natalia alijs martyribus, qui erant in carcere, continuo referēbat. Instanti autem cæsus est: vt eius vlcera effunderentur. Tunc ferro vincitum cum alijs martyribus in carcerem recluditur. Erat autem Adrianus iuuenis, delicatus valde, & decorus annorum viginti octo. Natalia verò virum suum supinum iacentem & totum laceratum considerans miterens manum sub vertice eius dicebat. Beatus es domine mi quia

quia dignus effectus es de numero esse sanctorū Beatus es lumen meum, vt patiaris pro eo, qui pro te passus est. Perge nunc dulcis meus, vt videas gloriā eius. Audiens autem imperator quod multæ matronæ sanctis in carcere ministrarēt, præcepit ne vltius ad eos ingredi permittātur. Quod audiens Natalia seipsam tonsurauit, & habitū virilem assumens sanctis in carcere ministrabat: alias quoque exemplo suo ad hoc in duxit. Rogauitque virum: vt cum esset in gloria, hæc precem pro se faceret, vt se intactam custodirens Deus ab hoc seculo citius euocaret. Audiens autem rex quæ matronæ fecissent: iussit incudē afferri, vt fractis super eam cruribus sancti martyres interirent. Timens autem Natalia ne vir suus ex aliorum supplicijs terre retur, rogauit ministros vt ab eo inciperent. Abscisus igitur pedibus cruribusque fractis rogauit eū Natalia: vt manū sibi abscidi permitteret, quatenus alijs sanctis qui plura passi fuerant, compar esset. Quo facto Adrianus spiritum reddidit, ceterique vltro pedes protendentes ad dominum migrauerunt. Rex autem eorum corpora cremari mandauit. Natalia verò manum Adriani in sinu suo abscondit. Cum autem corpora sanctorum in ignem præcipitarentur: voluit & Natalia se cum eis in ignem precipitare: sed subito vehementissimus imber erupit: & ignem extinguens corpora sanctorum illæsa seruauit. Christiani verò concilio in toto corpore eorum Constantinopolim transferri fecerunt, quousque pace ecclesiæ reddita cum honore referrentur. Passi sunt autem circa annum domini. cclxxx. Natalia verò domi remanens manum sancti Adriani sibi retinuit, quam in solatium vitæ suæ semper ad caput lectuli sui tenebat.

D Post hoc autem tribunus videns Nathaliā tam pulchram tamque diuitē & nobilem de voluntate imperatoris honestas matronas ad eam misit: vt in suum coniugium consentiret. Quibus Natalia tali viro? Sed peto trium dierum mihi dentur induciæ, vt me valeā preparare. Hoc autem dicebat, vt inde fugere posset. Cum autem dominum exoraret, vt se intactam cōseruaret, subito obdormiuit. Et ecce vnus martyrū ei apparuit, & eam dulciter consolans, vt ad locū in quo sunt corpora martyriū veniat, impetrauit. Euigilans igitur & manum Adriani solam accipiens cum multis militibus eam per nauigium insecutus est. Exurgens autē ventus contrarius multis eorum submersis, eos redire compulsi. Media autem nocte diabolus in specie naucleri cum nauī fantastica, his qui erant cū Natalia apparuit: & quasi voce naucleri, ait eis. Vnde venitis, & quo pergitis? Et illi ex Nicomedia venimus, & Constantinopolim pergitis. Quibus ille ait. Erratis, ad sinistram pergitis: vt rectius nauigeris. Hoc autem dicebat: vt eos in pelagus mitteret, & perirent. Cum autem vela mutarent: subito Adrianus in nauicula sedens eisdē apparuit, & eos nauigare sicut prius cōperant: admonuit: asserens spiritum malignum fuisse, qui sibi locutus fuerat, ponensque se ante eos præcedebat illos, & viā eis ostēdebat. Natalia verò Adrianum præcedere videns immenso gaudio repleta est, sicque antequam illucesceret Constantinopolim aduenit. Cū autem Natalia in domum: vbi erāt corpora martyrum, introisset: & manum Adriani ad-

corpus posuisset, & post orationē dormitasset, Adrianus ei apparuit. & salutans eam: vt in æternam pacem secum veniret præcepit. Quæ cum euigilasset, & somnium astantibus retulisset: vale faciens omnibus emisit spiritum. Fideles autem corpus eius accipientes iuxta corpora martyrum illud posuerunt.

De sanctis Gorgonia & Dorotheo.

LEGENDA CXXVIII.

A



GORGONIVS & Dorotheus apud Nicomediam primi in palatio Diocletiani antiquæ militiæ renunciant, vt liberius regem suum sequantur: & Christianos se voce libera contententur. Quod Cæsar audiens plurimum anxiebat egrē ferens perdere tales viros: quos intra palatiū nutritos morum et generis nobilitas decorauit. Cū igitur nec minis nec blanditijs moueretur, in eculo distenduntur, & flagellis & vulgus toto corpore lacerati, aceto et sale nudatis pane eorum visceribus perfunduntur: Et cum hæc alacriter tolerarent, in craticula assantur: vbi quasi in lecto florum videbantur iacere, nihilque læsionis sentire. Deinde iussu Cæsaris laqueo suspenduntur, & corpora lupis & canibus exponuntur, sed tamen intacta à fidelibus colliguntur. Passi sunt circa annum domini. cclxx. Post multos annos corpus sancti Gorgonii Romam trāslatum est. anno domini. dclxiiij. episcopus Metens. Nepos Pipini regis ipsam ad Gallias transtulit, & in Gorgocienū monasterio collocauit.

De sanctis Protho. & Iacincto.

LEGENDA CXXIX.

A



PROTHVS & Iacinctus fuerunt domicelli, & in studio philosophiæ socij Eugenii filij Philippi nobilissimi Romanorum genere. Quiquidem Philippus à senatu præfecturam Alexandria acceperat: & illuc Claudiam vxorem suam & filios Auitum & Sergium, filiam quoque Eugeniā secum duxit. Porro Eugenia omnibus liberalibus artibus & literis erat perfecta. Prothus quoque & Iacinctus secum studuerant & ad perfectionē omnium scientiarum deueniāt. Eugenia igitur quindecimo ætatis suæ anno ab aquilino Aquilini cōsulis filio petitur vxor. Cui illa. Et maritus non natalibus: sed moribus est eligendus. Peruenit igitur ad manus eius doctrina Pauli: & cepit animo fieri Christiana. Permissum erat tunc Christianis iuxta Alexandria habitare. Vnde illa quasi solatiūdo pergens ad villam transiens adiuuit Christianos cantantes: Omnes diuinitū demonia, dominus autem cælos fecit. Tunc dixit ad pueros Prothum & Iacinctū qui secū studuerant philosophorū sillogismos scrupuloso studio transegimus Aristotelica argumenta: & Platonis ideas, & socratis monita, & breuiter sicque antequam illucesceret Constantinopolim aduenit. Cū autem Natalia in domum: vbi erāt corpora martyrum, introisset: & manum Adriani ad-

Simus ergo frater, & Christum sequamur. Placet cōsiliū, & assumpto habitu viri ad monasteriū, cui Eleutus vir dei preerat venit: quā nullā ad se faminā venire sinebat, qui etiā quadā vice cū heretico disputans cū vim argumentorum ferre non posset, magnū ignē accendi fecit: ut ille qui non cōbureretur verā fidē probaretur habere: Quod cum factū esset prior intrauit: & illæsus exiuit: hereticus autem cū intrare nollet, ab omnibus expulsus est. Ad huic igitur cū accessisset, & se virum diceret. Ille ait. Recte vir dixeris: quia cū sis famina, viciliter agis. Nam sibi eius conditio a Deo fuit reuelata. Ab eo igitur cum Protho & Iacincto monasticum habitum suscepit: & se fratrem Eugeniū ab omnibus appellari fecit. Pater autem eius, & mater videtes cursum Eugeniæ domum vacuum rediisse merentes, vndique filiam inquiri fecerunt: sed minime inuenire potuerunt. Interrogant vates, quid de filia factum sit, respondent eam a dijs interastra trāslatam. Quo circa pater imaginem filiæ fecit, & ipsam ab omnibus adorari mandauit. Ipsa vero cum socijs in Dei timore permāuit, & mortuo p̄posito ipsa p̄ficatur.

B. Erat tunc Alexandria matrona quadā diues & valde nobilis Melācia nomine quam sancta Eugenia oleo perungens a quartana liberata in nomine Iesu Christi: vnde multa ei misit munera: sed non recepit. Prædicta igitur matrona fratrem Eugeniū virū esse arbitrans: sapius eū visitabat. Vidēteque elegantiam iuuentutis & pulchritudinem corporis in eius amore vehementer exaruit, & qualiter eū eo commiseri posset, anxie cogitare cœpit. Simulas igitur languorem, misit ut ad eā veniret: & se inuifere dignaretur. Qui cum venisset: aperuit sibi qualiter eius amore capta esset, & qualiter in eius concupiscentia estuaret, rogans ut secum carnaliter commiseretur, statimque eū apprehendens amplectitur & osculatur & ad crimen hortatur, quod factū frater Eugeniū abhorruit dicens ei. Recte Melācia nomen habere cognosceris: nigredinis enim repleta perfidia nigra dixeris & obscura, filia: te nebrarum, amica diaboli, dux pollutionis, fomentū libidinis: foror anxietatis p̄petuæ & mortis filia sempiternæ. Illa vero se deceptā videns, ne forte scelus publicaretur ipsa prior detegere, clamareque cepit, quod Eugeniū se voluit violare. Abijt igitur ad Philippum præfectum et cōqueſta est. Iuuenis quidam perfidus Christianus ad me mendici causa ingressus in me iruens impudenter voluit me violare: & nisi vnius ancillæ quæ intra cubiculum erat: fuisset liberata suffragio: suā me libidini sociasset. Audiens hoc præfectus ira accenditur, & missa apparitorum multitudine Eugeniā cæterosque seruos Christi ferro victos adduci fecit, diēque statuit in quo omnes tradi deberent moribus bestiarum. Accersitis autem eis corā se dixit ad Eugeniā. Dic enim nobis sceleratissime hoc vos Christus vester quem colitis, docuit, ut operam corruptionibus detis, & matronas impudenti vefania violetis. Cui Eugenia demissa facie ne agnosceretur, respondit. Dominus noster castitatem docuit, & integritatem seruantiū æternam vitam promisit. Hanc autem Melanciā falsam testem monstrare possumus, sed melius est ut nos patiamur: quā quod illa cum conuicta fuerit, puniatur: & fructus patientiæ nostræ depereat. Verumtamen adducat ancillam quā

dicit nostri sceleris esse testem, ut ex ore eius possint refutari mendacia. Quæ cum adducta esset, illa a domina sua docta constanter sibi opponebat, quā dominam suam opprimere voluit. Cūque omnes de familia similiter deprauati sic esse testarentur, ait Eugenia. Tempus tacendi transijt, & tempus loquendi aduenit. Nolo ut impudica in seruos Christi crimē imponat: nec fallacia gloriatur. Ut autem mendacium veritas superet, & sapientia maliciam vincat, veritatem ostendam, non propter iactantiam, sed propter Dei gloriā. Et hæc dicens tunicam a capite vsque deorsum siue ad cingulum scidit, & famina apparuit. Dixitque presecto. Tu mihi pater Claudia mater, fratres hi duo qui tecum sedēt Auitus & Sergius, ego Eugenia filia tua. Hi duo Prothos & Iacinctus. Quod pater audiens, & filiam cognoscere incipiens in amplexus cum matre irruit: & lachrymas multas effudit. Eugenia autē vestibus aureis induitur & in sublime tollitur. Ignis autem de caelo venit & Melāciam cum suis consumpsit. Sicque eugenia patrem & matrem, fratres & toram familiam ad fidem Christi conuertit, ita quod pater a præfectura depositus a christianis episcopus ordinatur, & in oratione persistens ab infidelibus occiditur. Claudia autem cum filijs suis & Eugenia Romam reuertitur, & ibi multi ab eis ad Christum sunt conuersi. Eugenia autem iussu imperatoris ligata grandis saxo in Tyberim precipitur: sed rupto saxo super vadas in columis gradi batur. Tunc in fornacem ardentem proiecit: sed extincta fornace refrigerio vtebatur. Recluditur deinde in tenebrosū carcerem, sed lumen splendidissimum radiabat eidem. Cūque per decem dies sine cibo fuisset, saluator eidem apparuit, & panem candidissimum sibi porrigens, dixit. Accipe cibum de manu mea ego sum saluator tuus, quem tota mentis intentione amasti, eodem die quo ad terras descendit ipse te eripiam. In die igitur natalis domini spiculator mittitur, & caput eius abicitur. Qui post modū matri apparuit, & quod die dominica se sequebatur, prædixit. Veniente igitur dominica die Claudia in oratione posita emisit spiritum. Prothos autem & Iacinctus cum ad templum idolorum traherentur, oratione simulachrum comminuerunt. Et cum sacrificare vellent, capitis obruncatione martyrium, postmodum compleuerunt. Palsi sunt autem sub Valeriano & Gallo circa annos domini. cclvj.

De exaltatione sancte crucis.

EXALTATIO sancte crucis dicitur eo quod rali die fides & sancta crux plurimum exaltata fuit. Notandum autem quod ante Christi passionem lignum crucis fuit lignum vililitas: quod huiusmodi cruce de lignis vilibus parabatur. Infertuositas, quia quantumcumque in monte Caluarie plantabatur, fructum minime faciebat. Ignobilitatis quoque, quia erat supplicium latronum. Tenebrositas: quia tenebrosū & sine omni decore erat. Mortis: quia ibi homines morti tradebantur. Fætoris, quia in medio cadaverum plantabatur. Post passionem vero fuit multipliciter

tipliciter exaltata, quia vilitas transijt in preciositate. Vnde dicit Andreas. Salue crux pretiosa &c. Infructuosa in fertilitatem. Canti. vij. Ascendā in palmam & appre. fru. eius. Ignobilitas in sublimitate. Aug. Crux erat supplicium latronum, transijt ad frontes impiorum: erat supplicium in claritate. Chryso. Crux peratorum. Tenebrositas in claritate. Crux & cicatrices Christi radijs solis in iudicio erunt lucidiores. Mors in vitæ perpetuitatem. Vnde cantatur. Vnde mors oriebatur &c. Feror in odoris suavitate. Canti. j. Cum esset rex in acubitu suo nardus. i. crux sancta dedit odorem suum.

LEGENDA CXXX. B

EXALTATIO sancte crucis solēniter ab ecclesia celebratur, quia in ea fides quā plurimū exaltata fuit. Anno enim domini. dcxv. permittente domino flagellari populū suum per scruiciam paganorum Cosdro rex Persarum omnia regna terrarum suo imperio subiugauit. Hierusalem autem veniens a sepulcro domini territus redijt, sed tamen partē sancte crucis quā sancta Helena ibidem reliquerat, asportauit. Volens autem ab omnibus coli ut Deus, turrim ex auro & argento & interlucentibus gemmis fecit, & ibidem solis & lunæ & stellarum imagines collocauit, per subtiles etiam & ductus occultos quasi Deus aquam desuper infundebar, & in subterraneo specu equi quadrigas trahentes in circuitu ibant, ut quasi si turrim mouerent: & tonitruū simularent. filio igitur suo regno tradito in tali phano prophanus residet & iuxta se crucem domini collocans appellari ab omnibus se Deum iubet. Et sic legitur in libro mitrali de officio ipse Cosdroe in throno residēt tanquā pater lignum crucis sibi a dextris posuit loco filij, & Gallū a sinistris loco spiritus sancti, se vero iussit patrem nominari. Tūc Eraclius imperator exercitum copiosum collegit & contra filiū Cosdroe iuxta danubium fluiuium dimicaturus aduenit. Tandem vtrisque principibus placuit, si super pontem soli cōsigerent & qui victor existeret, vite damno vtriusque exercitus imperium usurparer. Decretum etiam exijt, ut quicumque principem suum iuuare presumeret, cruribus abscisis & brachijs ob hoc continuo in flumine mergeretur, At Eraclius totum se Deo obtulit, & sancte cruci deuotione qua potuit, commendauit. Ambobus itaque in conspectu durantiū Eraclio victoriā dominus contulit: & contrariū exercitum suo imperio subiugauit: adeo quod vniuersus populus Cosdroe fidei Christiane se subdidit: & sacrum baptismum suscepit. Cosdroe autem ignorabat exitum belli, quia cū ab omnibus odi retur, sibi a nemine intimatur. Eraclius autem ad eū peruenit, & in throno aureo eū sedere reperit eidem dixit. Quia lignum sancte crucis secundum tuū modū honorasti, si baptismum & fidem Christi suscepisti, adhuc vitam & regnum paucis a te acceptis obsequiis obtinebis: si autem hoc implere contēpseris: gladio meo te feriam, & caput tuum precipiam. Cum igitur ille acquiescere nollet, extracto gladio eum protinus decollauit. Et quia rex fuerat, sepeliri præcepit. Filium vero suum. x. annorū, quē cū eo reperit baptizari fecit: & de sacro fonte eum suscipiens regnū pater-

nū ei dimisit. Turrim verò illā destruēs argētū in prædam sui exercitus tribuit: aurū verò & gemas ad reparandum ecclesias, quas tyrannus destruxerat: referuauit. Sacram igitur crucem suscipiens Hierosolymam repporauit.

C. Cumque autem de monte Oliueti descendēs per portam, qua dominus passurus intrauerat, in equo regio & ornamento imperiali ingredi vellet, repente lapides porte descendernut, & inuicem quasi murus vel vnus paries se clauserunt. Super quo cunctis stupentibus angelus domini signum crucis in manibus tenēs super portam apparuit: dicens. Cum rex celorum ad passionem per hanc portam intraret, nec cultu regio, sed humili aſello ingredienſ humilitatis exemplum suis cultoribus dereliquit. Et his diebus angelus abſceſſit. Tūc imperator lachrymis infusus seipsum discalciauit & vestimenta vsque ad camisiā exiuit, crucemque domini accipiens vsque ad portam humiliter baiulauit. Moxque duritia lapidum cæleste persensit imperium, statimque porta se subrigens liberū intrātibus patefecit ingressum. Odor autem suauissimus qui eodē die eodēque momento quo de turri Cosdroe sacra crux fuit ablata Hierosolymis de Persarum prouincia: per tam longa terrarū spacia fuerā in aplūs, tunc redijt: omnesque mirabili suauitate refecit. Rex autem deuotissimus in hac crucis laudes prorupit. O crux splendidior cunctis astris: mundo celebris: hominibus multum amabilis: sanctior vniuersis quæ sola fuisti digna portare talentum mundi. Dulce ligam: dulces clauis, dulcis mero, dulcis hasta: dulcia ferēs pōderā, salua presente cæterum in tuis hodie laudibus congregatam: tuo vexillo signatam. Sicque preciosa crux in suo loco restituitur: & antiqua miracula renouantur. Mortui quidam vitæ restituntur: paralitici quatuor curantur. leprosi. x. mundantur: cæci. xv. illuminantur, demones effugantur: & a varijs languoribus plurimi liberantur. Et sic imperator ecclesias reparans, & regijs muneribus cumulans ad propria remeauit. In chronicis autem hoc gestū aliter narratur. Dicitur enim quod dū Cosdroe occupans vniuersam terram Hierusalem cum zacharia patriarcha, & lignū crucis cepisset: & Eraclius cum eo pacem facere vellet, iurauit se cum Romanis pacem non facturum: donec crucifixum abnegarent, & solem adorarent. Tūc Eraclius zelo armatus contra eum exercitū mouit: & Persas multis prelijs deuastauit: & Cosdroe vsque teſi fontē fugere compulsi. Tandē Cosdroe dissentiam incurrens Mestān filium suum in regem coronare voluit. Quod Sirois primogenitus eius audiēs cum Eraclio fedus iniijt, patrēque cum nobilibus persequens in vinculis iecit. Quem pane tribulationis & aqua angustia sustentans tādē sagitari & occidi fecit. Post modum autē omnes incarceratos cum patriarcha & ligno crucis Eraclio destinauit. Ille autem preciosum lignum crucis Hierusalem detulit: et postmodum Constantinopolim deportauit. Hæc in multis chronicis leguntur. de hoc autem ligno crucis sic dicit Sibylla apud paganos, sicut dicitur in hostoria tripartita. O ter beatum lignum in quo Deus extensus est. Hoc forte dictum est propter vitam naturæ, gratiæ & gloriæ, quæ ex cruce prouenit.

D. Apud Constantinopolim Iudæus quidam eccle-

nam sanctæ Sophiæ ingressus quandam imaginem Christi ibidem conspexit. Qui se ibi solum considerans, gladium arripuit, & appropians imaginem Christi in gutture percussit, statim inde sanguis exiit, & Iudæi faciem & caput aspersit, qui territus imaginem accepit & ipsam in puteum proiciens, statim aufugit. Quidam autem Christianus eidem obuiauit sibi que dixit. Vnde venit Iudæe? Aliquem hominem occidisti. Et ille falsum est. Cui rursus homo ille dixit. Verè homicidium perpetrasti, & ideo sanguine aspersus es. Et Iudæus. Verè Deus Christianorum magnus est, & fides eius firma per omnia comprobatur. Nequaquam hominem percussisti, sed Christi imaginem, & continuo sanguis emanauit de eius gutture: duxit autem Iudæus hominem illum ad puteum: & inde sanctam imaginem extraerunt. Plaga autem in gutture Christi ut fertur, adhuc hodie cernitur, & Iudæus continuo fidelis efficitur. Apud Syriam in ciuitate Berith, quidam Christianus sub annua pensione hospitium habens imaginem Christi contra lectuli faciem in pariete affixerat: & ibi orationes suas continue faciebat. Post annum verò alia domum locauit: & imaginem ibidem ex obliuione dereliquit. Quidam autem Iudæus predictam domum conduxit: & quadam die vnum de suis contribulibus ad conuiuium inuitauit. Inter epulas autem ille qui inuitatus fuerat, casu circumpiciens imaginem infixam parieti contuetur, & in illum, qui eum inuitauerat: ira fremens cur imaginem Iesu Christi Nazareni tenere audeat: comminatur. Ille autem cum adhuc predictam imaginem non vidisset: sacramentis quibus poterat affirmabat quòd illam de qua dixit imaginem, penitus ignorabat. Tunc ille placatum se simulans vale fecit, & ad principem suæ gentis abiens Iudæum illud de eo quod viderat: accusauit Iudæi igitur cõgregati ad domum eius conueniunt, & visa imagine illum contumeliosis diris afficiunt, & extra synagogam semiuiuum projiciunt, imaginem vero conculcatis pedibus cuncta in ea dominicæ passionis opprobria renouauerunt. Cum vero latus læca perforasset, protinus sanguis & aqua vbertim exiuit: & suppositum vas impleuit. Stupefacti Iudæi sanguinem illum ad synagogas detulerunt, & omnes infirmi ex ipso inuncti protinus curabantur. Tunc Iudæi episcopo terræ illius omnia per ordinem narrauerunt, & baptismum & fidem Christi vnanimiter susceperunt. Episcopus autem sanguinem illum in ampullis cristallinis & vitreis cõseruauit. Christianum etiam illum accessit ad se, & quis tam pulchram imaginem composuisset, acquisiuit. At ille dixit. Nicodemus illa cõposuit: quæ moriens Gamalieli Gamaliel zacheo, zacheus Iacobo: Iacobus Simoni reliquitur. Sicque in Ierusalem vsque ad exitum vrbs fuit, donec inde à fidelibus in regnum Agrippæ delata, & inde ad patriam meam deducta à parentibus meis ad me hæreditario iure deuenit. Factum est hoc anno domini. decl. Tunc omnes Iudæi synagogas in ecclesiis consecraverunt. Et ex tunc hic mos inoleuit, vt ecclesiæ consecrarentur, quia ante tantum altaria consecrabantur. Propter istud miraculum ordinauit ecclesia. v. Kalen. Decembris memoriam fieri dominicæ passionis, vt alibi legitur. v. idus Nouembris, Vnde & Romæ consecrata est ecclesia in hono-

rem saluatoris, vbi ampullam cum illo sanguine re-
seruatur, & solempne festum agitur.
¶ Virtus crucis etiã apud infideles maxima p om-
nia comprobatur. Nam Grego in. iij. dialogorum li-
bro. commemorat: Andreas Fundanę ciuitatis episco-
pus cum quadam sanctimoniali femina secum
habitare permitteret: antiquus hostis cepit illius spe-
ciem in oculis mentis eius imprimere, vt in lecto ne-
phanda cogitaret. Quadam verò die Iudæus quidam
Romam veniens cum iam diem declinare cerneret, &
vbi mane posset, minime reperisset: in quodam tem-
plo Apollinis ad manendum se contulit. Qui ipsum
loci illius sacrilegium pertimescens, quamuis fidem
crucis minime haberet: signo crucis tamen se munire
cõruit. Nocte autem media euigilans vidit maligno-
rum spirituum turbam quasi in obsequium cuiusdam
potentis preire: eumque qui cæteris præerat in eorum
medio cõfedere: qui cepit singulorum spirituum sibi
obsequium causas actusque discutere: quatenus vnus-
quisque quantum egisset nequitie inueniret. Modò
autem huius discussionis Greg. causa breuitatis per-
transit. Sed ex simili quodam exemplo quod legitur
in vita patrum innotescere potest. Nam dum quidam
in templum idolorum intrasset, vidit Satham se-
dentem & omnem eius militiam ei assistentem: & ve-
niens vnus de malignis spiritibus adorauit eum. Cui il-
le. Vnde venis? Et ille. In illa prouincia fui, & ibi bel-
la plurima suscitauit: & perturbationes multas feci: &
sanguinem copiosum effudi, & veni nunciare tibi. Et
Satham ait. Quanto tempore hoc fecisti. Et ille. In
xxx. diebus. Et Satham. Quare tanto tempore hoc feci-
stis? Et ait astantibus. Ite & flagellasti eum cadite: &
durius verberate. Et secundus veniens adorauit eum
dicens. In mari domine eram: & commotiones ma-
ximas excitauit, & naues multas demergens homines
quam plures occidi. Et ait. Quando tempore hoc feci-
stis? Et ille. In. xx. diebus. Et iussit similiter hunc fla-
gellari, dicens. Ita modicum tanto tempore laborasti.
Et tertius veniens ait. In quadam ciuitate fui, & rixã
in quibusdam nuptiis excitauit, & multam sanguinis
effusionem feci, & sponsum ipsum occidi, & veni nun-
ciare tibi. Cui dixit. Quando tempore hoc fecisti? Et
ille. In. x. diebus. Et ille ait. Nonne plura in tot diebus
operatus es? & iussit eum à circumstantibus verberari.
Et quartus veniens ait. In eremo mansi & per. xl. an-
nos, circa quædam monachum laborauit, & vix ipsum
in lapsum carnis præcipitavi. Quod Satham audies
de folio suo surrexit, & eum osculans de capite suo
coronam abstulit, & capiti illius imposuit, ac ipsum
secum cõfedere fecit dicens. Magnam rem fortiter egi-
sti & plus omnibus laborasti. Hic igitur vel similis po-
test esse modus illius discussionis quæ Greg. prætermit-
tit. Cui ergo singuli spiritus exponeret quid egissent,
vnus in medium prosilijt, et quæna carnis teatatio-
ne de illa sanctimoniali femina Andree animum com-
mouisset aperuit. Addens quòd heri hora vespere
vsque ad hoc eius mentem traxerit, vt in tergum eius
blandiens alapa daret. Tunc malignus spiritus eum hor-
tatus est, vt perficeret, quod cepisset: vt illius ruina in-
gularem inter cæteros palmam teneret. Præcepitque
vt quæreret quisnam esset ille: qui iacere in templo
eodem presumpisset. Cum autem ille vehementer
palpitaret

palpitaret, & missi spiritus eum crucis mysterio signatim
videret, territi clamauerunt. Verè vas vacuum, sed si
gnatim. Ad hæc vocè protinus illa malignorum turba dispa-
ruit spirituum. Iudæus autem concitus ad episcopum
venit: & ei omnia per ordinem enarrauit. Quod ille
audiens vehementer ingemuit: & omnem mulierem
à domo sua protinus remouit: & Iudæum baptizauit.
Refert quoque Gregorius in libro dialo. Quod quæ-
dam sanctimonialis ortum ingrediens & lactucam
conspiciens concupiscit eam, quæ signo crucis bene-
dicere oblita auidè momordit: sed arepta à dæmonio
protinus cecidit. Cum autem beatus Equitius ad
eam venisset: diabolus clamare cepit ac dicere. Ego
quid feci: ego quid feci: sedebam hic super lactucam:
illa venit & momordit me. Ad imperium autem præ-
dicti viri diabolus mox de ea exiuit. Legitur in histo-
ria ecclesiastica, quòd gentiles per Alexandriam arma
Serapis in parietibus depinxerant: Theodosius verò
illis delictis signum crucis depingi mandauit: quo vi-
so gentiles & sacerdotes idolorum baptizati sunt:
dicentes traditum esse ab antiquis quæ ea quæ colebãt
starent: donec veniret signum illud in quo est vita.
Quædam tunc litera apud illos quam sacram voca-
bant, habebat formam crucis, quam dicebant inter-
pretari vitam futuram.

De sancto Ioanne Chrysoftomo.

LEGENDA CXXXI. A

IOANNES cognomine Chrysoftomus
Antiochenus filius Secundi & Arthuræ
nobilitatis fuit. Cuius vita: genus: con-
uersario & persecutio in historia triparti-
ta plenus declarat. Qui cum philoso-
phia studium impendisset: tandem hanc deserens di-
uinis lectionibus incumberebat. Qui presbyter or-
dinatus propter castitatis zelum senior habebatur:
& feruori magis quam mansuetudini seruebat. Et
propter vitæ rectitudinem incautus ad futura prospice-
re nesciebat. In confabulatione arrogans à nesci-
entibus purabatur. In docendo erat præcipuus: in expo-
nendo egregius: ad mores coercendos optimus. Re-
gnantibus igitur Archadio & Honorio augustis: &
Damaso in Romana sede præsidente factus est episco-
pus. Qui dum vitam clericorum repente corrige-
re voluit: omnes in sui odium concitauit: & eum ve-
l furiosum declinabant, & apud omnes ei detrahe-
bant. Et quia nunquam aliquam ad prandium inui-
tabat: nec ab aliquo inuitari volebat: dicebant eum
hocideo facere: quia turpiter manducaret. Alij pro-
pter excellentem & exquisitum vsum ciborum hoc
eum facere prædicabant. Reuera autem propter ab-
stinentiam stomachum & caput sæpe dolebat, & ideo
prandiorum epulas euitabat. Populus autem propter
sermones, quos in ecclesia faciebat, eum plurimum
diligebat, & paripendens, quòd contra eum emuli
loquerentur. Apposuit quoque Ioannes & quosdam
procerum obiurgare: & ideo contra eum maior in-
uidia est accensa. Aliud quoque fecit quòd cunctos
valde commouit. Eutropius namque præpositus im-
peratoris, & habens consulis dignitatem volens in qui-

busdam ad ecclesiam confugientibus se vindicare,
studuit vt lex ab imperatore poneretur: vt nullus ad
ecclesiam confugeret, imò qui dudum refugerent, ex-
traherentur. Post paucos autem dies cum Eutropius
regem offendisset, ad ecclesiam mox confugit. Episco-
pus autem hoc audiens ad eum sub altari latrante-
tem accessit, & homiliam increpatoriã contra eum
faciens ipsum durissimè obiurgauit. Ex qua re mul-
tos offendit eo: quòd huiusmodi in scelici non solò no-
luit misericordiam impendere, sed insuper non des-
titit obiurgare. Imperator ergo Eutropium rapiens
eius caput abscidit. Pro diuersis igitur causis multos
homines fiducialius obiurgabat: & ideo erat pluri-
mis odiosus. Theophilus autem Alexandrinus episco-
pus Ioannem deponere volebat, & presbyterum quæ-
dam nomine Iudorum intrudere affectabat, & ideo
causas depositionis diligenter quærebat. Populus au-
tem defendebat Ioannem, & eius doctrina mirabili
audivitate pascebatur. Sacerdotes quoque Ioannes se-
cundum ecclesiasticas sanctiones viuere cogebat, di-
cens non debere frui honore sacerdotij, qui eorum vi-
tam contempnerent imitari. Non solum autem ciui-
tatem Constantinopolitanam strenue gubernabat: sed &
plures circunadiacentes prouincias imperiali
autoritate prouidis legibus ordinabat. Cumque cog-
nouisset in Fenice adhuc dæmonibus sacrificia mini-
strari: clericos illic & monachos destinauit, omniaque
templa idolorum destrui fecit. Eodem tempore Gai-
mas quidam erat genere Celticus, consilio barbarus
studio tyrannicos vehementer elatus, Ariana hære-
si deprauatus magister tamen militum factus. Hic im-
peratorem rogauit, vt intra ciuitatem sibi suisque ec-
clesiam vnã daret. Quod cum promississet, rogauit
Ioannem vt ecclesiam vnã illi concederet: vt sic eius
tyrannidem refrenaret. At Ioannes virtute fortissi-
mus, ac totus zelo ignitus. Noli inquit ò imperator
hoc promittere: nec sanctum canibus dare, nec hunc
barbarum matuas, sed ambos nos iube vocari, & sub
silentio inter nos, que dicuntur audi. Ego namque
huius linguam sic refrenabo: vt huiusmodi perere nõ
presumat. Quod audiens imperator gauisus est, & v-
trumque altera die vocauit.
¶ Cumque Gaimas vnũ pro se oratorium pe-
teret, ait Ioannes. Vbi que tibi diuina domus aper-
ta est, vt nullus te vetet orare. At ille. Ego alterius
sectæ sum, & vnũ templum cum meis habere desum
co. Multos quidem pro Romana repu. labores assump-
si, & ideo non debeo in mea peritione contemni.
Cui Ioannes. Plurima præmia & que transcendunt
tua certamina recepisti. Magister militum factus es,
consulari toga insuper exornatus, & oportet te con-
siderare quid dudum fueris, & qualis modo conspi-
ciaris. Quæ picea paupertas, & quæ modo substantia,
quibus vestimentis ante utebaris, & quibus
ornaris modo. Igitur quia pauci labores maxima
tibi præmia contulerunt, contra honorantem te,
non sis ingratus. His sermonibus eius os obstruxit,
ipsumque compulsi vt taceret. Dum igitur Constãti-
nopolitanam vrbem strenue gubernaret, Gaimas im-
perium ambiens cum in die nihil agere posset, nocte
barbaros misit, quòd palatium concremarent. Tunc a-
perte monstratum est: quomodo sanctus Ioannes cõsul-

diebat ciuitatem. Barbaris enim angelorum armatorum ingens corpus habentium copiosa turba apparuit quæ ipsos protinus effugauit. Quod cum domino suo nunciasset: ille valde miratus est, sciens exercitum militum per ciuitates alias constitutum. Cum igitur sequenti nocte eos iterum destinasset à visione angelorum sunt similiter effugati: nouissimè ille egressus miraculum vidit, & fugit: estimans milites in die latere, & nocte ciuitatem custodire. Egressus inde ad Traciam iuit: & magno congregato exercitu cuncta vastabat: inimentibus cunctis barbaricam feritatem. Imperator ergo Ioanni sanctissimo onus legationis imposuit. Ille autem inimicitiarum immemor, alacriter est prouectus. Gaimas verò agnoscens eius fiduciam pietate assumpta longo itinere eidem occurrit: suisque oculis dexteram eius circumposuit: & filios suos sacra eius genua osculari præcepit. Huius namque virtutis Ioannes fuit: ut etiam valde terribiles humiliari cogeret & timere.

C Eodem quoque tempore questio mota est utrum Deus corpus haberet. Ex qua questione contentiones & certamina surrexerunt: alij hoc alij aliud affirmantibus maxime tamen monachorum turba simplicium est decepta: dicentium Deum corpore forma esse distinctum Theophilus autem episcopus Alexandrinus contrarium sapiebat: ita ut in ecclesia contra eos qui humanæ formæ Deum asseruerunt contenderet, & Deum in corpore non prædicaret. Quod Egyptiorum monachi agnoscetes habitacula sua reliquerunt: & Alexandriam venientes seditionem contra Theophilum excitauerunt: ita ut eum occidere nitentur. Quod ille cognoscens & timens ait illis. Sic vos inquit video: sicut Dei vultum. Et illi. Si verè inquit dicis: quia vultus Dei sic est vt noster, anathematiza libros originis, qui nostræ opinioni aduersantur. Quod si non feceris, qui imperatoribus & Deo rebellis es, à nobis opprobrium sustinebis. Et ille. Nolite in me scire. Ego quidem quæ vobis placent facio: & sic monachos à suo impetu reuocauit. Exercitati verò & perfecti monachi in hoc seducti non sunt: sed simplices ardore fidei contra fratres contrarium sapientes insurrexerunt: & multos occidi fecerunt. Dum hæc in Egypto fieret, Ioannes apud Constantinopolim doctrina florebat: & apud omnes admirabilis habebatur. Verum cum Arriani plurimum pullularent: & extra ciuitatem ecclesiam haberent: sabbato tamen & dominica intra portas & porticus congregati hymnos & antiphonas nocte cantabant. Diluculo autem cum ipsis antiphonis per mediam ciuitatem portas egressi ad suam ecclesiam concurrerunt. Hæc autem ad vituperationem orthodoxorum facere non cessabant, frequenter hoc decantantes. Vbi sunt qui dicunt tria virtute vnum. Ioannes autem me uenit ne simplices his cantibus traherentur, instituit vt fidelium turba nocturnis hymnis insisteret: vt & illorum opus obfuscareretur: & fidelium professio firmaretur. Fecitque cruces argenteas, quæ cum argenteis cereis portabantur. Tunc Arriani zelo, accensis inuidiæ usque ad necem insurgunt. Vna igitur nocte petra percussus est Brisson eunuchus angustæ, qui ad hymnos exercendos à Ioanne fuerat deputatus. Sed etiam quidam de populo vtriusque partis extincti sunt. Ex his morus imperator prohibuit Arrianos hymnos publicè de-

cantare. Eo tempore Seuerianus Gabalensis episcopus honorabilis apud multos proceres: & ab ipso imperatore & augusta multum dilectus Constantinopolim venit, & à Ioanne grater susceptus est. Cumque Ioannes in Asiam perrexisset: suam eidem ecclesiam commendauit. Ille autem non fideliter ambulabat: sed semetipsum populo commendabat. Serapion autem clericus Ioannis hoc Ioanni studuit nunciare. Transeunti autem Seueriano non assurrexit Serapion. Ille autem indignatus clamauit. Si Serapion clericus non mortuus fuerit: Christus in humana natura non natus est. Hæc audiens Ioannes redijt: & ipsum tanquam blasphemum de ciuitate eiecit. Quod augusta multum displicuit: & ipsum reuocari fecit, rogans Ioannem vt ipsum sibi reconciliaret. Qui nullatenus aqueiuit donec augusta filium suum Theodosium eius genibus imponeret, supplicans & coniurans vt Seuerianum reconciliaret.

D Eodem tempore Theophilus Alexandrinus episcopus Diofcorum virum sanctissimum & Isidorum prius sibi amicissimum iniuste eiecit. Qui Constantinopolim venerunt: vt principi & Ioanni eius facta nararent. Ioannes autem eos quidem honorabat, sed ante causæ cognitionem cum eis participare volebat. Falsus tamen rumor ad Theophilum venit quod Ioannes cum illis communicaret: & eis auxilium ferret. At Theophilus indignatus non solum in illos vindictam exercere: sed Ioannem deponere fortiter se armabat. Celans igitur intentionem suam misit ad singularem episcopos ciuitatum, dicens se Origenis velle libros damnare. Epyphanium quoque episcopum Cypri virum sanctissimum & famosissimum circumuenit, & amicum fecit, rogans vt & ipse similiter libros Origenis damnaret. Epyphanus propter sui sanctitatem eius fallacias non attendens: apud Cyprium suos episcopos conuocauit: & lectione Origenis interdixit, rogans Ioannem per literas vt se ab horum lectione librorum suspenderet, & quæ ordinata fuerant confirmaret. Ioannes autem hoc paruipendens in doctrina ecclesiastica laborabat, & in ea florebat: nihilque de his quæ contra eum cogitabantur, curabat. Demon Theophilus odium diu celatum manifestauit, & se velle Ioannem deponere indicauit. Mox inimici Ioannis multi que clerici proceres palatii tempus opportunum inuenientes nitentur, vt contra Ioannem apud Constantinopolim consilium fieret. Post hoc autem Epyphanus Constantinopolim venit, damnationem librorum Origenis secum ferens, & inuitationem Ioannis causa Theophili declinauit. Et quidam propter Epyphanij reuerentiam damnationi librorum Origenis subscribebant: plurimi autem hoc facere recusabant, quorum vnus fuit Theotinus Siciliæ præsul vir rectitudine vitæ famosissimus. Quarta respondit. Ego inquit o Epyphani eius qui dudum bene requieuit iniurias non fero: neque rem blasphemam tentare presumo: dånans ea quæ priores moliti respuere noluerunt. Nam neque malam doctrinam in libris eius esse conspicio. Qui his contumelias inferunt: nesciunt semetipsos. Athanasius ante defensor Niceni concilij contra Arrianos testem suæ fidei hanc virum appellat, illius libros suis coniungens & dicit. Mirabilis inquit & laboriosissimus Origenes hoc de

filio dei nobis testimonium perhibet, asserens coeternum patri. Ioannes autem indignatus non est, cur ab ipse regulis in ecclesia sua Epyphanus ordinationem fecerit: sed tamen rogabat vt inter episcopos cum eo maneret. At ille nec se cum eo manere, nec orare respondit, nisi Diofcorum eijceret, & damnationi librorum Origenis suscriberet. Ioanne hoc facere reuente aduersus Ioannem ab eius inuidis Epyphanus incitatus. Vnde Epyphanus libros Origenis dånauit, Diofcorum adiudicauit & Ioanni tanquam horum defensori detraxere cepit. Cui Ioannes mandauit. Contra regulas multa fecisti o Epyphani. Primum, quia ordinationem fecisti in ecclesia sub meo iure constituta. Deinde, quia in ea autoritate propria sacra celebrasti. Et rursus, quia inuitatus excusasti, & nunc denuo, quia in te ipsum confidis. Quia propter obserua ne in populo seditio oriatur, & huius rei periculum ipse suscipias. Hoc autem audiens Epyphanus discessit. Qui cum ad Cyprium reuersurus esset, mandauit Ioanni. Spero, quia episcopus non morieris. At ille remandauit. Spero, quia ad patriam tuam non redibis. Quod sic euenit. Nam Epyphanus in via obiit. Et Ioannes postmodum de episcopatu depositus in exilio vitam finit.

E Ad sepulchrum autem huius Epyphanij viri sanctissimi demones expelluntur. Fuit autem vir mire liberalitatis ad pauperes. Qui cum quadam vice totam ecclesiam pecuniam erogasset, & nihil sibi remansisset, quidam subito veniens sacculum multarum pecuniarum sibi obtulit ac discessit. Nec vnde venerit aut quo abierit scitum fuit. Pauperes quidam volentes Epyphanium decipere, vt aliquid eis daret, vnus eorum supinum se in terra prostravit, alter super eum stans quasi mortuum se habet, & quod nihil vnde eum sepelire posset, haberet querulis vocibus clamabat. Epyphanus igitur superueniens, vt in quiete dormiret orauit, & sepultura necessaria ministravit. Hominemque consolatus abiit. Ille autem socium pulsans dicebat. Surge hodie tuis laboribus epulemur. Quem cum crebro pulsasset, & mortuum cognouisset, ad Epyphanium cucurrit, & quid acciderit nunciavit, ac vt eum resuscitaret rogare cepit. Ille autem benignè eum consolatus est non tamen eum resuscitare voluit, ne ministris Dei facile illudatur. Verum cum Epyphanus discessisset, relatum est Ioanni quod Eudoxia augusta contra eum Epyphanium incitasset. Qui solito zelo accessus sermonem ad populum fecit, qui cunctarum mulierum vituperationem omnimodam continebat. Hic sermo ab omnibus est acceptus, vt quasi contra augustam sit prolatus. Quod cum augusta cognouisset, imperatori conuicta est dicens, contumeliam illatam vixi in eum potius redundare. Motus ad hæc imperator contra Ioannem præcepit synodum celebrari. Theophilus igitur festinè episcopos conuocabat. Omneque Ioannis inimici alacriter confluebant, superbū & impiū eū vocantes. Vniuersi igitur episcopi apud Constantinopolim constituti non iam de libris Origenis tractabant: sed contra Ioannem se manifestius erigebat. Mittentes igitur pro Ioanne ipsum citauerunt, qui eos velut inimicos vitare sensit, ac vniuersalem synodum fieri proclamauit. Illi verò quater eum denuo citauerunt. Qui cum eos refugeret, & synodum fieri proclamaret, dånauerunt eum: in nullo eum culpates, ni-

si quod vocatus noluit obedire. Quod populus audiens ad seditiones maximas excitatus est, & eum trahi ab ecclesia non sinebat: sed vt hoc ad maius referretur consilium proclamabat. Iussio autem principis compellebat eum velociter eijci: & in exilium deportari. Ioannes autem timens ne in populo seditio oriretur: nesciente populo semetipsum tradidit in exilium deferendum. Quod cum populus cognouisset: importabilis seditio est exorta, ita vt etiam multi inimicorum eius ad misericordiam mouerentur, dicentes eum calumniam passum, quem paulo ante desiderabat videre depositum.

F Seuerianus autem de quo supra sermo habitus est, in ecclesia docens Ioanni detrahebat, dicens. Et si nullum aliud crimen haberet, eius tamen superbia depositionis eius causa sufficiens potest esse. Orta igitur contra imperatorem & episcopos immensa seditione in populo augusta imperatorem rogauit: vt Ioannem de exilio reduci faceret. Terremotus quoque maximus ciuitatem inuasit, dicentibus cunctis hoc accidere propter iniustam deiectionem Ioannis. Missi igitur sunt legati ad Ioannem rogantes, vt cito rediret, & ciuitati pereunti suis orationibus subueniret: & in populo seditionem excitatam sedaret. Alij quoque post illos & rursus alij destinati sunt, qui eum cito redire compellerent. Qui cum redire nolentem ad propria cito reduxerunt, eidem cum cereis & lampadibus vniuerso populo occurrente. Ipse autem in episcopali sede residere volebat: dicens, oportere hoc fieri iudicio synodali, & eos qui dånauerant suam sententiam reuocare. Populus autem miramodo accendebatur eum in episcopali sede residentem videre & verba doctoris audire. Præualuit igitur populus coactusque est sermonem facere ad populum, ac in sua cathedra residere. Theophilus igitur aufugit. Qui cum Ierapolim aduenisset, mortuus est eiusdem ciuitatis episcopus: & ibi Lamum sanctissimus monachus est electus. Ad ille cum crebro refugeret: Theophilus suadebat, vt suæ electioni consensum præberet. Tunc ille promissit, dicens. Cras quod domi non placet implebitur. Crastina ergo die venientes ad celam suam eum vt episcopatum suscipere institerunt rogabant. Qui ait. Oremus primò ad dñm. Qui dum oraret mox cum ipsa oratione terminat vitam suscepit. Ioannes itaque doctrinæ sedulè insistebat. Eo autem tempore statua argentea clamide circumamicta in platea iuxta ecclesiam sanctæ Sophiæ ad honorem Eudoxiæ augustæ constituta erat, vbi milites & proceres lusus publicos exercebant. Quod quidem Ioanni sibi plurimum displicebat: cum videret hoc ad ecclesiam spectare iniuriam.

G Consuetudine igitur fiducia rursus linguam suam armavit. Et cum oporteret principes supplicationis verbo desistere, vt à tali lesu recederent, hoc non fecit, sed impetu sui vsus eloquij iubentes fieri talia male dicebat. Augusta verò rursus ad suam hoc traherebat iniuriam, & denuo laborabat, vt aduersus eum synodus iterum celebraretur. Hoc sentiens Ioannes illam famosissimam in ecclesia protulit homiliam cuius initium est. Rursus in Herodias insanit, rursus turbatur denuo saltat, denuo caput Ioannis in messorio concupiscit accipere. Quod factum, ad iracundiam plus incitauit augustam. Dum autem quidam Ioannem vellet

occidere, à populo est comprehensus, & ad iudicandū traditus: sed à præfecto ne occideretur, ereptus est. Quidam etiam seruus cuiusdā præsbiteri in eum imperum faciens ipsum occidere molitus est. Qui dum à quodam teneretur: ipsum qui tenebat, & alium astentem & tertium percussit. Tunc clamore factō multis cōcurrētibus plurimos interfecit. Ex illo tempore populo Ioānem custodiēbat, eius domum diebus ac noctibus muniens. Suadente igitur augusta episcopi constantinopolim cōuenērunt, & accusatores Ioānis fortiter insisterē cōperunt. Cū autem festiuitas natalis dñi superuenisset: mādauit imperator Ioanni, quia nisi prius criminibus exaueretur, nō cōmunicaret eidē Episcopi, autem nihil cōtra eum reperierunt: nisi quod post depositionem residere in sede episcopali sine decreto cōcilij præsumpssisset. Et sic dāauerunt eū. Appropinquāte tandem solennitate paschali mādauit ei imperator nō posse secum in ecclesia manere, cū eum duo concilia cōdēnassent. Vacabat igitur Ioannes & nequaquam in ecclesiam descendebat. Illi qui Ioanni fauebant, Ioānitē dicebāt. Post hoc autem imperator Ioannē de ciuitate expulsi fecit: ac duci in exilium in quandā ciuitatem paruam, ubi fines sunt Ponti imperij; Romani, quæ loca crudelibus barbaris sunt vicina. Sed clemens dominus non permisit diu in locis talibus athletam suum fidelissimum cōmorari. Hoc Innocentius papa audiens moleste ferebat, volēs que concilium celebrare scripsit clero constantinopolitano ne Ioanni successorem aliquem ordinarent. Cū igitur longo fuisset itinere fatigatus, & dolore capitis vehementissime cruciatus, necnon & ardorem solis intollerabilem pateretur: sancta illa anima in cumanis. xiiij. die mensis septembris à carne soluta est. Quo defuncto: grando vehemens in constantinopolim & omnia suburbana descendit, dicentibus cunctis Hoc Dei iracundia gestum esse, eo quod iniuste Ioannes fuerit condemnatus. Quibus verbis fidem fecit mors augusta: protinus subsēcuta. Quarta namq; die post grandinem est defuncta. Mortuo quoq; omnium doctore terrarum occidentales episcopi cum orientabilibus nullatenus communicare voluerūt: donec illius sacratissimi viri nomen inter prædecessores episcopos poneretur. Verum Theodosius christianissimus filius prædicti Archadij, qui aui sui nomen & pietatem tenebat: sacras huius doctōris reliquias in mense ianuario in Regiam ciuitatem transferri fecit. cui fidelissimus populus cum lampadibus & cereis obuiauit. Theodosius autem suppliciter eius adorans reliquias, & pro Archadio & Eudoxia genitoribus supplicauit: vt ignoranter delinquantibus veniam condonaret. Dudum enim parentes eius mortui fuerāt. Hic Theodosius clementissimus fuit adeo, vt nullum se lædentium morti adiudicaret, dicēs. Vtinam esset mihi possibile ad vitam etiam mortuos reuocare. Ab eius curia monasterium videbatur: matutinas & laudes agebat: codices diuinos legebat. Huic erat vxor nomine Eudoxia, quæ heroico metro poemata multa confecit. Habuitq; filiam nomine Eudoxiam quam Valentiniano quem imperatorem fecerat dedit vxorē. Hæc e moia de historia tripartita extracta sunt. Mortuus est autē circa annos domini. cccc.

De sanctis Cornelio & Cypriano.

CORNELIVS interpretatur intelligens circumcissionem. Ipse enim intellexit, & intelligendo seruauit circumcissionem à superfluis, licitis & etiam necessarijs. Vel Cornelius dicitur à cornu, & leos, quod est populus: quasi cornu id est fortitudo populi. cyprianus dicitur à cypro quod est mixtura: & ana, quod est sursum. Vel dicitur à cypro, quod est mœstitia, vel hēditas. Ipse enim habuit supernam mixturam gratiæ, & virtutum, mœstitiam peccatorum, & hēditatē cælestiū gaudiorum.

LEGENDA CXXXI. A

CORNELIVS papa successor sancti Fabiani à Decio casare cum suis clericis in exilium relegatur. Ibiq; à sancto cypriano carthagenensī episcopo literas cōfortationis accepit. Tandem de exilio redactus Decio præsentatur. Et dum immobilis permanseret: iussit eum Decius plumbatis cædi præcepit: vt ad templum martis duceretur, vt ibi aut sacrificaret, aut sententiam capitalem subiret. cū ergo illic duceretur: miles quidam rogauit eum, vt ad domum suā diuerneret, & pro vxore sua Salustia, quæ per. v. annos paralitica iacebat, oraret. Quæ dum ad orationē eius sanata esset. xx. milites cum ipsa & viro suo domino crediderunt. Qui omnes iubente Decio ad templum martis deducti, & in illud expuentes eum sancto cornelio martyrizati sunt. Passus est autem circa annos domini. cclij. cyprianus autem carthagenensī episcopus in eadem ciuitate Patrono proconsuli præsentatur. Qui cū à fide nullatenus mutari posset, in exilium mittitur. Indēque reuocatus ab Anglico proconsule, qui Patrono successerat, sententiam capitalem accepit. Quæ sententia lata dicit cyprianus. Deo gratias. cū autem ad locum cum spiculate venisset præcepit suis, vt eidem spiculate pro mercede. xv. aureos darent. Accipienque lintheum manu sua oculos texit: & sic coronam suscepit circa annos domini. cclvj.

De sancta Eufemia, B

EVFEMIA dicitur ab eu, quod est bonum, & femina, quasi bona femina. i. utilis, honesta & delectabilis, quia hoc triplici modo dicitur bona. Fuit enim utilis alijs per cōuersationē: honesta sibi per morum cōpositionem, delectabilis Deo per cælestem cōtemplationē. Vel eufemia dicitur quasi eufonia quod est suauis sonoritas. Suauis autē sonus fit tribus modis s. voce in cātu: pulsu, vt in cythara, statu, vt in organo. Sic beata Euphemia fecit Deo dulcē sonū cū voce prædicationis, cū pulsu bonæ operationis, & cum statu internæ deuotionis.

LEGENDA CXXXII. B

EVFEMIA filia Senatoris videns christianos tempore Diocletiani tam diuersis penis lanari, ad Priscum iudicem properauit: & christum publice cōfessum exemplo suæ constantiæ etiā virorū animo

mos confortabat. Cū igitur iudex Christianos successiue occideret: alios præsentēs esse iubebat, vt saltem territi immolarent: dum constantes tam crudeliter lanari viderent. Cū ergo coram Eufemia sanctos crudeliter detruerent, ipsa eorum cōstantia amplius prouocata iniuriam à iudice se pati clamabat. Tunc iudex Igauisus est, putans eam sacrificijs velle consentire. Vnde cum ab ea quam sibi iniuriam faceret, requirer. Illa ait. Cū sim genere nobilis: scire mihi ignotus & aduenas anteponis: & priores facis ad Christum pertingere: ad promissam gloriam peruenire? Cui iudex. Patabam te ad mentem rediisse, & gaudebā te tuæ nobilitatis vel sexus meminisse. Reclusa igitur in carcere sequenti die cum vinculis siue vinculis adducta iterum grauissime est cōquæta: cur contra legem imperatorum sibi soli à vinculis parceretur. Tunc alapis durissimè cæditur, & in carcere recluditur. Quam iudex secutus ex libidine opprimere voluit. Sed illa viriliter reluctante manum eius virtus diuina contraxit. Tunc putans se incantatum præpositum domus suæ ad ipsam direxit, multa promittens si eam faceret consentire. Sed ille carcerē clausum: nec clauibus aperire potuit. nec securibus frangere: donec à dæmone arreptus clamās & se ipsum dilanians vix euasit. Dein de educta posita est super rotam, cuius vectes carbonibus pleni erant, & artifex intra rotam tale signū trahebantibus dedit: vt quando sonum faceret: simul traherent: & sic exeunte igne vectes corpus eius dissiparent. Sed outu Dei ferramentum, quo rota temperabatur, de manu eius decidens sonum fecit, & continuo illis trahentibus rota artificem comminuit, & Eufemiam stantem super eam illæsam seruauit. Tunc parēs artificis lamentantes supposito igne ipsam cum rota cōburere voluerunt. Sed rota combusta Eufemia ab angelo soluta in quodam loco excelso incolumis stare cōspicitur. Appellianus iudici ait. Virtus christianorū non nisi in ferro vincitur, vnde consulo vt eam facias decollari. Erectis igitur scalis cum quidam ad eam capiendam manum mittere vellet, mox totus paralitū solutus vix inde semiuuius eductus est.

Alius autem nomine Softenes ascendēs cōtinuo mutatus ab ea veniam petijt, & euaginato gladio ad iudicem clamauit, quod se ipsum libentius occideret, quam eam, quam angeli defendebāt, contingeret. Denique inde educta iudex cæcellario suo dixit, vt ad eam omnes petulantes iuuenes conuocaret. Qui tandiu illam illuderent: donec fatigata deficeret. Sed ille ad eam orantes videns monitis eius protinus Christianus effectus est. Præses verò per capillos virginem suspendit. Sed immobilem permanentem negato cibo in carcerem recludi fecit: vt. vij. die inter quatuor magnos lapides sicut oliua constringeretur. Illa verò quotidie ab angelo satiata, dum septimo die intra lapides durissimè posita esset, ad eius orationem illi lapides in cinerem tenuissimum sunt redacti. Vnde præses se victum à puella erubescens eam in foueam proijci iussit: vbi tres tantæ immanitatis bestię erant, quod omnem hominem deglutirent. Quæ statim blandiendo ad virginem concurrentes, & iunctis ad iniucem caudis ei quasi cathedram ad sedendum prebentes: iudicem hoc videntem vehementius confuderunt. Vnde cum præses ferē præ angustia moreretur, ingressus carni-

fer, vt domini sui iniuriam vindicaret gladium in la-tus suū fixit, & Christi martyrem fecit. Quem iudex pro mercede & veste serica induit, & torque aurea circumdedit. Sed egrediens à leone arripitur: & ab eo penitus deuoratur. Vnde sui eum Iditius perquirentes vix pauca eius ossa cum veste serica & torque aurea repererunt. Priscus quoque iudex seipsum comedens mortuus est inuentus. Sancta autem Eufemia in Calcedonia cum honore sepulta est. Meritis eius omnes Iudæi & gentiles Calcedoniæ in Christum crediderunt. Passa est autem circa annos domini. cclxxx. Ambrosius de hac virgine in præfatione sic ait. Virgo alma triumphatrix Eufemia virginitatis retinens mirram, passionis meruit vestiri corona. Cuius precibus hostis inimicus euincitur, priscus aduersarius superatur: à fornacis igne virgo sospes eripitur, duri lapides in puluerem conuertuntur. Ferē mansuecunt, collaque submittant: atque omnia pœnarum supplicia eius oratione superantur: Nouissimè gladij mucrone con-fossa carnea relinquens claustra, cælesti choro iungitur læta. Hæc sacra virgo tibi domine ecclesiam tuam cōmendat, hæc pro nobis peccatoribus interpellat hæc etiā vota nostra vt virgo vernulla illibata tibi præstet.

De sancto Lamberto.

LEGENDA CXXXIII. A

LAMBERTVS nobilis genere, sed nobilior sanctitate vitæ, & à primeuo ætatis sue literis eruditus a deo pro sui sanctitate ab omnibus amabatur, vt post Theodardum magistrū suum Trecentis ecclesiæ in episcopū meruit Promoueri. Quem Childericus rex plurimum diligebat, & præ omnibus episcopis charum semper habebat. Sed crescente inuidiorum malitia eum sine causa impij expellentes honore debito priuauerunt, & Feramundum in eius cathedram statuerunt. At Lambertus monasterium ingressus per. vij. annos ibidem optimè conuersatus est. Quadam verò nocte ad orationem surgens in pauimento per ignorantiam sonum fecit. Quod audiens abbas dixit. Quisquis hunc fecit sonum, statim vadat ad crucem. Tunc Lambertus illico nudis pedibus in cilicio ad crucem concurrat, ibique tandiu & in niue & gelu ac glacie fixus stetit, donec fratribus post matutinas se calefacientibus abbas eum deesse cognouit, & audiens à quodam fratre quod ille esset, qui ad crucem iussisset, eum introduci fecit, & ab eo cum monachis veniam: postulat. Ille vero non solum clementer indulgit, sed & de bono patientiæ eis sublimiter prædicauit. Post. vij. annos Feramundus expulsum est, & sanctus Lambertus iubente Pipino ad sedem propriam est reductus. Cum autem sicut prius verbo & exēplo polleret, insurgentes in eum duo maligni: eū grauiter insectare cœperūt. Quos amici pontificis eos sicut meruerāt occiderunt. Eorū Lambertus Pipinū de quadā meretrice quæ tenebat plurimū increpauit. Dodo au-

tem confanguineus eorum, qui occisi fuerant, & frater ipsius meretricis domesticus aulae regiae congregato exercitu domus episcopi circumquaque; obledit: volens occisorum necem in sanctum vindicare Lambertum. Ad cum puer Lambertus in oratione posito nunciasset: ille confusus in domino, ut eos expugnaret, mucronem arripuit. Sed ad se rediens gladium de manu precipit: melius iudicans, ut persistendo & moriendo vinceret, quam ut sacratas manus de impiorum sanguine macularet. Tunc vir Dei suos admonuit, ut peccata sua confiterentur, & mortem patienter sustinerent. Statimque impij irruentes sanctum in oratione Lambertum prostratum peremerunt. Circa annos domini. dcxx. Quibus discendentibus quidam ex eius famulis euadentes corpus eius occulte ad cathedralem ecclesiam nauigio perduxerunt: & cum multa ciuitatis moestitia sepulturae dederunt.

¶ De sancto Mattheo apostolo.

MATTHEVS binomine extitit, scilicet Mattheus & Leui. Mattheus autem interpretatur donum festinationis: vel donator consilij. Vel dicitur Mattheus à magnus & theos quod est Deus, quasi magnus Deo. Vel à manus & theos. quasi manus Dei. Fuit enim donum festinationis per festinam conversionem: donator consilij per salutem predicationem: magnus Deo per vitam perfectionem: manus Dei per euangelij conscriptionem. Leui interpretatur assumptus vel applicatus siue additus aut appositus. Fuit enim assumptus ab exactione vectigalium: applicatus numero apostolorum consortio euangelistarum: & appositus cathologo martyrum.

LEGENDA CXXXV. A

MATTHEVS apostolus in Ethiopia predicans in ciuitate quae dicitur Nadabar, duos magos nomine zaroë & Arphaxat reperit, qui ita homines suis artibus dementabant: ut quoscumque vellent membrorum officio & sanitate priuare viderentur. Qui in tanta superbiam eruperunt: ut se quasi deos ab hominibus faceret adorari. Mattheus autem apostolus praedictam ciuitatem ingressus: & apud eunuchum Candae reginae, quem philippus baptizauerat, hospitatus: ita magorum prestigia detegebat, & quicquid ipsi faciebant hominibus in perniciem, hoc ipse conuerteret in salutem. Eunuchus autem. s. Mattheum interrogante quomodo tot linguas loqueret & intelligeret: exposuit ei Mattheus quod spiritu sancto descendente omnium linguarum scientiam recepisset, ut sicut illi, qui per superbiam turrim usque in caelum aedificare volebant, praeter confusionem linguarum ab aedificatione cessauerunt, sic apostoli per omnium linguarum scientiam turrim non de lapidibus, sed de virtutibus, construunt, per quam omnes qui crediderint, in caelum ascendant. Tunc venit qui diceret, magos illos cum duobus aduenisse draconibus, qui ignem sulphureum ex ore & naribus euomentes cunctos homines occiderent. Apostolus autem signo crucis se muniens ad eos secure exiit. Quem mox ut dracones viderunt, ante eius pedes protinus dormierunt. Dixitque magis.

Vbi est ars vestra. Excitate eos si potestis. Ego autem nisi dominum rogassem, quod in me cogitaueratis in ferre in vos. protinus retorsissem. Cum autem populus conuenerit, in nomine Iesu draconibus ut abirent, praecipit, & nullum laedentes protinus abierunt. Coepit quoque populo de gloria paradisi terrestriis magnum sermonem contexere, asserens ipsum omnibus montibus eminare, & proximum caelo esse spinas vel tribulos ibi non esse, lilia vel rosas ibi non marcescere, se nec tunc ibi non euenire, sed hominem ibi iuuenem semper manere, angelorum organa ibidem sonare, aues vocatas continuo obedire. De hoc autem paradiso terrestri dicit hominem eiectionem esse, sed per Christi natiuitatem in paradysum caelestem reuocatum fuisse. Et cum haec populo lequeretur, ecce subito tumultus exortus est, in quo regis filius mortuus plangebatur. Quem cum magi suscitare non possent, suadebant regi, quod in deorum consortium raptus fuisset, & ideo simulacrum & templum sibi construere oporteret. Pradictus autem eunuchus magos custodire faciens, apostolus aduocauit. Qui oratione suscitatum protinus suscitauit. Quapropter rex nomine Eegypti hoc viro per vniuersas suas provincias misit, dicens. venite & videte Deum in effigie hominis latentem. Venerunt igitur cum coronis aureis & diuersis sacrificiorum generibus volentes sacrificare ei. Quos Mattheus conuocauit, dicens. Viri quid facitis. Ego Deus non sum, sed seruus domini Iesu Christi. Illi igitur de auro & argento quod sibi attulerant ipso iubente ecclesiam magnam fabricauerunt: quam intra. xxx. dierum spacio consummauerunt. In qua apostolus. xxxij. annis sedit, & totum Eegyptum ad fidem conuertit, Rex autem Eegyptus cum vxore sua & omni populo baptizatus est, Ephigeniam quoque filiam regis apostolus Deo dicatam plulquam. cc. virginibus praefecit.

¶ Post hoc Hirtacus regi successit & virginem praedictam concupiscens dimidium regni sui apostolo promisit, si eam coniugium suum sibi faceret, coesaurire. Cui apostolus ait, ut iuxta morem praedecessoris die dominica ad ecclesiam conueniret, & praesente Ephigenia cum ceteris virginibus quam bona sint iuxta coniugium audiret. Quo rex cum gudio festinauit: putans quod Ephigeniam vellet coniugium suadere. Mattheus igitur virginibus & omni populo congregatis de bono matrimonij diu locutus à rege plurimum est laudatus: credens quod hoc ideo diceret: ut virginis animum ad matrimonium prouocaret. Deinde imperato silentio sermonem repetit dicens. Cum ergo bonum sit matrimonium si saluo foedere teneatur: bene scitis astantes quod si regis sponsam aliquis seruorum vsurpare praesumeret, non solum regis offensam, sed mortem in super mereretur, non quia vxorem duxisse probatur, sed quia sponsam domini sui accipiens eius matrimonium violasse conuincitur. Itaque & rex sciens Ephigeniam regis aeterni sponsam effectam: & sacro velamine consecratam: quomodo poteris sponsam potentioris te tollere: & tuo matrimonio copulare? Quo audiito rex praeter ira insaniens furri bundus abscelsit. Apostolus autem intrepidus et constans omnes ad patientiam & constantiam confortauit. Ephigeniam coram se ex timore prostratam cum ceteris virginibus bene dixit: Post missam autem solentia res spiculatorum missio.

qui iuxta altare Mattheum stantem & expansis manibus in caelum orantem misso à tergo gladio interfecit, & martyrem fecit. Quod populus audiens ad palatium regis omnia incensurus properabat. Sed à presbyteris & diaconibus vix detenti apostoli martyrium cum gaudio celebrauerunt. Rex vero cum nec per matronas ad eam directas, nec per magos Ephigeniam posset aliqua tenus inmutare, totam eius domum igne copioso valauit, ut ipsam cum ceteris virginibus concremaret. Apostolus autem eisdem apprensus omnem ignem ab earum domo excussit. Qui erumpens regis palatium inuasit, & solo rege euadente vir cum vnico filio cuncta consumpsit. Statimque filius arreptus à daemone patris crimina confitens ad sepulchrum apostoli properauit. Pater vero turpissimus lapsus effectus cum curari non posset manu propria gladio se peremit. Populus autem fratrem Ephigeniae à apostolo baptizatum regem constituit. Qui per annos. lxx. regnavit & filium suum sibi substituens Christianum cultum magnifice ampliauit: & totam Aethiopiae provinciam ecclesijs Christi repleuit, zaroë autem & Arphaxat ab ea die qua regem filium apostolus suscitauit, in Perfidem fugerunt. sed Simon & Iudas ibidem eos vicerunt.

¶ Norandum quod in beato Mattheo quatuor principaliter considerantur. Primum est obedientiae velocitas, quia mox ut Christus eum vocauit: continuo teloneum reliquit, nec dominos suos timens, rationes vectigalium imperfectas reliquit & Christo persequi adhaesit. Pro hac velocitate obedientiae quidam occasione erroris sibi assumpserunt: sicut recitat Hieronymus in originali super praedictum locum dicens. Arguit in hoc loco Porphyrius & Iulianus Augustus vel imperitiam historici mentientis: vel stultitiam eorum: qui statim secuti sunt saluatorem: quasi irrationabiliter quelibet vocantem hominem sint secuti, cum tantae virtutes tantaeque signa praecesserint, qui apostolos antequam crederent, vidisse non dubium est. Certè fulgoris & maiestatis diuinitatis occultae: quae etiam in humana facie relucebat, & primo ad se videntes trahere poterat aspectu. Si enim in magnete lapide haec esse virtus dicitur: ut annulos & festucas sibi copulet: quanto magis dominus omnium creaturarum ad se poterat trahere quos volebat. Haec hieronymus. Secundo est eius largitas siue liberalitas: quia statim fecit ei conuiuium magnum in domo sua. Quod quidem conuiuium non tantum fuit magnum ex ratione laetae praeparationis, sed etiam fuit magnum primo ratione voti: quia cum magno affectu & desiderio ipsum recepit. Secundo ratione mysterij: quia illud fuit in dicarium magni mysterij. Quod mysterium exponit glo. super Lucam dicens. Qui domicilio Christum recipit interno maxime exuberantium paciscitur delectationibus voluptatum. Tertio ratione documentorum, quia ibi magna documenta exhibuit: sicut misericordiam volo & non sacrificium: et non egent, qui sani sunt medico &c. Quarto ratione inuicatorum, quia magni dicumbentes etiam inuitati fuerunt. s. Christus & discipuli eius. Tertium eius humilitas quae apparuit in duobus. Primo in hoc quod se publicanum manifesta uit. Ceteri euangelistae ut dicit glo. verecundiae causa & euangelistae honore nomen vulgatum non ponunt. Ipse secundum quod scriptum est, iustus in primis accusator est sui. Mattheum

se & publicanum nominat, ut ostendat nullum conuersum debere de salute diffidere: cum apostolus & euangelista de publicano repente sit factus, secundo in hoc quod ad suas iniurias patiens fuit. Quando enim pharisaei murmurabant quod Christus ad hominem peccatorem diuertisset: potuissent eis Mattheus respondisse ac dixisse. Vos potius miseri ac peccatores estis: qui vos iustos arbitrans medicum refugitis: ego autem iam peccator dicit non valeo: qui ad medicum salutis confugio, & eidem vulnus meum non abscondo.

¶ Quartum est euangelij ipsius in ecclesia magna solennitas. Eius enim euangelium praeter ceteris euangelij magis in ecclesia frequentatur: sicut & psalmi David & epistolae Pauli praeter ceteris scripturis amplius in ecclesia recitantur. Cuius haec est ratio quoniam: teste Iacobo, tria sunt genera peccatorum, scilicet peccatum superbiae, luxuriae, & auaritia. Peccato superbiae peccauit Saul à sole superbissimo rege dictus: qui ecclesiam suam praemodum persecutus est. Peccato luxuriae peccauit David: qui & adulterium commisit: & propter ipsum adulterium fidelissimum militem viriam occidit. Peccato auaritia peccauit Mattheus, qui per auaritia lucris turpibus inhiabat. Fuit enim telonarius. Est autem teloneus, ut dicit Isidorus: locus in portu maris ubi merces, nauium & naturarum emolumenta redduntur. Telos autem graece, ut dicit Beda, latine dicitur vectigal. Licet igitur isti peccatores extiterint eorum tamen penitentia à deo placuit: ut non solum dominus eorum culpis ignosceret, sed etiam in eis dona sua multipliciter cumularet. Nam saeuissimum persecutorem fecit fidelissimum predicatorem, adulterum & homicidam fecit prophetam & psalmistam, lucris inhiantem & cupidum fecit apostolum & euangelistam. Ideo igitur horum trium dicta nobis tam frequenter recitantur: ut nullus qui conuerti voluerit: desperet de venia, quoniam tantos in culpa tales conspexit fuisse in gratia. Notandum insuper quod secundum beatum Ambrosium circa conuersionem beati Matthei quidam ex parte medici quidam ex parte infirmi sanati: quidam ex parte modice sanandi considerantur. In medico tria fuerunt, scilicet sapientia, quae radicem morbi cognouit: bonitas: quae medicamenta adhibuit, potentia: quae ipsum tam subito curare potuit. De his tribus sicut idem dicit Ambrosius in persona ipsius Matthei. Hic potest auferre cordis mei dolorem & animae pallorem, qui nouit occultata. Et hoc quantum ad primum. Inueni medicum: qui in caelis habitat, & in terris spargit medicamenta. Hoc quantum ad secundum. Hic potest solus sanare vulnera mea, qui nescit sua. Hoc quantum ad tertium. In ipso autem infirmo sanato. s. in beato Mattheo tria considerantur: secundum quod dicitur Ambrosius. ostendit, Ipse namque morbum perfectè exiit, curanti gratias exiit, & in sanitate recepta semper mundum, seruauit. Vnde ait. Sequebatur Mattheus iam laetus & alacer: & exultabat dicens. Iam non publicanus: iam non porto Leui. Exui Leui postquam Christum indui, & hoc quo ad primum. Odio genus meum fugio vitam meam solum te sequor domine Iesu, qui sanas vulnera mea. Hoc quo ad secundum. Quis est qui me separat à charitate Dei, quae in me est, tribulatio, an angustia, an fames. Hoc quo ad tertium. Modus autem sanandi secundum beatum Ambrosium, triplex fuit. Primum enim Christus ipsum vinculis ligauit. Secundum

cauterium ipsum impressit, Tertio omnem pu tre dinē emūdauit. Vnde ait Ambro. loquens in persona Matthæi. Ligatus sum fidei clauis & bonis compedibus charitatis. Aufer Iesu meorum putredines peccatorū: dū me habes vinculis charitatis ligatum. Seca quodcunque inueneris vitiosum, hoc quantum ad primū. Omne mandatum tuum sicut cauterium impressum tenebro, & si vrit cauterium mandati: tamen putrefacta carnis exurit, ne ad virus serpet cōtagio. Et si mor det medicamentum: tamen vlcis tollit vitium. Quā tum ad secundum. Veni cito domine incidens occultras & latentes varias passiones. Aperi cito vultus, ne noxius serpat humorem: manda omne quod fetidum est peregrino lauacro. Hoc quantum ad tertium. Eius autem euangelium anno domini. cccc. quod manibus suis scripserat, cum ossibus beati Barnabæ repperum est, Quod quidem euangelium beatus Barnabas secum ferrebat: & super infirmos omnes illud ponens tam fide Barnabæ, quam merito Matthæi continuō liberabat.

De sancto Mauricio.

MAVRICIVS dicitur à mari, & cis, quod dicitur vomens, vel durus: & us, quod interpretatur consiliator, vel festinans. Vel dicitur à maurū, quod secundum Isido. græcè dicitur, nigrum ipse nāque habuit amaritudinem pro in colatu miseræ & dilectione patriæ. Fuit vāmens per superis uorū abiectionē, durus & firmus per tormētorum perpersionē, consiliator per cōmilitonū exhortationem, festinans per feruorē & bonorū operum multiplicationem, niger per sui despectionem. Huius passionem scripsit & cōpilauit beatus Eucharis Lugdunensis archiepiscopus.

LEGENDA CXXXVI. A

MAVRICIVS in sacratissima legione quæ Thebæa dicitur, dux extitisse perhibetur. Disti autē sunt Thebæi à ciuitate sua quæ Thebæa alias Thebis nuncupata est. Est autem ipsa regio in partibus orientis ultra fines Arabiæ habilis opibus, fructibus fertilis, arboribus delectabilis. Habitatores vero illius regionis dicuntur esse magni corporibus, armis strenui, in bello fortissimi, callidi ingenio, sapientia locupletissimi. Ipsa autem ciuitas centum portas habuit, & super Nilum fluuium, qui de paradiso egreditur, & Gyon ut dicitur sita fuit. De qua dicitur. Ecce verus Thebæa centum iacet obruta portis. His Iacobus frater domini verbum salutis prædicauit, & fidem Christi perfectē eos docuit. Diocletianus autem & Maximianus qui cœperunt anno domini. cclxxij. volentes fidem Christi penitus extirpare, tales epistolæ per omnes provincias in quibus Christiani morabantur, trāsmiserunt. Si aliquid determinari oporteret, aut sciri: & totus mundus ex vna parte congregatus esset, & sola Romā ex alia parte consisteret, mūdus totus victus fuget, & sola Romā in culmine scientiæ remaneret. Cur ergo vos parua plebecula eius præceptis resistitis, & contra ipsius statuta tam stolide superbitis. Aut

igitur deorum immortalū fidē suscipite: aut immutabilis de vobis sententiā proferetur damnationis. Christiani autem huiusmodi literas suscipientes nuncios omnes vacuos remisertunt. Tunc diocletianus & Maximianus in iram commoti per omnes provincias miserunt, ut omnes bellicis armis apti ad Romā venissent, & rebelles Romano imperio subiugarent. Littere autem augustorum ad populum Thebæorū delatae sunt. Qui populus secundū Dei præceptū quæ Dei erat Deo: & quæ erant Cæsaris Cæsari reddebāt. Congregātes igitur electam militum legionē. s. sex milia. dclxvj. eos ad imperatorem miserunt, ut in bellis iustis imperatorem iuuant, non ut contra Christianos arma mouerent, sed eos potius defenserent. Huic autem sacratissimæ legioni dux erat inclitus vir Mauricius. Signifer autem Candidus Innocentius Exuperius. Victor, & Constantius. Diocletianus igitur Maximianum quem sibi in collegam imperij assumpserat contra Gallias cum infinito exercitu misit: & ei legionem Thebæam sociavit. Hi à sancto Marcellino papa exhortati sunt, ut ante gladijs interirent, quā fidem Christi quam acceperant, violarent.

B Cū igitur vniuersus exercitus montes alpium transmeasset, & Ortodorum aduenisset: iubet imperator ut omnes qui secum erant, idolis immolarent: & contra rebelles imperio, & maxime contra Christianos vnanimiter coniuarent. Quod sancti milites audientes octo miliaribus ab exercitu secesserunt, & in quodam loco amenō: cui Aganum nomen est iuxta Rhodanum cōsederunt. Quod audiens Maximus milis militibus præcepit, ut ad deorum sacrificia cū alijs festinarent, qui se non posse facere responderunt, ut pote qui fidem Christi haberent. Tunc imperator ira sue census ait, fungitur despectui meo caelestis iuriæ, & mecum religio Romana contemnitur. Sentiat contra max miles non solum mihi, sed etiā dijs meis me posse dare vindictam. Tunc Cæsar missis militibus suis iussit, ut aut dijs sacrificare decollarent, aut decimum quæque eorum protrinū decollarent. Sancti igitur cum gaudio capita extendentes vnus ante alterū f. stinabat: & ad mortē præuenire certabat. tūc sanctus Mauricius assurgēs inter cætera sic concionatus est. Congratulor vobis, quia pro fide Christi omnes mori parati estis. Commilitones vestros necari sustinui, quia vos ad passionē pro Christo paratos vidi: & domini mādātū seruaui: qui ait Petro. Mitte gladiū tuū in vaginā: quia ergo iam cōmilitonū corporib' vallati sumus: & sociorū sanguinib' rubricatas vestes habemus, nos ipsos ad martyriū sequamur. Hæc ergo si placet Cæsari imandemus respōsa. Milites tui imperator sumus, & ad defensionē reipublicæ arma suscepimus. Non est in nobis proditio, non formido, sed Christi fidem nullatenus deseremus. Cū hoc imperator audisset: iussit iterum: ut decimum trucidarent. Quo facto Exuperius signifer vexillum arripens & inter cōmilitones stās dixit. Gloriosus dux noster Mauricius de nostrorū cōmilitonū gloria est locutus, nec Exuperius signifer nostrer: ideo hæc arma arripuit, ut salubris restitiam. Projiciat dextrē nostrē arma hæc carnalia & arment' virtutib', & talia si placet Cæsari remādem, Milites sum' impator tui, serui autē quæ libere p̄stiterunt xpi. Tibi debem' militiā, illi inocentiā. A te laboris sitendium

pendium: ab eo exordiū sumpsimus vitæ. Omnia pro Christo tormēta suscipere parati sumus: & ab eius fide nūquā discedemus. Tunc ipsius Cæsar iussit suū exercitum totam legionem circumdare ita quod vnus audere non posset. Vallantur igitur milites Christi à militibus diaboli: & nephandis manibus trucidantur, & pedibus equorum conculantur, & Christo præciosi martyres consecrantur. Passi sunt autem circa annos domini. cclxxx. Dei autem nutu quā plures euaserunt: ut in regiones alias venientes Christi nomē prædicarent, & gloriosissime in locis alijs triumpharent. Ex quibus fuisse dicuntur Soloror: Auentor: & Octauius apud Taurinum: Alexander apud Pergamum. Secundus apud Vintinum, nec non & .b. Constantius & Victor & Virsus: & quā plures alij. Cum igitur carnifices prædam diuiderent, & insimul epularentur, quendam senem nomine Victorem inde casu trauserunt: ad secum conuiuādum innitarunt. Ille autem require recepit non inter tot milia occisorum possent cum gaudio epulari. Cum autem à quodam audisset quod pro fide christi mortui essent: suspirans ille vehementer ingemuit, beatum omnino se clamitans si cū illis fuisset occisus. Dum autem comperissent, quoniā christianus esset: in eum impetum fecerunt: & ipsum protrinū trucidauerunt.

C Post hæc Maximianus apud Mediolanū, Diocletianus verò apud Nichomediam vna dei purpurā deposuerunt, & priuatam vitam egerunt: & adulescentiores. s. Constantius & Maximus & Galerius, quos Cæsares fecerant, imperarent. Sed cum Maximianus iterum tyrannicè imperare veller: à Constantio genero suo persecutus suspendio vitam finiuit. Tandē corpus sancti Innocentij de eadem legione in vndā Rhodani immersum à Domiciano Genanensi & Grato Augustano & Prothasio eiusdem loci episcopis cum alijs in ecclesia est sepultum. In cuius constructione quidā gentilis artifex erat, qui alijs die dominico solennizantibus, solus opus suum exercebat. Adest sanctorū exercitus: rapitur: cæditur, & arguitur quod opus suū prophanus assumpserit: & die dominica cum alijs diuinis intenderent ipse operibus mechanicis inhiaret. Correptus ad ecclesiam cucurrit: & se fieri christianū postulauit. Ambro. in præfatione de his martyribus sic ait. Caterua fidelium diuino lustrata lumine ab extremis terræ finibus veniens tibi fideliter supplicauit. Et tam corporeis bellatorum legio mucronibus circumsepta, quāque spiritualibus etiam armis vallata ad martyrium vigili constantia properauit. Quos pestifer tyrannus ut eos meru perterreret, ad interemptionem supplicij gladio decimauit: atque postmodū constanter eos perdurantes in fide vniuersos pariter capite plecti præcepit. Sed hi tanto charitatis ardore seruebant: ut reiectis armis flexo poplice passim geniculantes spicularum tela hilari corde susciperent. Inter quos. b. Mauricius ita fidei amore successus decerando sui martyrij est coronam adeptus. Hæc Ambr. Mulier quendam filium suum abbati monasterij in quo sanctorum martyrum corpora requiescunt erudiendum tradidit, quem in breui defunctū irremediabili luctu plagebat. Cui apprensus Mauricius, cur filiū suum sic fletet, quæsiuit. Quæ sibi respondit, quod quā diu viueret à lachrymis non cessaret. cui ille. Noli eū

fletere & mortuum, sed scias eum habitare nobiscum: quod si probare desideras, cras & in omnibus diebus vitæ tuæ si ad matutinas surrexeris, vocē eius inter monachorum psallentium voces audire valebis. Quod illa semper fecit, & vocem filij cum monachis cantātem semper discernens audivit. Rex Gaturanicus cū thesauros suos relictis seculi pompis pauperibus & ecclesijs erogaret, quendam presbyterū misit: ut sibi de sacrosanctis ipsorum reliquijs asportaret. Qui cum reliquijs impetratis rediens, dum nauis orta tempestare in lacu Lanfanensi periret, captam cum reliquijs fluctibus opposuit: & mox secuta fuit tranquillitas magna. Anno domini. dcccclxij. cum quidam monachi obtrata Karoli a Nicolao papa corpora sancti Urbani papæ & sancti Tyburtij martyris impetrassent: & redeūtes sanctorum martyrum ecclesiam visitassent: ab abbate & monachis impetrarunt, ut corpus sancti Mauricij, & caput sancti Innocentij apud Antiodorem. in ecclesia quam sanctus Germanus eidem martyribus dudū dedicauerat, transportarent. Refert Petrus damiani quod in Burgundia erat quidam clericus superbus & ambitiosus qui quandam ecclesiam sancti Mauricij sibi vsurpauerat quodam potente milite sibi plurimū obistente. Dum autem quadam die missa cantaretur, & in fine euangelij diceretur, omnis qui se exaltat, humiliabitur: derisit miser, & ait fallum est. Nam si ego meis hostibus me humilialem: tot hodie diuitias ecclesiæ non haberem, & ecce fulmen instat gladijs in os eius per quod blasphemiarum verba euomuit, istroiuuit, & subito eum extinxit.

De sancta Iustina.

IUSTINA à iustitia dicta est. Ipsa enim per iustitiam vniuersis quod suum est, reddidit. Deo obedientiam, superiori prælato reuerentiam, pari concordiam, inferiori disciplinam, iocundis patientiam, miseris & afflictis compassionem operosam: sibi sanctimoniam, & proximis charitatem.

LEGENDA CXXXVII. A

IUSTINA virgo de ciuitate Antiochiæ filia sacerdotis idolorum quotidie ad fenestram sedens Prelium diaconem euangelium legentem audiebat, à quo tandem conuersa est. Quod cum mater patri in lecto retulisset, & ambo dormissent. Christus cū angelis apparuit eis, dicens. Venite ad me, & dabo vobis regnum celorum. Qui euigilantes statim cum filia sua se baptizari fecerunt. Hæc ergo Iustina virgo à cypriano plurimum molestata ipsum tandem ad fidem conuertit. cyprianus enim à sua pueritia magus extiterat. Nam cum. vij. annorum esset, à parentibus diabolo consecratus est. Hic igitur magicæ arti inseruiebat, & matronas in iumenta conuertere videbatur, & multa alia præstigia exercebat. Ardēs igitur in amore Iustinæ virginis ad magicas artes se cōtulit, ut ipsa se vel pro viro quoddā Acladio, qui similiter in eius amorem exarserat, posset habere. Advocat igitur dæmonem, ut ad se veniat: & Iustinam per eum valeat habere. Adueniens dæmon dixit ei. Quid

me vocasti? Cui Cyprianus. Amo virginem de Galileis: potes ne facere, vt ipsam habeam, & voluntatem meam secum: perficiam? Cui dæmon. Ego qui hominem de paradiso eijcere potui: Cayn fratrem suum occidere procuravi. Iudæos Christum occidere feci, homines perurbavi, vt non potero facere, & vnam puellam habeas, & ea iuxta tuum placitum fruaris? Vnguētum hoc accipe, & circa domum eius deforis sparge & ego superueniens cor eius in tuum amorem incendā, & tibi eam assentire compellam. Sequenti nocte dæmon ad eam ingreditur: & cor eius ad amorem illicitum incitare conatur. Quod illa sentiens deuotē se domino commendauit. & totum corpus suum signo cruci muniuit. Ad signum autem sanctæ crucis diabolus territus fugit: & ad Cyprianum veniens ante eum stetit. Cui Cyprianus dixit. Quare non adduxisti ad me virginem illam. Cui dæmon. Vidi in ea quoddam signum, & contabui: & omnis virtus in me defecit. Cyprianus autem eum dimisit: & alium fortioerem vocauit. Cui dæmon. Audiui tuam iusionem, & vidi illius impossibilitatem, sed ego emandabo, & tuā com plebo voluntatem. Aggredear eam & cor eius vulnerabo in amorem libidinis: & ea iuxta desiderium tuū perfrueris. Ingrediens igitur diabolus nitēbatur ei persuadere: & animum eius ad amorem illicitum inflammare. Illa autem se Deo deuotē recommendans signo crucis omnem tētationem repulit, & insufflans in dæmonem protinus eum abiecit. Dæmon autē cōfusus abiit, & aufugit: & ante Cyprianum stetit. Ad quem Cyprianus. Et vbi est virgo ad quā te trāsmisi. Et dæmon. Victum me fateor, & qualiter, dicere pertimesco. Quoddam enim signum terribile in ea vidi, & continuo robur omne amisit. Tunc Cyprianus eum deridens dimisit: & ipsum principem dæmonum aduocauit. Cūque venisset, ad eum, dixit. Quæ est virtus vestra tam modica, vt vincatur ab vna puella. Dixit dæmon. Ecce egrediens varijs febribus eam vexabo: & amicū eius ardentiū inflammabo: & totum corpus eius vehemēti ardore respergam: & freneticam illam faciam: & varia sibi sanāsmata offeram: & media nocte eam adducam tibi. Tunc diabolus in specie vnus virginis se transfigurauit: & ad virginē veniens dixit. Ecce ad te venio: quia tecum in castitate viuere concupisco. Veruntamen dic quæ te quænam certaminis nostri merces erit. Cui sancta virgo respondit. Merces quidem multa, labor modicus, Dixit ei dæmon. Quid est ergo quod Deus præcepit. Crescite & multiplicamini & replete terram. Timeo ego bona socia quod si in virginitate manserimus, verbum Dei irritum faciemus, & velut contemnentis & inobediētes in graue iudicium decidemus: & videbamur sperare præmium, graue incurremus tormentum. Cœpit autem cor virginis grauibus cogitationibus perimissionem dæmonis confusi, & ardore concupiscētiæ fortius inflāmari: a deo vt iam surgēs abire vellet. Tūc sancta virgo ad se reuertā, & quis esset, qui secum loqueretur, intelligens, continuo se cruce muniuit: & in diabolū sufflans ipsum instar cere protinus liquefecit, & ab omni tētatione statim liberatam se sensit.

C Postmodum diabolus in speciem iuuenis pulcherrimi se transfigurauit: & thalamum eius ingrediens cū ipsa in lectulo iaceret, impudenter in eius

lectulum profiliuit: & in eius amplexus ruere voluit. Quod videns Iustina & malignum spiritum adesse cognoscens: mox signum crucis edidit: & instar cere diabolū liquefecit. Tunc diabolus permittente Deo febribus eam fatigans: & plures cum gregibus & armentis occidens, maximam mortalitatem in tota Antiochia futuram per dæmoniacos prædicebat: nisi Iustina coniugio consentiret. Quapropter tota ciuitas morbo languens ad Ianuam parentum Iustinae conuenit clamans, vt Iustina coniugio traderent: & sic iuramentum a tanto periculo liberarent. Sed cū Iustina nullatenus consentiret: & ex hoc mortem eidem omnes minarentur. vij. anno mortalitas ipsa pro eis orauit, & omnem pestilentiam propulsaui. Videns autē diabolus quod nihil proficeret in formam Iustinae se transmutauit: vt famam iustine pollueret: & Cyprianum deludens se Iustinam ad se adduxisse iactabat. Pergens igitur diabolus ad Cyprianum in specie Iustinae ad ipsum cucurrit: & eum quasi, qui eius amore langueret, osculari voluit. Quam Cyprianus videns: & Iustinam esse credens, gaudio repletus ait. Bene venisti Iustina omnium forma: nam decora. Mox vt Cyprianus nomen Iustinae nominauit: diabolus nomen illud ferre non potuit, sed ad eius prolationem instar fumū statim euānit. Quapropter Cyprianus delusum se videns tristis remansit. Vnde & amplius in amorem Iustinae æstuens ad ostium virginis diu vigilauit, & quandoque in scēminam, & quandoque in aū vt videbatur arte magica se commutans: cum venisset ad ostiū virginis, neq; auis neq; scēmina sed Cyprianus protinus apparebat. Acladius quoq; arte diabolica mutat in passerem, cū ad fenestram Iustinae volasset: mox vt virgo eum aspexit, non passer: sed Acladius apparuit. Angustiarumque nimis cœpit ac tremere: quia nec fugere poterat, nec salire. Timens vero Iustina ne cadens creparet, eum per scalam deponi fecit, admonens vt à sua vesania cessaret: ne iuxta leges tanquam maleficus puniretur. Ista omnia secundum signa diabolica ad quandam apparentiam fiebant.

D Vnde igitur per omnia diabolus ad Cyprianum redijt: & ante eum confusus stetit. Cui dixit Cyprianus. Nunquid & tu victus es? Quæ est miser virtus vestra, vt vnam puellā non possitis vincere, nec in eā potestatem habere: sed econuerso ipsa vos vincat & tā miserabiliter vos prosternat. Dic tamen mihi obsecro in quo est eius tam maxima fortitudo. Cui dæmon ait. Si mihi iuraueris, vt à me nequam recedas: virtutem eius victoriæ tibi pandam. Cui Cyprianus. ret quid tibi iurabo. Cui dæmon. Iura mihi per virtutes meas magnas quod à me nunquam discedas. Dixit ei Cyprianus. Per virtutes tuas magnas tibi iuro, quod à te nunquam discedam. Tunc diabolus quasi securus ei dixit. Puella sola signū crucifixi ædidi, & statim contabui, & omnem virtutem amisit: & quasi cera à facie ignis effluxit. Dixit ei Cyprianus. Ergo crucifixus maior te est. [Et dæmon, Vtique maior omnibus est, & nos, & omnes quos hic decipimus, tradet igni in exitu guibili cōburandos. Cui Cyprianus. Ergo & ego amicum deo fieri (crucifixi), ne tantam aliquando penam incurram. Cui diabolus. Iurasti mihi per virtutes meas exercitum, per quas nemo periurare valet, quod à me nunquam discederes. Ad quam Cyprianus. Te & om-

nes fumigantes tuas virtutes contemno, & tibi & omnibus diabolis tuis abrenuncio: & crucifixi saluari fingo me numio. Statimque ab eo diabolus confusus discessit. Tunc Cyprianus ad episcopum iuit. Quæ videns episcopus & credens eum venisse: vt christianos in errorem mitteret, ait ei. Sufficiant tibi Cypriane hi qui foris sunt. Nihil enim poteris aduersus ecclesiā Dei. Inuicta est enim virtus Christi. Cui Cyprianus. Certus sum, quod inuicta est virtus christi. Narransque quæ sibi acciderent, ab eo se baptizari fecit. Qui postmodum tam in scientia quam in vita valde proficiens mortuo episcopo ipse in episcopum ordinatus est. Beata vero virginem Iustinam in monasterio posuit: & multis sacris virginibus eam ibidem in abbatissam præfecit. Sanctus autē Cyprianus martyribus epistolas sæpe mittebat: & eos in certamine roborabat. Comes autem regionis illius audiens famam Cypriani & Iustinae eos ad se presentari fecit, & an sacrificare vellēt, requisit. Qui dum in fide christi perfliterent firmi iussit eos in fartagine plenam cera, pice, & adipe poni, que tamen eis mirum refrigerium prestitit, nec aliud quod supplicium irrogauit. Sacerdos autem idolorū prefecto dixit. Iubeas me ante fartagine stare, & cōfestim vincam omnem virtutem eorū. Cum ergo iuxta fartagine venisset, dixit. Magnus est Deus Hercules & pater deorum iupiter. Et ecce continuo de fartagine ignis exiuit: & penitus eum consumpsit. Tunc Cyprianus & Iustina de fartagine extrahuntur, & data super eos fentētia, pariter decollantur. Horum corpora cum septem diebus ad canes proiecta mansissent postmodum Romam translata sunt. Nunc autem vt dicitur. Placentia requisierunt. Passi sum autem. vj. kal. Octobris circa anno domini. cclxxx. sub Diocletiano.

De sanctis Cosma & Damiano.

COSMAS dicitur à cosmos, quod est forma vel ornatus. Vel secundum Isido. cosmos græce dicitur mundus latinè. Fuit enim forma in alijs exemplis ornatus virtutibus bonis mundus ab omnibus vitijs. Damianus dicitur est à Damna quadam bestia quæ humilis est & mansueta. Vel Damianus à dogma, quod est doctrina: & ana, quod est sursum, vel à damum, quod est sacrificium. Vel Damianus quasi domini manus. Ipse enim mansuetudinem habuit in conuersatione: doctrinam supernam habuit in predicatione: sacrificium fuit in carnis maceratione, domini manus fuit in medicinali curatione.

LEGENDA CXXXVIII. A

COSMAS & Damianus germani fratres in ciuitate Aegæa ex religiosa matre nomine Theodora nati sunt. Hi arte medicinæ edocti tantam à spiritu sancto gratiam acceperunt: vt omnes languores nō solū ab hominibus sed etiā à iumentis curarēt, gratis omnia tribuentes. Matrona autem quædam nomine Palladia cum omnia sua in medicis consumpsisset, ad sanctos accessit: & ab eis sanitatem inte-

gram reportauit. Tunc illa quoddam munnsculum sancto Damiano obtulit. Et cū nollet recipere: illa eum sacramentis terribilibus adiurauit. Quod ille acquieuit recipere: non quidem ductus cupiditate muneris, sed & deuotioni satisfaciens offerentis: & ne nomen domini videretur spernere, per quod videbat sic se adiuratum esse. Hoc vbi sanctus Cosmas comperit: præcepit ne corpus eius vna cum ipsius corpore poneretur. Sed sequenti nocte dominus Cosmæ apparuit, & fratrem de suscepto munere excusauit. Audiens eorum famam proconsul Lissias eos ad se accersiri fecit: & quæ eorum sint nomina, quæ patria quæ fortuna inquirere cœpit. Sancti martyres dixerunt. Nomina nostra sunt Cosmas & Damianus: & alios tres fratres habemus quorum nomina sunt Antinus, Leontius, & Euprepus. Patria autem nostra Arabia est. Porro fortunam christiani nesciunt. Iussit ergo imperator vt fratres suos adducerent, & simul idolis immolarent. Sed cum omnino immolare contemnerent, præcepit eos in manibus & pedibus dire torqueri. Cū autem eius tormenta deriderent, iussit eos cathena ligari, & in mari præcipitari, sed statim ab angelo de mari liberantur: & ante præsidem statuuntur. Quod præses considerans ait. Per deos magnos maleficijs vincitis, quia tormenta contemnit & mare sopitis. Docete ergo me hæc vestra maleficia, & in nomine Dei Adriani sequar vos. Et hoc dicto statim duo dæmones affuerunt & eum grauissimè in faciem cæciderunt. Et ille clamans dixit. Deprecor vos ò boni viri, vt pro me ad dominum vestrum oretis. Quibus orationibus continuo dæmones discesserunt. Præses autem dixit. Videtis qualiter aduersum me dii indignari sunt: quia eos relinquare cogitabam. Iam ergo deos meos vos non patiar blasphemare. Tunc eos in ignem copiosum iactari præcepit: sed tamen eos nil læsit, quin potius flamma profiliit longe, & multos de assistantibus interemit. Iubentur ergo in eculeo suspendi: sed ab angelo ipsos custodiente fatigatis admodum incedēdo ministris ante præsidem deponuntur illeſi. Tres igitur fratres in carcere fecit recludi: & Cosmam & Damianum crucifigi & à populo lapidari: sed in suos lapides redibant autores, & quamplurimos vulnerabāt. Tunc præses furore repletus eductis tribus fratribus & stantibus iuxta crucem iussit Cosmam & Damianū supra crucem à quatuor militibus sagittari. Sagitte verò cōuerſe plurimos vulnerabant, sed sanctos martyres non lædebant. Videns autem præses in omnib; se confusus vsque ad mortem angustiat; somnes quinq; fratres fecit simul decollari, memores autem christiani verbi, quod dixerat sanctus Cosmas ne in vnum sepelirentur, cogitabant quomodo vellēt martyres sepeliri. Et ecce subito camelus aduenit & humana voce proclamans sanctos in vno loco sepeliri præcepit. Passi sunt sub Diocletiano qui cœpit circa annos domini. cclxxxvij.

B Rusticus quidam cum post laborem messis in campo aperto ore dormiret, serpens in eius ventrem ingressus est. Euigilans autem, cum nihil sentiret, domum redijt, & sero facto grauissime torqueri se sensit. Voces igitur miserabiles emittebat, & sanctos domini Cosmam & Damianum in sui auxilium inuocabat

Sed cum dolor semper incesceret ad ecclesiam sancto-
rum martyrum confugit, & ibidem eo subito dormie-
te serpens, sicut per os eius intrauerat, sic exiuit. Vir
quidam longe profecturus sanctis martyribus Cos-
me & Damiano uxorem suam comandaui, dans ei si-
gnum, cui protinus deberet ei auertere, si aliquando
eam vocaret. Post hoc autem sciens signum diaboli
quod ei maritus dederat, se in hominem transfigura-
uit, & signum viri offerens dixit. Vir tuus ab illa ciui-
tate me misit ad te, ut ducam te ad eum. At illa adhuc
ire formidans ait. Signum quidem agnosco, sed quia
sanctis martyribus Cosmæ & Damiano comendata
sum, super eorum altare mihi iura quod securam me
duces, & tunc protinus proficiscar. Ille autem conti-
nuo ut dixerat sibi iurauit, secuta ergo eum, cum ad
quendam locum secretum venissent, voluit eam de iu-
mento diabolus precipitare, ut eam occideret. Quod
illa sentiens exclamauit. Deus sanctorum Cosmæ &
Damiani adiuua me. Vobis enim credidi, & secuta sum
eum. Confestim autem sancti cum multitudine dealba-
torum ibidem affuerunt, & eam liberauerunt, diabo-
lus vero statim euauit. Et dixerunt ei. Nos sumus
Cosmas & Damianus quorum iuramento credidisti,
ideoque festinauimus venire in auxilium tibi. Felix papa
viii. sancti Gregor. in honore sanctorum Cosmæ & Da-
miani nobilem ecclesiam Romæ construxit. In hac ec-
clesia quidam vir sanctis martyribus seruebat, cui can-
cer vnum crux totum consumperat. Et ecce dormiente
illo sancti Cosmas & Damianus deuoto suo apparue-
runt vnguenta & ferramenta secum portantes, quorum
vnum alteri dixit, vbi carnes accipiemus, ut abscessa car-
ne putrida locum vacuū repleamus? Tunc ait alter. In
cimiterio sancti Petri ad vincula, hodie Aethiops re-
cens sepultus est. De illo ergo affer, ut huic suppleam-
us. Et ecce ad cimiterium properauit, & coxam
mauri attulit. præcedentemque coxam infirmi loco eius
coxam mauri inseruerunt, & plagam diligenter vngen-
tes coxam infirmi ad corpus mauri mortui detulerunt.
Euihilans autem cum se sine dolore sensisset, manum ad
coxam apposuit, & nihil lisionis inuenit. Apposensque
candelam cum in cruce nihil mali videret, cogitabat an-
non ipse qui erat, sed alius alter esset. Rediens autem
ad se præ gaudio de lectulo prosiijit, & quid in somnis
viderat, & qualiter sanatus fuerat omnibus enarrauit.
Qui conciti ad tumultum mauri miserunt, & coxam
mauri præcisam, & coxam prædicti viri loco illius tu-
mulo positam, inuenerunt. Passi sunt autem circa an-
nos domini. cclxxx. sub Diocletiano.

De sancto Foroseo.

LEGENDA CXXXIX. A



ROROSEVS episcopus, cuius historiam
Beda scripsisse creditur, dum omni virtu-
te & bonitate polleret, a extremum ve-
niens spiritum emisit, vidit quoque duos
angelos ad se venientes, & eius animam
deferentes, tertium vero armatum scuto candido &
gladio fulgureo se præcedentem conspexit. Deinde
dæmones clamantes audiuit. Præcedamus & ante faci-
em eius bella commoueamus. Cum ergo præcessissent vni-
uersi iactabant in eum ignita iacula. Sed angelus præce-
dens scuto ea suscipiebat, & protinus extinguebat. Tunc

dæmones angelis opposentes dixerunt. Otiosos tes-
tiones sæpe dixit: & ideo illæsus non debet perfrui vi-
ta beata. Quibus angeli. Nisi principalia vitia contra
eum protuleritis, propter minima non perhibebit. Tunc di-
xit eis dæmon. Si iustus est Deus, homo hic non saluabitur.
Scriptum est enim, Nisi conuersi fueritis, & effici-
mini sicut paruuli, non intrabitis in regnum celorum.
Cui angelus excusans ait. Intelligentiam in corde ha-
buit, sed consuetudo hominum concitauit. Cui dæmon
Sicut accepit malum ex consuetudine, ita accipiat vindi-
ctam a superno iudice. Sanctus angelus dixit. Iudice-
mur ante Deum. Præliate angelo aduersarij territi sunt.
Tunc dæmon dixit. Seruus qui scit voluntatem domini sui
& non facit, plagis vapulabitur multis, cui angelus.
Quid enim iste de domini sui voluntate non imple-
uit. Et dæmon. Dona iniquorum recepit, cui angelus.
Credidit quod vnusquisque eorum penitentiam egisset. Dæmon
dixit. Ante debuit probare penitentiam perseverantiam
& sic fructus suscipere. Angelus respondit. Iudicemur
ante Deum. Sed dæmon succubuit. Iterum autem ad bellum
dum surrexit dicens. Vsq; nunc Deum existimabamus
veracem, qui omne delictum quod in terris non pur-
gatur, se in æternum puniturum promissit. Hic ergo ho-
mo quædam vestem à quodam vsurario recepit: nec de
hoc punitus fuit. Vbi est ergo iustitia Dei cui angelus?
Silete quia occulta Dei iudicia ignoratis. Quando
enim sperabatur penitentiam, comiratur hominem di-
uina misericordia. Dæmon respondit. Sed nullus hie lo-
cus est penitentiam, cui angelus. Profunditatem iudi-
ciorum Dei ignoratis. Erit etenim. Tunc diabolus tam gra-
uiter eum percussit, ut postmodum vitæ restitutus sem-
per percutionis vestigium retineret. Arripientes enim
dæmones vnum de his, quos in ignibus torquebant,
ipsum in eum iactauerunt, qui eius humerum maxil-
lamque incendit. cognouitque hominem, quia ille erat,
cuius vestem acceperat. Dixitque angelus. Quod incen-
disti, arsit te. Si enim huius viri in peccatis mortui do-
num non accepisses, nec poena in te arderet. Et hæc
percutionem permittente Deo pro receptione vesti-
menti illius percepit. Alter autem dæmon dixit. Adhuc
restat illi angusta porta vbi illi superare poterimus.
Diligens proximum tuum sicut teipsum. Respondit an-
gelus. Vir iste in proximis suos operatus est bona.
Aduersarius respondit. Non sufficit hoc, nisi etiam si-
cut teipsum dilexerit, cui angelus. Fructus dilectio-
nis est bene operari: quia Deus reddet vnicuique secun-
dum opera sua. Dixitque dæmon. Sed quia verbum de di-
ligendo non impleuit: dæmonatus erit. Pugnantem turba
nefanda sancti angeli vidiores fuerunt. Dixitque ite-
rum dæmon. Si Deus iniquus non est, & verbi illius
transgressio ei displicet: iste poenarum expers non erit.
Promissit enim seculo abrenunciare, & econtrario se-
culum dilexit, contra id quod dictum est. Nolite di-
ligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. San-
ctus angelus respondit. Non sibi ea quæ sunt seculi
sed hominibus indigentibus dispensanda diletit.
Diabolus respondit. Qualicumque modo diligatur
contra præceptum diuinum est. Visisti aduersarij
rursus diabolus ad callidas conuertitur acculationes,
dicens. Scriptum est enim. Si non annunciaueris
iniquo iniquitatem suam: sanguinem eius de manu
tua requiram. Hic non annunciauit digne peccatoribus peni-

penitentiam. Sanctus angelus respondit. Quando au-
ditores despiciunt verbum: lingua doctoris loqui præ-
ditur, dum videt quod prædicatio audita despicitur:
Vnde prudentis est, dum non est loquendi tempus proce-
rere. In omni vero contradictione dæmonum præua-
lida nimis exitit pugna, donec iudice domino trium-
phantibus angelis deuictisque aduersarijs imman-
claritate vir sanctus circumsusus est. Vnus autem (ut ipe
da testatur) Jex angelis dixit ei. Respice mundum. Re-
spiciensque vidit vallem tenebrosam & quatuor ignes
in aere aliquibus spacijs à se distantes. Dixit ei ange-
lus. Hi sunt quatuor ignes, qui mundum succendunt.
Vnus est ignis mædacijs: cum diabolo & omnibus eius
pompis homines in baptismo abrenunciare existima-
bant. Secundus cupiditatis: cum mundi diuitias amo-
ri celestium præponunt. Tertius est dissentionis, cum
animos proximorum in superuacuis rebus offendere
non formidant. Quartus impietatis, cum infirmiores
expoliare & eis fraudem facere pro nihilo ducit. De-
inde illi ignes appropinquantes in vnum redacti sunt:
& illi appropinquabant. Timensque angelo dixit. Do-
mine ignis mihi appropinquat. Cui angelus. Quod
non accendisti, non ardebit in te. Ignis enim iste seculi
dum merita operum hominum singulos examinat.
Nam sicut corpus ardet per voluntatem illicitam, ita
etiam ardebit per debitam poenam. Tandem ad pro-
prium redactus est corpus plangentibus propinquans,
qui cum mortuum existimabant. Ille autem aliquan-
to tempore superuixit: & in bonis operibus laudabili-
ter vitam finiuit.

De sancto Michael e archangelo.

MICHAEL interpretatur quis vt Deus. Et quo-
ties (sicut ait Greg.) miræ virtutis aliquid agi-
tur: michael mitti perhibetur, ut ex ipso actu
& nomine derur intelligi, quod nullus potest facere,
quod facere præuat: Deus. Et idcirco eidem Micha-
ela multa quæ sunt miræ virtutis attribuuntur. Ipse enim
vt Daniel attestatur in tempore antichristi cõsurgit,
& pro electis tanquam defensor & protector astabit. Ip-
se cum dracone & angelis eius pugnavit, & ipsum de
celo eiciens victoriam fecit magnam. Ipse enim dia-
bolo de Moyse corpore alteratus est eo quod diabo-
lus eius corpus prodere voluit, ut ipsum pro Deo Iu-
dæorum populum adoraret. Ipse sanctorum animas re-
cipit, & in paradysum exultationis perducit. Ipse olim
princeps fuit synagoga: sed nunc constitutus est à do-
mino in principem ecclesie. Ipse (vt dicitur) plagas
Aegyptijs intulit, mare rubrum diuisit, populum per
desertum duxit & in terram promissionis introduxit.
Ipse inter sanctorum acies angelorum signifer Chris-
ti habetur. Ipse ad domini imperium antichristum exis-
tentem in monte oliueti præpotenter occidet. In vo-
ce ipsius archangeli Michaelis mortui resurgent. Ipse
crucem, clauos, lanceam & coronam spineam in die
iudicij representabit.

LEGENDA CXL. B

MICHAELIS archangeli sacra solen-
nitas dicitur apparitio, dedicatio, vi-
ctoria & memoria. Apparitio autem
ipsius angeli multiplex est. Prima, quæ
in monte Gargano apparuit. In Apu-
lia namque est quidam mons nomine

Garganus iuxta ciuitatem quæ dicitur Sipontum. An-
no autem domini, cccxc. in prædicta vrbe Siponto era-
t quidam vir nomine Garganus, qui secundum libros
à monte illo nomen acceperat, vel à quo mons ille no-
men acceperat, qui ouium & bouum infinita multitu-
dine pollebat: Cum autem prædicti montis latera pa-
scerentur, contigit quendam taurum alios relinquere,
& verticem montis conscendere. Cum domum alij re-
deuntibus non redisset collecta domus multitudine
famulorum per deum quæque requirens ipsam tan-
dem in vertice montis iuxta ostium cuiusdam spe-
luncæ inuenit. Permotus itaque cur solius gus ince-
deret, mox in ipsum sagittam toxicatam direxit. Sed sta-
tim velut à vento retorta ipsam qui iecerat, reperlul-
sit. Turbati super hoc ciues episcopum ad eum, & su-
per re tam stupenda ipsum requirunt. Qui triduanum
ieiunium eis indixit, & à Deo querendum esse admo-
nuit. Quo pacto sanctus Michael episcopo apparuit,
dicens sciatis hominem illum voluntate mea suo te-
lo esse percussum. Ego enim sum Michael archange-
lus qui locum hunc in terris incolere rutumque serua-
re statuens hoc volui probare indicio ipsius me loci
inspectatorem esse atque custodem. Statimque episcopus
atque ciues cum processione locum ad eum, & ingredi
non præsumentes orationi pro foribus insistunt. Se-
cunda apparitio est quæ circa annum domini. dccc. ac-
cidisse describitur. Nam in loco qui Tumba: dicitur
iuxta mare sex milibus ab vrbe Abriacensi Michael epi-
scopo prædictæ ciuitatis apparuit, iubeus ut in prædi-
cto loco ecclesiam construeret, & sicut fit in monte
Gargano, ita & ibi in memoriam. s. Michaelis archan-
geli celebraret. Cum autem episcopus de loco in quo
ecclesiam construeret, dubitaret: ab episcopo edocetur,
ut ibi eam construi iaceret vbi taurum à latronibus
absconditum inueniret. Iterumque de loci amplitu-
dine dubitans iubetur modum in amplitudine statuere
quantum videret in circuitu pedibus protriuisse.
Dua autem rupes ibidem erant quas nullatenus virtus hu-
mana mouere poterat. Tunc Michael cuidam viro ap-
paruit, præcipiens ut ad prædictum locum accedat: ut
ipsas rupes remoueat. Quo accedente tam facile rupes
mouit, ut nihil habere ponderis viderentur. Edificata
igitur ibidem ecclesia de monte Gargano partem pa-
lij, quod sanctus Michael super altare posuit, & par-
tem marmoris super quo stetit ad suam ecclesiam de-
tulit. Cum vero ibidem aque penuriam paterentur:
monitu angeli quoddam foramen in quo iam
saxo durissimo fecerunt: & tanta aquarum copia pro-
tinus emanauit, & vsque nunc eius beneficio copiosius
sustentetur. Hæc autem apparitio in prædicto loco de
cimo septimo Kalen. Nouembris solenniter celebra-
tur in eodem autem loco quoddam memoria di-
gnum contigisse refertur miraculum. Ille enim
mons vndique Oceano cingitur. Sed bis in die sancti
Michaelis iter præbens populo aperitur. Cum er-
go copiosa turba ad ecclesiam pergeret, contingit &
quandam mulierem grauidam vicinamque partui se-
cum ire. Et ecce magno impetu vnda redijt, & om-
nis turba timore concussa ad litus fugit, sola au-
tem mulier prægnans fugere non valuit. Sed à ma-
rinis fluctibus capta fuit. At Michael archange-
lus mulierem seruauit illasam: ita etiam quod in

medio pelagi filium parturiuit, quem in vlnis suscipiens laetavit: & mari iterum sibi iter prebente cum puero laeta exiuit.

C Tertio apparitio est quae Romae tempore Gregorii papae legitur accidisse. Nam dum idem Gregorius papa propter pestem inguinariam letanias maiores instituisse: & deuote pro salute populi exoraret: vidit super castrum, quod olim memoria Adriani dicebatur, angelum domini qui gladium cruentatum tergebat & in vaginam mittebat. Vnde sanctus Gregorius intelligens preces ad domino exauditas, ecclesiam in honorem angelorum ibidem construxit. Vnde & castrum illud vsque nunc castrum sancti angeli vocatur. Haec autem apparitio cum illa quae in monte Gargano apparuit, cum Sipontanis victoriam dedit, viii. idus Maii celebratur. Quarta apparitio est quae consistit in hierarchijs ipsorum angelorum. Nam prima hierarchia dicitur ephania. i. superior apparitio: media dicitur yphania. i. media apparitio, vltima dicitur ypophania. i. inferior apparitio. Et dicitur hierarchia a hierar, quod est sacrum, & archos princeps, quasi sacer principatus. Quae liber autem hierarchia continet tres ordines. Nam superior continet seraphin, cherubin & thronos. Media autem continet secundum assignationem Dionysij dominationes, virtutes & potestates. Vltima continet secundum assignationem eiusdem principatus, angelos & archangelos. Et horum ordinatio & dispositio potest videri per simile in terrenis potestatibus. Nam ministri qui sunt, sub vno rege quidam operantur immediate circa personam regis sicut cubicularij, consiliarij & assessores. Similes his sunt ordines primae hierarchiae. Quidam vero habent officia ad regimen regni in communi non deputati huic vel illi prouinciae ut principes militiae & iudices curiae. Similes his sunt ordines secundae hierarchiae. Quidam vero preponuntur ad regimen alicuius partis regni, ut praepositi & Balliui, & huiusmodi minores officiales. Et his similes sunt ordines tertiae hierarchiae. Tres igitur primae hierarchiae accipiuntur in quantum Deo assunt, & ad ipsum conuertuntur. Ad haec tamen tria necessaria sunt. scilicet dilectio: & hoc quantum ad ordinem seraphin, quod interpretatur ardentes. Perfecta cognitio, & quantum ad cherubin, quod interpretatur plenitudo scientiae. Perpetua comprehensio siue fructio: & hoc quantum ad thronos quod interpretantur sedes, quia in eis sedet Deus & quiescit, dum eos in se quiescere facit. Tres autem ordines mediae hierarchiae accipiuntur in quantum habent preesse & regere vniuersitatem hominum in communi. Hoc autem regimen consistit in tribus. Primo in praesidendo siue imperando, & hoc pertinet ad ordinem dominationum ad quem spectat alijs inferioribus praesese, & eos in locis ministerijs diuinis dirigere, ac eis omnia imperare. Quod inuuit Zacha. v. vbi vsus angelus alteri dixit. Curre & loquere ad puerum illum dicens &c. Secundo in operando, & hoc pertinet ad ordinem virtutum, quibus nihil est impossibile exequi quod imperatur, quia eis datum est posse super omnia difficilia ad diuinum ministerium pertinencia, ideo attribuitur ei miracula facere. Tertio, in arcendo. ut scilicet impedienda & in infestata arceatur, & hoc pertinet ad ordinem potestatum, quae habent coercere con-
arias potestates, quod signatum est Thobiaz. viii. vbi

dicitur, quod Raphael religauit demonium in deserto superioris Aegypti. Tres vero ordines vltimae hierarchiae accipiuntur secundum quod habent regimen determinatum. Quidam enim eorum praesunt vni prouinciae. Hi sunt de ordine principatus, sicut erat princeps Persarum qui praerant Persis, de quo habetur Dan. x. Quidam vero deputati sunt ad regimen multitudinis, ut puta vnus ciuitatis, & hi dicuntur archangeli. Quidam vero ad regimen personarum singularium, & hi dicuntur angeli. Vnde & dicuntur minima nunciare, eo quod eorum ministerium ad vnum hominem limitatur. Archangelus vero dicitur maiora nunciare, quia bonum vnus multitudinis dignus est quam bonum vnus hominis. In assignatione autem ordinum primae hierarchiae Greg. & Ber. cum Dionysio concordant, quia accipitur penes eorum fructuonem, quae consistit in seruente dilectione quo ad seraphin, profunda cognitione quo ad cherubin, perpetua retentione quo ad thronos. Sed in assignatione mediae & vltimae in duobus ordinibus. scilicet principatu & virtute differre videntur. Gre. enim & Ber. aliam considerationem habuerunt prout. scilicet media hierarchia accipit penes praeractionem: vltima penes ministracionem. Praeratio autem in angelis triplex est. Praesunt enim angeli angelicis spiritibus: & hi dominationes dicuntur. Praesunt etiam angeli bonis hominibus, & hi dicuntur principatus. Praesunt demonibus, & hi dicuntur praesentes. Et ordo & gradus dignitatis in his patet. Ministerium autem triplex est, quod iam quod consistit in operando, quod dicitur docendo, aut maiora aut minora. Primum est virtutum secundum archangelorum, tertium angelorum.

¶ Quinta apparitio est de qua legitur in historia tripartita, Nam iuxta Constantinopolim est locus quidam vbi olim dea Vesta colebatur, sed nunc ecclesia in honorem. scilicet Michaelis fabricata est, qui etiam locus Michaelium nuncupatur. Cum igitur quendam nomine Aquilinum ardentissima febris rubeis coloribus nota comprehendisset astuanti poculum medicum dederunt, quod euomuit adeo vt postmodum quicquid comederet vel biberet euomeret. Dum autem iam morti vicinus esset, ad locum hunc se duci fecit, credens se illuc aut mori aut languore priuari. Cui Michael apprensus dixit: vt consecrationem sibi ex melle & vino & pipere faceret: & omnia quae comederet, ibi intingeret: & sic plenam sanitatem reciperet. Quod cum fecisset, plene liberatus est. Cum tamen secundum medicinam rationem contrarium esse videretur, calida pocula colericis exhibere. Haec in historia tripartita. Secundo dicitur victoria. Multiplex autem victoria ipsius archangeli Michaelis & angelorum inuenitur. Prima est quam archangelus Michael praedixit Sipontanis hoc modo praesertit. Post aliquod enim tempus ab inuento loco Neapolitae adhuc gentiles contra Sipontanos & Beneuentanos: qui quinquaginta milibus a Siponto distans ordinato exercitu bellare coeperunt. Qui de episcopi consilio triduo in duccias petierunt, vt ieiunium triduo vacarent: & patronum suum Michael in sui auxilium implorarent, Tertia autem nocte Michael episcopo appareat, preces dixit exauditas, victoriam promittit affuturam: & quarta diei hora iubet hostibus occurrendum, Quibus occurrentibus mons Gargan-

us immenso tremore concutitur, fulgura quoque crebra volant, & caligo tenebrosa totum montis cacumem obduxit, ita vt. dc. viri de aduersarijs tam ex ferro hostium quam ex sagittis igneis interirent. Reliqui vero virtute archangelis comperta idolatriae reliquerunt errorem, et continuo colla Christianae fidei submiserunt. Secunda victoria est quam Michael archangelus obrinuit: quando draconem. i. Luciferum cum omnibus suis sequacibus de caelo expulit. De quo exponitur illud quod habetur in Apoc. factum est praerium magnum in caelo. Michael pugnabat &c. Cum enim Lucifer Dei aequalitatem appetisset, archangelus Michael caelestis exercitus signifer adueniens ipsum Luciferum cum suis sequacibus de caelo expulit, & in hunc aerem caliginosum vsque in diem iudicij retrusit. Non enim permissum est eis in caelo habitare siue in superiori parte aeris: quia locus clarus & amicus est, nec in terra nobiscum, ne nimis nos infestaret, sed in aere inter caelum & terram: vt dum superius respiciunt & vident gloriam quam amiserunt, inde dolorem habeant, & dum inferius respiciunt & vident homines illic ascendere vnde ipsi ceciderunt, inde inuidia frequenter torqueantur. Frequenter tamen eis diuina dispensatione ad nostrum exercitium ad nos descendunt. Vnde sicut aliquibus viris monstratum est, frequenter circa nos volitat sicut musca. Innumerabiles enim sunt & velut muscae totum aerem repleuerunt. Vnde dicit Haimo vt philosophi dixerunt, & doctores nostri opinantur. Aer iste ita plenus est demonibus & malignis spiritibus, sicut radius solis munitissimis puluisculis. Licet autem tot, sint, tamen iuxta sententiam Origenis eorum exercitus minuitur, cum eos vincimus, ita vt qui ab aliquo sancto viro victus fuerit, deinceps ille de vitio de quo victus est, ipsum non valeat tentare. Tertia victoria est quam angeli quotidie de demonibus obtinent, dum pro nobis contra eos pugnant ab eorum tentatione nos liberant. Tribus autem modis ab ipsorum tentatione nos liberant. Primo potestate demonis refrenando. Apoc. xx. de angelo qui demonem ligauit, & in abyssum misit. & Thobiaz. viii. de diabolo in deserto superiori religato. Huius enim religatio nihil aliud est quam potestatis eius refrenatio. Secundo concupiscentiam refrigerando. Quod significatum est Gen. xxxij. vbi dicitur quod angelus tergit neruum Iacob, & statim emarcuit. Tertio memoriam dominicae passionis nostris mentibus imprimendo: hoc signatum est Apo. vij. vbi dicitur. Nolite nocere terre & mari, nec arboribus quousque &c. Item Ezech. ix. Signa Thau in frontibus virorum gementium. Thau enim litera ad modum crucis est facta. Et qui hoc signati sunt: non timent angelum percussorem. Vnde ibidem dicitur. Super quem videris Thau, non occides. Quarta victoria est quam archangelus Michael de antichristo habiturus est: quando ipsum occidet. Tunc enim Michael princeps magnus vt dicitur Dan. xij. co surget, & pro electis tanquam adiutor & protector contra antichristum fortiter stabit. Deinde antichristus vt dicitur glosa Apoc. xij. super illum. Vidi vnum de capitibus eius occisum &c. mortuum se finget, & pro triduo latens postea apparebit, dicens se suscitatum: atque magica ferentibus eum demonibus in aera ascendet, & vniuersis mirantibus adorabunt eum. Tandem in mo-

te Oliueti ascendens vt dicit glosa super illud. iij. Thef. ij. quem dominus Iesus interficiet &c. dum stabit in papilione & in folio suo in illo loco contra quem dominus ascendit Michael adueniens ipsum interficiet. De quo praerlio & victoria intelligitur secundum Greg. illud quod dicitur Apoc. xij. Factum est praerium magnum in caelo Michael &c. Illud enim verbum de triplici praerlio Michaelis intelligitur. scilicet de praerlio quod habuit cum Lucifero, cum ipsum de caelo repulit, & de praerlio quod cum demonibus habet nos infestantibus: & de isto de quo hic agitur. scilicet cum antichristo in fine mundi habiturus est.

¶ Tertio haec solennitas dicitur dedicatio, ex eo quod hac die praedictum locum in monte Gargano a se dedicatum fuisse: Michael archangelus reuelauit. Reuersi enim. Spontani a caede, aduersariorum, & tam magnifica potius victoria adhuc dubitare caperunt, vtum praedictum locum ingredi vel dedicare deberent. Tunc episcopus super his duxit papam Pelagium consulendum. Qui respondit, di. Si homo illam ecclesiam dedicare deberet: hoc maxime die quo victoria data est, fieri oporteret. Si vero aliter sancto Michaeli placuit, ab ipso est super hoc eius requirenda voluntas. In stantibus igitur papa & episcopo cum ciuibus triduo ieiunio Michael in hac die apparuit episcopo, dicens. Non est opus vobis quam ego aedificauit dedicare ecclesiam. Ipse enim qui condidit, dedicauit. Praecipitque vt die sequenti locum cum populo ingrediens ipsum precibus frequentarent, & se specialem suum patronum sentirent. Deditque ei praedictae consecrationis signum: vt. scilicet ab oriente per posterulam ascenderet: & ibidem vestigia hominis impressa marmoris inueniret. Mane igitur episcopus & vniuersus populus ad locum veniunt, & introredientes criptam magnam & tria altaria inuenerunt, quorum duo in auersa parte posita erant, tertium vero in orientali venerationum quidem & ruheo palatio circumtectum. Celebratis igitur ibidem missarum solennijs cum sacramentum communionis singuli accepissent: omnes ad propria cum immenso gaudio redierunt. Episcopus autem ibidem sacerdos & clericos delegauit: qui iugiter diuinum officium celebrarent. In eadem spelunca aqua lucida & nimium dulcis emanat, qua post communionem populus potatur, & diuersae egritudines sanantur. Tunc summus pontifex his auditis hunc diem in honore sancti Michaelis & omnium beatorum spirituum per totum orbem vniuersaliter statuit celebrandum. Quarto haec solennitas dicitur memoria sancti Michaelis. In qua tamen solennitate omnium angelorum memoriam agimus, & omnes generaliter honoramus. Decet namque nos eisdem laudem & honorem impendere multiplici ratione. Ipsi enim sunt custodes nostri, ministros nostros, fratres & coeui nostros; animarum nostrarum in caelo potiores, orationum nostrarum apud deum representantes: regis aeterni nobilissimi milites: & tribulorum consolatores. Primo igitur debemus eos honorare, quia sunt custodes nostri. Cui libet enim homini dantur duo angeli. Vnus malus ad exercitium, alius bonus ad custodiendum. Custodia enim boni angeli deputatur homini, & in natiuitate & in vtero & statim post natiuitatem ex vtero, & semper est cum ipso iam adulto. In hoc enim triplici statu ne-

cessaria est homini custodia angelica. Nam dum parvulus adhuc est in utero potest interiri & dānari. Dñs est extra vterum ante adultam aetate pōt & baptisate impediri. Dum est in adulta aetate potest ad diversa peccata pertrahi, Diabolus enim in homine adulto rationem seducit per astutias: voluntatem allicit per blanditias, virtutem opprimit per violentiā, ideo necesse fuit vt bonus angelus eidem ad custodiā deputetur: vt hominem erudiat dirigat cōtra fallaciam, exhortetur & incitet ad bonum contra blanditias, & defendat ab oppressione contra violentiam. Effectus autē angelicæ custodiæ in homine quadrupliciter assignantur. Primus est vt proficiat anima in bonum gratiæ. Et hoc facit angelus in anima tribus modis. Primo omne impedimentum ad bonū remouendo. Hoc signatum est Exodi. xij. vbi angelus percussit primogenita Aegypti. Secundo pigritiā excitando. Quod signatum est Zacha. iij. vbi dicitur. Angelus domini excitauit me quasi hominem, qui excitatur a somno. Tertio, in via pœnitentiæ ducēdo & reducēdo. Quod signatum est Thobix. v. in angelo, qui eum duxit & reduxit. Secundus est vt nō cadat in malum culpæ, & hoc facit angelus tribus modis. Primo impediendo peccatum futurum nesciat. Hoc signatum est Nume. xxij. in Balaā, qui ad maledicendum Israel pergens ab angelo impeditus est. Secundo increpando præteritū, vt ab eo quis recedat. Hoc signatum est Iud. ij. vbi cū angelus filios Israel de præuaricatione increpasset, ipsi eleuauerunt vocem & fleuerunt. Tertio violentiā quasi inferendo, vt a presenti peccato eripiat. Hoc signatum est in violentia Iuductione Loth & vxoris eius de Sodomis. i. de peccati consuetudine. Tertius effectus est si cadat, & postmodum resurgat. Et hoc angelus facit tribus modis. Primo mouendo ad contritionem. Hoc signatum est Thobix. xj. vbi ad documentum angeli de selle per quod intelligitur contritio, lininis patri oculos. s. cordis. Secundo purgādo labia ad confessionem. Quod signatum est Esa. vj. vbi per angelum labia Esaiæ purgantur. Tertio gaudēdo ad satisfacionem. Luce. xv. dicitur q̄ maius gaudium est in celo super vno peccatore pœnitentiā agente quā in super nonagintanoue iustis, qui nō egent pœnitētia. Quartus effectus est ne tories vel in tot mala cadat, quoties vel ad quot diaboli incitat. Et hoc facit tribus modis. s. potestatem dæmonis refrenando, concupiscentiam debilitando, & memoriam dominicæ passionis nostris mentibus imprimendo, de quibus supra dictum est.

Secundo debemus eos honorare, quia sunt ministratores nostri. Omnes enim sicut dicitur Hebræ. j. sunt administratorij spiritus. Omnes em̄ propter nos mittuntur, quia superiores ad medios medij ad infimos, infimi mittunt ad nos. Hec autē missio cōpetit bonitati diuinæ. In hoc em̄ manifestatur diuina bonitas quantum nostram salutē diligit, dum nobilissimos spiritus ei intima charitate iungunt, dirigit & transmittit ad procurandam salutem nostrā. Secundo charitati angelicæ. Cū enim charitatis ardentis sit maxime desiderare aliorum salutem. ob quā etiam dixit Esaias. Ecce ego domine mitte me. Et angeli possunt nos iuuare pro eo quod vident nos suo auxilio indigere, & malos angelos nos impugnare, ideo quod ad nos

mittuntur, lex exigit angelicæ charitatis. Tertio humanā indigentia. Mittuntur enim boni angeli ad inflammandū effectū ad amorem. Vnde in figuram huius leguntur missi fuisse in curru igneo. Secundo ad illuminandum intellectum ad cognitionem. Hoc signatum est. Apoca. x. in angelo qui habebat librum apertum in manu sua. Tertio ad corroborandum in nobis omne imperfectum vsq; ad finem. Hoc signatum est. iij. Reg. xix. vbi angelus portauit Helix panē subnericium & vas aquæ: & comedit & ambulauit in fortitudine cibi illius vsq; ad montem Dei Oreb. Tertio honorādi sunt: quia ipsi sunt fratres & concines nostri. Omnes enim electi assumuntur ad ordines angelorū quidā ad superiores, quidā ad inferiores, quidā ad me dios pro diuersitate suorum meritorum, licet beata virgo super omnes sit. Quod b. Grego. in homilia insinuare videtur. Nam (vt ait) sunt nonnulli qui parua capiunt, sed tamen hæc annunciare fratribus non desistunt. Isti in angelorum numero currunt. Et sunt qui secretorum cælestium summa & capere prævalent & nunciare. Hi cum archangelis. Et sunt qui mira facite signa & valenter operantur. Et hi cum virtutibus. Et sunt qui malignos spiritus virtute orationis & viceptæ potestatis fugant. Et hi cum potestatibus. Et sunt qui acceptis virtutibus electorum merita transcendunt. Et electis fratribus principantur. Et hi cum principatibus meritum sortiuntur. Et sunt qui sicut semetipsi omnibus vitijs dominantur, vt ipso iure mundiciæ dij inter homines vocentur. Vnde ad Moy sen dicitur. Ecce constitui te Deū Pharaonis. Et huius dominationibus. Et sunt in quibus velut in throno suo dominus præsidens aliorum facta examinat, per quos dum sancta ecclesia regitur plerūq; de suis quibusdam infirmis actibus, alij electi indicantur. Et hi cum thronis. Et sunt qui Dei proximi charitate amplius carere pleni sunt. Et hi meritorū suorū sortē inter cherubin numerū acceperunt, qui cherubin plenitudo sciētia dicit, & iuxta Paulū. Plenitudo legis est charitas. Et sunt qui supernæ cōtēplatiōis amore accessi solo conditoris sui desiderio anhelāt, nihil iam in hoc mundo cupiunt, solo æternitatis amore pascuntur, amant & ardēt atq; ipso suo ardore requiescunt, amādo ardent, loquendo accendunt, & quoscunque verbo tāgunt, ardere protinus in Dei amore faciunt. Quo isti nisi inter seraphin numerum sortē suæ vocationis acceperunt, hæc Grego. Quarto honorādi sunt, quia ipsi sunt animarū nostrarū in celū portitores. Et hoc faciunt triplici modo. Primo viā preparādo. Malach. iij. Ecce ego mitto angelū meū qui præparabit viam ante faciem meam. Secundo per viā preparatā in celū baiulādo. Exo. xxij. Ecce ego mitto angelum meum qui te custodiet in via, & inducat te in terram quā p̄misi patribus tuis. Tertio in celo collocando. Luc. xvj. Factum est vt moreretur mendicis, & portaretur ab angelis in sinum Abraæ.

Quinto honorādi sunt, quia ipsi sunt orationū nostrarū apud Deū representantes. Ipsi nāque primo orationes nostras Deo representant. Thobix. xij. Quādo orabas cū lacrimis: & sepeliebas mortuos, ego ob tuli orationē tuā domino. Secundo pro nobis. ibidē alle gāt Iob. xxxij. Si fuerit pro eo angelus loquens vobis de militibus vt annunciet hoīs acquiratē, miserabitur

eius & c. Item Zach. j. Et respondit angelus domini, & dixit. Domine exercituum vsquequo non miseraberis Hierusalem & vrbum Iuda, quibus iratus es. Iste iam septuagesimus annus est. Tertio Dei sententiam nobis renunciant. Daniel. ix. vbi dicitur, quod Gabriel ad eum volens dixit. Ab exordio precum tuarū egressus est sermo. Glo. j. sententia a Deo, & sequitur. Ego autem veni vt iudicarem tibi: quia vir desideriorum es. De his tribus dicit Bernar. super canti. Discurrit angelus medius inter dilectum & dilectam vota offerens, referens dona, excita istam: placat illum. Sexto honorandi sunt, quia ipsi sunt regis æterni nobilissimi milites: secundum quod dicitur Iob xxv. Nūquid est numerus militum eius. Sicut autem videmus in militibus alicuius regis quod quidam eorū semper in aula regia commorantur, & regem associant, & ad eius honorem & solatium cantant, quidam autem ciuitates & castella regni custodiunt, quidā verò regis inimicos expugnant. Ita & horū militū Christi quidam in aula regia. s. in celo empireo semper regem regum associant: & ad eius honorem cantica lætitiæ & gloriæ semper cantant, dicentes. Sanctus sanctus sanctus & c. Item benedictio & claritas & sapientia & c. Apoc. vij. Alij autem custodiunt ciuitates suburbana, villas & castra illi. s. qui nobis sunt ad custodiam deputati, custodientes statum virginum, continentiam: coniugatorum, & castra religionum. Esa. xij. Super muros tuos Ierusalem constitui custodes. Alij verò Dei inimicos. i. dæmones expugnant. Apoc. xij. Factum est preliū magnum in celo. i. secundum vnam expositionem, in ecclesia militanti. Michael & angeli eius præliabatur cum dracone. Septimo & vltimo honorandi sunt, quia ipsi sunt tribulatores & consolatores. Zach. i. Angelus qui loquebatur in me verba bona & consolatoria. Itē Thobix. v. Fortis animo esto & c. Et hoc faciunt tribus modis. Primo confortando & roborando. Daniel. x. vbi cum Daniel corruisset, tetigit eum angelus dicens. Noli timere, pax tibi: confortare & esto robustus. Secundo ab impatientia confortando. psal. Angelis suis mandauit de te & c. in manibus portabunt te & c. Tertio ipsam tribulationem refrigerando & minuendo. Et hoc signatur Daniel. iij. vbi angelus domini cū tribus pueris in fornacem descendit: & fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem.

De sancto Hieronymo.

Hieronymus dicitur a hiera, quod est sanctū & nemus, quasi sanctū nemus. Vel a norma, quod est lex. vnde dicitur in legenda sua quod Hieronymus interpretatur sacra lex. Fuit enim sanctus. i. firmus, vel mundus, vel sanguine tinctus, vel vsui sacro deputatus, sicut vasa templi dicebantur sancta: quia sacro vsui deputata. Fuit enim sanctus. i. firmus in bono opere, propter persequentiam longanimitatem, & mundus in mente, per puritatem, & sanguine tinctus, per dominicæ passionis meditationem: sacro vsui deputatus, per scripturæ sacre expositionem & interpretationem. Dicitur & nemus a nemore, vbi aliquando conuersatus fuit & lex, propter regulatam disciplinam quam monachos suos docuit, vel quia sacram legem exposuit & interpretatus fuit. Hiero. etiā interpretatur visio pulchritudinis

vel dijudicans locutiones. Est autē quintuplex pulchritudo. Prima est spiritualis, quæ est in anima. Secunda moralis, quæ consistit in honestate morum. Tertia in intellectuālis, quæ est in pulchritudine angelica. Quarta super substantialis, quæ est diuina. Quinta cælestis quæ est sanctorū in patria. Hæc quintuplicem pulchritudinē Hieronymus in se vidit & habuit. Nam habuit spiritualem, in virtutū varietate: moralem, in vitæ honestate, intellectuālem, in excellenti puritate. Super substantialem, in ardenti charitate, cælestem in æterna vel excellenti claritate. Dijudicauit etiam locutiones siue verba tam sua quam aliorum, sua examine proferendo: aliorum vera confirmando, falsa confundendo, dubia verò exponendo.

LEGENDA CXXI. A

Hieronymus Eusebij viri nobilis filius ab oppido Stridonis quod Dalmacię & Pannoniæ confinia tenet, exiit oriūdus hic adhuc iuuenis Romam adijt, & literis græcis & latinis & hebraicis plenè eruditus est. In arte grammatica Donatum habuit præceptorem, in Rethorica autem Victorinum oratorem. In scripturis autem diuinis exercitatur die ac nocte, & inde hausit auidè, quod postmodum effudit abundè. Quodam verò tempore (sicut ipse in epistola ad Eustochium perhibet) cū de die Tullium, & de nocte Platonem auidè legeret, eo quod sermo inculcus sibi in libris propheticis non placeret, circa mediā quadragesimam tam subita & ardenti febre corripitur, vt toto frigescente iam corpore vitalis calor in solo pectore palpitarat. Dum ergo exequiæ funebris pararentur, subito ad tribunal iudicis trahitur, & interrogatus cuius conditionis esset, Christianum se esse libere profiteretur. Ad quem iudex. Mentiris inquit, Ciceronianus es non Christianus. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. At Hieronymus obmuruuit & continuo ipsum iudex durissimè cædi iussit. Tūc exclamauit & dixit. Miserere mei domine miserere mei. Tunc qui astabant præcabantur iudicem, vt veniā tribueret adulescenti. Ipse enim iurare cœpit ac dicere. Domine si vnquam habuero codices seculares: si lege ro te negabo. In hæc igitur iuramenti verba dimissus subito reuiuiscit. Tunc lachrymis totum se inuenit persusum: & ex verberibus quæ ante tribunal susceperat, scapulas terribiliter reperit liuentes. Tanto autē studio libros diuinos legit extunc: quanto libros gentilium vnquam legerat. Dñm autem esset annorum xxix. in Romana ecclesia cardinalis presbyter ordinatus est. Mortuo autē Liberio papa Hic. dignus summo sacerdotio ab omnibus acclamatur. Sed dum quorundam clericorum & monachorum lasciuia increparet, illi nimium indignati ei insidias parauerunt. Sed & per vestē muliebrem (vt ait Io. Belet) ab eis turpiter est derisus. Nā cū Hie. ad matutinas solito moreurgeret, vestem mulieris, quam emuli iuxta lectum posuerant, reperit, suamque esse credens induit, & in ecclesiam sic processit. Hoc autē emuli faciebant, vt mulierem habere in thalamo crederetur. Quod ille videns rātē eorū vesaniæ locum dedit, & ad Gregoriū Nazianzenū Constantinopolitanæ vrbs episcopū peruenit.

Postquam autem ab ipso sacras literas didicit: in eremo properauit: ubi pro Christo quatuor sustinuerit ipse ad Eustochium narrat, dicens. Quoties in eremo constitutus & in illa vasta solitudine, quae exusta solis ardoribus horridum monachum praestat habitaculum: putauit me Romanis delictis interesse. Horrebant sacco membra deformia squalida cutis suam Aethiopi carnis adduxerat. Quotidie lachrymae: quotidie gemitus: & si quando repugnantem somnus imminere oppressisset, nuda humo vix ossa herentia collidebant. De cibis & potu taceo: cum etiam languantes aqua frigida vtantur: & coctum aliquid accepisse luxuria sit: & dum scorpionum tantum essem socius & ferarum saepe choreis intereram puellarum: & in frigido corpore & carne praemortua libidinum incendia pullulabant. Iraque continuo flebam: & repugnantem carnem hebdomadarum inedia subigebam. Diem crebro cōsumxi cum nocte, nec prius a pectoris cessabam verberibus, quā a domino tranquillitas redderetur. Ipsam quoque cellulam meam quasi cogitationum cōsciam pertimescebam, & mihi iratus & rigidus solus deserta penetrabam. Et (vt mihi testis est dominus) post multas lachrymas nonnunquam videbar mihi interesse agminibus angelorum. Per quadriennium igitur ibidem poenitentia sic peracta: ad Bethleem oppidum remeauit. Vbi quasi domesticum animal apud praesepe domini sese obtulit permanens: Bibiliorecā autem suam quam summo studio sibi considerat clausam, alioquinque libros iterum relegens diem ieiunus ducebat ad vesperum. Multos autem ibidem discipulos coadunans in sancto proposito & translatione scripturarum. In .v. annis & .vj. mensibus defudauit: & vsque ad finem vitae virgo permanit. Licet autem in hac legenda dicatur, quod semper virgo fuerit ipse tamen de se ita scribit ad Pammachium. Virginitatem in caelo praefero: non quia habeo. Tanta denique lassitudine fatigatus est, vt in stratu suo iacens funiculo ad trabem suspensus supinus manibus se leuaret, vt. s. officium monasterij prout poterat, exhiberet.

C Quadam vero die ad uesperascente cum Hiero. cum fratribus ad sacram lectionem audiendum sederet: subit, leo quidam claudicans monasterium ingressus est. Quo viso cum ceteri fratres fugerent, Hiero. ei quasi hospiti obuiauit. Leo igitur dum pedem sibi laesum ostēderet, vocatis fratribus pedes sibi praecipit abluere: & diligenter eius plagam inquiri. Quod cum factum fuisset, inuenerunt leonis plantam a sentibus vulnēratam. Adhibita igitur diligenti cura leo conualuit: & omni feritate deposita inter eos quasi domesticum animal habitauit. Tunc Hiero. videns quod non tam pro sanitate sui pedis quam pro eorum vtilitate dominus leonem misisset: de fratrum cōsilio eidem hoc iniunxit officium: vt asinum quem habebant, qui lingua de nemore deferebat, ipse leo ad pascua duceret, & ductum ibidem custodiret. Quod factum est. Nam iniuncta leoni asini cura more pastoris industris eundo ad pascua socius incessanter itineris, rure pascendo vnde cumque defensor tutissimus erat. Veruntamen vt se cibaret, & asinus solum perficeret opus, consuevit semper horis cum eo domum redibat. Quadam igitur vice pascēte asino & leone grauer soporato mercatores cum camelis inde transeuntes asinum solum

viderunt: & eum quam citius rapuerunt. Experge factus itaque leo cum socium non inueniret, rugiendo huc illucque ibat: quem tandem non inueniens ad portas monasterij tristis adijt: & intus vt solitus erat, preuerecundia ingredi non praesumpsit. Et videntes fratres quod tardius more solito & sine asino venisset, putauerunt quod fame compulsus asinum comēdasset, & nolentes ei annonam tribuere consuetam, dicebant. Vade & reliquam partem asini, quae tibi remansit mande, & tuam ingluuiem reple: hesitantes tamen vtrum hoc malum perpetrasset, exierunt ad pascua si forte aliquod mortis indicium inueniret. Et nihil inuenientes hoc Hiero. retulerunt. Tunc monitis eius officium asini leoniniungunt: & ligna cedentes leoni imponunt. Quod cum leo patienter ferret: quadam die expleto opere agrum exijt hac illaque discurrens, scire desiderans quid de suo fuisset socio factum. Et ecce vidit a longe negotiatores cum onustis camelis praecedente asino venientes. Mos enim illi regioni est, vt quando cum camelis, longius gradiuntur: camelus vt directius vadant praecedentem & collo funiculū gestantem asinum subsequuntur. Recognito igitur leo asino cum ingenti rugitu super eos irruit, & omnes homines in fugam conuertit. Et leo terribiliter rugiens percutiebat cauda fortiter terram: perterritosque camelos sicut erant onusti, ante se ad cellam ire cogit. Quod cum fratres vidissent: & Hieronymo nunciassent, ille ait. Hospitibus nostris fratres charissimi pedes abluite, escas praebere, & super hoc voluntatem domini expectate. Tunc leo per monasterium cepit vt solebat laetus discurrere singulorum fratrum vestigijs se prosternens, & quasi de perpetrata, quam non fecerat, culpa cauda alludens veniam postulabat. Hiero. autem futurorum praescius ait fratribus. Ite fratres & venietibus hospitibus necessaria preparate. Ad huc eo loquente nunciatus ad eum venit annuncians ante fores hospites adesse, qui abbatem vellent videre. Ad quos cum ille iuisset: protinus illi eius pedibus pro uoluntur pro culpa veniam postulantes. Quos ille benigne eleuans praecipit vt sua reciperent, & aliena non vsurparent. Rogabant igitur illi beatum Hiero. vt medietatem olei pro benedictione accipiat, quibus vix assentiens tandem coactus suscipi iubet. Promiserunt autem se anuatim eandem olei mensuram fratribus ipsis daturos, & a suis dare haereditibus praecipit. **D** Cum autem olim in ecclesia vniuersisque caneret, quod volebat Theodosius imperator (vt ait Ioan. Beletus) Damascum papam rogauit: vt alicui viro docto officium ecclesiasticum committeret ordinandum. Ipse igitur sciens Hiero. in lingua latina graeca & hebraica perfectum, & in omni sapientia summum eidem officium praedictum commisit. Hiero. igitur psalterium per ferias distinxit, & vnicuique sententiarum proprium assignauit, ac gloria patri in fine cuiuslibet psalmi dicendum instituit, vt ait Sigibertus. Deinde epistolae & euangelia per anni circulum decantandas, caeteraque ad officium pertinentia praeter cantum rationabiliter ordinauit, misitque illud de Bethleem ad summum pontificem, & ab eo & cardinalibus suis fuit valde approbatum, & perpetuo autenticatum. Post hoc autem in ore speluncae, in qua dominus iacuit, monumentum sibi construxit: expleti

xxvij. annis & .vj. mensibus sepultus fuit. In quāta reuerentia eum Augustinus habuerit, patet per epistolas, quas sibi misit. In quarum vna ei tali modo scripsit. Domino dilectissimo & cultu sincerissimo charitatis obleruando atque amplectendo Hie. Aug. &c. Alibi quoque de eo sic scribit. Sanctus Hiero. presbyter graeco latino & hebreo eloquio eruditus in locis sanctis atque in literis sacris vsque ad decrepita vixit etate. Cuius nobilitas eloquij ab oriente in occidentem instar solis lapsus resplenduit. Beatus autem Prosper in suis chronicis de eo sic ait. Hiero. presbyter in Berhleem toto iam mundo clarus habitabat. Egregio ingenio & studio vniuersae ecclesiae seruiebat. Ipse quoque de se sic ait ad Albigensem. Nil a pueritia ita vitare conatus sum, vt animam sumentem & erectam ceruicem Dei contra se odiū prouocarem. Idē. Ego etiā tuta omnia timeo. Idē in monasterio hospitalitati in corde intendimus, & omnes ad nos venientes laeta fronte praeter haereticos suspicimus: ac venientium pedes abluimus. Isidorus vero in lib. Ethimo. ait. Hiero. triū linguarū extitit peritus. Cuius interpretatio ceteris antefert: quoniam & verborum tenacior est: & perspicuitate sententiae clarior: atque vt pote a Christiano interprete verior. In dialogo quoque Seueri discipuli sancti Martini, qui eius tempore fuit, sic de Hiero. scriptum habetur. Hiero. praeter fidei meritum doctorque virtutis non solum latinis atque graecis. sed etiam hebraeis ita literis instructus est: vt se illi in omni scientia nemo audeat comparare. Cui iugis aduersus malos pugna peruenitque certamen. Oderunt eum haeretici, quia eos impugnare non desijt. Oderunt eum clerici, quia vitam eorum instatur & criminat, sed plane boni omnes & mirantur & diligunt. Nam qui eum haeticum esse arbitrantur, insaniunt. Totus semper in lectione, totus in libris est, non die non nocte requiescit: aut legit aliquid aut scribit. Haec Seuerus. Et sicut ex his verbis patet: & sicut etiam ipse saepe testatur multos persecutores & multos detractores perpeffus est. Quas tamen persecutiones quam libenter sustinuerit patet ex eo, quod sic dicit in epistola ad Asellā. Gratias ago Deo: quia dignus sum habitum quem oderit mundus, & maleficum me garrunt: sed scio ad regnum peruenire per infamiam & bonam famam. Itē vtiā ob domini mei nomē atque iustitiam vniuersa me infidelium turba persequatur vtiā in opprobrium meum solidius exurgat: hic mundus tantum vt mereat a Christo laudari & suae pollicitationis sperare mercedē. Grata vtiq; & desiderata teutatio est, cuius praemium a christo speratur in caelo. Nec maledictio grauis est quae diuina laude mutatur. Obijt circa annos dñi. cccxviiij.

De sancto Remigio

REMIGIVS dicitur a remige, quae est navis duca vel rector: vel dicitur a remis, quae sunt instrumenta quibus navis ducitur: & gion, quod est luatio. Ipse enim ecclesiam gubernauit, a periculo naufragij eam duxit ad portum paradisi, pro ea luctatus est contra insidias diaboli.

LEGENDA CXLII. A

REMIGIVS regem & gentem Francorum ad christum conuertisse dicitur. Habebat enim rex vxorem nomine Clouildim christianissimam quae virum suum nitentur ad fidem conuertere: sed nequibat. Quae cum filium genuisset: ipsum baptizare

voluit: sed rex omnino prohibuit. Illa autem quiescere non valens, tandem vix hoc a rege obtinuit, & filium baptizauit. Qui dum baptizatus esset, subito est defunctus, cui rex ait. Nunc apparet quia christus vilis est Deus, qui eum per quem fides eius poterat sublimari in vita conseruare non potuit. cui illa. Imò in hoc a Deo meo valde me diligere sentio, quod primum fructum ventris mei ipsum recepisse cognosco, qui regnum in infinitum tuum melius filio meo largitus est. concepit igitur iterum, & alium filium peperit quem sicut primum cum multa infantia baptizari fecit. Sed eodem tempore infirmatur, ita quod de eius vita desperatur. Dixitque rex vxi. Vere debilis est deus tuus, qui nullum in suo nomine baptizatum in vita conseruare potest. Nam si mille genueris, & cunctos baptizaueris, oēs simul peribunt. Sed tamen puer conualuit, & sanitatem recepit: ita quod post patrem regnauit. Ad fidelis mulier virum suum ad fidem reducere conabatur, sed ille modis omnibus resistebat. Qualiter autem ad fidem conuersus est: in alio festo, quod est post epyphaniam, dictum est. Volens autem praedictus rex Clouidus factus christianus remensem ecclesiam dotare, beato Remigio dixit, vt quantum circuiret, dum ipse in meridie dormiret, sibi daret. Quod & factum est. Sed cum quidam molendinum suum haberet intra fines beati Remigij: molendinarius ipsum dum circuiret, eum indignatione repulit. cui dixit Remig. Amice non sit tibi durum, vt hoc molendinum simul habeamus. At ille vt eum reiecit, statim rota molendini in contrarium verti cepit, clamauitque post sanctum Remigium dicens. Serue Dei veni & habeamus pariter molendinum. cui ille. Ne mihi nec tibi. Statimque terra se aperuit & molendinum penitus deglutit. Prauidens Remigius famam futuram, cum in villa quadam bladi cumulos aggregasset, inebriati rustici tenus prudentiam deridentes ignem supposuerunt. Quod ille audiens illuc venit & praefrigore aetatis & vespertini temporis se calescere cepit, & tranquillo corde dixit. Semper factus bonus est, verumtamen qui hoc fecerunt, & posteriori eorum viri in generali bus rupti foeminae gurruror erunt. Quod sic in illis euenit, quoniam per Karolum sunt dispersi. Notandum autem quod illud festum sancti Remigij quod agitur in mense Ianuarij, est festum de felicitate obitu illius, illud autem dicitur esse de eius sacri corporis translatione. cum enim corpus eius post ipsius obitum ad ecclesiam sanctorum Timothei & Apollinaris cum feretro deferretur: secus ecclesiam sancti christofori cepit adeo ponderare, quod nullatenus moueri potuit. Tandem coacti rogauerunt dominum, vt eis ostendere dignaretur, si forte in ecclesia illa sancti christofori vbi nulla reliquiae sanctorum quiescebant sepeliri vellent. Statimque corpus leuissime sustulerunt. & ipsum ibi honorifice posuerunt. Vbi cum multa miracula fierent, ecclesiam ampliauerunt. Et facta cripta retro altare cum effossum corpus ibi reponere vellent mouere nullatenus potuerunt. cum autem in orationibus pernoctaret, & media nocte oēs pariter obdormiuisent, in crastinum. s. Kal. Octobris inuenerunt sepulcrum corpore sancti Remigij in illa criptam ab angelis deportatum. Tamen post longum tempus in palatio rem cripta eodem die cum capsula argentea translata est. Floruit circa annum domini. ccccxc.

De sancto Leodegario.

LEGENDA CLXIII. A

LEODEGARIUS dum omni virtute polle-
ret Eduensi ecclesie meruit in pontificem
promoueri, qui dum Clotario rege dece-
dente cura regi grauius praeeretur volu-
tate Dei & principum consilio Childericum fratrem clo-
tarii adulescentem valde idoneum praefecit in regem
Sed Ebroinus Theodoricum ipsius Childerici germa-
num praeficere nitebatur, non propter regni commodum
sed quia de potestate eius, & omnibus odiosus iram
regis & principum verebatur. Timens igitur Ebroi-
nus licentiam a rege petiit, & monasterium introiit:
quo concedente & fratrem suum Theodoricum, ne con-
tra regnum aliquid moliretur, in custodia detinente,
sanctitate & prouidentia episcopi pace mirabili om-
nes gaudebat. Sed post aliquod tempus rex maligno
rum consilio deprauatus intantum in viri Dei odium
incitatur, quod opportunitatem & modum mortis eius
attentius inquirebat. Sed episcopus blande ferens &
omnes inimicos suos, ut amicos amplectens, egit cum
rege ut diem paschae in vrbe, cui praerant, celebraret.
Et ecce illa die nunciatum est ei, quod rex in illa nocte
quod de morte eius tractauerat, perficere de-
creuisset. At ille nihil trepidans, sed illa die cum rege
in mensa comunicans persecutorem sic fugit, quod in
Luxuensi monasterio domino seruiens etiam Ebroino qui
in monastico habitu latitabat, sedula elaritate serui-
uit. Post modicum rex moritur: & Theodoricus in re-
gnum sublimatur. Quapropter Leodegarius populi
sui lachrymis & precibus motus & abbatis imperio
compulsus ad sedem suam redijt: ac Ebroinus protinus
apostatauit: & regi Senecallus ordinatus est. Qui
licet malus fuerit: tamen postea fuit peior: toroq; stu-
dio Leodegarium occidere nitebatur. Missis igitur
militibus, qui eum caperent, cum hoc Leodegarius
coperisset, eorum furor cedens dum in habitu ponti-
ficali de vrbe egrederetur, a militibus capitur, qui ei
statim oculos eruerunt. Post biennium sanctus Leo-
degarius cum fratre suo Gario, quem Ebroinus exu-
la uerat, in palatium regis est adductus. Cum ad irri-
sionem Ebroini sapienter & pacifice responderet: ne
quam ille iussit Garinum lapidibus obrui: sanctumq;
episcopum tota die nudis pedibus per quandam fluuiam
super acutissimos lapides decurrentem deduci. Et au-
diens quod in his tormentis Deum laudaret, linguam
eius praecidi fecit: & postmodum eum cuidam custodi-
tradidit: ut ipsum nouis supplicijs reseruaret. Ille au-
tem vltimum loquendi non perdidit: sed praedicationi &
exhortationi, prout poterat, vacabat: praedixitq; quan-
do & qualiter ipse & Ebroinus ex hac vita migraret.
Lux autem immensa in modum coronae caput eius
circundedit. Quem cum multi vidissent: quid hoc es-
set, ab ipso episcopo quaesierunt. At ipse se in oratione
prostrans, gratias Deo retulit, & omnes astantes,
ut in melius vitam mutarent, admonuit. Quod
Ebroinus audiens & inuidens missis quatuor spicu-
latoribus ipsum decollari praecipit. Cum ergo ip-
sum ducerent: ait eis. Non est inquit opus fratres vos
diuini fatigari. Sed hic implere desiderium eius

qui vos misit. Ad hoc tres illorum adeo sunt conpu-
cti, quod ad pedes eius procidentem veniam prece-
bantur. Quartus vero cum eum decollasset: protinus
a daemone arreptus & in ignem proiectus vitam mi-
serabiliter terminauit. Biennio expleto audiens E-
broinus corpus sancti viri multis miraculis illustra-
tum: miserabiliter cruciatus inuidia militem illum mis-
sit, ut an sic se haberet veritas, intimaret. Miles autem
superbus & arrogans cum illuc venisset calce rumbam
sancti percutiens exclamauit. Moriatur, qui mortuus
miracula facere posse credit. Mox ille arreptus a dae-
monio & subito mortis morte sua sanctum amplius
commandauit. His auditis Ebroinus amplius inuidia
torquebatur, & famam sancti extinguere moliebat.
Sed iuxta praedicationem sancti gladio nequiret ne-
quam ipse occiditur. Passus est autem circa
annum domini. dclxxx. tempore
Constantini quarti.

De sancto Francisco.

FRANCISCUS prius dictus est Ioannes: sed post
modum mutato nomine Franciscus vocatus est.
Cuius mutationis nominis multiplex causa fuisse
videtur. Primo, ratione miraculi connotandi. Lin-
guam enim Galicam miraculose a Deo recepisse co-
gnoscitur. Vnde dicitur in legenda sua quod semper cum
ardore spiritus sancti repleteret ardentia foris verba
eructans Galice loquebatur. Secundo ratione officij
diuulgandi. Vnde dicitur in legenda quod diuina prou-
identia sibi hoc vocabulum indidit: ut ex singulari &
insueto nomine opinio ministerij eius toti citius in-
notesceret orbi. Tertio ratione effectus consequendi,
ut scilicet per hoc daretur intelligi quod ipse per se & per si-
lios suos multos seruos peccati & diaboli debeat fra-
cos & liberos facere. Quarto ratione magnanimitatis
in corde. Nam Franci a ferocitate sunt distitit
quia eis inest naturalis feritas & magnanimitas ani-
morum. Quinto ratione virtuositatis in sermone: quia
eius sermo instar securis vitia incidebat. Sexto ratio-
ne terroris in daemone fugatione. Septimo, ratione se-
curitatis ex virtute & operum perfectione, & hone-
statis in conuersatione. Aiunt enim Franciscus dici si-
gna quaedam instar securium, quae Romae ante consules se-
rehanter, quae erant in terrorem, in securitatem &
in honorem.

LEGENDA CLXIII. A

FRANCISCUS seruus & amicus altis-
simi in ciuitate Assisij ortus & negocia-
tor effectus fere vsq; ad .xx. aetatis suae:
annum tempus suum vane viuendo consum-
psit. Quem dominus infirmitatis flagello cor-
ripuit: ac in virum alterum subito transformauit: ita
quod iam spiritu propheterico pollere coepit. Nam cum
quodam vice ipse cum plurimis a Perusinis captus di-
ro fuisset carceri mancipatus: dolentibus alijs hic
solum exultat: & redargutus super hoc a cocapiti-
uis respondit. Ideo me exultare noueritis: quia
adhuc sanctus per totum seculum adorabor. Qua-
dam vice Romam causa deuotionis proficiscens
vultu

vestimenta sua deposuit, & pauperis cuiusdam vesti-
menta induens ante ecclesiam sancti Petri inter pau-
peres sedit, & cum eis velut vnus ex illis auidem man-
ducauit. Et cum sapius simile fecisset: notorum vere-
cundia abstinuit. Antiquus hostis eum a salubri pro-
posito conabatur auertere, & foeminam quandam suam
ciuitatis monstruose gibosam cordi eius immittere: &
nisi respiceret a coeptis, similem se facturum minatur.
Sed a domino confortatus audiuit. Franciscus amara
pro dulcibus sume, & te ipsum contenne: si me cupis
agnoscere. Quaedam igitur leprosum obuuium habens
cum huiusmodi homines naturaliter multum abhor-
reant, diuini tamen memor oraculi occurrens in
oscula eius ruit, & post hoc ille statim disparuit.
Quapropter ad leproforum habitacula properat, &
eorum manus deuote osculans pecuniam donat. Et
ecclesiam sancti Damiani orationis causa ingreditur:
& imago Christi eum miraculose alloquitur. Franciscus
inquit vade repara domum meam, que ut cernis: tota
destruitur. Ab ea igitur hora anima eius liquefacta
est: & Crucifixi compassio eius cordi mirabiliter est
infixa. Insistit sollicitae ecclesiae reparandae, & venditis
quae habebat, cum pecuniam cuidam presbytero da-
ret: & ille timore parentum recipere recusaret: coram ipso
eam proieciens tanquam puluerem vilipendit. Quapro-
pter a patre ligatus & captus pecuniam eidem restituit,
ac vltimam pariter resignauit: & sic nudus ad dominum
euolauit, & cilicio se induit. Aduocat insuper seruus.
Dei quandam simplicem virum, quem loco patris in-
scipiens rogat, ut cum pater eius maledicta congemine-
ret, ipse sibi e conuerso benedicat. Frater eius carnalis
hyemali tempore Franciscum vilibus panniculis te-
ctum orationi vacantem & tremebundum videns ait
cuidam. Dic Francisco, ut de sudore suo vnam tibi nu-
maram vendat. Quod ille audiens alacriter respodit,
Reuera ergo hanc domino meo vendam. Quadam die
dam audiret ea quae dominus discipulis suis ad praed-
icandum missis locutus est, statim ad vniuersa seru-
da tota virtute coarguit. Soluit calciametra de pedibus
tunica vna: sed vili, induitur: & pro corrigia mutat iug
funiculum. Tempore niuis per siluam ambulans a la-
tronibus capitur: & ab eis quis sit requisitius: praeco-
nem Dei se esse asseruit. Quem illi arripientes in niuem
proieciunt, dicentes. Iace rustice praeco Dei.
B. Multi nobiles & ignobiles clerici & laici sprae-
tae seculi pompa eius vestigijs adhaeruerunt, quos pater
sanctus docuit euangelicam perfectionem implere:
paupertatem apprehendere, et per viam sanctae simpli-
citate necedere. Scripsit praeterea euangelicam regu-
lam sibi & suis fratribus habitis & habendis: qua do-
minus papa Innocentius confirmavit. Coepit extunc
frequentius verbi Dei semina spargere: & ciuitates
& castella seruo mirabili circunire. Frater quidam
erat quantum a foris videbatur eximie sanctitatis: sed
tamen admodum singularis: qui tanta districtione sil-
entium obseruabat: vt non verbis, sed nutibus confite-
retur. Cumque sanctus ab omnibus laudaretur, vir
Dei illic adueniens dixit. Sinite fratres, nec mihi in
eo diabolica signa laudare. Moneatur semel vel
bis in hebdomata confiteri. Quod si non fecerit: diabo-
lica tentatio est, & deceptio fraudulenta. Monitisque
illum fratribus digitem ori suo imposuit, & caput co-

curiens se nullatenus confessurum innuit. Non post
multos dies ad vomitum redijt: & in facinorosis acti-
bus vitam finiuit. Fatigatus in itinere seruus Dei dum
asinum equitaret, locius eius frater Leonardus de asino
non similiter fatigatus intra se coepit cogitare ac dice-
re. Non de pari ludebant huius parentes & mei. Et con-
tinuo vir Dei descendens de asino dixit fratri suo,
non conuenit me equitare & te paterem venire, quia no-
biliores me fuisti. Stupefactus frater ad pedes patris pro-
cidit, & veniam postulauit. Transienti sibi aliquan-
do mulier quaedam nobilis concito gradu occurrit, cui
ius lacertitudinem & interclusos anhelitus miseratus
quidam requireret, inquisiuit. Et illa. Ora pro me pa-
ter: quia salubre propositum quod coepi viro impe-
diente non exequor: sed in seruitio Christi mihi pluri-
mum aduersatur. Cui ille. Vade filia: quia cito de eo
consolationem recipies & ex parte Dei omnipoten-
tis & mea sibi denuncies, quod nunc est tempus salu-
tis postmodum equitatis: qua denunciante vir subi-
to immutatur, & corinetiam pollicetur. Cuidam rusti-
co in quadam solitudine siti deficienti fontem aquae
ibidem suis orationibus impetrauit. Cuidam fratri
ibi admodum familiari secretum hoc sancto instigan-
te spiritu retulit, dicens. Hodie est aliquis seruus Dei
super terram, propter quem quoad vixerit, non per-
mitteret dominus famem super homines desuere.
Sed sic proculdubio fuisse narratur. Sed illo sublato
tota in contrarium conditio permutatur. Nam post eius
felicem transitum praedicto fratri apparuit, dicens. Ec-
ce iam venit fames, quam donec viuere ego venire
super terram dominus non permisit. In festo paschae
cum fratres in eremo Graeci mensam accuratius sol-
ito albis & vitreis praeparassent, & vir Dei hoc cospe-
xisset: protinus gressum retrahens capellum cuiusdam
pauperis, qui tunc aderat, capiti suo imposuit, & ba-
culum manu gestans foras egreditur, & ad ostium pre-
stolatur. Manducantibus igitur fratribus clamabat
ad ostium, ut amore Dei peregrino pauperi & infirmo
elemosynam largiantur. Vocatus pauper ingreditur,
& in terra solus recubens discum ponit in cinere. Quod
videntes fratres stupore nimio sunt repleti. Quibus il-
le ait. Mensam vidi paratam & ornatam, & pauperum
ostium euntium vnicum non esse cognoui.
C. Paupertatem in se & in alijs adeo diligebat: vt
paupertate dominam suam tempore vocaret. Sed qui pau-
perior se ipso videret, protinus inuidebat, & se ab ipso vin-
ci timebat. Nam & cum die quadam pauperulum quendam ob-
uium habuisset, ait socio suo. Magna verecundiam in-
tulit nobis huius inopia; & nostram paupertatem plu-
rimum reprehedit. Nam & pro meis diuitijs mea domina
paupertate elegi, & ecce amplius relucet in isto. Dum
quidam pauper coram eo transiret, & vir Dei intima fuisse
compassione commotus, dixit ei socius. Et si hic sit
pauper: sed forsitan in tota puincia non est eo dignior
voluntate. Cui vir Dei dixit cito tunicam tuam exue, & pa-
peri tribue, & ad eius pedes prostratus culpabile te cla-
ma. Cui ille protinus obediuit. Quadam vice tres mulie-
res facie & habitu & per omnia similes obuias habuit. Quae
eum taliter salutauerunt. Bene veniat domina pauper-
tas. Et continuo disparuerunt: & ultra visum non sunt. Cum
ad ciuitatem Arerij deuenisset: & ibi bellum intestinum
commotum fuisset: vidit vir Dei de burgo super terram

illam dæmones exultantes. Vocâsque socium suum nomine Siluestri dixit ei. Vade ad portam ciuitatis: & dæmonibus vt ciuitatem exeant, ex parte Dei omnipotentis præcipe. Qui festinans ante portam valèter clamauit. Ex parte Dei et iussu patris nostri Francisci discedite dæmones vniuersi, sicque omnes ciues post modicum ad concordiam redierunt. Prædictus autem Siluester: dum adhuc sacerdos secularis esset, vidit in somnis crucein auream de ore Francisci prodeuntem cuius summitas caelos rangebat, cuius brachia protè in latum, vt tunc mundi partem amplexando cingebant. Compunctus sacerdos protinus mundam deseruit, & viri Dei perfectus imitator elicitur.

D Existente viro Dei in oratione diabolus ter eum proprio nomine vocauit. Cui cum sanctus respondisset, adiecit. Nullus est adeo in hoc mundo peccator, cui si conuersus fuerit: non indulget dominus. Sed quicumque semetipsum penitentia dura necauerit, misericordiam in perpetuum non inueniet. Continuo seruus Dei per reuelationem cognouit hostis fallaciam, quomodo nifus fuerit ad teporem eum reducere. Certens autem hostis antiquus, quia sic non præualuit: grauem carnis tentationem eidem immisit. Quod vir Dei sentiens: veste deposita cordula durissima se verberat, dicens. Eya frater aine sic te manere deceret: sic subire flagellum, Sed cum tentatio nequaquam discederet, foras exiens in magnam niuem se nudum demersit. Accipiensque niuem in modum pilæ septem glebas compingit, quas sibi proponens cœpit alloqui corpus. Ecce inquit hæc maior vxor tua: iste quatuor duo filij sunt: & duæ filia tua: relique duæ sunt seruus & ancilla, festina ergo omnes induere, quoniam frigus te moriuntur: Si autem eorum multiplex sollicitudo te molestat, vni domino sollicitus serui. Illico diabolus confusus recessit, & vir Dei Deum glorificans in celum redijt. Cum apud dominum Leonem cardinalè sancta crucis ab eo rogatus aliquandiu moraretur, nocte quadam dæmones ad ipsum venientes eum grauisimè verberauerunt. Vocâsque socium: & rem sibi aperiens ait. Dæmones sunt castaldi domini nostri: quos destinatus ipse ad puniendos excessus. Ego verò offensam non recolo, quam per misericordiam Dei satisfactioe non lauerim. Sed forte ideo castaldos suos in me permisit irruere, quia maneo in curijs magnatum, quod forsità fratribus meis pauperibus bonam suspicionem non generat, quia forte me existimant delictijs abundare. Et surgens summo mane inde recessit. Existente aliquando eo in oratione audiuit super tectum domus ceteras dæmonum discurrentes cum strepitu, qui concitus foras exiens & signum crucis sibi imprimens dixit. Ex parte omnipotentis Dei vobis dico dæmones, vt quicquid vobis permittum est in meo corpore, faciatis. Libenter enim omnia sustinebo: quia cum maiorem inimicum non habeam corpore, me vindicabit de adversario meo, dum in ipso vice mea exercebitis vltionem. Confusi igitur dæmones euanescent, Frater qui dam socius viri Dei in extra factus inter ceteras caeli sedes vidit vnam dignissimam, et nobili gloria prefulgentem. Qui cum miraretur cuiusnam tam præclara sedes seruaretur: audiuit. Sedes ista vni de reuentibus principibus fuit: & nunc humili Francisco paratur. Et exiens ab oratione virum Dei interrogauit, di-

cens. Quid de te opinaris pater. Et ille. Videor mihi maximus peccatorum. Statimque in corde fratris spiritus dixit. Cognosce quod vera fuerit visio quam vidisti: quoniam ad sedem per superbiam perditam humilitas leuabit humilimum.

E In visione seruus Dei supra se, seraphin crucifixum aspexit, qui crucifixionis suæ signa sic euidenter ei impressit, vt crucifixus videretur ipse. Conspiciuntur manus & pedes & latus crucis caractere. Sed diligenti studio ab omnium oculis ipsa stigmata abscondenda. Quidam tamen hæc in vita viderunt, sed in morte plurimum conspexerunt. Quod autem hæc stigmata per omnia vera extiterint, multis miraculis ostensum est. Quorum duo qui post eius obitum contigerunt, hic interferere sufficiat. In Apulia vir quidam nomine Rogerius ante imaginem sancti Francisci stans cœpit cogitare: dicens. Esset ne hoc verum vt tali crucifixer miraculo, an pia fuisset illusio siue: suorum fratrum simulata inuentio: Quod dum mente reuolueret, subito audiuit sonum quasi spiculum profiliens de balista, sensitque se in sinistra manu grauius vulneratum. Sed cum in chirotheca nihil læsionis appareret, chirothecam de manu extraxit, & graue vulnus quasi sagittæ in palma cœpexit. Ex quo tanta vis procedebat ardoris: vt totus ex dolore & ardore deficere videretur. Cūque pœniteret, & se beati Francisci stigmata credere veraciter testaretur, post duos dies dum sanctum Dei per sua stigmata exorasset, fuit continuo liberatus. In regno quoque Castellæ cū quidam vir sancto Francisco deuotus ad completorium pergeret: ab insidijs ad mortem alterius ibi paratis ex errore impeditur, & lætalius vulneratus semiuiuus relinquitur. Deinde gladium in gutture crudelis lixor infixit, & extrahere non valens, recessit. Fit vndique concursus, & clamor: & ab omnibus plangitur mortuus. Cum autem nocte media cāpana fratrum ad matutinas pulsaretur, vxor clamare cœpit, Mi domine surge & vade ad matutinas, quia cāpana te vocat. Statim ille manū eleuans videbatur alicui innuere vt gladium extraheret. Et ecce videntibus omnibus gladius quasi validissimi iactatus manu pugillis eminus profiliuit. Statimque ille perfecte sanatus se erexit, dicens. Beatus Franciscus ad me veniens suauiter stigmata meis vulneribus apponens eorum suauitate cuncta vulnera deliuit, & contactu mirifice solidauit. Qui cum vellet discedere, sibi innuebant, vt gladium extraheret, quia loqui aliter non valebat. Quem statim apprehendens valide proiecit, & stigmatibus sanctis vulneratū guttur demulcens perfecte sanauit. In vrbe Roma clara illa luminaria orbis scilicet Beatus Franciscus, & beatus Dominicus coram domino Hostiense: qui postea fuit summus pōtifer, adierant. Dixitque epi episcopus. Cur non facinus de vestris fratribus episcopos & prelatos: qui documento & exemplo ceteris prævalent. Fit inter sanctos de respondendo longa contentio. Vicit tandem humilitas Franciscum. ne se præponeret. Vicit & dominicū vt primo respondendo humiliter obediret. Dixit ergo. b. dominicus. Domine gradu bono si cognoscunt sublimati sunt fratres mei, nec pro meo posse permittam, vt aliud assequantur speciem dignitatis. Post hoc respondens sanctus Franciscus dixit. Domine minores ideo vocati sunt fratres mei: vt

maiores fieri non presumat. Igitur beatus Franciscus colūbina simplicitate plenus omnes creaturas ad creatoris hortatus amore, prædicat omnibus, auditur ab eis, tãduntur ab ipso, nec nisi licentiæ recedunt. Irudines dum eo predicante garrirēt, ipso imperante protinus conticescunt.

F Apud portiunculam iuxta eius cellam cicada in sicu residens frequenter canebat: quam vir Dei manū extēdens vocauit, dicens. Soror mea cicada veni ad me. Quæ statim obediens super eius manū ascendit, Cui ille. Cita soror mea cicada: & dñm tuum lauda. Quæ protinus canens non nisi licentiata recessit. Parcit lucernis lampadibus & cædelis nolens sua manu deturpare fulgorem. Super petras reuerenter ambulabat in tuitu eius, qui dicitur petra. Legit de via vermiculos, ne transeuntium pedibus conculcerent. Et apibus, ne cogita pereant glacie hyemali, mel & optima vina iuber apponi. Fraternali nomine animalia cuncta vocabat. Miro & ineffabili gaudio replebatur ob creatoris amorem, cum solē lunam & stellas intuebatur: & eas ad creatoris amorem inuaitabat. Coronam sibi magnam fieri prohibebat: di. Volo quod fratres mei simplices partem habeant in capite meo. Vir quidam admodum secularis cū seruum Dei Franciscum apud. s. Severinū prædicantem inuenisset: vidit Deo sibi reuelatē. s. Francisci duobus transeuntibus valde fulgentibus in modum crucis signatum, quorum vnus in capite vsque ad pedes, alius in manu in manum per pectus transtuler saliter tendebatur. Quem cum nūquā vidisset, tali indicio recognoscentes compunctus ordinem introiuit, & vitam feliciter consummauit. Cū infirmitatem oculorum ex fletu continuo incurrisset, suadentibus quod abstineret: lachrymis: sic respondit. Non est ob amorem luminis, quod habemus commune cum muscis: eterna lucis visitatio repellenda. Cū autem à fratribus vgeretur, vt pateretur infirmitati visus remediū adhiberi, & chirurgicus instrumentum ferreum igne candens in manu teneret: vir Dei ait. Mi frater ignis esto mihi in hac hora propicius & curialis: precor dominum qui te creauit, vt tuum mihi calorem temperet. Et hoc dicens signum crucis contra illud edidit. Profundatoque illo in tenera carne ab ore vsque ad suum pericillium nullum, vt retulit, dolorem sensit. Apud eremum sancti Urbani seruo Dei egritudine validissima laborante, cum ipse defectum naturæ sentiens vini potulum postulasset: nihilque adesset, allatam sibi aquam signo crucis edito benedixit: mox in optimum vinum conuersa est. Quod deserti loci paupertas impetrare non potuit: viri sancti puritas impetrauit. Ad cuius gustum subito cōualuit, malebat de se vituperium audire, quam laudem. Et ideo cum populū merita in sanctitate extollerent, precipiebat alicui fratri, vt verba ipsum vilificantiā suis auribus conculcando proferret. Cūque frater ille, licet inuitus: eum rusticum & mercenarium impericum & inuilem dicerent, exhilaratus dicebat. Benedicat tibi dominus, quia tu verissima loqueris, & talia me decet audire. Nō tam seruus Dei præesse voluit quam subesse, nec tam præcipere quam parere. Idcirco generali cedens officio gardianum petijt, cuius voluntati per omnia subiaceret Fratri quoque cum quo solitus erat ire, semper promittebat obedientiam: & seruabat.

G Cum frater quidam contra legem obedientie aliquid fecisset, & penitentia signa haberet, vir tamē Dei ad aliorum terrorem eius caputium in igne proieci iussit. Cumque per moram caputium fuisset in medio ignis, præcepit ipsum extrahi, & fratri restitui. Extrahitur igitur caputium de medio flammarum nullum habens adustionis vestigium. Quodam tempore per paludes Venetiarum ambulans inuenit maximam auium multitudinem cantantium in palude. Dixitque ad socium. Sorores aues laudant creatorem suum. Eamus & in earum medio horas canonicas domino detentemus. Quibus intrantibus aues motæ non sunt. Sed quia ob nimium garrum se inuicem audire non poterunt: ait. sorores aues à cantu cessate, donec laudes debitas domino persoluamus. Quibus statim tacentibus finitis laudibus licentiam cantandi dedit, & statim cantum suum more solito resumpserunt. Inuitatus deuotè a quodam milite, dixit ei. Frater hospes meis monitis acquiesce, & peccata tua confitere: quia cito alibi manducabis Qui statim acquiescens domui suæ disposuit, & penitentiam salutarem accepit. Cū ergo ad mensam intrasset, hospes subito expirauit. Cū quadam auium multitudinem reperisset, & eas velut rationis participes salutasset, dixit. Fratres mei volucres multum debetis laudare creatorē vestrum, qui plumis vos induit, pennas ad volandum tribuit: aeris puritatem concessit, & sine vestra sollicitudine vos gubernat. Aues autem cœperunt versus eum extendere colla: protendere alas, aperire rostra: & illum attente respicere. Ille verò per medium earum transiens, tunica pertingebat easdem, nec tamen aliqua de loco est mota, donec licentia data omnes insimul auolauerunt. Cū apud castrū Almarium predicaret, propter garrum irundinum ibidem nidificantium audiri non poterat. Quibus ille. Sorores meæ irundines iam tempus est vt loquar ego: quia vos satis dixistis tenete silentium, donec verbum domini compleatur. Cui continuo obediens protinus conticescunt.

H Transiente aliquando viro Dei per Apuliā vrbem bursum magnam reperit in via denarijs tumescentem. Quam socius videns accipere voluit, vt pauperibus erogaret: sed nullatenus illæ permisit, dicens. Nō licet fili alienum auferre. Sed cū ille vehementer intraret. Franciscus paululū orans iuber vt bursum tollat: qui tollens eam colubrum pro pecunia continebat. Quod videns frater timere cœpit. Sed, obedire & volens implere mādatum bursum manibus cœpit, & inde magnus serpens protinus exiliuit: Et ait sanctus Pecunia seruis Dei nihil aliud est quam diabolus & coluber venenosus. Cū frater quidam grauius tentaretur, cogitare cœpit quod si aliquid scriptum de manu patris haberet, ipsa protinus tentatio fugeretur. sed cū rem sibi nullatenus aperire auderet, quadam vice vir Dei vocauit eum dicens, Porta mihi fili chartam, & attramētum, quia laudes quidam Dei scribere volo, quas cum scripsisset, ait. Accipe chartam hæc, & vsq; ad diē mortis tuæ custodias diligēter. Statimque omnis tēratio ab eo recessit. Itē quoque frater dum sanctus infirmus iaceret, cogitare cœpit. Ecce mors appropinquat pater: & quā plurimū cōsolaret, si post mortem haberē tunicā patris mei. Postmodū. s. Franciscus vocat eū dicens. Tibi trado tunicā istam, & post mortem

meam ipsam habeas pleno iure. Cū apud Alexandria Lombardie cū quodā honesto viro hospitatus fuisset ab eo rogat, vt ppter euāgelij obseruatiā de omni apposito manducaret. Qui cū eius deuotioni assentire ille accuris caponē septemne preparat manducādū. Mā ducantibus illis infidelis quidā amore Dei elemosynam petijt. Mox vir Dei nomen audiens benedictum membrū sibi transmittit caponis. Reseruat infidelis datum in crastinum, & dum sanctus predicabat ostendit, dicens. Ecce quales carnes comedit iste frater quē vt sanctum honoratis. Nam mihi hoc in sero tribuit. Sed cū membrum caponis ab omnibus piscis videret: velut insanus ab omni populo increpatur. Quod cum ille didicisset, erubuit: & veniā postulat. Redieritq; carnes ad sui speciem: postquā redijt prauaricator ad mentem. Dum quadam vice ad mensam sederet, & de paupertate beatæ virginis & filij eius collatio fieret, protinus vir Dei à mensa surgens singultus ingeminat dolorosos, & persufus lachrymis sup nudā humū reliquū panē māducat: sacerdotilibus manibus, quib⁹ conficiendi dominici corporis sacramentū est collata potestas, magnā volebat reuerentiā exhiberi, vnde & sæpe dicebat. Si sancto cuiquā de cælo venienti & pauperculo alicui sacerdoti me cōtingeret, obuiare ad sacerdotis manus deosculādas citius me conferrē, & sancto dicerem. Expecta me sanctæ Laurenti, quia man⁹ huius verbum vitæ contrectant, & vltra humanum aliquid possident.

Miraculis multis in vita claruit. Nā panes ei ad benedicendū oblatis multis infirmis ar tulere salutem. Aquā in vinū cōuertit, & inde eger quidā gustās protinus sanitate recepit: & multa alia miracula fecit. Cū verò ad dies iam appropinquaret extremos, lōga infirmitate cōfectus sup nudā humū poni se fecit: fecitq; oēs fratres ibidē assistentes ad se vocari, & manus singulis imponēs orationibus ibi præsentibus benedixit: & instar cœnæ dñicę singulis buccellā panis diuisit. Inuitabat, vt moris sui erat, oēs creaturas ad laudē Dei. Nā & mortē ipsam cūctis terribilem & exosam horribatur ad laudē ei⁹: lætus occurrit: & ad suū inuitabatur hospitiū, dicens. Bene veniat soror mea mors. Ad extreme mā igit horā veniēs, obdormiuit in dño. Cui⁹ animā quidā frater vidit in modū stellæ similis lunæ in quietate, soli in splendore. Minister fratē in terra laboris nomine August. in hora iam vltima positus, cū diu iam amississet loquelā, subito clamans dixit. Expecta, me pater, expecta: ecce iam venio tecū. Quærentibus fratribus quid diceret, ait. Nō videtis patrē nostrū Frānciscū qui vadit in cælū. Et statim in pace obdormiuit, & patrē secutus est. Cū quedā dña quæ beato Frāncisco deuota exteterat, viā vniuersę carnis fuisset, ingressa, & clericū & presbyteri feretro exequias celebrātes astarent, subito se mulier erigit super lectū & vñ de astatibus sacerdotibus vocat, dicens. Volo pater cōfiteri, ego em mortua fuerā & diro e ā carcerari micipāda, quā peccatū quod tibi pandam, necdum confessā fueram, sceldorante p me sancto Francisco ad corpus mihi redire, indultū est, vt illo reuelato peccato veniam merear. Statimque vrillum manifestauero: in pacē cernētibus vobis quiescam. Confessa, igitur & abolutione recepta mox in domino obdormiuit. Cū frates de viscera plaustrum quoddam à quodā viro mu-

tuo peterēt, ille indignatus respōdit. Ego pot⁹ duos ex vobis cum sancto Francisco excoiarem, quā plaustrum meum vobis accōmodarem. Sed in se reuersus semetipsum redarguit, & blasphemiam pœnituit itam Dei formidans, Moxque filius eius infirmatur, & ad extrema deducitur. Qui filium defunctum videns in terra volutabatur, & flens sanctum Franciscum inuocans, dicebat. Ego sum qui peccavi me flagellare debuisi. Redde sancte iam deuote precanti, quem abstulisti impie blasphemanti. Mox filius eius surrexit, & plantum prohibens ait. Cū mortuus essem, sanctus Franciscus per quādam viam longam & obscuram me ducens, in quodam tandem me viridario pulcherrimo collocauit, ac deinde dixit mihi. Reuere ad patrem tuum, nolo te amplius detinere. Pauper quidam cuidam diuiti debens quādam pecunię quantitatē rogauit, vt sancti Francisci amore sibi terminum pro lōgaret. Cui ille superbe respondens, Tali (inquit) loco te recludam: vbi nec Franciscus nec alius poterit te iuuare. Moxque illum vincularum in carcere obsecuro includit. Paulo post sanctus Frānciscus affuit, & frāto carcere ruptisq; vinculis hominem incolūm te duxit ad propria.

Quidam miles sancti Francisci operibus & miraculis detrahens cū quadā vice luderet ad taxillos, vñ sania & incredulitate plenus circumstantibus, ait. Si Frānciscus est sanctus. xviii. veniant taxillis. Mox in eis fenarius triplicat⁹ apparuit, & vsque ad nouē vices quo liber suo iactu ter senos accepit. Sed insaniā addens in sania, ait. Si verum est quod Frānciscus iste sit sanctus, cadat hodie corpus meū gladio. si verò sanctus nō est, euadam incolūnis. Ludo finito vt eius oratio fieret in peccatum cū nepoti suo inferret iniuriam, ille gladium accipiens in viscera patru transtulit, & protinus interfecit. Vir quidam cruce sic perditus: vt nullatenus se mouere posset: sanctum Frānciscum talibus vocibus inelamabat. Adiua me sancte Francisce memor deuotionis & seruitij, quod tibi impēdi. Nam in asino meo te portauis: sanctos pedes tuos & manus osculatus fui, & ecce morior doloris huius durissimo cruciatus. Moxque ille sibi apparens cum parvulo baculo qui thau in se figuram habebat locum doloris tetigit, & fracto apostemate sanitate protinus recepit, sed thau signum super locum remansit. Hoc signo sanctus Frānciscus literas suas confueuerat consignare. Cū in castro Pomereto in montanis Apulie puella quedam & patri & matri vnica fuisset defuncta: & mater sancto Frāncisco deuota nimia tristitia fuisset absorpta, apparuit ei sanctus dicens. Noli flere, quia lucerna tuā lupē quod deploras extinxit, mea est tibi intercessionerā dendum. Mater igitur sumpta fiducia corpus extitū in non permisit efferri, sed sancti Francisci nomen inuocans, & mortuam filiam apprehendens eam incolumen alleuauit. In vrbe Roma cū puer parvulus, de fenestra palatii cecidisset, & penitus expirasset beatus Franciscus inuocatur, & vitæ protinus restituitur. In ciuitate sueta cum quadam domus corrupta quedā inuenem extinxisset, & cadaver iam in lecto ad sepeliendam posuisset, mater beatum Franciscū tota deuotione qua poterat inuocabat. Et ecce circa mediam noctem puer oscitauit: & sanus surrexit: & in laudis verba prorupit. **Frater Iacobus Reatinus cū in nauicula**

in nauicula parua flumini quendam cum fratribus pertransisset, & socijs iam super ripam positus postremo se ad nauis exitum prepararet: reuoluta naue ipse in profundum fluminis est demersus. Fratribus igitur pro liberatione submersi beatus Franciscus inuocantibus, ipso etiam corde, vt poterat beati Francisci auxilium implorante: ecce prædictus frater per profundum sicut per aridam ambulabat: & demersam nauiculam capiens cum ea peruenit ad littus. Vestimenta autem eius madida facta non sunt: nec aqua gutta proximaui ad tunicam.

De sancta Pelagia.

LEGENDA CXLV. A

PELAGIA prima fornicarum Antiochie ciuitatis rebus & diuitijs plena, corpore pulcherrima, habitu ambitiosa & vana: animo & corpore impudica. Quadam vice per ciuitatem cum ambitione maxima transibat: ita vt nihil super eam nisi aurum & argentum & preciosi lapides viderentur: ita vt quocunque iret, aërem diuersorum aromatum odore repleret: quam præcedebat & sequebatur multitudo maxima puellarum & puerorum: qui & ipsi præclaris erant induti vestimentis. Quam quidem sanctus pater nomine Veronus episcopus Elypoleos quæ nunc Damiatā vocatur, videns amarissimē flere cepit ex eo quod maiorem curam habebat placere mundo, quam ipse haberet placere Deo. Procidentisq; super pavementum faciem suam cū terra percutiebatur & ipsam terram lachrymis rigans dicebat. Altrissime Deus ignosce mihi peccatori: quia vnus Dei meretricis ornatus totius vitæ meæ industriam superauit. Ne me domine confundat vnus ornatus ante conspectū tremende maiestatis tuæ. Illa pro terrenis summo se studio decorauit: ego tibi immortalis domino placere proposui: & per meam negligentiam non impleui. Dixitque his qui secū erant. In veritate dico vobis, quia Deus hanc contra nos in iudicio producturus est: quoniam hęc tam sollicitē se depingit: vt terrenis amatorijs placeat, & nos cælesti sponso placere negligim⁹. Dum hęc similia diceret, subito obdormiuit: visumq; est sibi quod quedā columba nigra & fœtida nimis circa eum celebrantem missam volaret, qui cum cathecuminos abcedere præcepisset: colūba disparuit: & post missam rediens: & ab ipso episcopo in vase quodā aqua mersa munda & candida exiens tam alte volauit quod videri non potuit. Euigilans igitur dum quadā vice ad ecclesiam præcedens prædicaret: & Pelagia presens esset, adeo conpuncta est, quod ei literas per nuntium misit di. Sancto episcopo discipulo Christi Pelagia discipula diaboli. Si verē Christi discipulus cōprobatis q vt audiui pro peccatoribus de cælo descendit: me peccatricem, sed pœnitentē suscipere digneris. Cui ille respondit. Rogo vt humilitatē meam non tentes quia homo peccator sum. Sed si verē saluari desideras: solū me videre nō poteris, sed inter alios me videbis. Cūque ad eum corā pluribus aduenisset, pedes eius apprehēdit: & amarissimē flens dicens cepit. Ego sum Pelagia pelagus iniquitatis, exundans fluxibus peccatorum. Ego sum perditionis abyssus: ego vorago & laqueus animarū: multos deceptos decepi: quę cni-

ta perhorruī. Tunc episcopus interrogauit eam, dicens. Quod tibi nomen est, Cui illa? A natiuitate Pelagia vocor: sed propter vestimentorū pompā omnes me Margaritā appellāt. Tūc episcopus clemētē eā (suscipiens pœnitentiā ei salutē iniunxit: & Dei timore diligenter instruxit: & sacro baptisate regenerauit. Diabolus autē ibidem clamabat, dicens. O violentia quā patior ab hoc sene decrepito? O violentia? O sene stus mala? Maledictus dies in qua contrarius natus es mihi: quia spē meam maximam abstulisti.

Quadā insuper nocte cū Pelagia dormiret: diabol⁹ ad eam venit: & eā excitās dixit sibi. Domina Margarita quid vnquam tibi mali feci? Nunquid non omnibus diuitijs & gloria te ornaui. Quę dic mihi in quate contristauit: & protinus tibi satisfaciā. Tantū obsecro ne me deferas: ne opprobriū Christianis efficiar. Ipsa autē se signauit, & in diabolū insu flauit: & statim euauit. Die tertia omnia quę habebat cōgregauit, & pauperibus tribuit. Pelagia inde noctū aufugit & in montē Oliueti deuenit, vbi habitū eremiticū accipiens in parua cella ibidē se collocauit: & Deo in multa abstinentia seruauit. Maxime autē famę ab omnibus habebatur: & frater Pelagius dicebatur. Post hoc quidam diaconus supradicti episcopi Hierosolymam causa visitandi loca sancta aduenit. Cui dixit episcopus, vt post sanctorum locorum visitationem quendam monachū nomine Pelagium quæreret: & ipsum visitaret, cū verus Dei seruus esset. Quod cū ille fecisset: mox ab illa cognitus, nequaquam ipsam propter nimiam faciem cognouit. Cui dixit Pelagia. Habes episcopum. Et ille. Imo domine. Et illā Oret pro me ad dominum, quia verē apostolus Christi est. Recedens autem inde die tertia ad cellam eius radij. Sed cū ad hostium percussisset: & nullus ei aperuisset, fenestram aperuit: & mortuum eum inuenit, ac vidit: currēnsque cū hoc episcopo nunciasset, episcopus & clerus omnesque monachi conuenerunt, vt tam sancto viro exequias celebrarent. Cūque de cella corpus eius extraxissent: reperierunt quod mulier esset: & plurimum admirantes Deo gratias reddiderunt: & sanctum corpus honorificē sepelierunt. Obijt autem viij. die intrante Octobri circa annos domini. cccx.

De sancta Margarita.

LEGENDA CXLVI. A

MARGARITA dicta Pelagius virgo pulcherrima diues & nobilis tanta fuit parentum solitudine custodia, & optimis moribus instructa tantę pudicitię honestate vigeat, quod ab omnibus reuebat. Denique à quodam adolescente nobili in coniugium quærit, vt riusque parentis assensu cuncta nuptijs necessaria cum immensa diuitiarum gloria præparantur. Cū ergo nuptiarum dies aduenisset, & iuuenes & puellæ & cuncta simul nobilitas ante thalamū iam paratum nuptiarum festa cū gaudio celebrarent: virgo Deo inspirante considerans damnū virginittatis tam damnoſis plausibus comparari, prostrata in terram cum lachrymis gloriam virginittatis & nuptiarum molestias tanta in corde

suo cōpēlatione libruit, quod omnia huius vitæ gaudia quasi sterora respuebat. Vnde nocte illa à viri cōsortio abstinens media nocte Deo se recommendans tonfis criminibus viri habitu clausula aufugit. Longe autem ad quoddam monasterium veniens & fratrem Pelagium se appellans ab abbate receptus est diligenter instructus. Qui tam sancte & gloriose se habuit, quod defuncto sanctimonialium prouifore de seniorū consilio & abbatis imperio, licet inuitus monasterio virginum & prælatus. Dum ergo eis non solum corporum, sed etiam animarum pabula continuè & inculpabiliter ministraret, diabolus ei inuidens studuit qualiter prosperum eius cursum obiectu criminis impediret. Nam vnam virginem quæ pre foribus erat in adulterium traxit: & intumescente vtero cum iam celari non posset: tantus pudor & dolor omnes virgines & monachos vtriusque monasterij consternauit, quod solus Pelagius vt pote earū familiaris atq; præpositus sine iudicio & examinatione ab omnibus condemnaretur. Qui foras cum ignominia pellitur, ac in quodam rupis specu recluditur, sibi que monachorū se verisimulus deputatur: qui sibi panem ordeaceum & aquā tenuissime ministraret. Quibus gestis monachi recesserunt: & solum ibi Pelagium reliquerunt. At ille omnia patienter sustinens in nullo turbatus fuit. Sed semper gratias Deo referens per sanctorum exempla se continue confortabat. Tandem cum finē suū adesse cognouisset, abbatē & monachis per literas sic mandauit. Nobili orta genere Margarita in seculo dicta fuit: quæ vt Pelagus tentationum transiret, Pelagius mihi nomen imposui, virum non pro deceptio ne mentita, quod factis ostendit. De crimine virtutē obtinuit: pœnitentiā egi innocens: & iā quæso vt quā viri fœminam nescirent, sanctæ sorores sepeliant: & sic expiatio viuētis ostensio morientis, & fœminæ virginem recognoscant: quam calumniatores adulterum iudicabant. His auditis monachis & sanctimonialibus ad speluncam currentibus: Pelagius à fœminis, fœmina & virgo intacta cognoscitur: & cunctis pœnitentiam agentibus in monasterio virginum honorificè sepelitur.

¶ *Finis legenda de prima fœminarum. Antiochie ciuitatis abundantissima, tandem Pelagius, appellata.*

¶ *De sancta Thaide quondam meretrice.*

LEGENDA XLVII. A

THAI S, quondam meretrice, vt in vitis patrum legitur, tantę pulchritudinis extitit: vt multi propter eam, venditis substantijs suis, ad vltimam pauperatē deuenerent: sed amatores sui prę zelo, litibus inter se conferens frequenter puellę limina sanguine replebat. Quod cum audisset abbas Pafuncius, sum pro habitu seculari, & vno solido profectus est ad eā in quadam Aegyptij ciuitate. Deditque ei solidū, quasi pro mercede peccandi. Illa accepto precio, ait illi. In gradiamur in cameram. Cumque ingressus esset, & lectum preciosis vestibus stratum accēdere inuitaretur,

dixit ad eā. Si est interius cubiculum in ipsum eam, Et cum duxisset eum per plura loca, ille semper dicebat quod videri timebat. Illa autem dixit. Est quoddam cubiculum vbi nullus ingrediatur: si verò Deum times nō est locus qui deitati eius abscondatur. Quod cum senex audisset, dixit ei. Et scis esse deū? Cumque illa respondisset, se scire deum, & regnum futuri seculi, necnon & tormenta peccatorum, dixit ei. Si ergo nosti: cur tantas animas perdidisti? & non solum pro anima tua: sed pro illorum redditura rationem dāberis. Illa verò hoc audiens prouoluta ad pedes abbatē Pafuncij cum lachrymis exorabat, dicens. Scio esse pœnitentiam pater, & confido remissionem te orante fortiri. Tātū peto tribus horis inducias, & post hoc quo iusseris ibo: & quęcumque præceperis faciam. Cumque locum illi abbas constituisset, vbi venire deberet: illa collectis omnibus quęcumque ex peccato lucrata fuerat, perlatisque in mediam ciuitatē populo spectante igne cōbulsit, clamās. Venite omnes qui peccastis mecum: & videte quomodo ea quę mihi contulistis, exurā. Erat autem precium aurī libratum .xl. Quæ cum omnia incendisset: ad locum quē abbas Pafuncius conuertuerat, perrexit. Quā ille reperto virginū monasterio in cellulam parua recludens ostiū cellulæ plūbo signauit: & parua reliquit fenestram per quā ei victus medicus inferretur. Iussitque ei omnibus diebus parū panis & paululū aquę ac ceteris ministrari. Cum autem senex discederet. Thais ad eum ait. Quo iubēs pater vt ex naturali meatu aquā meā effundā: & ille. In cellā sicut digna es. Cumque iterū quomodo eum debere adorare inquireret, respondit. Non es digna nominare Deum, neque in labijs tuis nomen trinitatis adducere, sed nec ad cœlum manus expandere, quoniā labia tua iniquitate plena sunt, & manus tuę sordibus iniquitate. Sed tantummodo incumbens contra ostiū, respice hunc sermonē frequenter iterans. Qui plasmasti me miserere mei. Cum ergo tribus annis fuisset inclusa, cōdoluit abbas Pafuncius, & profectus est ad abbatē Antonium, vt ab eo requireret, si remississet illi Deus peccata sua: & narrata causa sanctus Antonius conuocatis discipulis suis precepit, vt illa nocte vigilantes in oratione persisterent singulatim, quatenus aliqui ex his reuelaret deus causam, p quā abbas Pafuncius venerat. Cum igitur incessanter orassent, abbas Paulus maior discipulus Antonij vidit subito in celo lectum, preciosis vestibus ornatum, quę virgines fuerunt, clara facie custodiebant. Tres igitur virgines videntes, timor pœnæ futurę qui ipsam à malo reuertit, pudor culpę committę qui ei veniam promeruit, amor iustitię, qui eam ad supernam transtulit. Cūque Paulus illi diceret gratiam illam tamen esse Antonij vox diuina respondit. Non est patris tui Antonij, sed Thaidis meretricis. Quod cū abbas Paulus mane retulisset, cognita Dei voluntate abbas Pafuncius eum gaudio disculpsit, & mox profectus ad monasterium ostiū cellę disculpauit. Illa verò rogabat, vt adhuc maneret inclusa. Dixit autē ei. Egrederere, quoniā remisit tibi Deus peccata tua. Et illa respondit. Testor Deum, quia ex quo huc ingressa sum, ex omnibus peccatis feci velut larvam, & statui ante oculos meos. Et sicut non discesserit anhelitus de naribus meis, sic non discesserunt peccata mea ab oculis meis, sed, sicut semper illa considerat. Qui

Cui abbas Pafuncius dixit. Non propter pœnitentiā tuam remisit tibi Deus peccata tua, sed quia timorē tuum habuisti in animo. Et cū inde illā eduxisset. xv. dies superuixit: & paucauit in pace. Abbas quoque Effredus meretricē simili fere modo conuertere voluit. Nā aliā meretricē simili fere modo conuertere voluit. Nā cū illa meretricē sanctum Effredum ad peccandū alliceret: impudenter dixit Effredus. Sequere me. Quia sequere, cū ad quendā locū, vbi erat multitudo hominū venisset, dixit ei, sede huc vt commiscear tecum. Et illa. Quomodo possum hoc facere tanta multitudo hic stant? Et ille. Si homines erubescis nonne magis tuū debes erubescere creatorem, qui reuelat occulta tenebrarum. Illa autem confusa recessit.

¶ De sancto Dionysio.

DIONYSIVS interpretatur vehementer sapiens. Vel dicitur Dionysius à dia, quod est luo: & nisus, quod est eleuatio, quasi secundum duo eleuatus. Secundum corpus & secundum animam. Vel dicitur à Diana, quod est venus. I. dea pulchritudinis, & syos, quod est Deus, quasi pulcher Deo. (vt quidam aiunt) dicitur à Dionysia, quæ (vt dicit Iffido.) est quædam gēma nigra valēs contra ebrietatē. Fuit ergo vehementer fugiens de mūdo propter perfectā abrenunciationē, eleuatus per interiorū contemplationē, pulcher Deo per decorem virtutū, valens peccatoribus contra ebrietatē vitiorum. Hic ante conuersionem multa prænomina habuit. Vocatus est enim Areopagita à vico, in quo habitabat. Itē dicitur Theosophus. I. Deum sapiens. Itē à græcorū sapientibus vsque hodie dicitur prærigiū tua rami, quod latinè dicitur ala cœli: quia in cœlū ala spiritalis intelligentiæ mirabiliter volauit. Itē dicitur est Macharius i. beatus. Itē à patria dicitur est Ionicus. Ionica autē (vt ait Papias) vna est exlinguis græcorū. Vel Ionici sunt genera rotundarū colūnarū. Vel Ionicum, vt idē dicit, est pes qui habet duas correptas & duas longas. Per quod ostenditur quod ipse fuit sapiens Deū per occultorum inuestigationem, ala cœli per celestium cōtemplationē, beatus per æternorum possessionem. Per alā ostenditur, quod ipse fuit mirabile rhetor per eloquentiā, ecclēsię sustentator per doctrinā, breuis sibi per humilitatem, longus alijs per charitatem. Aug. autē in lib. viii. de ciuitate dei, dicit, quod Ionicum est genus philosophorū. Distinguit enim ibidem duo genera philosophorū. Italicū, quod est ex parte Italię, & Ionicū, quod est ex parte Græcię. Quia ergo Dionysius summus erat philosophus, ideo antonomasticè dicebatur Ionicus. Eius passionem & vitam græce dictauit Methodius Constantinopolitanus, latinè verò Anastasius apostolicę sedis bibliothecari, vt dicit Igmarius Rhemorum episcopus.

LEGENDA CXLVIII. A

DIONYSIVS Areopagita à beato Paulo apostolo ad fidem Christi conuersus fuit, qui Areopagita à vico ciuitatis, in qua habitabat, dictus fuisse dicitur. Areopagus enim erat vicus Martis in quo. f. erat templum Martis. Athenienses enim singulos vicos denominabant à dijs, quos colebant, vt vicum in quo colebatur Mars, vocabant Areopagum, quia Ares dicitur Mars. Vicum in quo colebant Pam, vocabant Panopagum. Et ita à singulis dijs singulos vicos

denominabant. Areopagus autem erat vicus excellentior: quia ibi erat curia nobilium & scholę liberalium artium. In hoc ergo vico morabatur Dionysius maximus philosophus: qui hoc plenitudinem diuinorum numinum & sapientię theosophus. i. Deum sapiens, dicebatur. Erat secum Apollonius eius cōphilosophus. Ibi etiam erant Epicurei qui ponebant felicitatē hominis in sola corporis voluptate: & Stoici: qui sola anima virtute. In die igitur dominicę pafionis cū tenebrę factę fuissent super vniuersam terram: philosophi qui erant Athenis nō poruerūt huius causam in causis naturalibus inuenire. Nō fuit enim naturalis eclipfis solis. Tum quia luna fere erat è regione ad solem: eclipfis autem fieri solet in sy nodo solis & lune. Luna autem tunc erat quinquadecima: & ita in perfecta distantia à sole. Tunc quia eclipfis non auferit lumen vniuersis partibus terrę, Tum quia per tres horas durare non potest. Quod autē illa eclipfis in vniuersis partibus terrę lumen abstulerit, patet ex eo quod Lucas euangelista hoc dicit: & ex eo quod vniuersitatis dominus pariebatur: & ex eo quod fuit apud Eleopolim Aegypti, & ex eo quod fuit Romę & in Græcia siue Asia minori. Quod aut fuit Romę testatur Orosius dicens. Cum dominus patibulo affixus ex maximo terremoto per orbem facta saxa in montibus scissa, maximatq; vrbium plurimę partes plus solita cōcussione ceciderunt. Eodēque die ab hora diei sexta sol intantum obscuratus est, quæ tetra nox subito obducta terris est adeo, vt stellas tunc diurnis horis, vel potius in illa horrenda nocte toto cœlo visas fuisse referatur. Hęc Orosius. Fuit etiam apud Aegyptum & huius meminuit Dionysius in epistola ad Apollonhanū dicens. Obscusi namque orbis vniformiter tenebrarū caligine tabescente, vt purgatum redijt solis diametrum regulā philosophi Aridei assumptimus. Quandoque reperim quod & erat notissimum solem pati molestias nō debere, aio ad te vastę peritię sacrarij, adhuc nescimus tantę rei mysterium. Quid inquam speculum doctrinę Apollonhanū his secretis ascribis, atque tu mihi ore diuino & nō humanis sensu sermone. O bone Dionysius diuinarum permutationes sunt rerum. Denique nota rari diei & annum annuciationis, quam Paulus nostris auribus suspensis in tonitruis signis acclamantibus recordari expertus dedi veritati manus, & falsitate sum nexibus absolutus. Hęc Dionysius.

¶ Huius etiam meminit idē in epistola ad Policarpum loquens de se & Apollonhanū dicens. Ambo apud Cliopolim, tunc præsentēs & constantes inopinabiliter soli lunam incendētē videbamus. Nō enim erat conueniens tempus. Et rursus ipsam à nona horarūque ad vesperam ad solis diametrum supernaturaliter restitutam. Eclipsum autem illam vidimus in oriente inchoatam, & vsque ad solarem terminum veniētem postea regredientem, & rursus non ex eodem defectum & purgationem, sed econuerso secundum diametrum factā. Tūc enim Dionysius cū Apollonhanū voto astrologię disciplinę apud Eliopolim Aegypti perrezerat: & postea inde reuersus est. Quod autem fuerit in Asia testatur Eusebius in chronica asserens se in dictis ethnicorum legissē, quod tunc in Bithynia, quæ est prouincia Asię minoris, fuit terremotus magnus & maior solis obscuratio quæ vnquā fuerit: &

quod dies hora sexta, ita in tenebrosam noctem verus sit: ut stellæ in celo visæ sint: & quod in Nicenâ, quæ vrbs est Bithiniæ multas ædes terræmotus subuertit. Tandem vt in historia scholastica legitur philosophi ad hoc aducti sunt, vt dicerent quod Deus nature patitur. Alibi tamen legitur quod dixerunt. Aut ordo nature peruertit: aut elementa mentiuntur: aut Deus nature patitur: aut elementa sibi compatiuntur. Alibi quoque dicitur quod Dionysius dixit. Hæc nox, quæ nouam miramur, totius mundiveram lucem aduenturam signat. Tunc Athenienses illi Deo aram construxerunt: & superpositus est titulus, Ignoro Deo. Singulis enim aris superponebatur titulus indicans cui essent dedicata. Et cum vellent illi offerre holocausta & victimas dixerunt philosophi. Bonorum nostrorum non eget: sed facietis genuflectiones ante aram eius, & supplicabitis ei: quia non querit oblationes peccatorum: sed deuotionem animorum. Cum ergo Paulus venisset Athenas Epicurei & Stoici philosophi cum eo disputabant. Quidam autem dicebant. Quid seminator verborum hæc vult dicere. Alij dicebant. Nouum dæmonium videtur annunciator esse. Adducetes ergo eum ad vicum philosophorum: vt noua doctrina ibidem examen reciperet: dixerunt. Noua quædam infers auribus nostris. Voluimus ergo scire quidnam velint hæc esse. Athenienses autem ad nihil aliud vacabant, nisi ad dicere, aut audire aliquid noui. Cum ergo Paulus singula Deorum altaria perlustrasset: & inter cætera ignoti Dei altare vidisset: dixit illis philosophis. Quem ignorantes colitis hæc ergo annuncio vobis verum Deum, qui fecit cælum & terram. Deinde dixit Dionysio quem præ cæteris magis doctum in diuinis videbat. Quis est Dionysius. Ille est quæ prædico, qui de cælis descendit: carnem suscepit, mortem sustinuit, & die tertia resurrexit. Cum autem Dionysius ad huc cum Paulo disputaret, fortuito transiit per viam cæcæ coram eis. Statimque dixit Dionysius. Paulus. Si dixeris huic cæco. In nomine Dei tui vide, de, & viderit: statim credam: sed in nomine magis magis: quia forte nosti verba quæ habent huiusmodi efficaciam, ego formam verborum tibi præscribam. In hac igitur forma verborum dices ei. In nomine Iesu Christi nati de virgine, crucifixi, mortui, qui resurrexit, & ad cælum ascendit vide. Sed vt omnis suspicio tolleret, dixit Paulus Dionysio. Vt hæc ipse verba proferret. Cum ergo in eadem forma Dionysius cæco, vt videret dixisset: protinus visum recepit. Statimque Dionysius cum Damari uxore sua & tota familia baptizatus est, & fidelis effectus. Sicque à Paulo per triennium instructus Athenis episcopus ordinatus est: vbi ille prædicationi insistens ipsam ciuitatem & maximam partem regionis illius ad fidem christi adduxit.

Cum Hinc Paulus ea quæ in tertio cælu raptus vidit, reuelasse dicitur: sicut & ipse Dionysius in plerisque locis insinuare videtur. Vnde & de hierarchijs ipsorum angelorum ordinibus dispositionibus & officijs tam lu-

culenter & clare disseruit, vt non putares ipsum hæc ab alio didicisse: sed ipsum potius etiam vsque in tertium cælum raptum esse, & ibi hæc omnia conspexisse. Prophetie spiritu claruit, sicut patet in epistola quæ misit ad Ioannem euangelistam in Pathmos insulam in exilio relegatum: vbi prophetauit quod inde rediturus esset sic dicens. Gaude vere dilecte, vere amabilis, & desiderabilis, & diligibilis valde dilecte & infra Ex custodia quæ est in Pathmos dimittis, & terram Asiæ reuerteris, & facies ibi boni Dei imitationes, & his qui erunt post te, trades. Dormitioni beatæ Mariæ interfuit, sicut ipse in libro de diuinis nominibus insinuare videtur. Cum ergo audisset Petrum & Paulum Romæ à Nerone in carceribus detineri, episcopum sibi substituit, & ad eos visitandos accessit. Verum cum illi ad dominum feliciter migrassent, & postmodum clemens præficeret, ab ipso beato clemente post aliquod spacium temporis in Franciam destinatur, & sibi Rusticus & Eleutherius sociantur. Missus igitur Parisius venit, & multos ibidem ad fidem conuertit, & ecclesias plurimas fabricauit, & clericos diuersi ordinis collocauit. Tanta autem in eo gratia calixtus emicuit, quod cum sepius pontifices idolorum contra eum seditione populi concitarent, & populus ad eum perdendum sæpe cum armis concurreret, mox illo viso aut omni feritate deposita se eius pedibus prouolebant aut nimio timore soluti à eius presentia fugiebant. Sed diabolus videns & inuidens quod quotidie sui cultura decresseret, & multiplicatis fidelibus ecclesia triumpharet, Domitianum imperatorem in tantam commouit saeuitiam, vt præceptum daret, quod quicunque christianum aliquem reperiret, aut ipsum sacrificare cogere, aut diuersis supplicijs cruciaret. Præfectus igitur Fescennius contra christianos Parisius à Roma directus beatum Dionysium populo prædicantem inuenit, statimque captum collatum, conspuum, derisum, & loris durissimis alligatum cum sanctis Rustico & Eleuthero sibi presentari præcepit. Cum ergo sancti coram illo in confessione Dei constantes essent ecce quedam matrona nobilis aduenit: & virum suum lubrium turpiter abhis magis deceptum asseruit. Pro eius utique viro citius mittitur, & in Dei confessione perseuerans iniuste necatur. Sancti vero à xij. militibus flagellantur. Deinde magno pondere carbonum constructi carceri mancipantur. Sequenti die Dionysius super cratem ferream suppositis flammis nudus extenditur, vbi domino decantabat, dicens. Ignitum eloquium tuum vehementer & seruus tuus dilexisti. Iud. Inde autem exigitur, & ad bestias ferocissimas multo ieiunio excitaras proiecit. Sed cum in eum impetuosa currerent, signum crucis opposuit, & mansuetissimas eas fecit. Deinde in clibanum iactatur, sed extincto igne nil læditur. Cruci affigitur, & diutius ibidem torquetur. Inde depositus cum suis socijs, & multis alijs fidelibus carceri mancipatur. Vbi cum missam celebraret, & populo communicaret, dominus Iesus eidem cum immenso lumine apparuit, & panem accipiens ei dixit. Accipe hoc charere meus: quia mecum est maxima merces tua. Post hoc iudici presentati iterum nouis supplicijs maceratur, & iuxta idolum Mercurij cum securibus trium capita in confessione trinitatis preciduntur. Statimque corpus

De sancto Calixto.

LEGENDA CXLIX. A



CALIXTUS papa anno domini. cccxij.

sub alexandro imperatore martyrium passus est. Cuius temporibus pars eminentior vrbs Romæ dinno est incendio concremata, & sinistra manus Iouis aurea liquefacta. Tunc omnes sacerdotes ad Alexandrum imperatorem venerunt, petentes vt dii irati sacrificijs placarentur. Dum ergo offerrent, subito in cælo sereno mane diei Iouis diuino fulmine quatuor sacerdotum idolorum mortui sunt & ara Iouis concremata est: & sol obscuratus est ita vt populus Romanus fugeret extra muros. Audiens autem Palmacius consul quod Calixtus cum suis clericis trans tyberim latitaret, rogauit vt Christiani, per quos hoc malum contigerat: ad purgationem ciuitatis penitus delerentur, Palmacius potestate accepta cum militibus properasset, & illi protinus excecati fuissent, territus Alexandro hoc protinus nunciavit. Tunc imperator iussit, vt die mercurij omnis populus conueniret, & Mercurio immolaret, vt ab eo super his responsa acciperet. Quod dum fieret: vrgo quædam templi nomine Iuliana arrepta à dæmone exclamauit. Deus Calixti est verus & vnus Deus qui nostris est pollutionibus indignatus. Quod audiens Palmacius trans tyberim ad vrbsm Raennensem ad sanctum Calixtum accessit, & cum vxore sua & familia se ab eo baptizari fecit. Quod audiens imperator eum accersitum Simplicio senatori tradidit: vt verbis blandis eum mone-ret: ex eo quod reipublicæ plurimum necessarius esset. Palmatio vero ieiunijs & orationibus perseuerante, venit ad eum quidam miles promittens, quod si vxorẽ suam Paralitica maneret: continuò crederet. Cum ergo Palmacius oraret: illa sanata ad Palmacium euegit, dicens. Baptiza me in nomine Christi, qui tenuit manum meam & allegiauit me. Tunc Calixtus veniens ipsam cum viro suo & Simplicio & multis alijs baptizauit. Quod audiens imperator iussit omnes baptizatos decollari. Calixtum verò quinque diebus sine cibo & potu manere fecit. Ille autem videns eum amplius confortari: iussit eum diebus singulis fustigari. Deinde per fenestram præcipitum alligatus saxo in puteum præcipitari. Asterius autem presbyter corpus eius de puteo eleuauit: & ipsum in cimiterio Calpodij sepeliuit.

De sancto Leonardo.

A



LEONARDUS dicitur odor populi, à le-

quod est populus, & nardus: quod est herba redolens, quia odore bonæ famæ populum ad se traheret. Vel Leonardus dicitur quia leges ardua. Vel Leonardus dicitur a leone. Leo enim quatuor habet in se. Primo habet fortitudinem: quæ fortitudinem: vt dicit Isido. habet in pectore & in capite. Sic beatus Leonardus habuit fortitudinem in pectore per malarum cogitationum refrenationem, & in capite per infatigabilem supernorum contemplationem. Secundo habet sagacitatẽ. Et hoc in duobus. s. in apertione oculorum cum dormit, & in deletionem ve-rigiorum cum fugit. Sic Leonardus vigilauit per laborẽ

sancti Dionysij se erexit: & caput suum inter brachia angelo duce & celestis lumine precedentem per duo miliaria deportauit à loco qui dicitur mons martyrum, vsque ad locum vbi nunc sua electione & dei providentia requiescit. Tanta autem ibidem angelorum melodia insonuit, vt inter multos qui audierunt & crediderunt, etiam Larcia vxor præfati lubrij Christianam se esse clamauit. Et mox ab impijs decollata, & in suo sanguine baptizata occubuit. Filii autem eius nomine Virbius Romæ sub tribus imperatoribus militauit deinde Parisius rediens baptizatur, & religiosorum numero sociatur. Dum autem infideles meruerent, ne sanctorum Rustici & Eleutherij corpora Christiani se pelirent, iusserunt vt in Secana mergerentur. De Marroña autem quædam nobilis vectores ad prandium inuitauit, & illis epulantibus sanctorum corpora furtiue subripuit, & in agro suo occulte sepeliri fecit, quæ postea persecutione cessante inde sustulit: & corpora beati Dionysij honorifice locauit, Passi sunt sub Domitiano anno domini. xcvi. gratis verò beati Dionysij. x. Circa annos domini. dccc. v. tempore Ludouici legati Michaelis imperatoris Constantinopolitani inter cætera munera detulerunt Ludouico filio xaroli magni libros Dionysij de hierarchia de Græco in latinum translatis, qui cum gaudio sunt recepti. xix. infirmi in ipsa nocte in ecclesia eius curati. Cui apud Arelatem sanctus Regulus episcopus missarum solennia celebraret, apostolorum nominibus in canone recitatis adiunxit: & beatis martyribus tuis Dionysio Rustico & Eleuthero. Quo dicto cum adhuc Dei famulos viuere crederet, plurimum mirari cepit, cur eorum nomina sic nesciens in canone protulisset. Etece eidem miranti tres columbe apparuerunt super crucem altaris residentes, quæ sanctorum martyrum nomina habebant suis pectoribus sanguine insignita, quas diligenter intuens sanctos migrasse à corpore intellexit. Cæca annu. domini. dclxiiij. Dagobertus Rex francorum, vt in quadam habetur cronica, qui longe ante Pipium regnum suum puritiam sancti Dionysij magna veneratione habere cepit. Nam & quando Clotarij patris sui iram metuebat, ad ecclesiam sancti Dionysij continuò fugiebat. Cum ergo factus iam rex mortuus fuisset cuidam viro in visione monstratus est, quod anima eius ad iudicium raptam fuit, & multi sancti suarum ecclesiarum expoliatiõe obiciebant eidem. Cum ergo mali angeli iam ad pænas rapere eam vellent, affuit beatus Dionysius: & eius interuentu liberata est, & pænna euasit. Fortè enim eius anima ad corpus redijt, & ibi penitentiam egit. Clodoueus rex corpus sancti Dionysij minus religiosè discooperiens os brachij eius fregit, & cupide rapuit, qui mox in amentiam versus est. Et nota quod Igmarius episcopus Remensis dicit in epistola quam misit ad Karolum, quod iste Dionysius missus in Galliam fuit Dionysius Areopagita: vt supra dictum est. Idem testatur Ioannes Scotus in epistola ad Karolum: Nec forte ratio ex computo temporis contradicit: si-
sunt aliqui obijcere voluerunt.

actionis: & vigilando dormiuit per quietē cōtemplationis: & in se deleuit vestigia totius mundanæ affectionis. Tertio habet virtuositatē in voce, quia eius vox tertia die suscitauit leunculū natū mortuū, & oēm bestia figere facit gradū. Sic Leonardus multos mortuos in peccatis suscitauit, & multos bestialiter viuētes in operibus bonis fixit. Quartō habet timorē in corde, quia secunduū Isido. duo timet. scilicet strepitū rotarū, & ignem accensum. Sic Leonardus timuit & timendo vitauit strepitum mundanæ sollicitudinis, & ideo in desertum fugit, & ignem terrenæ cupiditatis, & ideo omnes thesauros sibi oblatos contempsit.

LEGENDA CL. B



L EONARDVS fuisse dicitur circa annū domini. cccc. hic à sctō Remigio Remēsi archiepiscopo de sacro fonte leuatus, & ab ipso salutarib⁹ disciplinis instructus est. Cuius parētes primi in palatio regis Francie haebantur. Hic tantam gratiam à rege obtinuit, quod omnes incarcerati, quos ipse, visitabat, protinus absoluebatur. Cū igitur fama sanctitatis eius excresceret, rex multo tempore eū secum manere cogit, donec opportuno tempore ei episcopatū donaret. Quod ille renuit, & solitudinem desiderans relicto omnibus Aurelianum prædicando cum fratre suo Liffardo deuenit. Vbi post in quodam cōnobio aliquandiu vixerunt: dum Liffardus super ripam ligeris solitariū manere vellet, & Leonardus per sancti spiritus ad monitionem in Aquitania disponderet predicare, osculantes se abinueniam discesserunt. Leonardus igitur vbiq; prædicans multa miracula exercens in quadā silua ciuitati Lemouicæ vicina habitauit, vbi erat aula regia causa venationis cōstructa. Accidit autem vt quadam die rex ibi venaretur, & regina illuc causa delectationis egressa partu periclitaretur. Cū ergo rex & familia propter reginæ periclitationem lugerent, & Leonardus per nemus transiret, & gementiū voces audiret pietate commotus illuc properauit: & à rege vocatus protinus introiuit. Cū igitur à rege interrogatus quis esset, & se sancti Remigij fuisse discipulum narraret, rex spem bonam concipiens, & à bono magistro ipsum bene instructum existimans, ipsum ad reginam induxit, rogans vt suis precibus de recuperata coniuge & ædita prole duplex gaudium obtineret. Tunc ille oratione fusa quod petebat, protinus impetrauit. Cū autem rex multa in auro & argento sibi offerret, ille protinus reculauit, admonens vt hæc pauperibus daret, dicens. Ego nullis horum indigeo: sed tantum in aliqua siluarum contemptis huius mundi diuitijs soli Christo famulari desidero. Cū autem rex totum illud nemus sibi tradere vellet, ille ait. Non totum illud accipio, sed quantum nocte cum meo asello circūire poterō, tantum mihi concedi exopto. Quod rex libentissimè adimpleuit. Constructo itaque ibidem monasterio, ibi diu cum adiunctis sibi duobus monachis in abstinentia multa degebat. Cū autem aqua vno ab eis miliario distaret, puteum ibidem sicum ponit fodi iussit, quem aqua suis orationibus impleuit. Locum autem illum Nobiliacum

appellauit, eo quod à rege nobili traditus sibi fuisset. Ibi tantis miraculis coruscavit, quod quicumque eius nomen in carcere inuocasset, mox ruptis vinculis nullo contradicente liber abiret, & suas eidem cathenas vel compedes presentaret. Horum plures secum manebant, & ibidem domino seruiebant. Septem quoque familiae de eius nobili stirpe venditis omnibus ad eum venerunt, & distributo singulis nemore ibi eū ipso manentes exemplo suo plurimos abstraxerunt. Denique sanctus vir Leonardus multis clarus virtutibus. viij. Idus nouembris ad dominum migravit, vbi postquam multa fecisset miracula clericis illius ecclesie sita est reuelatum, vt quia locus ille propter multitudinis frequentiam artus erat, alibi ecclesiam fabricarent, & illuc corpus sancti Leonardi honorificè transportarent. At illi cum populo triduanū ieiunio & orationi insistentes respicientes, viderunt totam prouinciam niue coopertā: locū autem illum in quo sanctus Leonardus quiescere volebat, omnino vacuū conspexerunt. Ibi itaque translatus quanta miracula præcipue circa incarceratos dominus per eum faciat: immensi ferri varietas ante eius tumulum dependentis testis existit. Vicecomes Lemouicensium ad terrorem malorum quandam grauissimam cathenam fecerat, quam in cippo suæ turris affixi mandauerat. Qua cathena quicumque collo cingebatur: cuiuslibet aeris intemperiei expositus non vna, sed quasi mille mortibus angebatur. Accidit autem vt quidam seruus sancti Leonardi illa cathena sine culpa ligaretur. Qui cum ferē vltimum spiritum efflaret, intra se quo potuit totius sanctum Leonardum affectu rogauit: vt qui alios liberet, sibi quoque suo subueniret. Statim que sanctus Leonardus in veste cædida sibi apparens, dixit. Noli timere, quia non morieris. Surge & hanc cathenam tecum ad ecclesiam meam deferas: sequere me, quia ego precedam te. Qui consurgēs, & cathenam accipiens sanctum Leonardum præcedentē vsque ad ecclesiam suam secutus est. Statimque vt ante fores fuit: beatus Leonardus ipsum dimisit: & ecclesiam suam intrans quæ sanctus Leonardus sibi fecerat, omnibus enarrauit, & cathenam illam tam maximam ante tumulum eius suspēdit. Vir quidam in loco sancti Leonardi Nobiliacohabitans, & eidem sancto valde fidelis existens, à quodam tyranno captus est. Qui tyrannus intra se cogitans dicebat Leonardus. iste omnes compeditos absoluit, & omnis vis ferri ante eum velut cera ante ignem liquefit. Si hūc igitur vinculis ligauerō, protinus Leonardus aderit & ipsum liberabit. Si autem ipsum custodire possem: mille solidis ipsum redimi facerem. Scio igitur quid faciam. In turri mea profundam foueam faciam: & hominem hunc compedibus aggrauatum: ibidem submergā. Deinde super os foueæ ligneam arcem construam, in qua armatos milites accubare faciam. Licet enim Leonardus ferrum confringat: tamen pondus sub terra intrauit. Quod cum totum vt cogitauerat: compleuisset, & ille homo sanctum Leonardum sapienter in clamaret. Leonardus nocte veniens arcem in qua iacebant milites, reuoluit, & tanquam mortuos in sepulcro ita eos sub ipsa conclusit. Deinde cum multa luce foueam ingressus manū fidelis sui tenuit: ac dixit. Dormis in vigiliis: ecce Leonardus quem tu desideras. At ille admittens

rans ait. Domine adiuua me. Confestim contractis cathenis apprehensum proprijs vnus extra turrim portauit. Deinde secum sicut amicus cum amico confabulans, vsque ad locum suum & domum ipsum deduxit. De Peregrinus quidam cū à visitatione. scilicet Leonardi rediisset: & in Aluernia captus & in cauea inclusus esset, eos plurimum deprecabatur, vt amore. scilicet Leonardus, cum nihil vnquam eos offendisset, eum relaxaret. Qui responderunt quod nisi se copiose redimeret: non exiret. Et ille. Sit inter vos &. scilicet Leonardus, cui me feceris recomēdatum. Sequenti igitur nocte. scilicet Leonardus domino illius castris apparuit: & vt peregrinū suum dimitteret imperauit. Ille verò mane euigilās, & visionem quasi somnium paruipēdens, nullatenus dimittere voluit. Altera nocte eadē imperans sibi apparuit. Sed ille iterum obedire contempsit. Tertia vero nocte. scilicet Leonardus peregrinum accipiens extra oppidum deduxit. Statimque turris cum media parte castrorum corruens oppressis pluribus solum principem ad sui confusionem fractis cruribus reseruauit. Miles quidam in Britānia incarceratus sanctum Leonardum inuocabat. Qui statim cunctis videntibus & cognoscentibus & stupentibus in media domo apparuit, & in carcerem intrans & vincula frangens homini cathenas in manibus posuit: & per medium illorum deducens omnes stupore perterruit. Fuit & alius Leonardus eiusdem professionis & virtutis: cuius corpus apud Corbiacum requiescit. Hic cum in monasterio esset prolatus tāta se humilitate deiiciebat, vt omnibus inferior videretur. Sed cum omnis pene populus ad eum conflueret, quidam inuidi regi Clotario suaserunt, quod nisi præuideret per Leonardum qui multos sub obrere religionis colligebat: regnum Franciæ detrimentum non modicum sustineret. Quibus rex nimis credulus non expelli iussit. Venientes autem milites adeo eius verbis compūcti sunt, quod se suos futuros discipulos sponderunt. Rex quoque penitens veniam petijt: & detractores rebus & honoribus priuauit: & sanctum Leonardum valde dilexit, & vix ad preces scti detractores dignitati pristina restituit. Qui à Deo similiter impetrauit: vt quicumq; in carcere tenerentur mox inuocato suo nomine soluerentur. Dum autem quadam die orationi incumberet, serpens quidā maximus à parte pedum vsque in eius sinum tetendit. Qui propter hoc nullatenus ab oratione surrexit. Completa verò oratione, dixit ei. Scio quia ab initio creationis tuę homines quantum præuales inquitas, sed nunc si in me tibi tradita est potestas, fac in me quicquid merui. Quo dicto serpens per caputium trilians ad pedes eius mortuus corruit. Post hoc autem cū duos episcopos discordantes sedasset in crastinum se finiendum prædixit circa annos domini ccccclxx.

De decem milibus Martyrum.

LEGENDA CL. A



PASSIO & memoria decem milium martyrum veneratur & collitur. x. Kal. Iulij qui oēs vna die pro Christi nomine passi sunt sub Adriano imperatore alijq; sex regibus, qui, ei venerunt in adiutorium.

Hi sancti martyres cū ab imperatore ad sacrificiū idolis compellerentur: dixerunt. Sacrificium vinū & immolatum offerimus nosmetipsos dimino nostro iesu christo, qui pro humano genere nasci dignatus est & descendere, & de calis multis malis affligi, & ad vltimum voluit etiam pro nobis crucifigi, quē tu miser ignoras. Tunc iratus imperator iussit eos diu torqueri, & ad vltimum crucifigi. Et omnia tormenta quæ passus est dominus noster Iesus Christus forti animo & fide firmissima pro domino sustinuerūt. Locū igitur vbi passi sunt beati martyres mons est magn⁹: & vocatur Ararat, & distat ab Alexandria ciuitate quingentis quasi stadijs. A quibus autē passi sunt fuerunt exercitus regum, qui illic venerant in adiutoriū xxx. milia. Hora vero sexta illius diei terræ motus factus est magnus, petreæ cissæ sunt, sol obscuratus est, & omnia signa quæ in passione domini visa fuerunt, etiam ibi visa. Tunc sancti martyres fundentes orationem addominum dixerunt. Domine Deus memento nostri in hoc patibulo crucis, & suscipe petitionē nostram, & ea que à te exposcimus: nobis concedere digneris: vt quicumque memoriam nostri corde et ore cum ieiunio & deuotione celebrauerint, mereantur à te assequi fructuosam mercedem tribuendo eis sanitate corporum: medicamen anime, & in domibus eorum intus & foris bonorum omnium vbertatem cōcedere. Et si in prælio fuerint, non eis nocere præualeat inimici visibiles & inuisibiles: te pro eis pugnante, sed sicut placet tibi armis tuis eos protege. Diesque vnus ieiunij nostræ passionis vnū penitentiale annuum compleat obseruantibus se deuoto corde & hoc dominator domine à te poscimus, dissipa omnem occupationem & inmundum spiritum, omnēque infirmitatem eorum expelle, quia gloriosum & laudabile est nomen tuum per omnia sæcula sæculorum. Et respondentibus omnibus amē: facta est vox de cælo dicens. Quæ petistis dilectissimi mei scitote: vos impetrasse. Gaudete quoque & lætamini, quia orationes vestræ coram Christo & immortalis rege veraciter, sunt exaudite. Et his dictis in confessione emiserunt spiritum veraciter percepturi præmia regni celorum. Amen.

De sancto Luca.

A



LVCA s interpretatur ipse cōsurgens, vel eleuans, vel dicitur Lucas à luce. Ipse enim fuit cōsanguine⁹ ab amore mūdi, eleuās se flammare. Dei. fuit enim lux mundi, eo quod mūdū illuminauit vnuersum. Mar. v. Vos, estis lux mundi. Lux autem mundi est ipse sol: quæquidem lux habet in situ sublimitatem. Ecclesi. xxvj. Sed oriens mundo in altissimis Dei. In aspectu delectabilitatem. Ecclesi. xj. Dulce lumen, & delectabile est oculis videre solē. In motu velocitatem. ij. Hefdre. iij. Magna est terra, & excelsum est cælum, & velox cursus solis. In effectu vtilitatem: quia secundum philosophum homo generat hominem & sol. Sic Lucas habuit sublimitatem per cælestium cōtemplationem: delectabilitatem per dulcem conuersationem: velocitatem per feruentem prædicationem vtilitatem per doctrinæ suæ conscriptionem.

LVCAS Syrus natione Antiochenus arte medicus fuit (secundum quosdam) vnus de .lxxij. domini discipulis. Sanè cū Hier. licet eū fuisse discipulum apostolorum nō domini, & glo. super. xx. Eodī noter, quōd domino prædicanti nō adhegit, se l post resurrectionem eius ad fidem venit: magis tenendū est quōd nō fuerit vnus de .lxxij. licet aliqui sic fuerint opinati. Qui tanta fuit perfectionis & vitæ: vt optimè ordinatus fuerit quantum ad Deum, & quantum ad proximum, & quantum ad seipsum: & quātū ad suū officium. Et in signum huius quadruplicis ordinationis quatuor facies habere describitur. scilicet facie hominis & leonis: bouis & aquilæ. Quodlibet enim de animalibus habebat quatuor facies & quatuor pēnas vt dicitur Exec. j. Et vt hoc melius videatur, imaginemur aliquod animal quod habeat caput quadratum, vt liguum quadratum, & in qualibet superficie imaginemur vnā faciem, à parte anteriori faciem hominis: à dextris faciem leonis, à sinistris faciem vituli: à parte posteriori facie aquilæ. Quia vero facies aquilæ super alias eminebat propter colli productionem, quod in ea lōgum est, ideo dicitur quod erat desuper. Quodlibet etiā horū quatuor pēnas habebat: quia cū quōdlibet animal quasi quadratū imaginemur, & in quadrato sint quatuor anguli: in quolibet angulo erat vna pēna. Per ista quatuor animalia secundū sanctos quatuor euangelistæ significantur, quorū licet quilibet habuerit quatuor facies: scribendo. scilicet de humanitate: passione, resurrectione: & diuinitate, singulæ tamē singulis per quādam appropriationem attribuuntur secundū Hiero. Marthæus in homine figurat, quia principaliter circa Christi humanitatem immoratur. Lucas in vitulo agens de Christi sacerdotio. Marcus in leone euidentius scribens de resurrectione. Catuli enim leonū (vt dicunt) vsque in diē tertium quasi mortui iacent, sed rugitu leonis in diē tertio excitantur. Item quia inceptit à rugitu prædicationis. Ioannes in aquila ceteris altius volans scribēs de Christi diuinitate. Christus etiā de quo scribitur omnia ista quatuor fuit. scilicet Homo natus de virgine: vitulus in passione, leo in resurrectione, aquila in ascensione. Per has igitur quatuor facies in quibus designatus est Lucas (sicut quilibet alius euangelista) ostenditur qualiter illis quatuor modis fuerit ordinatus. Nam per faciem hominis ostenditur, quōd rectè fuerit ordinatus quantum ad proximum: quem debet ratione instruere, mansuetudine attrahere, & liberalitate fouere. Homo enim est animal rationale mansuetum & liberale. Per faciem aquilæ ostenditur, quōd rectè fuerit ordinatus quātū ad Deū: quia in eo oculus intellectus continetur Deū per cōtēplationem. Rostrū affectus ad ipsum exauctur per meditationem: senectus effectus abijcitur per nouā conuersationem. Aquila enim acuti luminis est, vt rotam solis irruerbat oculis aspicat, & in altū mirabiliter eleuata, pisciculos in medio maris videat: Rostrū etiā nimis aduātū ne impediatur in cibo capiēdo petre allidit. & sic vsui cibandi habile efficitur. Exurta insuper a calore solis & in fontē magno impetu se proijciens senectutem abijcit: calore solis oclorū cali

gine consummante & pēnas alleniāt. Per facie leonis ostendit quōd rectè fuerit ordinatus quātū ad se, quia habuit generalitatem per honestam mortū conuersationem: lagacitatem per insidiarum hostiliū vitiationem, et passibilitatem per afflictorū cōpensationē. Leo enim est animal generosum, quia rex animalium. Est lagax: quia vestigia cauda delet cū fugit: ne inueniatur. Passibile, quia quaternam patitur. Per facie vituli siue bouis ostenditur, quōd rectè fuerit ordinatus quantum ad suū officium, quod fuit scribere euangelium. Ibi enim morose processit, quia inceptit à natiuitate precursoris & natiuitate & infancia Christi & sic paulatim processit vsque ad vltimam consummationem. Discretus, inceptit, quia post duos euangelistas: vt quod illi omisissent: iste suppleret, & quod sufficienter dixissent, omittet. Circa templum & sacrificiū immoratus fuit, quod patet in principio & in medio & in fine. Bos enim est animal morosum, in vngulis sillum: per quod intelligitur discretio immolantium.

C Verum qualiter beatus Lucas in prædictis quatuor modis ordinatus fuerit melius ostenditur, si vitæ eius series melius indageur. Primo igitur ordinatus fuit quantum ad Deum. Tripliciter autem ordinatus homo quantum ad Deum secundum beatum. Ber. scilicet affectione, cogitatione: & intentione. Affectio debet esse sancta, cogitatio mūda, & intentio recta. Affectio nē igitur sanctam habuit, quia spiritus sancto plenus fuit. Hiero. in prologo super Lucam. Objicit inquit in Bithinia plenus spiritus sancto. Secundo habuit cogitationē mūdā, quia fuit virgo corpore & mēte: in quo nota mūdicia cogitationis ipsius. Tertio habuit intentionē rectā: quia in omnibus quæ faciebat, honorē domini querebat. De his duobus vltimis dicit in prologo super actus apostolorū. Sine crimine in virginitate permanēs. Hoc quātū ad mūdiciā cogitationis. Domini nō maluit seruire. i. ad honorē dñi. Hoc quātū ad rectitudinē intentionis. Secundo fuit ordinatus quātū ad proximum. Ad proximum autē ordinatus: cū ei impediunt, quod debem. Tria autē secūdū Richar. de sancto vito, sunt quæ proximo debem. scilicet nostrū posse, nostrū nosse, & nostrū velle. & vt quartū addat: nostrū agere. Nostrū posse (in subsidijs, nostrum nosse in consilijs, nostrū velle in desiderijs, nostrū agere in obsequijs: Quātū ad hæc quatuor ordinatus fuit beatus Lucas. Dedit enim primo proximo posse suū in subsidijs, quod patet ex hoc quod Paulo in omnibus tribulationibus semper adhegit, & ab eo nunquā discedēs eidē in prædicationis subsidij. i. i. Timo. iij. Lucas est meū solus. In hoc quōd dicit mecum, scilicet tanquam adiutor & defensor, notat qualiter sibi subsidia præstitit. In hoc quōd dicitur solus: notatur quōd cōstiter eidē adhegit. Itē. i. Corinth. viij. dicit de Luca. Non solū autem, sed & ordinatus est ab ecclesijs socius peregrinationis nostræ & c. Secundo suum nosse in consilijs. Tunc enim suum nosse proximo tribuit, cum doctrinam apostolicam & euangelicam quam ipse nouerat, ad vilitatem proximorum conscripsit: De hoc ipse testimonium sibi perhibet in prologo suo dicens. Visum est & mihi allecuto omnia à principio diligenter ex ordine tibi scribere de quibus es eruditus, veritatem. Qualiter etiam præbuit suum nosse in consilijs, patet ex illo verbo quod dicit

dicit Hiero. in prologo: quia ei verba animæ laqueis sunt medicina. Tertio ei velle i desiderijs: quod patet ex hoc quod eius salutem æternam desiderauit. Col. iij. Saluat vos Lucas medicus. i. salutem æternā exoptat. Quarto eius agere in obsequijs, quod patet ex hoc quod dominum quem aliquem peregrinum estimabat, hospitio recepit: & ei omne obsequium charitatis exhibuit. Fuit enim socius Cleopha, dum ibat in Emmaus, sicut aliqui dixerunt: prout refert Gre. in moralibus, licet Ambro. dicat alium fuisse: cuius etiā nomen ponit.

D Tertio fuit bene ordinatus quantum ad seipsum. Tria autem sunt secundum Ber. quæ optimè ordinant hominem ad seipsum, & sanctum faciunt. scilicet victus sobrius: actus iustus: sensus pius. Et quodlibet horū secundum ipsum Ber. in tria diuiditur. Victus inquit sobrius erit, si continenter: si socialiter, si humiliter vixerimus, Actus iustus erit, si fuerit rectus, discretus, fructuosus. Rectus per bonam intentionem, discretus per moderationem: fructuosus per ædificationem. Sensus pius erit, si fides nostra sentit Deum summè potētē: summè sapientem: summè bonum: vt per eius potentiam nostram credamus iuari infirmitatem, per eius sapientiam nostrā credamus corrigi ignorantiam: per eius bonitatem nostram credamus dilui iniquitatem. Hæc Ber. In his omnibus beatus Lucas fuit optimè ordinatus. Primo enim habuit victum sobriū: & hoc tripliciter, quia vixit continenter. Nā vt testatur Hiero. de eo in prologo super Lucam. Ipse nec vxorem vquam habuit, nec filios. Secundo socialiter: hoc notat in hoc quod dicitur de ipso & de Cleopha, supposita opinione prædicta. Luc. vlti. Duo vt discipulis Iesu ibant ipsa die & c. Socialitas enim notatur in hoc, quod dicitur, duo, & in hoc quod dicit discipuli quasi discipuli nati. i. bene moriginati. Tertio humiliter: cuius humilitas insinuat in hoc quod nomen socij sui. scilicet Cleopha expressit: & suum tacuit. Nam secundum opinionem quorundam Lucas ex humilitate nomen suum siluit. Secundo habuit actum iustum, qui quidem actus fuit rectus per intentionem: quod notatur in oratione, cum dicitur: qui crucis mortificationem iugiter in suo corpore pro tui nominis amore portauit. Discretus per moderationem. Vnde in forma bouis monstratus est, qui vngulam findit, per quod virtus discretionis exprimitur. Fructuosus per ædificationem: adeo quippe fuit proximus fructuosus, quod ab omnibus charissimus habebatur, vnde Col. iij. Vacatur ab apostolo charissimus. Saluat inquit vos Lucas medicus charissimus. Tertio habuit sensum piū: quia credidit, & in suo euangelio professus est Deum esse summè potentem, summè sapientem summè bonū. De duobus primis dicit. iij. ca. Stupebant in doctrina eius. quia in potestate erat sermo ipsius. De tertio patet. xviij. ca. Nemo bonus nisi solus Deus. Quarto & vltimò fuit optimè ordinatus quantum ad suum officium, quod fuit scribere euangelium. In hoc autem patet qualiter ibi fuerit ordinatus, quoniam ipsum suū euangelium fulcitur multa veritate: repletur multa vtilitate, decoratur multa venustate, & autenticatur multorum autoritate. Primo namque fulcitur multa veritate, Est autē triplex veritas scilicet vitæ, iustitiæ, &

doctrinæ. Veritas vitæ est adæquatio manus ad linguam. Veritas & iustitiæ, est adæquatio sententiæ ad causam. Veritas doctrinæ est adæquatio rei ad intellectum. Hac triplici veritate ipsum euangelium fulcitur, quia in ipso euangelio hæc triplex veritas edocetur. Ostendit enim Lucas & Christum hanc triplicem veritatem in se habuisse, & alios docuisse. Ostendit autem Christum hanc triplicem veritatem in se habuisse per testimonium aduersariorum: sicut patet Luc. xx. Magister simus quia rectè dicis, & doces. Ecce veritas doctrinæ: & non accipis personam. Ecce veritas iustitiæ: sed in veritate viam Dei doces. Ecce veritas vitæ. Bona enim vita dicitur via Dei. Secundo ostendit in ipso suo euangelio Christum hanc triplicem veritatem docuisse. Primo enim ibidē docetur veritas vitæ quæ consistit in obseruatione mandatorum Dei. Vnde dicitur. x. ca. Diliges dominum Deū tuum & c. Hoc fac & viues. Item. xvij. Interrogauit eum quidam. Magister quid faciendo vitam æternam possideo: & sequitur, mandata nosti. Non occides & c. Secundo veritas doctrinæ. Vnde quibusdam hanc veritatem doctrinæ peruerteribus dicebat. xj. ca. Ve vobis Phariseis qui decimatis, id est decimam prædicatis mentā rutam & omne olus: & preteritis iudicium & charitatem Dei & c. Item ibidē. Ve vobis legisperitis, qui tulistis clauem scientiæ & c. Tertio veritas iustitiæ. Vnde dicitur. xx. c. Reddite ergo quæ Cæsaris sunt Cæsari, & quæ Dei sunt Deo. Item. xix. Veruntamen inimicos meos illos qui noluerunt me regnare super se adducite huc, & interficite ante me. Item. xij. vbi agitur de iudicio, vbi reprobis dicturus est. Discedite à me omnes operarij iniquitatis.

E Secundo eius euangelium repletur multa vtilitate. Vnde & ille qui scripsit medicus fuit: ad designandum quod nobis medicinam vtilissimam propinavit. Est autem triplex medicina: curatiua: præseruatiua: & melioratiua. Hanc triplicem medicinam nobis Lucas in suo euangelio cælestem medicum ostendit propinasse. Medicina autem curatiua est, quæ curat à morbo: & hæc est penitentia, quæ omnes morbos spirituales curat. Hanc medicinam dicit medicum cælestem nobis exhibuisse: cum ait. iij. ca. Sanare contritus corde: prædicare captiuis remissionem, & c. Item. v. ca. Non venit vocare iustos & c. Medicina melioratiua est, quæ sanitatem auget: & hoc est obseruatio consiliorum. Consilia enim hominam meliore & perfectiore faciunt. Hanc medicinam ostendit nobis medicum propinasse. xvij. cum ait. Omnia quæcunque habes, vende: & da pauperibus & c. Item. vj. ca. Ab eo quæ auferit tibi vestimentum & c. Medicina autem præseruatiua est, quæ præseruat à casu: & hæc est visitatio occasionum peccandi; & malorum societatum hanc medicinam ostendit medicum tradidisse: cum ait. xij. capitulo. Attendite à fermento Phariseorum, & c. vbi edocet malorum consortia euitare. Vel potest dici, quod ipsum euangelium multa vtilitate repletur: quoniam in isto virtus omnis sapientiæ continetur. De hoc sic dicit Ambrosius. Lucas omnes sapientiæ virtutes euangelij sui complectitur historia: docuit enim naturalia cum de spiritu sancto dominicam incarnationē extitit

se referauit. Vnde & Dauid naturale docens sapientiam ait. Emitte spiritum tuum, & creabuntur. Item cum docuit tenebras in passione christi factas terram tremuisse: solem radios extraxisse. Docuit moralia: cum in ipsi beatitudinibus mores docuit. Rationalia docuit cum ait. Qui fidelis est in minimo & in magno fidelis est. Sine hac triplici sapientia ipsa fides ipsum mysterium trinitatis esse non potest hoc est naturali rationali & mortali hæc Ambro. Tertio eius euangelium decoratur multa venustate. Eius enim stilus & modus loquendi valde venustus & decorus est. Ad hoc autem, quod aliquis in dictis suis venustatem & decorum teneat, tria sunt necessaria quæ tradit Augustinus. ut placeat, & ut pateat, ut moueat. Ut placeat: debet loqui ornate, ut pateat debet loqui aperte, ut moueat debet loqui cum feruore. Hunc triplicem modum habuit Lucas & in scribendo & in predicando. De duobus primis. ij. Corin. viij. Misimus autem cum illo fratrem glorio. Barnabam vel Lucam. cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias. In hoc quod dicitur, cuius laus est &c. notatur quod locutus est ornate. In hoc dicitur, per omnes ecclesias, notatur quod locutus est aperte quod autem cum feruore locutus sit, patet ex hoc quod cor ardens habuit dicens. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis &c.

F **Q**uarto eius euangelium autenticatur multorum autoritate. Multorum quippe autoritate autenticatum fuit, quoniam à patre fuit præordinatum. Hic. xxxj. Ecce dies veniunt dicit dominus, & feriam domui Israel & domui Iuda sedus nouum, non secundum pactum quod pepigi cum patribus eorum, &c. Sed hoc erit pactum quod feriam cum domo Israel post dies illos dicit dominus dabo legem meam in visceribus eorum &c. Ad litteram loquitur de doctrina euangelij. Secundo à filio corroboratum vnde dicitur in eodem euangelio. xxj. c. Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Tertio à spiritu sancto inspiratum vnde dicit Hiero. in prologo super Lucam. Sancto insignitum spiritu in Achaia partibus hoc scriptum euangelium. Quarto ab angelis præfiguratum. Fuit enim præfiguratum ab illo angelo de quo dicitur Apoc. xiiij. Vidi angelum Dei volentem per medium cæli habentem euangelium æternum. Istud autem euangelium dicitur æternum, quia ab æterno efficienter. i. à christo, qui est æternus de æternis materialiter, ad æterna finaliter, in æternum perpetualiter. Quinto à prophetis prænunciatum. Nam Ezechiel propheta istud euangelium prænunciavit, cum vnus de animalibus faciem vituli habere dixit, per quod euangelium Lucæ signatum est, ut supra dictum est. Item quando dixit Ezech. ij. se vidisse librum, qui erat scriptus intus & foris; & in quo erant scripta lamentum carmè & ve. Per hunc enim librum intelligitur euangelium Lucæ quod est scriptum intus per profundi misterij occultationem, & foris per historiam apertionem. In quo etiam continetur lamentum passionis, & carmè resurrectionis & ve æternæ dationis, sicut patet. xj. vbi multa ve ponuntur. Sexto à virgine referatum. Virgo enim beata omnia in corde suo cõseruabat, & diligenter cõseruabat ut dicitur Lu. ij. v. hæc postmodum scriptoribus referaret, ut dicit glof. ibidem. Omnia quæ de domino vel à domino facta vel dicta cognouit, in memoria

recondebatur, ut cum tempus prædicandæ vel scribendæ incarnationis adueniret, sufficiens vniversa prout essent gesta, posset explicare quærentibus. Vnde etiam Ber. assignas rationem quare angelus beatæ virginis nunciavit conceptum Elizabeth ait. Ideo conceptus Elizabeth nunciatur Mariæ, ut dum nunc saluatoris nunc præcursoris edocetur aduentus rerum tempus & ordinem tenens ipsa postmodum melius scriptoribus ac prædicatoribus euangelij referaret virginitatem que plenè de omnibus à principio cælitus fuit instructa mysterijs. Creditur igitur quod euangelizata eam de multis inquirebant: & ipsa eos certificabat: & specialiter creditur de beato Luca quod ad eam tanquam arcam testamenti recurreret: & ab ea de multis certificatus fuit: præcipue de his quæ sibi soli constabant, sicut de angelica annunciatione & christi natiuitate. Septimo ab apostolis intimatum. Cum verò Lucas non fuerit cum christo in omnibus actibus & miraculis christi, ideo suum euangelium scripsit secundum quod apostoli qui presentes fuerant, sic sibi intimaerunt, & retulerunt, sicut ipse in prologo suo insinuat dicens. Sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderunt & ministri fuerunt sermonis &c. Cum enim dupliciter consueuerit ferri testimonium. scilicet de visis & de auditis, ideo dominus (ut, ait. Aug. duos testes voluit habere de visis. scilicet. Mattheum & Ioannem, & duos de auditis. scilicet. Marcum & Lucam. Et quoniam testimonium quod est de visis firmitus & certius est, quam illud quod est de auditis, ideo ut dicit Aug. duo euangelia quæ sunt de visis ponuntur extrema: & alia duo quæ sunt de auditis, ponuntur media, ut hæc media tanquam infirmiora ab illis extremis quæ sunt certiora, hinc inde fulciantur & roborentur. Octauo à Paulo mirabiliter approbatum. Nam eius euangelium mirabiliter approbat: quando ad confirmationem dictionum suorum Lucæ euangelium educebat, vnde dicit Hiero. in lib. de viris illustribus. Quidam suspicantur quotiescunque Paulus in epistolis suis dicit secundum euangelium meum de luce significare volumine. Eius etiam euangelium mirabiliter approbavit: cum de eo scribit. ij. Corin. viij. Cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias. Legitur in historia Anchiochena quod dicitur. christiani qui erant in Antiochia multis flagitijs se dediderunt, obfessi à multitudine. Thurocorum famæ ac miseria multiplices affligebantur. Sed cum plenè ad dominum per penitentiam fuissent conuersi: apparuit cuidam in ecclesia sanctæ Mariæ de Tripoli vigilanti vir quidam lucidus candidus vestimentis indutus, & cum quæreret quidnam esset, dixit se esse Lucam, qui de Antiochia venerat, vbi dominus militiam cæli & apostolos & martyres conuocauerat, ut pro suis peregrinis pugnarent. Christiani igitur animati omnem Thurocorum exercitum confregerunt.

De sancto Crisanto.



LEGENDA CLIII. A
CRISANTVS filius Polimij viri illustri-
ssimi, dum fidem christi edoctus esset, & à
patre ab idola reuocari non posset: iussit
eum pater in conclaui recludi, & quinque
puellas eidem ut earum seducatur blandi-

tijs, sociari. Qui cum orasset deum, ne à fera pessima carnali. scilicet. concupiscentia superaretur: continuo prædicatæ puellæ somno oppressæ nec potum nec cibum sumere poterant sed eductæ exterius continuo hæc sumebant. Tunc Daria virgo prudentissima deæ Vestæ dicata rogatur, ut ad Crisantum introeat: & eum dijs & patri restituat. Qua ingressa & à Crisanto de pompa vestium reprehensa respondit: se non propter pompam: sed vt dijs & patri eum lucrificaret sic indutam. Cum Crisantus iterum eam reprehenderet, cur pro dijs illos colleret, quos autores ipsorum flagitiosos semper viros & impudicas fœminas affirmaret. Respondit Daria philosophos per nomina hominum elemata sanxisse. Cui Crisantus. Si vnus terræ vt Deum veneretur, & alter vt rusticus aret: plus rustico quam veneranti exhibere probatur: & de mari & alijs similiter. Tunc Crisantus & Daria ab eo conuersa sancti spiritus copula vniti, & carnale matrimonium simulantes ad Christum plurimos conuertebant. Nam & Claudium tribunum, qui prius eius tortor fuerat, cum vxore & eius filijs & pluribus alijs militibus ad fidem conuertunt. Crisantus igitur iussu Numeriani in fetidissimum carcerem recluditur. Sed fœtor in odore in sua visum commutatur. Daria autem lupanari traditur: sed leo ab amphiteatro fugiens ostiarum lupanaris efficitur. Mittitur igitur quidam vt virginem corumpat, sed à leone capitur: & quasi inueniens à sancta quid de captiuo fieri iubeat, sciscitatur, que præcepit necum laderet, sed ad se venire permetteret. Qui mox conuersus per urbem currit, & Dariam Deam esse clamare cepit. Mittuntur igitur venatores vt leonem capiant: sed omnes à leone capiuntur: & ante pedes virginis ponuntur: & ab ea conuertuntur. Tunc præfectus copiosum ignem iussit in introitu cellæ mitti: vt leo cum Daria comburatur. Quod leo considerans timuit, & rugiens à virgine licentiam accepit, vt nullum lædens quo vellet, abiret. Cum ergo Crisanto præfectus & Daria diuersa poenarum supplicia irrogaret, & nequaquam lædi valerent, tandem inuolati coniuges in foueam deponuntur, & terra & lapidibus obruti Christo martyres consecrantur. Tempore Carri Narbonensis episcopi, qui cepit anno domini. ccc. Horum solemnitas hic celebrius recolitur.

De vndecim milibus virginum.

LEGENDA CLIII. A



VND ECIM milium virginum passio hoc ordine celebrata fuit. In Britannia nãque rex Christianissimus quidam fuit, nomine Nothus vel Maurus, qui quandam filiam nomine Vrsulam generauit. Hæc mirabili honestate morum sapientia & pulcritudine pollebat: ita quod eius fama vbiq; volabat. Rex autem Angliæ cum nimis prepotens esset, & multas nationes suo impio subiugasset, audita huius virginis fama beatam se per omnia fatebat, si prædicta virgo suorum nigeni copularetur. Iuuenis etiam ad hoc plurimum estuabat. Mittunt igitur solennes nuncios ad patrem virginis magnis promissionibus & blanditijs, magnas adijcietes minas, si ad dominum suum vacui reuertantur. Rex

autem cepit plurimum anxari, tum quia christi fide insignitæ cultori idolorum tradere indignum duceret: tum quia ipsam nullatenus cõsentire cognosceret, tum quia ipsa regis ferocitatem plurimum formidaret. Ipsa autem diuinitus inspirata patri suauiter, vt prædicto regi assensum præberet, ea tamen conditione proposita, vt ipse rex cum patre decem virgines electissimas sibi ad solatium traderet, & tam sibi quàm alijs mille virgines assignaret, & comparatis trieribus inducias triennij sibi daret ad dedicationem suæ virginittatis: & ipse iuuenis baptizatus in his tribus annis in fide instrueretur. Sapienter quidem vnus cõsilio, vt aut difficultate propositæ conditionis animum eius ab hoc auerteret: aut hac opportunitate prædictas virgines secum Deo dedicaret. At iuuenis libenter hac conditione accepta apud patrem institit: & protinus baptizatus accelerari cuncta quæ beata virgo præceperat, imperauit. Pater autem puellæ ordinauit quod filia sua quam valde diligebat, viros quorum solatio tam ipsa quàm eius exercitus indigebat i comitatu suo haberet. Vndique igitur virgines conflunt, vndique viri ad tam grandæ spectaculum currunt. Nam multi episcopi ad eas confluerunt, vt secum pergerent, inter quos fuit Pantulus Basilienensis episcopus, qui eas vsque Romam perduxit: & inde reuersus cum eis martyrium suscepit.

B **S**ancta quoque Gerarsina regina Sicilia, quæ virum suum regem crudelissimum quasi de lupo fecerat agnum, soror Matrysj episcopi & Daria matris sanctæ Vrsulæ, cum eidem pater sanctæ Vrsulæ secretum per literas intimasset, continuo inspirante Deo cum quatuor filiabus suis Babila, Iuliana, Victoria, & Aurea, & paruulo suo Adriano, qui amorem sororum suarum vitro se peregrinationi ingessit, relicto regno in manu vnus filij sui vsque in britanniã nauigauit. Cuius consilio virgines de diuersis regnis colligebantur & earum semper duxtrix existens cum eis tandem martyrium passa est. Iuxta conditionem igitur virginibus trieribus & sumptibus præparatis commilitronibus suis regina secreta reuelat, & in nouam militiam omnes coniurant. Nam modo belli præludia inchoant, modo currunt, modo discurrunt. Interdum belli causa plerumque fugam simulant, omnique genere ludorum exercitata: nihil quod animo occurreret, relinquerebant intactum. Aliquando meridia, aliquando vix vespere redibant. Confluebant proceres & primates ad tam grande spectaculum, & omnes admiratione & gaudio replebantur. Tandem cum Vrsula omnes ad fidem virgines conuertisset, sub vnus diei spacio flante prospero vento ad portum Gallia quæ Tiella dicitur, & inde colonia deuenit, vbi Vrsulæ angelus domini apparuit, & prædixit eas illuc integro numero reuerfuras, & coronas ibidem martyrij percepturas. Inde igitur ad angeli monitionem Romam tendentes ad urbem Basileam applicuerunt, & ibidem relictis nauibus Romam pedestres venerunt. Ad quam aduentum papa cyriacus valde gauisus, cum ipse de Britannia oriundus esset: & multas ibidem inter eas cõsanguineas haberet, cum omni clero ipsas summo cum honore suscepit. In ipsa autem nocte papæ diuinitus reuelatur, eum cum ipsis virginibus palmam martyrij percepturum. Quod apud se celans mul-

tas ex ipsis quæ adhuc baptizata non fuerant, baptizavit. Verum cum opportunum tempus videret, & anno vno & .xj. hebdomada post Petri ecclesiam. .xix. rexisset: in conuentu omnium propositum suum indicavit, & coram omnibus & dignitati & officio resignavit. Sed cum omnes reclamarent, & maxime cardinales, qui eum delirare putabant, eo quod relicta pontificatus gloria post quasdam mulierculas fatuas ire vellet. Ille nullatenus acquiescens quendam virum sanctum qui Ametos dictus est, loco sui in pontificem ordinavit. Et quia sedem apostolicam inuito clero reliquit: nomen eius de cathalogo pontificum idem clerus abstraxit: omnemque gratiam quam sacer ille virginum chorus in curia Romana habuerat, à tempore illo amisit: duo autem iniqui principes Romanæ militiæ. scilicet Maximus & Africanus videntes magnam virginum multitudinem: & quod multi multæque ad eas confluerent: timuerunt ne per eas nimis cresceret religio christiana. Quapropter iter earum diligentius explorantes miserunt ad Iulium cognatum suum principem gentis Hunorum, ut educto contra eas exercitu ipsas cum christiane essent, dum venirent Coloniæ cruciaderent. Beatus igitur Ciriacus cum illa nobili virginum multitudine de vrbe egressus est. Secur⁹ est autem ipsum Vincentius presbyter cardinalis & Iacobus, qui de Britannia patria sua in Antiochiam profectus archiepiscopus dignitatem. vij. annis ibidem tenuit. qui cum papam tunc temporis visitasset: & iam vrbe egressus de virginum aduentu audisset: concitus rediit, & trineris ac passionis se eis socium fecit. Mauricius quoque Leucanæ vrbis episcopus auunculus Babile & Iulianæ necnon & Solarius Lucensis episcopus & Sulpitius Rauennensis episcopus, qui tunc Romam aduenierat prædictis virginibus adhaerens. Ethereus quoque sponsus beatæ Virsulæ manens in Britannia per visionem angelicam à domino admonetur, ut matrem suam hortaretur fieri christianam. Nam pater primo anno quo christianus factus fuerat, mortuus est, & filius eius Ethereus eidem in regno successit. Cum autem sacræ virginis cum prædictis episcopis à Roma redirent, Ethereus à domino admonetur, ut protinus surgens sponsæ suæ occurrat, ut eam in Colonia martyrii palam accipiat. Qui diuini motus acquiescens matrem suam baptizari fecit, & cum ipsa & sorore sua paruula Florentina iam christiana necnon & Clemente episcopo ipsas virginibus obuians se ad martyrium sociavit eisdem. Marcus quoque episcopus Græciæ & nepris sua, Constantia filia Dorothei regis Constantinopolitani: quæ nubens cuidam adulescenti filio cuiusdam regis: sed ante nuptias morte præuento virginitatē suam domino vouit, per visionem admoniti Romam venerunt: & prædictis episcopis, virginibus ad martyrium se iunxerunt. Omnes igitur virginis cum prædictis episcopis, Coloniæ redierunt: & ipsam iam ab Hunis oblectam inuenerunt. Quas barbari videntes super eas cum clamore nimio irruerunt: & quasi lupi ferientes in oues totam illam multitudinem occiderunt. Cum autem ad beatam Virsulam ceteris iugulatis venissent, videns princeps eius miram pulchritudinem, obstupuit, & consolans eam super necem virginum promisit, quod eam sibi in coniugem copularer. Sed cum hoc illa penitus respuisset, illi contemptum

se videns directa sagitta eam transfixit, & sic illa mirum consummauit.

¶ Quædam autem virgo nomine Cordula timore perterrita in naui nocte illa se abscondit. Sed in crastinum sponte mori se offerens martyrii coronam suscepit. Sed cum eius festum non fieret: eo quod cum alijs passa non esset, ipsa post longum tempus euidam tediuse apparuit, præcipiens vltimæ die à festo virginum eius quoque solemnitas recolatur. Passi sunt autem anno domini. cccxxvij. Ratio autem temporis vixit hinc: placet non sustineri, quod hæc tali tempore sint peracta. Sicilia enim tunc non erat: regnum nec Constantinopolis, cum hic fuisse dicitur, cum virginibus harum reginas. Verius creditur, quod diu post Constantinum imperatorem cum Huni & Gothi sequebantur, tale sit martyrium celebratum tempore scilicet Martiani imperatoris, ut in quadam chronica legitur, qui regnavit anno domini. cccclij. Abbas quidam ab abbatisa Coloniæ corpus vnius virginum impetrauit, promittens quod ipsum in capta argentea in sua ecclesia collocaret. Sed cum per annum integrum super altare eam in capsa lignea tenuisset, quadam nocte dum abbas ipsius monasterii cum suo conuentu matutinas caneret. Virgo illa corporaliter desuper altari descendit, & ante altare reuerenter inclinans per medium chorum videntibus monachis & stupentibus inde recessit. Abbas igitur ad capam currentem: & vnicuique ipsam inueniens Coloniæ properauit, & abbatissæ rei ordinem intimauit. Pergensque ad locum vnde illud corpus sumperant, illud ibidem inuenerunt. Cum abbas veniam petens illud vel aliud peteret: ceteris illam promittens capam præciosam citius se facturum, nullatenus impetrauit. Religiosus quidam cum has virgines in deuotione multa haberet, quædam die dum grauitur infirmaretur, vidit quadam virginem pulcherrimam sibi apparentem, & si se cognosceret inquirante. Qui cum ad eius visionem miraretur: & se nequaquam ipsam cognoscere fateretur, illa ait. Ego sum vna virginum erga quas tantum habes deuotionis affectum. Et vnde mercedem accipias: si amore & honore nostri vndecies milies orationem dominicam dixeris: in hora mortis in protectionem & solatium nos habebis. Quæ disparentem ille quam citius potuit hæc impleuit: statimque vocato abbate inungi se fecit. Qui cum inueneretur subito exclamavit ut se regerent: & venientibus sacris virginibus locum darent. Quem cum abbas quid esset interrogaret: & ille promissionem virginis sibi per ordinem enarrasset: recedentibus cunctis & populo post redeuntibus, ipsum migrasse ad dominum inuenerunt.

¶ De sanctis Simone & Iuda apostolis.

SIMON interpretatur obediens, vel penitentia. Hic habuit duplex cognomen. Dicitur enim Simon zelotes, & Simon Chananæus, à cana vico galilee, vbi dominus aquam in vinum mutauit, & idem est zelotes quod chananæus. Chana enim zelus interpretatur. Habuit igitur obedientiam præceptorum per executionem: tristitiam afflictorum per compassionem, zelum animarum per constantem seruitutem. **¶** Iudas autem interpretatur confitens vel gloriosus, vel iubilans.

SIMON Chananæus & Iudas, qui et Thadeus fratres fuerunt Iacobi minoris, & filij marie Cleopha: quæ alpheo nupta fuit. Iudas verò ad Abagarum regem Edissæ à Thoma missus fuit post ascensionem domini. Legitur enim in historia ecclesiastica quod prædictus rex Abagarus domino nostro Iesu Christo in hunc modum epistolam destinauit. Abagarus rex Eucharice filius Iesu saluatori bono, qui apparuit in locis Hierosolymorum salutem. Auditum est mihi de te & sanitate quas facis, quod sine medicamento aut herbis fiat ista per te, & quod verbo facis cæcos videre, claudos ambulare, leprosos mundari, & mortuos reuiuiscere: Quibus omnibus auditis de te statui in animo meo vnum esse & duobus: aut quia tu sis deus & descendens de celo: ut hæc facias, aut quod filius Dei sis: qui hoc facis. Propterea ego scribens rogauerim te: ut digneris fatigari vsque ad me, & egritudinem meam qua diu laboravi, curare. Nam & illud comperi quod Iudæi murmurant aduersum te: & volunt insidiari tibi. Vesi ergo ad me quia est mihi parua ciuitas: sed hoc in hanc verba sibi respondit. Beatus es, qui credidisti in me, cum ipse non videris me. Scriptum est enim de me: quia hi qui me non vident, credent, & hi qui me vident, non credent. De eo autem quod scripsisti ad me: ut veniam ad te, oportet me hæc omnia complere, propter quæ missus sum, & postea me recipi ab eo, à quo missus sum. Cum ergo assumptus fuero, aliquem de discipulis meis mittam ad te: ut curet te, & viuificet te. Hæc in historia eccle. Videns autem Abagarus quod præsentia Iesu Christum videre non posset, secundum quod in quadam antiqua historia inuenitur: sicut Ioannes Damascus. in lib. iij. testatur, pictorem quandam ad Iesum misit, ut domini imaginem figuraret, ut discipulum saltem per imaginem conspiceret, quem in facie videre non poterat. Sed cum ad eum pictor venisset, propter nimium fulgorem, qui ab eius facie procedebat, in eius facie clare nequebat videre, vel in tendere, nec ipsam ut sibi iustum fuerat, figurare.

LEGENDA CLV. A

SIMON Chananæus & Iudas, qui et Thadeus fratres fuerunt Iacobi minoris, & filij marie Cleopha: quæ alpheo nupta fuit. Iudas verò ad Abagarum regem Edissæ à Thoma missus fuit post ascensionem domini. Legitur enim in historia ecclesiastica quod prædictus rex Abagarus domino nostro Iesu Christo in hunc modum epistolam destinauit. Abagarus rex Eucharice filius Iesu saluatori bono, qui apparuit in locis Hierosolymorum salutem. Auditum est mihi de te & sanitate quas facis, quod sine medicamento aut herbis fiat ista per te, & quod verbo facis cæcos videre, claudos ambulare, leprosos mundari, & mortuos reuiuiscere: Quibus omnibus auditis de te statui in animo meo vnum esse & duobus: aut quia tu sis deus & descendens de celo: ut hæc facias, aut quod filius Dei sis: qui hoc facis. Propterea ego scribens rogauerim te: ut digneris fatigari vsque ad me, & egritudinem meam qua diu laboravi, curare. Nam & illud comperi quod Iudæi murmurant aduersum te: & volunt insidiari tibi. Vesi ergo ad me quia est mihi parua ciuitas: sed hoc in hanc verba sibi respondit. Beatus es, qui credidisti in me, cum ipse non videris me. Scriptum est enim de me: quia hi qui me non vident, credent, & hi qui me vident, non credent. De eo autem quod scripsisti ad me: ut veniam ad te, oportet me hæc omnia complere, propter quæ missus sum, & postea me recipi ab eo, à quo missus sum. Cum ergo assumptus fuero, aliquem de discipulis meis mittam ad te: ut curet te, & viuificet te. Hæc in historia eccle. Videns autem Abagarus quod præsentia Iesu Christum videre non posset, secundum quod in quadam antiqua historia inuenitur: sicut Ioannes Damascus. in lib. iij. testatur, pictorem quandam ad Iesum misit, ut domini imaginem figuraret, ut discipulum saltem per imaginem conspiceret, quem in facie videre non poterat. Sed cum ad eum pictor venisset, propter nimium fulgorem, qui ab eius facie procedebat, in eius facie clare nequebat videre, vel in tendere, nec ipsam ut sibi iustum fuerat, figurare.

Quod cernens dominus vestimentum ligneum ipsius pictoris accipiens, & super faciem suam imponens, sibi ipsius imaginem eidem impressit: ac desideranti regi Abagarus destinauit. Cuiusmodi autem imaginis dominus fuerit in eadem antiqua historia legitur, sicut idem Ioannes Damascus testatur. Fuit enim: ut ibi dem dicitur, bene superciliatus, longum vultum habuit, & fuit acclius quod signum maturitatis fuit.

¶ Illa autem epistola domini nostri Iesu Christi tantæ virtutis esse dicitur, ut in illa ciuitate Edissa nullus hereticus vel paganus viuere valeat: nec tyrannus aliquis eidem nocere præsumat. Nam si aliquando gens aliqua armata manu contra illam ciuitatem inuaderet: infans aliquis super portam stans epistolam illam legit, & ea die hostes aut terribi fugiunt: pacati cum eis componunt, sicut fertur olim fuisse adimpletum. Sed postmodum ciuitas à Sarracenis capta fuit & prophanata sublato beneficio, propter abudantiam peccatorum in oriente vndique patefactam. Postquam verò dominus assumptus est, ut in historia ecclesiastica legitur misit Thomas apostolum Thadeum, qui & Iudas dictus est ad Abagarum regem (secundum Dei promissionem. Qui cum ad eum venisset, & se discipulum Iesu sibi promissum dixisset, vidit Abagarus in vultu Thadei quendam mirum & diuinum splendorem. Quo viso stupefactus & territus dominum adorauit, dicens. Verè discipulus es Iesu filij Dei, qui mihi dixerat. Mittam aliquem ad te de discipulis meis, qui te curet, & ibi vitam præstet. Cui Thadeus. Si in Dei filium credideris, omnia tui cordis desideria obtinebis. Cui Abagarus. Credo verè, & Iudas: qui cum crucifixus esset, libenter cruciaderem: si mihi possibilitas adesset, & nequaquam Romanorum autoritas impediret. Cum igitur Abagarus (vtrum in aliquibus libris legitur) leprosus esset Thadeus epistolam saluatoris accepit, & de ea eius faciem confricauit: & statim plenam sanitatem recepit. Iudas autem postea in Mesopotamia & Pontico prædicauit. Simon verò in egypto. Deinde in Persidem ambo venerunt, & ibi dem duos magos zaronem & Arphaxat, quos Mattheus de Ethiopia fugauerat, inuenerunt. Tunc Baradach dux regis Babyloniae contra Indos ad prælium profecturus nullum à dijs suis potuit habere responsum. Pergentes autem ad phanum proximam ciuitatis ibidem habuerunt responsum: quod propter apostolos, qui venerunt, dijs respondere non possent. Tunc dux eos inquiri fecit, & inuentos quinam essent, vel quare uenissent, inquisiuit. Qui responderunt. Si genus quæris. Hebræi sumus. Si conditionem: seruos Iesu Christi nos esse fatemur. Si causam salutis vestrae causa huc venimus. Quibus dux respondit. Cum scilicet reuersus fuero, audiam vos, Cui apostoli. Modo magis congruum est te cognoscere illum, cuius ope vincere possis, vel certe rebelles pacatissimos inuenire. Quibus dux. Dijs nostris potentiores vos video, finem belli nobis rogo prædicite. Cui apostoli: ut deos tuos mendaces esse cognoscas, iubemus: illos ad quæsitam dare responsa, ut dum dixerint, quæ ignorant, probemus eos per omnia esse mentitos. Tunc Phatatici grande bellum dixerunt futurum, & multum populum hincinde prælio ruiturum. Tunc apostoli ridere coeperunt. Dixit eis dux. Me timor inuasit, & vos

ridetis. Cui apostoli. Noli timere: quia pax huc nobiscum intravit: & cras hora diei tertia legati Indoromad te venient: & tuæ se præti cum pace subijcient. Tunc pontifices risum etiã leuauerunt: & duci dixerunt. Ad hoc isti securi te reddere volunt: vt dū incautus fueris, ab aduersarijs occuperis. Cui apostoli. Non diximus tibi expecta vnū mensem, sed vnū diē, & cras in pace victor exites. Tūc dux vtrofque custodiri fecit: vt rex rei exitu veraces honorentur, & mendaces pro crimine punirentur. Cū ergo in crastinū quod apostoli prædixerunt, euenisset, & dux incendere voluisset pontifices, prohibuerunt apostoli ne hoc fieret, cū ipsi nō viuētes occidere: sed mortuos viuificare missi essēt.

C Tunc dux valde miratus, quia eos occidi nō permitterent, & quia de bonis eorum aliqua recipere nolent: eos ad regem duxit, di. Isti rex sunt dii latentes in effigie hominū. Cūque sibi omnia presentibus prædictis magis narrasset, zelo inuidiæ magi cōmoti dixerunt eos malignos esse, & contra regnum subtiliter cogitare. Dixit eis dux. Si auderis, cum eis confugite. Cui magi. Si vis videre, quia nobis presentibus loqui non poterūt, veniant huc viri eloquentissimi, & si coram nobis ausi loqui fuerint, nos per omnia imperitos probabis. Cū autem plurimi aduocati adducti fuissent, continuo corā magis ita muti facti sunt, vt nec nutibus quod loqui nō poterāt, indicaret. Dixerunt que magi ad regem. Vt scias nos Deos esse, permittemus eos loqui, sed ambulare non posse. Iterique reddemus eis gressum: sed faciemus eos apertis oculis nil videre. Qui cū hæc omnia fecissent: dux aduocatos illos turpiter confusos ad apostolos duxit: quos cū aduocati pannosos vidissent: eos in animo cōreperunt. Quibus Simō. Sæpe euenit vt intra scrinia aurea & gemmata, vilia queque habeantur inclusa, & intra vilissimas & ligneas capsas sint gemarū monilia preciosa composita. Quicumque ergo alicuius rei cupit esse possessor: non magnopere gestatorum, sed ipsū quod gestatur expectat. Promittite igitur vos ad idolorum culturā dīcedere, & solum Deū inuisibilem adorare, & nos signum crucis in frontibus vestris faciemus, & magos confutare poteritis. Quod cum fecissent, & in frontibus eorū consignati essent, ad regem coram magis iterū ingressi sunt, & cū a magis superari non possent, imō ipsi corā omnibus insultarent, irati magi multitudinē serpentū aduenire fecerūt. Statimque ad iussum regis venientes apostoli pallia sua de serpentibus impleuerūt, & in magos proiecerūt, dicētes. In nomine dñi nō moriemini, sed a serpentibus lacerati dolorū vestrorū mugitus dabit. Cū ergo serpentes carnes eorum comederent: & ipsi tāquam lupi ulularent: rex & cæteri rogabant apostolos, vt eos a serpentibus occidi permitterēt. Quibus apostoli responderūt. Nos missi sumus reducere de morte ad vitā nō a vita præcipitare in mortem. Et facta oratione iusserūt serpentibus, vt omne venentū quod infunderent: reuocaret, & postmodum ad loca solitaria redirent. Maiores autem cruciatus magi sentierunt: cū venena serpentes retraherent, quā cū ante carnes comederēt. Quibus apostoli dixerūt. Tribus diebus dolores sentietis, tertia verò die sani eritis, vt vel sic a vestra maliciā recedatis. Cū ergo tribus diebus sine cibo & potu ac somno dolorib⁹ nimio cruciati mansissent, apostoli venien-

tes ad eos dixerunt. Non dignatur dominus habere coacta seruitia: ideoque surgite sani, & abite habitabentes liberam facultatem faciendū quod vultis. Illi autem in malicia perdurantes ab eis fugerunt, & pedit contra eos totam Babyloniam cōmouerunt. Post hoc filia cuiusdam ducis ex fornicatione concepit: & filij parturientes quēdam sanctū Diaconum insamauit: quod eam violauerit, & ex ipso conceperit. Cū autem parentes diaconum occidere vellent, apostoli adueniunt, & quando puer natus sit, requirunt. Qui responderūt. Hodie hora prima diei. Dixerūtque apostoli. Infans huc adducite: & diaconum quem accusatis: huc etiam producite. Quod cū factum esset apostoli. Infans dixerunt. Dic infans in nomine domini: si iste diaconus hæc præsumpsit. Ad hoc infans. Iste inquit diaconus & castus & sanctus est, nec vnquā carnem suam coinquauit. Cū autem parentes puellæ instarent vt apostoli quærerent quis auctor huius sceleris fuisset: responderunt apostoli. Nos innocentes absolueret decet nocentes prodere non decet. Tunc etiam temporis cōtigit, vt duæ tigrides ferocissimæ quæ in singulis carceribus clausæ erant, fugerent, & omnes qui sibi occurrerent deuorarent. Tunc apostoli ad eas venerunt, & in nomine domini eas velut oues mansuetas fecerunt. Volentibus autem apostolis ab inde dīcedere, rogati per annum & tres menses ibidem permanerunt. In quo spacio plusquam. lx. milia hominum exceptis paruulis cum rege & principibus baptizati sunt.

D Prædicti autem magi ad quandā ciuitatem nomine Sanniri, vbi erant. lxx. idolorum pontifices venerunt, & eos contra apostolos concitauerunt: vt cum illuc venirent: aut eos sacrificare compellerent, aut penitus necarent. Perlustrata igitur vniuersa provincia cū apostoli ad prædictam ciuitatem venissent, ecce prædicti pontifices cum vniuerso populo eos capiunt, & ad templum solis deducunt. Dæmones autem per energuminos clamare cæperunt. Quid nobis & vobis apostoli Dei viui. Ecce in ingressu vestro flammis exurimur. Tunc angelus Dei eis apparet dicit. Vos de duobus eligite. Aut horum repentinum interitum, aut vestrum martyrium. Cui apostoli. Adquæda est Dei misericordia: vt & istos conuertat, & nos ad palmam martyrij perducat. Facto autem silentio apostoli dixerunt. Vt sciatis quod hæc, idola dæmonibus plena sunt. Ecce eis imperamus, vt exeant, & singuli simulacra sua confringant. Statimque duo Ethio pes nigri & nudis cunctis stupentibus de simulacris exierunt, & confractis illis cum diris vocibus abscellerunt. Quod videntes pontifices in apostolos iruerunt, & eos protinus trucidauerunt. In ipsa autem hora cum nimia esset cæli serenitas, tanta fulgura exierunt, vt templum ipsum tripartitè scinderetur, & illuduo magi in carbonibus ignis fulguris vertebantur. Rex autem corpora apostolorum ad urbem suam transtulit, & in honorem eorum ecclesiam miræ magnitudinis fabricauit. De sancto autem Simone in pluribus locis inuenitur, quod crucis patibulo sit affixus. Quod etiam Isido. in lib. de obitu apostolorū, & Eusebius in historia eccle. & Beda super actus. Et magister Io. Belet in summa sua testantur. Cum enim vt auiant in ægypto prædicasset. Hierosolymam redijt, & post mortem Iacobi minoris in episcopum Hierosolymam

tantum ab apostolis vnanimiter est electus: ante mortem suam. xx. mortuos suscitasse narratur. vnde canitar de eo. Tredenos mortuos suscitasse: meritos humanæ vitæ reddidit. Cum autem ecclesiam Hierosolymitanam per annos multos rexisset, & cccx. annū ageret, tempore Traiani imperatoris cum Articus consularis Hierosolymis haberetur, ab eo capitur, & iniurijs multis afficitur. Ad vltimum in cruce affligi iussit omnibus qui aderant & ipso iudice mirantibus, vt cxx. annorum senex crucis supplicium pertulisset. Nō nulli verò dicunt: sicut est rei veritas, quod non fuit iste Simon: qui crucis martyrium pertulit, & qui episcopus Hierosolymitanus fuit, sed fuit alius Cleophe fratris Ioseph, quod etiam Eusebius Cesarie. episcopus in sua chronica testatur. Idem dicunt Isido. & Beda in suis chronicis. Nam Isido. & Euse. quæ prius dixerunt: postmodum in suis chronicis correxerunt: quod patet per Bedam: qui se hoc sensisse redarguit in retractationibus suis. Vsuarius quoque in suo martirio logio idem testatur.

De sancto Quintino.

LEGENDA CLVI.

QUINTINVS genere nobilis & ciuis Romanus ad urbem Ambianū veniens, & multa miracula faciens iussu Maximiani a præfecto urbis capitur: & vsque ad defectum cædentium verberatus carceri mancipatur. sed soluente eum angelo in mediā urbē iuit, & ibi populo prædicauit. Vnde iterū captus, & in eculeo vsq; ad corruptionem venarum distentus: nervis quoque crudis durissime cæsus oleum piecem & adipen feruentissimū tolerauit. Et cū præfidē derideret: iratus calcem acetū & sinapium in os ei⁹ proiecit. Sed cum adhuc immobilis permaneret, & apud Veromandum adductus fuisset: duos clauos a capite vsque ad crura: & decem inter vngulas & carnē præses insigētes tandem eum decollari fecit. Cuius corpus in flumē pietum, cū per annos. lv. latuisset: a quadam matrona nobili Romana taliter repertum est. Nam cum assidue orationi vacaret: nocte ab angelo monita ad castrum Veromandum properare iubetur: vt in tali loco corpus incorruptum sancti Quintini requireret: & honorifice sepeliret. Cū igitur ad prædictum locum cū multo comitatu venisset: & orationem ibidem fundere: corpus sancti Quintini incorruptū & redolens super flumiū protinus enatauit. Quod sepelies pro sepultura beneficio lumen oculorum recepit: & ibidem ædificata ecclesia ad propria remeavit.

De sancto Eustachio.

LEGENDA CLVII.

EVSTACHIVS ante Placidus vocabatur. Hic erat magister militum Traiani imperatoris. Erat autem operibus misericordie valde assiduus, sed tamen idolorū cultui deditus. Habebat autem coniugē eundē ritus & misericordie existentē. Duosque filios procreauit: quos iuxta suā magnificentiam magnifice educari fecit. Et quia operibus, misericordie sedulus

institabat: ad viā veritatis meruit illustrari. Quadam enim die cū venationi insisteret: gregē ceruorum reperit, inter quos vnum ceteris speciosiorē & maiorē cōspexit, qui ab aliorū societate dīcedēs in siluā vastiorē proflijit. Verū alijs militibus circa ceruos reliquos occupatis Placidus hūc toto nisu insequitur, & ipsum capere nitebatur. quē cum totis viribus insequeretur. ceruus tandē super quādā rupis altitudinē conscēdit, & Placidus appropians qualiter capi posset, animo sedulus reuoluebat. Qui cū ceruū diligenter consideraret: vidit inter cornua eius formā sanctæ crucis supra solis claritatem fulgentē, & imaginē Iesu Christi qui per hos cerui (sicut olim per asinā Balaā) sic ei locutus est: dicens. O placide, quid me insequeris. Ego tui gratia in hoc animali tibi apparui. Ego sum Christus: quē tu ignorans colis. Eleemosynę tuę corā me ascēderūt, & ob hoc veni, vt per hūc quē venabaris ceruum, ego quoque te ipsum venarer. Alij tamen dicūt, quod ipsa imago Christi quę iter cornua cerui apparuit, hæc verba protulit. Hęc audiens Placidus nimio timore correptus de equo in terrā procidit, & post vnā horā ad se rediens de terra surrexit, & ait. Reuela mihi quid loqueris, & sic credā in te. Et ait Christus, Ego Placidus sum Christus, qui cæli & terrā creauit, qui lucē oriri feci, & a tenebris diuini, qui tempora & dies & annos constitui, qui hominē de limo terrę formauit, qui propter salutē humani generis in terris in carne apparui, qui crucifixus & sepultus tertia die resurrexi. Hęc audiens Placidus iterū in terrā decidit. ait. Credo domine, quia tu es qui omnia fecisti, & qui errantes cōuertis. Et dixit ad eum dominus. Si credis: vade ad episcopum tuū ciuitatis, & te baptizari facias. Cui Placidus, Vis domine vt hæc eadē vxori meę & filijs meis nunciē, vt & ipsi in te pariter credant? Cui dominus. Renuncia illis, vt & ipsi pariter tecum mudentur. Tu quoque die crastina huc venias, vt tibi rursus appareā, & quæ futura sint tibi plenius pādā. Cum ergo domū venisset: & hæc vxori in lecto renūciasset, exclamauit vxor, eius, dicens. Domine mi, & ego eū tranfacta nocte vidi dicentem mihi. Cras tu & vir tuus, & filij tui ad me venietis. Et nunc cognoui: quoniam ipse est Christus. Perrexerunt igitur ad episcopum Romę medię nocte, qui eos cum magnō gaudio baptizauit: & Placidū Eustachium vocauit: eius vxorem Theospitē: & filios eius, Agapitum & Theospitū. Mane facto Eustachius sicut prius ad venationem processit, & prope locum veniens milites suos quasi sub obtentu inuestigandæ venationis dispersit. Stāque in loco formam primę visionis aspexit: cadensque in faciem suam, dixit. Supplico tibi domine, vt manifestes, que promiseras seruo tuo. Cui dominus. Beatus es Eustachius, qui accipisti lauacrū gratiæ meę: quia modo diabolum superasti: modo eū, qui te deceperat, conculcasti, modo apparebit fides tua. Diabolus enim ego ipsum dereliqueris, contra te seque armatur. Oportet igitur te multa sustinere, vt accipias coronam victoriæ. Oportet te multa pati vt de alta seculi vanitate humeris, & rursus in spiritualibus diuitijs exalteris. Tu ergo ne deficias: nec ad gloriam pristinā respicias: quia per tentationes oportet te alterum Iob demonstrari. Sed cū humiliatus fueris, veniā ad te: & in gloriam pristinā restitua te. Dic ergo si modo tentationes vis accipere:

aut sine vitæ. Dixi ei Eusta. Domine si ita fieri oportet, modo nobis accide tentationes iube, sed virtutem patientiæ tribue. Cui dominus. Constans esto: quia gratia mea custodiet animas vestras. Sicque dominus in cælum ascendit, & Eustachius domum rediēs hęc vxo-ri suæ nunciavit.

B Post paucos igitur dies mors pestifera cunctos ser-
nos & ancillas ipsius inuastit: & vniuersos occidit. De-
inde post aliquod tēpus omnes equi & omnia eius pe-
cora subito interierunt. Quidam autē scelesti eius de-
predationē videntes: & per noctē in domū eius irruē-
tes, cuncta quæ repererunt asportauerunt: & domū totā
auro & argento & rebus alijs spoliarunt. Et ipse cum
vxo-re sua filijs gratias agens nocte nudus aufugit.
Qui ruborem verentes egiptum pergebant. Tota iue-
eius possessio per rapinam malorum ad nihilū est re-
ducta. Rex autem totūque senatus pro magistro mili-
tium tā strenuo multū dolebant, eo quod de eo nul-
lum indicium reperire poterant. Cum autem iter age-
rent, appropinquauerunt mari, & inuentis nauem
super eam nauigare cœperunt. Vidēs autem dominus
nauis vxorē Eustachij quod pulchra esset nimis, in sam
plurimū habere desideravit. Cum verō trāsfretassent,
nauilū ab eo exiebat. Nō habentibus verō illis vnde
soluerent, iussit pro nauis detineri vxorem, volēs illā
secū habere. Quod vt Eustachius audiuit, nullatenus
assentire voluit. diu verō eo contradicente inuuit do-
minus nauis suis, vt eum in mari præcipitarent: vt
sc vxorē suam habere possent. Quod cum Eustachius
comperisset: vxorem eis tristis reliquit, & duos infan-
tes accipiens in gemiscens ibat & dicebat. Ve mihi &
vobis: quia mater vestra alienigenę marito tradita est
Perueniensque ad quendam fluuiū propter aquarū abū-
dantiā nō est ausus cum duobus filijs fluuiū pertrāsire, sed
vno circa ripā fluminis relicto alterū transportabat.
Qui cū fluuiū transtulisset, illū infantem quem baiu-
lauerat super terrā posuit, & ad accipiendum aliū festi-
nauit. Cum autē circa mediū fluminis peruenisset: ec-
ce lupus concitus venit, & infantem quē deposuerat,
rapiens in siluā aufugit. Qui de eo desperans ad aliū
festinavit. Sed cū abiret: leo venit & aliū filiū rapiens
abijt. Vnde consequi non valens, cum esset in medio
fluminis cœpit plangere, & capillos suos euellere, vo-
lens se in aquā projicere, nisi eū diuina prouidentia cō-
tinuisset. Pastores autem vidēs leonē puerū viuum
portare eum cum canibus insecuti sunt. Secūdū diuinā
autē dispensationē leo puerū illesum abijciens recessit.
Quidam insuper aratores post lupū inclamantes,
aliū puerū de eius faucibus incolumē liberarūt. Vtri-
quæ verō. s. pastores & aratores de vno vico fuerūt, &
penes se pueros nutrierūt. Hoc verō Eustachius nescie-
bat: sed merens acplorans ibat: dicens. Heu mihi, quia
ante vt arbor pollebā: sed modo penit' sum nudatus.
Heu me, quia multitudine militū circumdari solebā:
sed nūc solus remanens nec filios concessus sum habe-
re. Memini domine te mihi dixisse, quia oportet te te-
tari sicut Iob. Sed ecce plus aliquid in me fieri video.
Ille enim & si possessionibus nudatus fuerit, tamē ster-
cus habuit, super quō sedere potuit: mihi autē nil hor-
rū remāsit. Ille amicos sibi cōpatientes habuit: ego im-
mites feras habui: quæ meos filios rapuerūt. Illi vxorē
reliquit, a me verō ablata. Da requiē domine tribu-

lationibus meis, & pone custodiam ori meo. Ne deici-
net cor meum in verba malitiæ, & eiciat a facie tua.
Et hęc dicens cum lachrymis ad quendam vicum abijt,
& data sibi mercede agros illorum hominum per an-
nos. xv. custodiuit. Filij autem eius in altero vico edu-
cati sunt, nec se esse fratres sciebāt. Dominus autē vxorē
Eustachij conseruauit, nec illam ille alienigena cog-
nouit, sed potius eam in actā dimittens vitā finiuit.
C Imperator autē & populus Romanus plurimū
ab hostibus molestabatur. Et recordatus Placidi quā
strenuē contra ipsos hostes sapius dimicasset: de eius
subita mutatione plurimum tristabatur: direxitque
multos milites per diue. sas mundi partes promittere
omnibus: qui eum inuenissent: multas diuitias & ho-
nores. Duo autem ex militibus, qui aliquādo Placido
ministrauerūt, ad ipsum vicū in quo debebat, venerūt.
Quos placidus de agro venire considerans, eos ex in-
cessu protinus recognouit. Et veniens in memoriam
dignitatis suæ prurbari cœpit: ac dicere. Domine sicut
istos qui aliquando mecum fuerunt præter spem vidi
sic da: vt alicubi coniugem meam videre possim. Nam
de filijs scio quod a feris comesti sunt. Venit, autem ad
eū vox dicens. Confide Eustachi, quia cito honorē tuū
recuperabis, & filios & vxorem recipies. Cum igitur
militibus obuiaisset, ipsi eum minime cognouerūt. Cū
que eum salutaissent, quæ fierent sualiquem peregrinū
nomine Placidū cum vxore & duobus filijs cognosce-
ret. Ille autem se nescire professus est. Ad preces tamē
eius in hospicio suo diuerterunt, & Eustachius eis ser-
uiebat. Et recolens pristinū statum suum lachrymas
continere non poterat. Egressus autem foras suam fa-
ciem lauit, & iterum rediens, eis seruiebat. Illi verō cō-
siderantes adinuicem dicebant, quā similitudo est ho-
mo hic quem quærimus. Et respōdēs alter dixit. Val-
de quidem consimilis est. Consideremus igitur: & si ha-
bet signum cicatricis in capite, quod sibi in bello acci-
dit, & si hoc habet, ipse est respicientes & signū viden-
tes ipsum esse quem querebāt, protinus cognouerūt.
Et insipientes & osculantes eum de vxore & filijs eius
fiscitatis sunt. Qui dixit eis, quod filij mortui essent:
& vxor detenta. Vicini autem omnes quasi ad spe-
ctaculum concurrebant: dū milites virtutem eius &
primam gloriam prædicabant. Tunc milites præcep-
tum imperatoris ei exponunt, & optimis indumentis
ipsum induunt. Post verō iter. xv. dierum ad impe-
ratorem deueniunt. Qui eius aduentum audiens pro-
tinus eidem occurrit, & ipsum videns in oscula eius
ruit. Narravit quoque omnibus cuncta quæ sibi per
ordinem acciderant, statimque ad magistrum mili-
tiæ trahitur, & idem quod prius: officium exercere cō-
pellitur. Qui numeratis militibus & paucos contra
tot hostes esse cognoscens, iussit tyrones colligere per
omnes ciuitatis & vicos. Contigit autem illā tertiā
qua filij eius educati sunt describi: vt darentur duos ty-
rones. Vniuersi autem eius ibi incolæ illos duos iuue-
nes tanquā ceteris aptiores magistro militū assigna-
uerunt. Videns verō iuuenes elegantes, & morū hone-
state compositos cū sibi plurimū placuissent, inter pri-
mos conuiuas suos ordinari eosdem. Et sic profectus
ad bellum subiectis hostibus exercitum suum tribus
diebus in quodam loco, vbi vxor sua pauper hospita-
manebat, requiescere fecit. Illi verō adulescentes in-
tabernaculo

tabernaculo matris suæ nutū Dei hospitati sunt: nesci-
entes tamen quod mater sua esset. Et sedentes circa
meridiem & mutuo confabulantes exponebant sibi
inueniē de infantia sua. Mater verō eorū contra sedēs
inueniē de infantia sua. Mater verō eorū contra sedēs
quæ ipsū referēbant attentius audiebat. Dicebat enim
maior minori. Ego dum infans essem nihil aliud reco-
lo, nisi quod pater meus magister militum erat, & ma-
ter mea speciosam me, qui & ipse speciosus valde erat.
Accipietesque nos egressi sunt de domo nocte: in gres-
sive sunt nauē nescio quo euntes. Cum autē de nauē
egredieremur, mater nostra nescio quomodo in nauē
relieta est. Pater verō noster portans nos duos sēs
pergebat. Perueniensque ad quendam fluuiū transiit
cum fratre meo iuniore: & me super ripā fluminis reli-
quit. Cū autē reuerteretur, vt me acciperet, lupus ven-
nit: & illū infantē rapuit: & antequā ad me appropin-
quaret, leo de silua exiens me rapuit & in siluā dedu-
xit. Pastores verō eruerunt me de ore leonis, & nutri-
sum in illa possessione in qua & ipse scis, & nō po-
tui scire quid factū sit de patre meo, neque de infante.
Hæc audiens minor cœpit flere ac dicere. Per Deū vt
audio frater tuus sum ego: quoniā etiā qui me educa-
uerant, hoc dicebat, quoniā de lupo eruius te. Et in
amplexus ruentes osculabantur se inuicē, & fleuerūt.
D Audiens hæc mater eorū & considerans quod eū
tū suū ita feriatum dixissent, diu apud se tractauit, si il-
li filij sui essent. Altera autē die ad magistrū militum
adiijt: & interpellauit eum dicens. Desprecor te domine
vt me ad patriā meā reduci iuberes: ego enim de terra
Romanorū sum, & peregrina hic sum. Et hæc dicēs vi-
dit in eo signa mariti sui. Et eū cognoscens cū se iā cō-
tinere non posset: prociudit ad pedes suos, & ait. Pre-
cor te domine vt exponas mihi pristinā vitā tuā: puto enim
quod tu sis Placidus magister militū, qui alio nomine
diceris Eustachius, quē Placidū saluatore conuertit, qui
talē & talē tērationē sustinuit: & cui vxor quæ ego sū,
in mari ablata fuit, quæ tamen ab omni corruptione
seruata: cumque & duos filios. s. Agapitū & Theopitū
habuit. Hæc audiēs Eustachius & eā diligenter consi-
derans, vxorē suā recognouit, & lachrymatus præ gau-
dio ipsam osculatus est glorificans Deū, qui cōsolatur
afflictos. Tunc dixit ei vxor sua. Domine vbi sunt filij
nostri, & ait. A feris capti sunt. Et exposuit eis quo-
modo perdidit illos. Et illa. Gratias agamus Deo. Pu-
to enim quod quæadmodū Deus donauit nobis vt in-
ueniremus nos inuicem, donabit etiā recognoscere fi-
lios nostros. Et ille. Dixi tibi quod a feris capti sunt.
Et illa. Hæsterna die sedens in orto audiui duos iuue-
nes sic: & sic suā infantiam exposcentes, & credo quod fi-
lij nostri sunt. Interroga igitur ab eis & dicent tibi.
Et conuocās eos Eustachius & audiēs ab eis infantiam
suā, recognouit quod filij sui essent. Et amplectentes
eos ipse & mater super eorū colla plurimū fleuerūt, &
erebius eos osculabantur. Omnis igitur exercitus plu-
rimū gaudebat, & de inuentione eorum & de victoria
magnificē. Cū igitur rediret contigitiā Traianū obijf-
se, & successisse ei peiorē in sceleribus Adriano. Qui
pro victoria obtenta & inuentione vxoris & filiorum
magnificē eos suscepit, & magnū conuiuiū preparauit.
Alter autē die ad templum idolorum processit, vt ibi
sacrificaret pro victoria barbarorum. Videns verō im-

perator quod Eustachius nec pro victoria nec pro in-
uentione suorū sacrificare vellet hortabatur vt sacri-
ficium immolaret. Cui Eustachius. Ego Christū Deū
colo, & illi soli sacrifico. Tunc imperator ira repletus
ipsum cum vxore & filijs in arena statuit, & leonem
ferocem ad eos dimitti fecit. Accurrens verō leo & de-
morsu capite quasi eos adorans, ab eis humiliter recessit.
Tunc imperator bouē æneum incendi fecit: & eos
ibidem viuos immitti mandauit. Orantes igitur sancti
& se domino commendantes bouem intrauerunt,
& ibidem spiritum domino redderunt. Tertia autē
die de boue corā imperatore extracti ita penitus intra-
cti inuenti sunt, quod nec capillos nec quicquid eorū
vapores incendij aliquatenus contigerunt. Christiani
verō eorū corpora tulerunt, & in loco celeberrimo re-
condentes ibidem oratorium construxerūt. Passi sunt
autē sub Adriano, qui cœpit regnare circa annū domi-
ni. cxx. Kalen. Nouemb. Vel secundum quosdam. xij.
Kalen. Octobris.

De omnibus sanctis.

LEGENDA CLVIII. A



MNI VM sanctorum festiuitas quatuor
de causis instituta fuisse videtur. Primo
propter cuiusdam templi dedicationem.
Secundo propter omiflorum suppletio-
nem. Tertio propter negligentiarum ex-
piationem. Quarto propter faciliorem orationum no-
strarum impetrationem. Primo igitur instituta est pro-
pter cuiusdam templi dedicationem. Romani enim cū
vniuerso orbi dominarentur, quoddam templum ma-
ximum construxerunt: in cuius medio suum idolum
collocantes omnium prouinciarum simulachra per-
circuntur statuerunt, respiciendo rectis vultibus ido-
lum Romanorū. Sed quando aliqua prouincia re-
bellaret, continuo (vt aiunt) arte diabolica illius prou-
incia simulachrum idolo Romanorū posteriora vo-
luebat, tanquam inuencus quod ab eius dominio recessit.
Conciti igitur Romani ad illam prouinciam co-
piosum exercitum destinabant, & ipsam dominio suo
subingabant. Verum non sufficit Romanis quod om-
nium prouinciarum simulachra in vrbe sua haberent
quin potius ferē singulis dijs singula templa constru-
erunt, tanquam qui eos cunctarum prouinciarū vic-
tores & dominos effecissent. Sed quia omnia idola tē-
plum ibidē habere non poterant, ad maiore suæ vasa-
niæ ostentationē vñ tēplum cæteris mirabilis & su-
blimius in honorem deorum omnium erexerunt, &
Pantheon, quod sonat toti dij, vocauerūt, a pan quod
est totum, & theos Deus. Pontifices enim idolorū ad
maiore populi deceptionem sinxerunt, quod sibi a si-
belæ (quam omnium deorū matrē vocabant) fuerit
imperatum, vt si de omnibus gentibus vellent victo-
riam obtinere, filijs suis templum magnificum fabri-
carent. Fundamentum autem ipsius templi sphericum
iacitur, vt ex ipsa forma deorum æternitas demonstre-
tur. Sed quia latitudo testudinis insulstabilis videbat
cū supra terram in edificio aliquantulū processissent
totum intus terra replebant simul (vt dicitur) cū terra
denarios iaciētes, & sic fecerunt quousque prædictum
templum est mirabiliter conuictatum: Tunc data li-
centia, vt quicunque terram asportare vellet tota
quā in ipsa terra inuenisset, pecunia sua efficeret: sine

turba properat: & ipsum templum cito euacuat. Denique Romani pinnam æneam & deauratam fabricant, & in summitate collocant. Aiunt quod in hac omnes prouinciæ mirabiliter sculptæ erant. Ita ut quicunque Romam venisset: versus quo esset sua prouincia, scire posset. Hæc autem procedente tempore inde cecidit. Vnde & in prædicto templo in summitate apertura remansit. Tempore igitur Focæ imperatoris cū iandum Roma fidem domini recepisset. Bonifacius papa quartus à magno Gregorio circa annos domini. dcv. prædictum templum à Focæ Cæsare impetrauit, & omnium idolorum eliminata spurcitia, ipsum templum iiii. idus Maij. in honore beate Mariæ & omnium martyrum consecrauit: ac locum sanctæ Mariæ ad martyres appellauit, quæ nunc sancta Maria rotunda. à populo appellatur. Nondum enim confessorum solennia ab ecclesia agebatur. Sed quia ad hoc festum multitudo maxima confluerebat, & propter defectum victualium celebrationi vacare non poterant, ideo quidam papa Greg. hoc festum in kal. Nouembris, quado maior victualium copia videretur esse mensibus, & vindemijs celebratum, fieri instituit, ac per vniuersum mundum hunc diem in honore omnium sanctorum celebrari solenniter ordinauit. Et sic templum quod fabricatum fuerat omnibus idolis, nunc dedicatum est omnibus sanctis: & vbi multitudo colebatur idolorum, ibi deuotè laudatur multitudo sanctorum.

B ¶ Secundo instituta est propter omissorum supplementationem. Nos enim multos sanctos omissimus de quibus nullam festiuitatem, siue etiam memoriam fecimus. Non enim possumus omnium sanctorum festa agere. Tum propter sanctorum multipliciorem: quia multi & quasi infiniti sunt. Tum propter nostram infirmitatem, quia infirmi & debiles sumus: nec ad hæc sufficere possemus: Tum propter temporis breuitatem, quia etiam tempus non sufficeret. Nam sicut ait Hiero. in quadam epistola, quæ suo kalendario præponitur. Nullus dies est excepto die kal. Ianuarij, qui non intra quinque milium martyrum numerum reperiri possit ascriptus. Ideoque ecclesia rationabiliter ordinauit, vt quia omnium sanctorum singulariter festa facere non possumus, saltem omnes generaliter & insimul honoremus. Quare autem institutum sit, vt festiuitates sanctorum in terris agamus, magister Gulielmus Altissiodorensis in summa de of. ponit sex rationes. Prima est propter honorem diuinæ maiestatis. Cū enim sanctis honorem impendimus, Deum in sanctis honoramus, & ipsum in eis mirabilem prædicamus, quia quæ sanctis honorem tribuit, illum specialiter honorat, quod eos sanctificauit. Secunda est propter auxilium nostre infirmitatis: quia enim per nos salutem habere non possumus ideo sanctorum intercessionibus indigemus à quibus vt adiuuari mereamur, merito ipsos honore debemus. Legitur enim tertij Reg. j. quod Bersabee quæ interpretatur puteus fatietatis. i. ecclesiæ triumphantis filio suo. i. ecclesiæ militanti regnum suis præcibus obtinuit. Tertia est propter augmentum nostre securitatis, vt scilicet per sanctorum gloriam quæ nobis in eorum festiuitate proponitur, nostra spes & securitas augmentetur. Si enim homines mortales nobis similes potuerunt, ita per sua merita sublimari, constat quod nos similiter poterimus cum manus do-

mini abbreviata non sit. Quarta est propter exemplum nostræ imitationis. Cū enim eorum festiuitates recensetur, ad eorum imitationem prouocamus, vt. f. eorum exemplo terrena contemnamus, & cælestia desideremus. Quinta est propter debitum mutua vicissitudinis. Sancti enim de nobis in cælo festum faciunt, gaudium est angelis Dei & animabus sanctis super vno peccatore penitentiam agente. Vt igitur eis vicissitudinem rependamus, iustum est, vt quia ipsi de nobis festum agunt in cælis: & nos de ipsis festum agamus in terris. Sexta est propter procuracionem nostri honoris. Cū enim sanctos honoramus, tunc nostram rem agimus, & nostrum honorem procuramus, quia eorum festiuitas est nostra dignitas. Nam cum honoramus fratres nostros honoramus nos ipsos, charitas namque facit omnia esse communia, omnia quidem nostra sunt, cælestia terrestria & æterna.

C ¶ Præter autem has rationes ponit alias rationes. Io. Damasc. in lib. iiii. c. vii. scilicet quare sancti pariter eorum corpora siue eorum reliquias debeant honorari. Quarum quædam sumuntur quantum ad eorum dignitatem, quedam quantum ad corporum ipsorum preciositatem. Dignitas autem eorum, vt ibidem dicitur, quadruplex est. Quonia ipsi sunt amici Dei, filij Dei, hæredes Dei, & duces nostri. Et ponit istas autoritates De primo Io. xv. Iam non dicam vos seruos, sed amicos & c. De ij. Io. j. Dedit eis potestatem filios Dei fieri De tertio. r. c. viii. Si autem filij, & hæredes & c. De quarto sic dicit, Quantum laborares, vt duces inuenires, qui mortali te regi adduceret, & pro te ad ipsum sermonem faceret. Duces igitur totius generis humani, qui ad Deum pro nobis interpellaciones faciunt, potestatem honorandi sunt: Vtique quidem honorandi sunt tepla erigentes Deo, & eorum memoriam venerantes. Aliæ sumuntur quantum ad corporum ipsorum preciositatem. Et ponit idem Dam. iiii. & Aug. addidit quintam per quas manifestatur preciositas corporum, siue reliquiarum sanctorum. Ipsa enim sanctorum corpora fuerunt promptuarium Dei: templum Christi, alabastrum spiritualis vnguenti, fontes diuini, & organum spiritus sancti. Primò enim fuerunt promptuarium Dei, vnde dicit. Hi enim promptuarium Dei puræ cenacula facti sunt. Secundò templum Christi vnde sequitur. Quoniam per intellectum in corporibus eorum, habitauit Deus, vt ait apostolus. Nescitis quonia corpora vestra templum inhabitantis in vobis spiritus sancti sunt. Deus autem spiritus est. Qualiter igitur non honoranda animata Dei templa, & animata Dei, tabernacula & c. De hoc etiam Chryso. Homo in ædificatione parietum delectatur. Deus autem in conuersatione sanctorum. Vnde psal. Domine dilexi decorem domus tuæ: Quæ decorè. Non quem diuersitas membrorum splendentium facit: sed quem præstat varietas vnguentium gratiarum. Ille decor carnè delectati: sic vnguentum animæ. Ille pro tempore deijcit & decipit oculos. iste autem in perpetuum edificat intellectum. Tertio alabastrum spiritualis vnguenti, vnde ait. Vnguentum boni odoris ex se manans sanctorum reliquie tribuentes. Et nullus hoc discrepat. Si enim ex rupe firma petra aqua in eremo emanauit: & ex maxilla asipi Sansoni sitienti aqua venerat: multo potius ex martyrum reliquijs vnguentum bene olens emanare incredibile nequaquam est.

scientibus diuinam virtutem ad ipsorum sanctorum honorem. Quarto fontes diuini. Vnde ait. Isti viuētes in veritate cū libera pœnitentia Deo assint. Fontes nobis salubres dominator Christus sanctorum suorū præbuit reliquias multiformia beneficia irrigantes. Quintò organum spiritus sancti. Hæc ratione assignat Aug. in li. de ciuitate Dei, di. Nō sunt cōtēnēda: sed plurimū reuerēda sanctorū corpora, quibus dū adhuc viuerēt, spiritus sanctus quasi quibulda organo ad omne opus bonū vsus est. Vnde apostolus. An experimentum queritis eius, qui in me loquitur Christus. Et de Stephano dicitur, quod nō poterat resistere sapientia & spiritui, qui loquebatur & c. Trē Amb. in examerū. Hoc est preciosissimū, quod homo diuinæ vocis sit organum: & corporalibus labijs exprimit cæleste oraculum.

D ¶ Tertio instituta est propter negligentiarum expiationem. Licet enim paucorum sanctorum festa agamus adhuc tamen illa pauca negligenter sepe agimus & multa ibidem per negligentiam vel ignorantiam omittimus. Si igitur in alijs solemnitatibus sanctorum quas egimus, aliquid negleximus: in hac generali festiuitate supplere possumus: & de negligentia nos purgare valeamus. Hęc ratio tangi videtur in sermone quod hac die per ecclesias recitatur in quo sic dicitur. Decretum est, vt hac die sanctorum omnium memoria habeatur: vt quicquid humana fragilitas per ignorantiam vel per negligentiam seu per occupationem rei singularis in solemnitatibus sanctorum minus bene peregerit, in hac sancta obseruatione soluat. Notandum autem quod quadruplex est differentia sanctorum non testamēti, quos per anni circulum colimus, & quos hodierna die insimul recolimus, vt ea que negligenter fecimus, suppleamus, scilicet apostoli: martyres, confessores, & virgines. Et hic secūdū Rabanū per quatuor mundi partes significatur. Per orientē apostoli, per meridiem martyres, per aquilonē confessores, per occidentē virgines. Prima igitur differentia est apostolorum: quorum dignitas & excellentia manifestatur ex eo quod omnes alios sanctos in quatuor excedūt. Primò in præminētia dignitatis. Ipsi enim sunt sapientes principes ecclesiæ militantis, potentes accessores æterni iudicis: dulces pastores dñici gregis. Ber. Tales decebat humani generis pastores & doctores constitui, qui & dulces essent: & potentes, & sapientes dulces, vt me blandè & misericorditer suscipere, potētes vt fortiter protegerent: sapientes, vt ad viam & per viam ducerēt, que ducit ad ciuitatem supernam. Secūdò in præminētia potestatis. De quorum potestatis præminētia sic dicit Aug. apostolis Deus dedit potestatem super naturam, vt eam curarēt, super dæmones, vt eos euertere: super elementa, vt ea mutarent, super animas, vt ipsas à peccatis soluerent, super mortem, vt ipsam contēnerēt, super angelos, vt corpus dominici cōsecrarent. Tertio in prærogatiua sanctitatis. Vnde propter eorum maximam sanctitatem & gratiarum plenitudinem, vita vt cōuersatio christi in eis tanquā in speculo relucebat, & cognoscebatur in eis sicut sol in suo splendore, sicut rosa in suo odore: sicut ignis in suo calore. De hoc dicit Chryso. stomus super Marthæum. Misit Christus apostolos quasi sol radios suos, quasi rosa suauitatis suæ odorem: quasi ignis scintillas suas dispersit, vt sicut sol in radijs suis appareat: sicut rosa in odo-

ribus suis sentitur: sicut ignis in scintillis suis aspicitur: sic in illorum virtutibus christi potentia cognoscat. Hæc Chryso. stomus. Quarto in efficacia vtilitatis. De quorum efficacia sic dicit Aug. loquens de apostolis. Ex abiectionibus, ex imperitissimis, ex paucissimis nobilitantur, multiplicantur dulcissima eloquia, perclarissima ingenia, copiosissima agmina, mirabilēq; peritias aurorum facundorum atq; doctorum subiugant christo. Secunda differentia est martyrum. Quorum dignitas & excellentia manifestatur, ex eo quod passi sunt multipliciter vtiliter, & constanter multipliciter, quoniam præter martyrium sanguinis passi sunt triplex aliud martyrium sine sanguine. De quo triplici martyrio dicit Bern. Triplex est martyrium sine sanguine: sed paritas in vbertate, quam habuit Dauid, largitas in paupertate, quæ exhibuit Thobias & vidua, castitas in iuuentute, quæ vsus est Ioseph in Aegypto. Secūdum autem Greg. triplex est martyrium sine sanguine. s. patientia aduersorum. Vnde dicit. Si ne ferro martyres esse possumus, si patientiam in animo veraciter custodimus. Compaffio afflictorum. vnde dicit. Qui dolorem exhibet in aliena necessitate crucem portat in mente. Dilectio inimicorum: vnde dicit. Ferre contumelias, odientem diligere martyrium est in occulta cogitatione. Secundo vtiliter. Quæ vtilitas ex parte ipsorum martyrum est. omnium peccatorum remissio, meritorum cumulatio, & æternæ gloriæ perceptio. Ista pretio sui sanguinis sibi emerunt, & ideo eorum sanguis dicitur preciosus. i. pretio plenus. De primo & secundo dicit Aug. de ciuitate Dei. Quid est preciosius quàm mors propter quæ delicta dimittuntur & merita cumulantur. Idem super Io. Pretiosus est sanguis christi sine pretio fecit: tamen ipse suorum sanguinem pretiosum pro quibus dedit sanguinem in pretium. Nam si suorum sanguinem non faceret pretiosum, nō diceretur pretiosa in cōspectu domini & c. Item cyprianus. Martyrium est delictorum finis, periculi terminus, dux salutis, patientiæ magister, domus vitæ. De tertio Bern. Tria sunt que mortem sanctorum faciunt pretiosam, quies à labore, gaudium de nouitate, securitas de æternitate. Ex parte nostra duplex est vtilitas: quia dati sunt nobis in exemplar ad certandum chryl. Tu christiane delicat⁹ es miles si putas te posse sine pugna vincere, sine certamine triumphare, exerce vires fortiter, dimica atrociter, tu prelo isto cōcerta, considera pactum, conditionem attende, militiam nosce, pactum quod spondesti, conditionem quam accepisti, militiam tui nomen dedisti. Hoc enim pacto cuncti pugnauerunt, hac conditione vniuersi vixerunt hac militia triumphauerunt. Hęc christi. Secūdo dati sunt nobis in patronos ad auxiliandum. Adiuuat em nos & meritis suis & orationibus suis. De primo Aug. O immensa Dei pietas: martyrum merita nostra vult esse suffragia, illos examinat, vt nos erudiat, illos conterit, vt nos aquirit illorum cruciatibus nostros vult esse profectus. De secūdo Hiero. contra Vigilantium. Si apostoli & martyres adhuc in corpore positi possunt orare pro ceteris quando de se adhuc deberent esse solliciti, quanto magis post coronas victorias & triumphos. Vnus homo Moyses impetrauit veniam à Deo sexcentis milibus armatorum. Et Stephanus Paulo & multis alijs veniam obtinuit. Sed postquam cum christo

cius, vt lignum, vel minus, vt fenum, vel minimum, vt stipula cremabuntur. Qui ignis sicut dicit Aug. & si eternus non sit, miro tamen est grauis: excellit enim omnem poenam quam vnquam passus est aliquis in hac vita. Nunquam in carne inuenta est tanta poena: licet mirabilia martyres passi sint tormenta.

B Circa secundum per quos, s. purgantur, sciendum quod illa purgatio & punitio fit per malos angelos, & non per bonos. Boni enim angeli non vexant bonos: sed boni malos: & mali bonos: & mali malos. Pie tamen credendum est, quod boni angeli fratres & cōcīues suos frequēter vīfīcant & cōsolant, & vt patietur sufferant, exhortantur. Habent etiam aliud consolationis remedium ex eo, s. quod certi gloriam futuram expectant. Habent enim certitudinem de gloria, minorem tamen quam illi, qui sunt in patria, sed maiorem quam illi qui sunt in via. Certitudo enim illorum qui sunt in patria est sine expectatione & timore: quia nec illam futuram expectant: cum presentem habeant, nec illam decetero amittere formidant. Certitudo autem illorum qui sunt in via e contrario est. Sed certitudo illorum qui sunt in purgatorio, medio modo est. Est enim cum expectatione: quia ipsam futuram expectant, sed est sine timore, quia cum habeat liberum arbitrium confirmatum, decetero se peccare non posse cognoscunt. Habent etiam aliam consolationem, quando pro se suffragia fieri credunt. Fortē tamen verius credendum est quod illa punitio non fit per malos angelos: sed diuina iustitia iubente & flatu eius succedente. Circa tertium, vbi scilicet purgantur, Sciendum est quod purgantur in quodam loco iuxta infernum posito, qui purgatorium dicitur secundum positionem plurimorum sapientium: licet alijs videatur quod sit in aere: vel in torrida zona. Sed tamē per diuinam dispensationem diuersa loca diuersis animabus aliquando deputantur. Et hoc multiplici de causa. s. Aut propter eorum leuem punitionē: aut propter eorum celeriore liberationem, aut propter nostram instructionem: aut propter culpā in loco perpetratiōnem, aut propter alicuius sancti orationē. Primo propter eorū leuem punitionem, sicut aliquibus secundum Greg. reuelatum est animas quasdam in vmbra punitas esse. Secundo, propter eorum celeriorē liberationē, vt. s. possint alijs suā indigentiā reuelare, & ab eis suffragia petere: & sic celerius de poena exire: sicut legitur quod quidam piscatores beati Theobaldi in autūno frustrū magnum glaciei pro pisce praedicerūt, de quo magis quam de pisce gauisi sunt, maximē quia episcopus dolore pedū laborabat, ipsam glaciē eius pedibus supposuerunt, & magnum ei refrigeriū praestabat. Quadam verō vice de glacie hominis vocē audiuit, quia ab episcopo adiuratus esset, dixit. Sū quādā anima quae hoc in gelicidio pro peccatis meis affligor, & liberari possem si. xxx. missas sine interuallo. xxx. diebus cōtinuis diceres. Qui cum missarū medietatem dixisset: & se iā ad missam aliam preparasset: diabolica suggestione contigit quod fere omnes homines illius ciuitatis inter se bella mouerēt. Vnde vocatus episcopus ad sedā dīcordiam sacras deponēs vestes missam illa die praetermisit. Iterū reincipiens & iā duas partes cōplēs exercitus magn⁹ vt videbat ciuitatē obledit: & cōpulus missae officiū intermisit. Et deinde reincipiēs cū oēs

missas vltima excepta dixisset: & vltimam inchoare veller tota villa & domus episcopi vt videbatur accessit. Cui cum serui dicerent: vt missam intermitteret ille dixit. Si tota villa cremari deberet: missam nō dimitterem. Qua celebrata glacies protinus resoluta est, & ignis quem se vidisse credebant: tanquam fantasma recessit, & nullum damnū intulit. Tertio propter nostram instructionem, vt. s. magnam poenā post hanc vitam infligi peccantibus cognoscamus, sicut Parisius contigit legitur. Magister enim Silo (vt ait cātor Parisiensis) quendam scholarem suum socium egrotantem obnixē rogauit: vt post mortem sibi ad se rediret: & statum suum renunciaret. Post aliquor igitur dies sibi apparuit cum cappa de pergameno tota de sophismatibus descripta, & intus flamma ignis tota confecta. Qui requisitus a magistro quānam esset: ait. Ille vtique sum qui ad te redire promisi. Qui de statu suo requisitus ait. Hanc cappa plus super me ponderat & plus me premit quam si vnam turrim super me haberem: & est mihi data vt eam portam pro gloria, quam in sophismatibus habui. Porro flamma ignis qua cooperta est, pelles sunt delicatā & varīe quas ferebam, quae flamma me cruciat & exurit. Sed cum magister illam poenam facilem iudicaret, dixit ei defunctus, vt manum ostenderet, & sic facilitatem suae poenae sentire posset. Cūque manum extendisset, ille guttam vnam sui sudoris dimisit, quae praedicti magistri manum quasi sagitta citius perforauit, ita quod cruciatum mirabilem sensit, & ait. Talis sum rosus. Ille igitur magister ex illius poenae acerbitate perterritus seculum deliberauit deserere, & religionem intrare. Vnde mane scholaribus congregatis hos versus composuit. Linquo coax ranis, cras coruis, vanaeque vanis. Ad logicam pergo: qui mortis non timet ergo. Et sic seculū deserens ad religionē confugit. Quare propter culpā in loco perpetratiōnem: sic aliquando secundum Augustinum animae puniuntur in locis in quibus deliquerunt, sicut patet per illud exemplum quod recitat Grego. in quarto dialogorum. Quidam nāque presbyter dum balneum frequentaret: quendam virum incognitum ad suum obsequium preparatum inuenit, qui semper sibi sedulē ministrabat. Qui dum quadam die pro benedictione & laboris mercede quendam panem benedictum sibi exhibere retulit: merens respondit. Mihi ista quare das pater. Ille panis sanctus est, ego autem huoc manducare nō possum. Ego enim aliquando huius loci dominus fui, sed pro culpa meis hic post mortem meam deputatus sum. Sed quero vt omnipotenti Deo hunc panem pro peccatis meis offeras. Tunc autem te exaudiatum cognosce cum huc ad lauandum veneris: & me minimē inuenieris. Presbyter autem per vnam hebdomadam salutarē pro eo quotidie obtulit hostiam. Et reuersus eum iam minimē inuenit. Quinto, propter alicuius sancti orationem. Sicut legitur quod sanctus Patricius in quodam loco in terra quibusdam purgatorium impetrauit. Cuius historiam post festum sancti benedicti reperies.

C Circa secundū quod est de suffragiis tria sunt vidēda. Primo de ipsis suffragiis quae fiunt. Secundo de his pro quibus fiunt. Tertio de his per quos fiunt. Circa suffragia quae fiunt notādū quod quatuor sunt genera suffragiorum:

fragiorum, quae maxime defunctis prosunt. s. fidelium & amicorum oratio, elemosynarum largitio: salutaris hostiae immolatio, & ieiuniorū obseruatio. Quod primum genus suffragiorum, s. amicorum oratio eis proficit, patet per exemplum de paschasio. De quo greg. iiii. lib. dialogorum narrat: quod cum mirē sancti ratis & virtutis extiterit, & duo tunc in summis pontifices electi fuissent, sed tamen postmodum in vnum illorum ecclesia conuenisset ipse tamen paschalius quasi ex errore alium semper praetulit, & in hac sententia vsq; ad mortem permansit. Qui cum esset defunctus, & dalmaticam feretro superpositam daemones, terigisset, statim sanatus est. Post multum verō temporis cū Germanus Capuanus episcopus balneū ob gratiam sanitatis petisset: praedictum paschasium diaconem stantem & obsequentem inuenit. Quo visio vehementer extimuit, & quid illic tantus vir faceret, inquisiuit. Qui pro nulla alia causa se in illo loco poenali deputatum asseruit, nisi quia in illa tali causa plus iusto sensit. Et addidit dicens. Quae te pro me dominum deprecare. Atque in hoc cognosces quod ex auditu sis si huc rediens me non inuenieris. Qui cum pro eo orasset, & illuc post paucos dies reddisset: praedictum paschasium in eodem loco minimē inuenit. Petrus quoque Cluniacensis, ait, quod cum quidam sacerdos quotidie pro mortuis celebraret, ex hoc apud episcopum accusatus ab officio est suspensus. Cum autē episcopus in magna solennitate per cimiterium ad matutinas pergeret: contra illum mortui surrexerunt, dicentes. Ille episcopus nullas missas nobis dat, Insuper sacerdotem nostrum nobis abstulit: sed certē nisi emē dauerit, morietur. Qui & sacerdotē absoluit, & liberet pro mortuis decetero celebrauit. Quam gratē etiam sint defunctis orationes viuorum, patet per hoc: quoniam quidam vt refert causator Parisiensis, dum per cimiterium transiret: semper psalmum de profundis dicebat pro defunctis. Qui cum ab inimicis per cimiterium fugiens insequeretur continuō mortui surrexerunt: & vniuersisque instrumentum sui officij in manu habebat: & sic ipsum viriliter defenderunt: & inimicos terros fugauerunt. Quod verō secundum genus suffragiorū, scilicet elemosynarum largitio eis proficit manifestē haberi potest: ex eo quod in lib. Machabeorum legitur. Quoniam vir fortissimus Iudas collatione facta. xij. milia dragmas argenti misit Hierosolymam offerri eas ibi pro peccatis mortuorū iuste & religiose de resurrectione cogitans. Quantū etiā elemosynae defunctis valeat colligi, per exemplū quod narrat Greg. in iiii. lib. dialogorum. Quidam nāque miles ex corpore deductus ex animis iacuit: sed citius rediens, quae cum eo gesta fuerant enarrauit. Aiebat nāque quod pons erat sub quo niger & caliginosus fluvius & fetidus decurrebat. Transacto autem ponte amena erant prata odoriferis herbarum floribus ornata: in quibus albarum hominum conuenticula esse videbantur: quos varia & mira florum suauitas satiabatur. Haec verō erat in praedicto ponte probatio, vt quisquis iniustorum veller transire in tenebrosū forentemque fluvium: laeoretur: iusti verō securo gressu ad amena loca peruenirent. Ibi quae quaedam Petrum nomine deorsum positum magno ferri pon-

dere ligatum se vidisse asseruit. Qui dum requireret: cur illic esset, dictū est ei. Hec idcirco patitur: quia si quid ei pro facienda vltione iubebatur ad inferendas plagas plus ex crudelitatis desiderio quam obedientia seruiebat. Ibi etiam quendam peregrinum se vidisse fatebatur: qui ad praedictum pontem veniens tanta cum autoritate transiuit: quanta hic sinceritate vixit. Aliter verō Stephanus nomine, dum transire voluisset: eius pes lapsus est: & ex medio corpore iam extra pontem deiectus est. Tunc a quibusdam terribissimis viris ex flumine surgentibus per coxas deorsum atque a quibusdam albaris & speciosissimis viris caput per brachia trahi sursum. Cūque haec lucta fieret: qui videbat, ad corpus edibat, & quis in illo occulto arborij examine obtinuerit, scire non valuit. In quo datur intelligi quod in illo mala carnis cum elemosynarum largitione certabant, quod enim per coxas deorsum & per brachia trahebatur sursum, patet nimirum, quia & elemosynas amaauerat & carnis vitij perfecte non restiterat. Quod autem tertium genus suffragiorū, scilicet sacrae hostiae immolatio plurimū defunctis proficit, ex multis exemplis apparet. Refert enim greg. in iiii. lib. dialogorū quod cum quidam monachus suus nomine Iustus ad extremum veniens tres se occultos aureos indicasset habere: & de hoc in gemiscens mortuus fuisset, precepit Grego. fratribus vt corpus eius cum tribus aureis in sterquilino sepelirent, dicentes. Pecunia tua tecum in perditionem. Tandem cuidam ē fratribus. Grego. praecipit vt vsque ad. xxx. dies omni die pro eo hostiam immolaret. Qui cum iussa complexisset: is qui defunctus fuerat in die tricesima cuidam fratri apparuit. Quam frater requisivit, dicens. Quomodo es? Cui ille respondit. Nunc vsque male fui, sed iam modo bene sum: quia hodie communionem recepi.

D Haec autem hodie immolatio non solum mortuis, sed etiam viuus plurimum profuissē inuenta est. Quidam namque cum in quadam rupe argentum foderent, subito rupes cecidit, & funditus cunctos extinxit. Vnus autem eorum subrus in quodam sinu ipsius rupis mortem euasit, in de tamen exire nō valuit. Vxor autem illius eum defunctum existimans omni die pro ipso missam celebrari faciebat, & panem vñū & vrcem vini cum candela quotidie offerebat. Cui diabolus inuidens per tres dies continuos eadem in forma humana apparuit: & quo tenderet requisivit. Cui cum illa sui itineris causam exponeret, ille aiebat. Noli frustra vexari, quia iam missa celebrata est: & sic illa tribus diebus missam, intermisit, nec ipsam celebrari fecit. Quidam autem post hoc in praedicta rupe argentum fodiens quandam vocem audiuit de subrus dicentem, plane percutias, quia capiti meo imminet magnus lapis. Cum autem ille trēmeret: & ad hanc vocem audiendam plurimos conuocasset, iterū fodit, & similem vocem audiuit. Tunc omnes propius accedentes dixerunt. Quis enim es tu. Qui respondens dixit. Plane faciatis, quia magnus lapis quasi super me cadit. Qui a latere fodientes & ad eum vsque peruenientes eum sanum & incolumem extraerunt. Et sciscitantes quomodo ibi tandiu vixisset, dixit, quod qualibet die panis vnus & vrcus vini & cande-

de la accessa, nisi tantū tribus diebus sibi oblatu fuit. Quod vxor eius audiens & vehemēter exultās agnovit quod de oblatione sua fuerit sustentatus: & quod diabolus eam deceperit: ne illis tribus diebus missam cantare fecerit. Illud vt testatur Petrus Cluniacensis accidit in villa nomine Ferraria Gratianopolitanae diocesis. Grego. etiam refert quod dum quidam naua in mari naufragium perpeffus fuisset: & quidam sacerdos pro eo hostiam immolasset: ipse tandem de mari sanus exiuit. Cum autem qualiter euassisset, interrogaretur: dixit q̄ dum in medio maris existeret, & iam p̄nae facigatus deficeret: quidam ad eū venit: & panē quēdam sibi obtulit. Quem cū ille comedisset: statim confortatus vires recepit: & in quadā nauī inde transeūte receptus fuit. Inuentūq; est quod illa hora panē habuit qua pro eo sacerdos hostiam immolauit. Quod verò quartum suffragiorum genus. sicut iniorū obseruatio defunctis proficit, testatur Grego. agens tā de isto quod de alijs tribus, dicens. Animā defunctorū quatuor modis soluūtur, aut oblationibus sacerdotum aut precibus sanctorū, aut charoīū elemosynis, aut ieiunijs cognatorū. Valer nihilominus pro eis p̄nitētia facta ab amicis. Vnde retulit quidā solennis doctor, quod cū quadā mulier viro mortuo de pauperate desperaret: apparuit ei diabolus dicens, q̄ eā dicitur, si suā faceret voluntatē. Cui promittendō primō iniūxit vt viros ecclesiasticos in suo hospitio receptos faceret fornicari. Secundo quod pauperes in die reciperet: & in nocte vacuos expelleret. Tertio quod orationes in ecclesia garriēdo impediret. Quarto q̄ nulli hoc confiteri deberet. Tandē cū morti appropinquasset: & a filio ad cōfessionē admoneretur: illa enim factum aperiens dixit ei se cōfiteri nō posse: nec sibi aliquid confessio valeret. Sed cum ille cū lachrymis instaret: & p̄nitentiā se pro ea facturum promitteret: illa compuncta pro sacerdote filiū destinauit. Sed antequā sacerdos veniret dæmones ad eam irruerunt: quorum horrore ac timore mortua est. Filius suus p̄ ea peccatum suū cōfiteus, & p̄nitentiā septēnem faciens, ipsa cōpleta vidit matrem ei de sua liberatione gratias referentē. Valent etiam eis indulgentiā ecclesie. Vnde cum quidam apostolica sedis legatus: quēdam strēnum militem rogaret: vt in terra Albiensi in seruitium ecclesie militaret, facta indulgentia patri suo defuncto per vnam ibidem quadragenam moratus est. Quā completa pater luce clarior ei apparuit, & de sua liberatione gratias ei egit.

¶ Circa secundum huius partis, scilicet illos pro quibus sūt, etiā quatuor videri sunt. Primō, qui sunt illi quibus possunt prodesse. Secundō, quare debet eis prodesse. Tertio, si omnibus æqualiter profunt. Quarto, qualiter suffragia que pro ipsis fiunt, scire possunt. De primō scilicet qui sunt illi quibus prodesse possunt: sciendum est quod sicut dicit Aug. omnes qui de hac vita decedunt, aut sunt valde boni, aut valde mali, aut mediocriter boni. Suffragia igitur facta pro valde bonis, sunt gratiarum actiones, pro valde malis, sunt viuorum qualescunque consolationes: pro mediocriter bonis, sunt expiationes. Valdē autem boni dicuntur, qui statim euolant, & ab utroque igne tam purgatorij quā in inferni liberi sunt eorum autē sunt tria genera. s. baptizati: martyres: & viri perfecti: qui

scilicet tam perfecte edificauerunt aurum & argentum & lapides præciosos. i. Dei dilectionem: proximi amorem: & bonam operationem, vt non cogitent placere mundo: sed tantum Deo. Qui & si quandoque venialiter peccant: seruiore tamen charitatis ita in eis peccatum. consumitur; sicut gutta aquæ in camino ignis penitus absorbetur, & ideo secum cremabilia nunquam ferunt. Qui igitur pro aliquo istorum trium generum oraret, vel aliqua alia suffragia faceret, eī iniuriam faceret. Quia sicut dicit Aug. In iuriam facit martyri, qui orat p̄ martyre. si verò aliquis pro aliquo valde bono oraret, de quo tamen an euolasset dubitaret, tunc ille orationes essent gratiarū actiones: & ad meritum cederent exorantis, secundum illud. Oratio mea in sinum meum conuerteretur. His enim tribus generibus cælum protinus aperitur, cum decedunt: nec aliquem purgatorij ignem sentiunt. Quod significatum est per illos tres, quibus cælum apertum est. Apertum est enim Christo baptizato. Luc. iij. Iesū baptizato & orante apertum est cælum. Per quod significatur quod cælum aperitur omnibus baptizatis siue sint paruuli, siue adulti: ita quod si decederet, protinus euolarent. Baptismus enim virtute passionis Christi mundat ab omni peccato originali: & mortali, & veniali. Secundo apertum est Stephano lapidato. Actuum. viij. Ecce video cælum apertum &c. Per quod significatur quod aperitur omnibus martyribus: ita quod statim euolant, cum decedunt: & si aliqua cremabilia habeat, omnia falce martyrij reserantur. Tertio apertum est Iohanni perfectissimo. Apo. iij. Vidi & ecce ostium apertum in cælo. Per quod significatur quod viri perfecti qui totaliter p̄nitentiā compleuerunt, nec venialia admisserunt, vel si aliquando admittuntur: a seruiore charitatis protinus consumuntur: cælum ipsum continuō aperitur, & mox in illud perpetuō regnaturi ingrediuntur. Valde autē mali sunt, qui continuō in inferni baratorum demerguntur. Pro quibus si de eorū dānatione cōstaret: nullā suffragia aliquatenus essent fienda secundū quod dicit Aug. & scirem patrem meum esse in inferno, non plus orare pro eo quā pro diabolo. Si autē pro aliquibus dānatis, de quorū dānatione dubitatur aliqua suffragia fierent: nihil tamen eis prodesse, nec quātum ad liberationem vt. s. ab ipsis p̄nis liberentur: nec quātum ad mitigationem, vt. s. p̄na in eis mitigeret vel diminuat: nec quātum ad suspensionem, vt. s. ad tēpus vel ad horam eorū dānatio suspendatur: nec quātum ad fortificationem, vt. s. ad tolerandū lenius roborentur. Quantum enim ad aliquod horum in inferno, nulla est redemptio.

¶ Mediocriter autē boni dicuntur, quod cremabilia aliqua s. lignū: sicut stipulā secū ferūt: vel quānam iniūctā & sufficientē morte p̄occupati cōplete nō possunt: qui nec adeo boni sunt, quin suffragijs egeant: nec adeo mali, quin eis prodesse valeant. Suffragia igitur facta pro his sunt eorum expiationes. Vnde illi sunt illi, quibus ipsa suffragia solū prodesse possunt. Iohannis huiusmodi autē suffragijs faciendis ecclesie, confiteuit triplicem numerū dierū, maxime obseruare, scilicet septenarium: tricenarium: & anniuersarium. Et ratio horum assignatur in lib. mirah de officio. Obseruatur septenarius, vt animā ad æternū quietis sabbatum

batū perueniant: vel vt eis oīa peccata remittant, que in vita egerunt: qui per septem dies ducitur, vel vt remittantur eis peccata, quæ egerunt cum corpore quod consistit ex quatuor humoribus, & cum anima in qua sunt tres vires. Obseruatur tricenarius, qui constat ex tribus denarijs, vt purgetur in eis quicquid in fide trinitatis & in transgressione decalogi deliquerunt. Obseruatur anniuersarium vt de annis calamitatis perueniant ad annos eternitatis. Sicut enim anniuersarium sanctorum celebramus ad ipsorum honorem & ad nostram vtilitatem: sic & anniuersarium defunctorū ad ipsorum vtilitatem: & nostram deuotionē. De secundo queritur quare. s. eis debent suffragia prodesse. Sciendū quod triplici ratione debent eis prodesse. Primō ratione meritatis. Sunt enim corpus vnum cum illis de ecclesia militanti: & ideo bona sua debent eis esse communia. Secundo ratione dignitatis, quoniam dum adhuc viuere, meruerunt: vt hæc sibi prodesse. Et iterum. Dignum est, vt qui alios iuuerunt: & ipsi ab alijs iuuantur. Tertio ratione necessitatis quia. s. sunt in statu in quo iuuare se non possunt. De tertio. s. vtrum æqualiter omnibus profint. Sciendum quod si ipsa suffragia in spiritali sunt, magis profunt illis pro quibus specialiter fiunt, quā alijs. Si autem in communi sunt, magis profunt eis qui plus meruerunt in hac vita, vt sibi prodesse, si in equali vel in maiori necessitate existunt. De quarto qualiter. s. suffragia quæ pro eis sūt, scire possunt. Sciendū quod secundū Aug. scire possunt tribus modis. Primō per diuinam reuelationem, quando. s. Deus hoc eis reuelat. Secundo per bonorum angelorum manifestationem. Angeli enim quibus semper nobiscum sunt, & omnes actus nostros cōsiderant, in instati quasi ad eos possunt descendere: & eis protinus nūtiare. Tertio per animarū hinc exēū in infernum. Animæ enim quæ de hoc mundo trāseunt, hæc & alia eis nunciare possunt. Quarto nihil omnino scire possunt per experientia & reuelationem. Cum enim a p̄nis se reuelari sentiunt, suffragia pro se fieri cognoscunt.

¶ Circa tertium huius secundæ partis. s. illos per quos fiunt. Sciendū quod ipsa suffragia si prodesse debent, oportet quod fiant ab his, qui sunt in charitate. Nam si per malos fiunt: prodesse non possunt. Vnde legitur, quod dicit quidam miles in lecto cum vxore esset, & luna valde lucēs per rimas intraret, mirabatur, quomodo homo rationalis creatori suo non pareret, cum eidem creature irrationales parerent. Et cum quidam militi defuncto qui sibi fuerat familiaris detraheret. subito ille qui mortuus fuerat, in thalamū introiuit, & dixit illi. Amice noli male suspicari de aliquo, & cōdona mihi si quid in te peccauit. Cūque super ista suo interrogaretur, dixit. Varijs p̄nis affligor, precipue quia talē cimiteriū violauit, & ibi quēdam vulnerās, eū cappa sua expoliāu; que mihi superponit, & vno monete magis me præmit. Rogauitque vt pro se orationes fieri faceret. Cū autē ille sibi diceret, an vellet quod & tali & tali sacerdote ipsas orationes faceret fieri, ille ad hoc nihil respondens caput more renuentis conculsit. Deinde dixit, si vellet quod talis eremita pro se oraret. Cui ille. Vtinā pro me oraret. Quod cū facturū se promitteret, ille ait. Et ego dico tibi, quia ab hac die vsque ad duos annos tu erunt morietis. Sicque il-

le disparuit, & miles vita sua in melius mutata in domino obdormiuit. Quod autem dictum est suffragia facta per malos prodesse non posse, intelligendum est nisi sint opera sacramentalia, vt est celebratio missæ quæ a malo ministro violari non potest. Vel nisi ipse defunctus, vel aliquis eius amicus aliquibus etiam malis aliqua dispensanda reliquisset, quæ tamen continuō dispensare debent, ne sibi contingat quod cuidā contigisse legitur. Miles enim quidam in bello karoli magni (vt ait Turpinus) cum Mauris pugnaretur rogauit cognatum suum, vt si in bello moreretur, equū suum videret, & pauperibus pretium daret. Quo mortuo cū equus sibi nimis placeret, eum sibi retinuit. Et post modicum temporis defunctus ei tanquam sol resulgēs apparuit, dicens. Cognate bone per octo dies me fecisti pati p̄nas in purgatorio propter equum, cuius pretium vt dixeram pauperibus non didisti, sed impune non feres. Hodie enim ferent animam tuam in infernum diaboli: & ego purgator vado in regnum dei. Et ecce subito in aere auditus est clamor velut leonum vrsorum & luporum, & ipsum de medio abstrulerunt.

De quatuor coronatis.

LEGENDA CLX. A

QUATVOR coronati fuerunt Severus Severatus: Corposorus, & Victorius, qui subeate Diocletiano vsque ad mortē ictibus plumbatorum cæsi sunt. Horum nomina cum reperiri non possent, quæ tamen post multos annos domino reuelante reperta sunt statum fuit, vt eorum memoria sub nominibus aliorum quinque martyrum scilicet Claudij, Castorij, Simphoriani, Nicoltrati, & Simplicij recoleretur, qui post duos annos a martyrio prædictorū passi sunt. Isti enim martyres cum omnem sculpturæ artem haberent, & Diocletiano idolum quoddam sculperere nollent, nec sacrificare aliquatenus consentirent iussu ipsius Diocletiani in oculos plumbeos viui missi sunt, & sic in mare præcipitati. Circa annos domini. cclxxxvij. Sub nominibus igitur istorum quinque statuit Melchides papa prædictos quatuor honorari & quatuor coronatos vocari ante. s. quæ eorum nomina reperirent, & licet post modum nomina reperta fuerint, vsus tamen obtinuit vt quatuor coronati deinceps vocarentur.

De sancto Theodoro.

LEGENDA CLXI. A

THEODORVS in vrbe Marmanitanorū sub Diocletiano & Maximiano martyrium passus est. Cui cum præles diceret, quod sacrificaret, & pristinam militiam reciperet, respondit Theodorus. Ego milito Deo meo & filio eius Iesu christo. Cui præles. Ergo Deus tuus filium habet. Cui Theodorus. Etis. Ad quam præles. Possemus eum cognoscere. Et Theodorus. Vtique potestis eum cognoscere, & ad eum accedere. Datis igitur inducijs sancto Theodoro, vt sacrificaret, templum Martis Deorum noctu sanctus

introiuit: & igne supposito totum illud succedit. Qui a quodam, qui hac vidit, accusatus: in carcerem vt fame ibi moreretur, reclusus est. Cui dominus apparet dicit. Confide serue meus Theodore: quia ego tecum sum. Tunc turba multa dealbatorum virorum clauso ostio ad eum veniens cum eo psallere cepit. Quod videntes custodes territi fugerunt. Cum autem inde eductus fuisset, & ad fecerit inuitaretur, ait. Si carnes meas igne cremaueris: & varijs consumas supplicijs: donec fuerit spiritus in naribus meis non denegabo Deum meum. Tunc ad preceptum praesidis in ligno suspenditur: & vngulis ferreis tam crudeliter latera eius radunt, vt etiam eius costae nudarentur. Ad quem praeses. Vis Theodore nobiscum esse, aut cum Christo tuo? Cui ille. Cum Christo meo & fui & sum, & sero. Tunc inussus est igne cremari: In quo quidam igne spiritu emisit, sed tanquam corpus eius ab igne illa sum permissit. Circa annos dñi. cclxxxvij. odore vero suauissimo omnes repleti sunt: & audita est vox dicens. Veni dilecte mi intra in gaudium domini tui, caelum quoque apertum multi viderunt.

De Sancto Martino.

MARTINVS quasi martem tenens. i. bellum contra vitia & peccata. Vel Martinus quasi martyr vnus. Fuit enim martyr saltem voluntate, & carnis mortificatione. Vel Martinus interpretatur quasi irritens, vel prouocans, seu dominans. Ipse namque per meritum suae sanctitatis irritauit diabolum ad inuidiam, prouocauit dominum ad misericordiam dominatus est carni suae per macerationem continuam. Cuius. f. carni ratio siue animus dominari debet, vt dicit Dionysius in epistola ad Demophilum, sicut dominatur dominus seruo, aut pater filio: aut senior lasciuo iuenculo. Eius vitam Seuerus cognomento Sulpicius discipulus sancti Martini, quem Gennadius inter illustres viros connumerat scripsit.

LEGENDA CLXII. A

MARTINVS Sabaria Pannoniorum oppido oriundus: sed iara Italiam Papiae alitus cum patre suo tribuno militum sub Constantino & Iuliano Caesaribus militauit, non tamen sponte, quia ab infantia diuinitus inspiratus, cum esset annorum. xij. inuitis parentibus ad ecclesiam fugit, & catechuminum se fieri postulauit, & ex tunc eremum intrasset: nisi carnis infirmitas obstetisset. Sed cum Caesares decreuissent: vt veteranorum filij pro patribus militarent. Martinus cum esset annorum. xv. ad militandum vrgeretur, vno tantum ceteris seruo, cui tamen Martinus seruiens saepius ministrabat, & calciameta detrahebat atque tergebat. Quodam hyemali tempore per portam Ambienensem transiens pauperem quemdam nudum obuium habuit, quae cum a nullo elemosynam accepisset, Martinus hunc sibi seruatum intelligens arrepto ense clamidem, quae sibi tantum supererat, diuidit, & partem pauperi tribuens reliquarursus induit. Sequenti igitur nocte Christum clamidis suae parte qua pauperem texerat, vestitum vidit: ipsumque ad circumstantes angelos sic loquentem audiuit. Martinus adhuc catechuminus hac me veste contextit. Vnde vir sanctus non in gloriam elatus, sed Dei bonitatem cognoscens cum esset annorum. xvij.

haptizari se fecit, & adhuc ad instantiam tribunt sui qui tempore sui tribunatus expleto seculo abrenunciaturum promittebat, per biennium militauit. Intraea irruentibus intra Gallias Barbaris Iulianus Caesar contra eos pugnaturus pecuniam militibus erogauit. At Martinus nolens deinceps militare dominationem recipere noluit, sed Caesari dixit, Christi ego miles sum, pugnare mihi non licet. Indignatus Iulianus dixit, quod non religionis gratia, sed metu belli imminentis militiae renunciet. Cui Martinus in tepidus respondit. Si hoc ignauia non fidei ascribitur: crastina die ante aciem inermis astabo, & in nomine Christi signo crucis non clipeo protectus, aut galea hostium cuneos penetrabo securus. Vnde custodiri iubetur vt inermis, vt dixerat, Barbaris obijceretur. Sed die sequenti hostes legationem miserunt sua omnia seque dantes. Vnde non dubium est meritis sancti viri talem victoriam sine sanguine datam esse. Exinde relicta militia ad sanctum Hilarium Pictauiensem episcopum perrexit, & ab eo accollitus ordinatus monetur a domino per Saporem vt parentes suos adhuc gentiles visitaret. Profectus igitur multa aduersa passurus esse predixit. Nam inter alpes incidit in latrones. Cumque vnus securim in caput eius vibrasset, secum ferientis dextram sustinuit alter. Vincis tamen post tergum manibus vni eorum custodiendus traditur. Percunctanti vero latroni an timuisset, respondit nunquam se ita fuisse securum, quia sciret misericordiam Dei maxime in tentationibus affuturam. Incipientesque latroni praedicauit, & ipsum ad fidem Christi conuertit. Qui Martinum ad viam reducens laudabile postmodum vitam duxit.

B Cum autem Mediolanum praerisset, diabolus in humana specie sibi obuius fuit, & quo tenderet requisit. Cui cum respondisset, se quo eum dominus vocaret tendere, ille ait. Quocumque ieris, diabolus tibi aduerfabitur. Cum autem Martinus sibi respondisset. Dominus mihi adiutor est non timebo, quid faciat mihi homo, statim ille se auit. Itaque matrem conuertit: pater vero in errore mansit. Sed cum haereticis Ariana per totum orbem pullularet, & ille penes solus obisteret, publice caesus & de ciuitate eiectus Mediolanum rediit, & ibi sibi monasterium statuit. Sed inde ab Arrianis eiectus ad insulam Gallinariam cum vno solo presbytero perrexit: vbi eleborum gramem venenatam inter alias herbas in cibum sumpsit: & vicina mortem sentiens omne periculum & dolorem virtute orationis fugauit. Audiens vero quod beatus Hilarius de exilio rediret, obuiam ei profectus est, & iuxta Pictauium monasterium ordinauit. Vbi cum quendam ad huc catechuminum haberet, parumper a monasterio discedens & rediens reperit eum sine baptismo defunctum. Quem in cellam ducens, & super corpus eius prosternens, ipsum sua oratione ad vitam pristinae reuocauit. Idem vero homo referre confuevit, quod dum super eum data sententia obscuris locis deputatus fuisset, per deos angelos iudici est suggestum hunc esse. Quo Martinus orarere, iussum est igitur vt per ipsos duos reduceretur, & Martino viuis redderetur. Alium in super qui laqueo vitam finierat, vitam restituit. Verum quia plebs Turonica episcopo careret, ipsum plurimum remittantem sibi ordinari petijt. Quidam autem ex episcopis,

conuenerant eo quod deformis esset habitu & vultu despicabilis resistebat. Inter quos praecipuus fuit quidam nomine Defensor. Sed cum lector tunc deesset, qui accepto psalterio primum quem inuenit psalmum legit, vbi versus hic erat. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem, vt destruas inimicum & defensorem. Et sic ille defensor est ab omnibus confutatus. Ordinatus itaque episcopus cum populi tumultum non ferret, duobus fere milibus extra urbem monasterium constituit, vbi cum lxxx. discipulis in multa abstinentia vixit. Nam ibi vinum nemo bibebat: nisi quem infirmitas coegisset. Mollior habitus ibi pro crimine erat, plurimae ciuitates de his episcopos eligebant. Cum quidam sub nomine martyris coleretur, & a Martino nihil de eius vita vel merito inueniri posset, quadam die super sepulchrum stans orauit dominum, vt quis esset vel cuius meriti indicaret. Conuersus ad leuam vidit umbram nigerrimam stare. Qui a Martino adiuratus dicitur latrone fuisse: & ob scelus percussus esse. Continuo igitur Martinus altare destrui precepit.

C Legitur quoque in dialogo Seueri & Galli discipulorum sancti Martini, vbi multa suppleta sunt, quae in eius vita Seuerus dimiserat: quod Martinus quodam tempore Valentianum imperatorem pro quadam necessitate adiit. Sed ille sciens eum velle petere, quod ipse volebat dare, fores palatii sibi claudi fecit. At Martinus semel & iterum passus repulsum cilicio obnolutus & cinere conspersus per vnam hebdomadam tibi & potus abstinentia maceratur. Tunc monente angelo ad palatium venit, & nullo sibi prohibente ad imperatorem vsque peruenit. Quae eum venientem videret iratus quia fuisset admittus ei: assurgere noluit: donec cella regia ignis operiret: & ipsum imperatorem a parte posteriori ignis succenderet. Tunc sancto Martino iratus assurgens virtute diuinam se sensisse confessus est, multumque ipsum complectens sibi omnia antequam rogaret, concessit, multa quoque munera obtulit: sed Martinus non accepit. In eodem quoque dialogo legitur qualiter tertium mortuum suscitauit. Cum enim quidam iuuenis defunctus fuisset: & mater pro resurrectione filij beati Martini lacrymis exoraret: ipse in medio capiti, vberat innumerabilis multitudine gentiliu, genua flexit, & cunctis videntibus puer surrexit. Quapropter omnes illi gentiles ad fidem Christi conuersi sunt. Eisdem quoque viro sancto obediebant etiam insensibilia, vegetabilia, & irrationabilia. Insensibilia, sicut ignis & aqua. Nam cum in quodam phano igne misisset, in domo proxima adherente agente vento flama ferebatur. Tunc Martinus super tectum domus ascendens, obuium se aduenientibus flamis inseruit. Mox contra vim venti flama torquetur, vt confictus quidam copugnantiu inter se elementorum videretur. Naui etiam quaedam cum periclitaretur, vt in praedicto dialogo legitur: quidam negociator necdum Christianus exclamauit. Deus Martini eripe nos, & statim tranquillitas magna successit. Similiter vegetabilia. Nam cum in quodam loco tepidum antiquissimum diruisset, & arborem pini diabolo dedicatam vellent excidere, obstitentibus rusticis & gentibus vnus eorum dixit. Si de Deo tuo fiducia habes: nos hanc arborem succidemus, & tu eam suscipe: & si tecum est Deus tuus vt dicas euades. Quo annuente succise arbori & iam versus eum ibidem ligatum cadenti signum crucis oppo-

situs & in aliam partem rediens rusticos, qui in tuto loco erant, fere oppressit, qui viso miraculo ad fidem conuersi sunt.

Irrationabilia quoque animalia sibi pluries obediunt, sicut legitur in praedicto dialogo. Cum enim canes lepulum insequentes vidisset, imperauit canibus vt animal insequi desisterent, mox illi constiterunt: & quasi victi in suis vestigijs fixi manserunt. Serpens etiam quidam cum fluuium quendam natando transiret. Martinus ait ad serpentem. In nomine domini iubeo te redire. Mox se ad verbum sancti, retrocessit: & in ripam aliam transmeauit. Et ingemiscerunt Martini ait. Serpentes me audiunt, & homines non audiunt. Canis similiter quidam eum in quendam Martini discipulis latraret. ille ad eum conuersus ait. In nomine Martini iubeo te obmutescere: canis continuo obmutuit, ac si linguam habuisset abscissam.

D Fuit autem beatus Martinus multae humilitatis. Nam leprosum quendam cunctis horribilem Parisius obuium habens ipsum osculatus est, atque benedixit: statim mundatus est. In sacrario quoque residens nunquam cathedra vsus est. Nam in ecclesia nemo vnquam eum sedere conspexit. Sedebat autem in cellula rusticana, quas tripodes vocant. Multae dignitatis: quia par apostolis dicitur esse: & hoc propter gratiam spiritus sancti, quae in eum in specie ignis ad robur descendit, sicut fuit in apostolis. Vnde & apostoli frequenter eum tanquam coparem visitabant. Legitur enim in praedicto dialogo quod quadam vice dum Martinus in cella solus sederet, & Seuerus & Gallus eius discipuli praeforibus expectarent, subito mirabili concossi horrore plures in cella audiunt insimul collocantes. De quo cum postmodum Martinum requisissent: ille ait. Diuinitas vobis: sed vos quaeo nulli dicatis. Agnes Tecla & Maria ad me venerunt. Nec tantum illa die: sed saepius ab eis confessus est visitari. Et Petrus & Paulus apostolos ad se saepe videri perhibuit multae iustitiae. Cum enim ab imperatore nomine Maximo inuitatus fuisset: & Martino poculum primo fuisset oblatum: sperantibus cunctis, vt post se regi tribueret, presbytero suo dedit nullum existimans digniore, qui post se deberat bibere, & indignum iudicans: si autem regem, aut regis proximos presbytero praetulisset. Multae patientiae. Tantam enim in omnibus patientiam seruabat quod cum esset summus sacerdos impune saepe a clericis laedebatur, nec a saae eos propter hoc charitate replebat. Nemo illum vnquam vidit iratum, nemo merentem, nemo ridentem. Nunquam in illius ore nisi christus, nunquam in illius corde nisi pietas, nisi pax, nisi misericordia inerat. Legitur quoque in praedicto dialogo quod dum Martinus quadam vice in veste hispida, nigro & pendulo pallio circumtectus super asellum procederet, equis de cotrauenientibus expauescatis milites in terram saltu praecipiti se derunt, & Martinum arripientes grauer verberauerunt. Ille autem quasi mutus caedentibus terga praebat. Sed magis illi furebant, eo quod ille quasi non sentiens verbera illata cotenere videretur. Procinus autem animalia adeo humo fixa permanebant, vt quatumcumque flagellata vel percussa velut saxa moueri non possent, quousque ad Martinum redeuntes & peccatum suum quod ignoranter in eum commiserant confitentes, ille eis li-

centiam dedit, & gradu concito animalia processerunt. Multa assiduitatis in orando. Quia ut in legenda sua dicitur, nunquam vllum horarum momentum praeceperit, quo non aut orationi, aut lectioni incumbere. Inter legendum tamen & operandum nunquam animum ab oratione laxabat. Nam ut fabris ferrariis moris est, qui inter operandum pro quodam laboris leuamine in eadem ferunt: ita Martinus dum aliquid ageret, semper orabat. Multa austeritatis in seipso. Refert enim Seuerus in epistola ad Eusebium, quod cum Martinus in quadam viam suam accessisset, & clerici lectum sibi plurimum stramine preparassent: ille ibidem requiescens infuetam molliem perhorrescit: quippe qui nuda humo vno tantum cilicio superiecto cubare consueuerat. Itaque permotus iniuria surgens stramentum omne proiecit, & se super nudam humum collocauit, circa mediam vero noctem tota illa pallea igne accenditur, & Martinus excitatus dum exire tentaret, sed nequiret ab igne capitur, & eius iam vestimenta vruntur: rediens vero ad solitum orationis confugium, & crucis emitens signaculum in medio ignis intactus permansit, & flammam sensit rotantes, quas male expertus erat vrerentes. Monachi igitur excitati concurrunt, & Martinum quem iam consumptum putabant de medio flammam illum educunt. Multa compassiois erga delinquentes: quia omnes volentes poenitere compassiois sine recipiebat. Nam & cum diabolus Martinum reprehenderet, cur semel lapsus ad poenitentiam reciperet: eidem respondit. Si tu ipse o miserabilis ab hominum infestatione desisteres, & te factorum tuorum poeniteret: ego tibi confusus in domino christi misericordiam pollicerer. Multa pietatis erga pauperes. Legitur in praedicto dialogo quod Martinum in quadam festiuitate ad ecclesiam tendentem pauper quidam nudus secutus est. Martinus autem archidiacono praecipit ut egentem vestiret. Sed cum hoc ille facere distulisset, ingressus Martinus secretarium tunicam suam illi tribuit, & continuo abscedere iussit. Cum ergo archidiaconus moneret, ut ad solennia peragenda procederet, ille de se loquens respondit se ire non posse, donec pauper vestem accipiat. Archidiaconus vero non intelligens: quia cum extrinsecus cappa tectus esset, ipsum nudum interius non videbat, pauperem non adesse caueatur. At ille inquit, mihi vestis deferatur, & pauper non deerit vestiendus. Compulsus ille ad forum vadit, & quinque argenteis tunicam villem & curtam quae dicitur penula quasi penae nulla sapiens ante pedes Martini iratus proiecit. Quam ille secreto induit, cuius manicarum usque ad cubitum, longitudo usque ad genua protendebantur, & sic missam celebrare procedit. Dum autem missam celebraret globus igneus super caput eius apparuit, & a multis ibidem visus fuit, ob hoc par apostolis dicitur. Huic autem miraculo addit magister Ioannes Beletus quod cum in missa manus ad Deum vt moris est, leuaret: manicis ligneis retro labentibus cum nec brachia eius essent grossa, nec multum carnosae, nec praefata tunica protenderetur nisi usque ad cubitum, remanserunt eadem brachia nuda. Tunc miraculose torques auri & gemmati deferuntur ab angelis, & brachia

decenter operiuntur. Quem etiam tonsam quadam vice conspiciens euangelicum inquit mandatum ista compleuit. Duas tunicas ista habuit, & vna non habet largita est. Ita & vos inquit facere debetis. Multa potestatis erga daemones expellendos. Sape enim ipsos daemones ex hominibus expulit. Legitur etiam in praedicto dialogo quod quadam vacca a daemone agitata cum vbique laeiuaret: & multos confoderet: & verus Martinus & socios suos in itinere furibunda effugeret, ille manu eleuata ipsam sistere iubet. Qua immobili permanente vidit daemone dorso illius insidentem. Quem increpans discede inquit fuesse de pecude, & innoxium animal agitare desiste. Quo protinus descendente vacca ad eius pedes prosternitur, & ad eius imperium cum omni mansuetudine ad gregem suum reuertitur. Multa subtilitatis erga eos cognoscendos, daemones enim sibi rita conspicibiles reddebantur: vt aperte ab ipso sub quacunque imagine viderentur. Nam interdum daemones in locis personam, plurimumque Mercurij, aliquando Venetis vel Mineruae figuratos se eius vultibus offerebant, quos ille omnes suis nominibus increpabat. Mercurium maxime patiebatur infestum. Iouebrium atque hebetem esse dicebat. Quadam etiam vice diabolus in forma regis purpura & diademate & aureis caligis ornatus sereno ore laetaque facie sibi appatuit. Cumque diu ambo tacuissent. Agnosce inquit Martine quem colis christus ego sum decessurus ad terras, prius me manifestare tibi volui. Ad hoc cum adhuc Martinus admirans taceret: rursus ait. Martine cur dubitas credere cum me videas? Christus ego sum. Tunc ille a spiritu sancto doctus ait. Dominus Iesus Christus non se purpuratum, nec diademate renitentem venturum esse praedixit. Ego christum nisi in eo habitu & forma qua passus est: nisi crucis stigmata preferentem venisse non credam. Ad hanc vocem ille disparuit, & totam celam sero re compleuit.

Et Martinus igitur obitum suum longe ante praesciuit, quem etiam fratribus reuelauit. Interea Candacensem diocesim causa sedende discordiae vitauit. Pergens ergo vidit mergulos in flumine piscibus insidentes, & quosque capientes. Forma inquit haec daemone est. Insidiantur incautis, capiunt nescientes, captos deuorant, saturari nequeunt deuorantis. Imperat igitur vt relicto gurgite desertas peterent regiones. Statimque grege facto montes siluamque petierunt. In illa igitur diocesi aliquandiu commoratus viribus corporis cepit desicire: & discipulis indicat se iam resoluui, Tunc omnes stantes eum nos (inquit) pater deseris? aut cur nos desolatos relinquis? Inuadent enim gregem tuum lupi rapaces. Et ille eorum motus praecipis stertibusque, senu quoque sic orauit. Domine si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem, fiat voluntas tua. Dubitauit enim penae quid malit: quia nec hos deserere, nec a christo volebat diuini separari. Itaque cum aliquandiu molestia febrium teneretur, & a discipulis suis rogaretur, vt in lectulo suo, vbi in cilicio & cinere discumbere, stramentum aliquod poneretur. Non deerit inquit filij christianum, nisi in cilicio & cinere mori. Ego si

vobis aliud exemplum relinquo, ipse peccavi. Oculis ac manibus in caelum semper intentus inuictum ab oratione spiritum non relaxabat. Et cum supinum semper iaceret, & a presbyteris rogaretur, vt corpusculum mutatione lateris releuaret: finite me inquit fratres: finite caelum potius respicere quam terram, vt spiritus ad dominum dirigatur. Et haec dicens vidit diabolum assistere. Quid hic inquit astas cruenta bestia? Nihil in me funestum reperies. Abraham me finis recipiet. Et in hac voce sub Archadio & Honorio, qui coeperunt circa annum domini, cccclviii, vitae eius, lxxxj, spiritum Deo reddidit. Vultusque eius tanquam iam glorificatus respanduit, ac charas angelorum ibidem concinens a multis auditus fuit. Ad eius transitum Pictaui sicut Turonici conuenerunt, ibique magna altercatione orta est: dicebat enim Pictaui. Noster est monachus: nos requiritis commendatum. Quibus illi. Vobis est ablatum, nobis a Deo donatum. Nocte igitur media Pictaui omnes penitus sopiuntur, & sic a Turonicis per fenestram eiectus per ligerim nauigio ad urbem Turonicam cum magno gaudio deportatur. Reatus autem Seuerinus Colloniensis, episcopus cum die dominica loca sacra post maturinas more solito circumiret: illa hora qua vir sanctus obiit, angelos cantantes in caelo audiuit. Vocanteque archidiaconem interrogat, si aliquid vidit. Et cum se nil audire diceret, archiepiscopus vt diligenter auscultaret, monere cepit sursum collum extendere, aures erigere: & sup summis articulis baculo sustentante stare. Sed cum archiepiscopus pro eo orasset: quaedam in caelo voces audivisse dixit. Cui archiepiscopus. Dominus meus Martinus est qui migravit e mundo, & nunc angeli eum in caelum deferunt. Daemones autem affuerunt, qui eum retinere voluerunt, sed nihil suum in eo reperientes confusi recesserunt. Archidiaconus igitur diem & horam notauit, & tunc Martinum migrasse cognouit. Seuerus etiam monachus, qui vitam eius scripsit, cum post maturinas leuiter obdormisset, sicut ipse in quadam epistola testatur sanctus Martinus albis indutus: vultu igneo: stellatis oculis: crine purpureo tenens librum in manu dextera quem de vita eius idem Seuerus scripserat, eidem apparuit. Cuique post benedictionem in caelum conscendere ipsum videret: & cum eo ascendere cuperet, euigilauit. Post hoc autem auncijs venientibus eadem nocte sanctum Martinum migrasse audiuit.

Feo quoque die sanctus Ambro. Mediolanensis episcopus missam celebrans super altare inter prophetiam & epistolam obdormiuit. Et cum nullus eum excitare praesumeret, & subdiaconus nisi ipso inuente epistolam non auderet legere, transactis diebus vel triu horarum spacijs excitauerunt eum dicentes. Iam hora praerarij, & populus valde iustus expectat: iubeat dominus noster vt clericus epistolam legat. Ad quos ille. Nolite turbari, frater enim meus Martinus ad Deum migravit, & ego eius funeri interfui, & obsequium praebui, sed vltimam orationem vobis excitati vobis explere non valui. Tunc illi diem & horam notantes inuenerunt sanctum Martinum tunc migrasse ad caelum Cappam eius vt ait magister Ioannes Beletus reges Fraeciae in praerarijs portare consueuerunt. Vnde ip-

sus capite & custodes appellati dicebant. Post mortem autem eius anno lxxiij. cum beatus Perpetuus eius ecclesiam magnifice ampliasset, & in eam corpus eius transfere vellet, semel & bis & tertio ieiunij & vigilijs in sistentes sepulchrum eius nullatenus mouere potuerunt. Cuique vellet dimittere: quidam senex pulcherrimus eis apparuit, dicens. Vt quequo tardatis. Non videtis sanctum Martinum paratum iuuare vos si manus apponitis. Tunc ille cum eis manus supposuit: & cum summa velocitate sepulchrum leuauerunt, & in loco vbi nunc colitur, posuerunt. Senex autem ille post hoc nullam quam comparuit. Haec translatio in mense Iulij celebratur. Refert Oddo abbas Cluniacensis. Quae tunc omnia Capanae in omnibus ecclesijs nullo tangente pulsabantur, & omnes lampades diuinitus accendebant. Fertur quoque quod tunc duo socij erant, quorum vnus erat caecus & alter contraectus. Cecus autem contraectum ferebat & contraectus caeco viam demonstrabat: sicque taliter mendicantes multam pecuniam acquirerebant. Audientes vero quod ad corpus sancti Martini multi sanabantur, infirmi cum in translatione eius corpus extra ecclesiam processionaliter duceretur, timere coeperunt, ne praedictum corpus iuxta domum vbi manebat, duceretur, & sic ipsi forsita curarent. Nolebant enim sanitate consequi, ne deperiret materia questus sui. Quapropter de illa strata fugientes, se ad aliam transferebant, per quam corpus nequaquam duci putabant. Dum ergo fugerent corpori eius ex improuiso protinus obuiauerunt. Et quia Deus multa bona praestat inuitis: ambo contra eorum voluntatem continuo sunt curati, licet de hoc plurimum tristarentur. Ambro. autem de sancto Martino sic ait. Vetus Martinus prophani erroris tepla destruxit: vexilla pietatis erexit: mortuos suscitauit: ab obsessis corporibus demonia sua exclusit, ac varijs laborantes languoribus salutis remedio subleuauit: qui ita per seclus inuictus est, vt christum texisset in paupere, & vestem quam egenus acceperat, mundi dominum induisset. O felix largitas qua diuinitas operitur. O clamidis gloriosa diuisio qua militem rexit & regem. O inestimabile donum quod vestire meruit diuinitatem. Digne huic domine confessionis tuae premia contulisti. Digne ei Arrianorum subiacuit feritas. Digne amore Martyrij persecutoris tormenta non timuit, quid erit pro oblatione integri corporis accepturus: qui pro quietate vestis exiguit Deum vestire meruit, & videre, sic sperantibus contulit medicinam: vt alios supplicationibus alios visu saluaret.

De sancto Brixio.

LEGENDA

CLXIII. A



Brixius sancti Martini diaconus, eiusque plurimum emulus multa eidem sancto conuicia inferebat. Nam cum quidam pauper Martinum requireret, dixit ei Brixius. Si illum delirium queris, proficere eminus, ille est enim, qui quasi amens caelum respicit. Cum igitur pauper a Martino quod petierat accepisset: vir sanctus Brixium ad se vocans dixit. An ego tibi delirium videro Brixium? Quod cum ille pre verecundia se dixisse negaret, ait Martinus. Nonne aures meae ostendunt, quando hoc eminus loquebaris? Amē dico

tibi: quia à domino obtinui, vt mihi in episcopatu succedas, sed scias multa te in episcopatu aduersa passurum. Quod Brixius audiens irridebat, dicens. Nōne verum dixi istum delirum esse. Post mortē igitur sancti Martini brixius in episcopum est electus. Qui deinceps orationi vacabat. Et licet adhuc superbus: tamen cor pure castus erat. Anno autē episcopatus sui. xxx. mulier quaedam religiose vestita, quæ eius vestimenta laudabat, concepit filium, & peperit. Tunc omnis populus cum lapidibus in eius ianuam congregatus est, dicēs. Diu pietate. s. Martini luxuriā tuam dissimulauimus, sed iam nequaquam pollutas manus osculari valemus. Illo autem viriliter hoc negante, ait. Adducite ad me infantem. Quo alato cum. xxx. esset dierum, dixit ad ad eum Brixius. Adiuuro te per filium Dei vt dicas coram omnibus, si ego te genui. & ille. Non tu inquit es pater meus. Populo autē vrgente, vt quis esset eius pater requireret. ille ait. Non est hoc meum: feci quod ad me pertinuit. Populus autem hoc totum magicis artibus attribuebat, dicens. Nequaquam nobis falso pastoris nomine dominaberis. Tunc ille pro sui purgatione prunas ardentēs vsque ad tumbā sancti Martini cunctis videntibus deportauit. Proiectisq; prunis vestis eius illa appaui: & ait. Sicut hoc meum vestimentum, à prunis mansit illa sum: sic corpus meum à contactu mulieris est mundum. Populo autem adhuc non credente sanctum Brixium contumelijs & iniurijs afficiunt: & à sua dignitate eiiciunt, vt verbum, quod sanctus Martinus dixerat, impeteretur. Tūc Brixius flens papam adiit: & septem annis ibidem permansens quicquid in sanctum Martinum deliquerat, penitendo deleuit. Populus autem Iustinianum praefecit: & Romam contra Brixium misit: vt episcopatum sibi contra Brixium defenderet. Quo cum tenderet in ciuitate Vercellensi vitam finiuit, & Armenium loco eius populus omnis praefecit. Septimo igitur anno Brixius cum autoritate Papæ rediens sexto ab vrbe miliario hospitium accepit, & Armanius eadem nocte spiritum exalauit. Quod Brixius per reuelationem cognoscens ait suis, vt surgerent & secum ad tumulandum Turonensem episcopum properarent. Cum ergo Brixius per vnā portam ciuitatem ingrederetur, ille autem per aliam mortuus efferebatur. Quo sepulto sanctus Brixius sedem suam accepit, & septem postmodum annis praesidens & vitam laudabilem ducens xlvij. anno episcopatus sui in pace quieuit.

De sancta Elizabeth.

ELIZABETH interpretatur Deus me cognouit, vel Dei mei septima, vel Dei mei saturitas. Dicitur ergo primo Elizabeth Deus meus cognouit: quia Deus eam cognouit. i. suo beneplacito approbavit. Vel cognouit. i. notitiam suā cognitionis sibi infudit. Secundo dicitur Elizabeth. i. Dei mei septima. Ipsa enim habuit septimam Dei: vel quia septem operibus misericordiae se exercuit, vel quia nunc est in septima aetate quiescentium. peruenit tadem in octauam resurgentium: vel propter septem status in quibus fuit. Ipsa namque fuit in statu virginali, secundo in statu coniugali, tertio in statu viduali quarto in sta-

tu aetiuo, quinto in statu contemplatiuo, sexto in statu religioso. Et nunc septimo est in statu glorioso. Ex istis septem status manifeste continentur in legenda sua vt possit dici de ea quod dicitur in Daniele de Nabuchodonosor septem tempora mutabuntur super eam. Tertio dicitur Dei mei saturitas Deus enim eam modo satiauit & repleuit splendore veritatis, dulcedine suauitatis, vt vigore eternitatis vnde Aug. in lib. de ciuitate dei agens de ciuitate celesti dicit in eternitate dei viget, in veritate Dei lucet, in bonitate dei gaudet.

LEGENDA CLXIII. A

ELIZABETH illustris Ungariae regis filia genere nobilis: sed fide ac religione nobilior: stirpem tam nobilem nobilitauit exemplis: illustrauit miraculis, & decorauit gratia sanctitatis. Quam auro naturae supra naturam quodammodo extulit, dum puella regalibus nutrita delictis omnia puerilia, aut omnino contēneret, aut eadem in Dei obsequium miciparet. Vt liquido clareat tenera eius infantia quanta simplicitate viguit, quanta dulci deuotione inceptit. Ex tunc si quidem coepit bonis assuescere studijs, ludos spernere vanitatis, succensis prosperos fugere mundi: proficere semper in reuerentia Dei. Cum enim adhuc esset quinquennis in ecclesia orandi gratia tam sedula permanebat, vt eam eius sodales vel ancillae, auellere vix valerēt. Quam cum ancillae vel coetaneae eius obseruarent, aliquam de illis causa ludi versus caPELLAM insequi videbatur, vt ex hoc intrandi ecclesiae oportunitatem captaret. Quam ingrediens genua se crebat, aut pavimento totaliter incumbebat. Et licet literarum peritiam non haberet, tamen coram se in ecclesijs saepe platerium expandebat: vt quodammodo se legere fingeret, ne velut occupatam quis impediret. Se quoque cum puellis ad terram prostratam, ludi specie mensurabat: vt sub tali occasione Deo reuerentiam exhiberet. In ludo etiam anulorum & alijs ludis spem totam in Deo ponebat, & ex his quae puella paruula lucrabatur: vel alias peculiariter possidebat puellis pauperculis decimas exhibebat inducens eas: vt saepe orationem dominicam dicerent, & crebro virginem salutarerent. Crescens verò per aetatem, temporis crescebat amplius per affectum deuotionis. Nam beatam virginem Dei genitricem in sui patronam, & aduocatam & beatum Iohannem euangelistam in suacastitatis custodem elegit. Cuncte enim singulae scedulae singulorum apostolorum nominibus inscriptae altari imponebantur: & quaelibet aliarum puellarum casu sibi schedulam contingentem acciperet, ista oratione fusa tribus vicibus schedulam vbi nomen sancti Iohannis erat inscriptum, vt desiderabat, accipit. Ad quem tanto deuotionis ferebatur affectu: vt nihil in eius nomine petentibus denegaret. Ne verò mundis successus sibi nimium blandiret quotidianē in rebus prosperis sibi, aliquid detrahebat. Cum enim in aliquo ludo sibi prospere succederet, reliquum intermittens dicebat. Nolo procedere, sed propter Deum, reliquum intermitto.

Ad cho-

Ad choreas quoque cum puellis ceteris aduocata, cum vnū circūitum peregrisset, dicebat. Sufficiat nobis vnus circūitus iam propter Deum alios dimittamus. Et sic per talem modum puellas à vanitatibus temperabat. Vestimentorum laetius vsus semper abhorruit: & omnem in his honestatem dilexit, Certum quoque sibi numerū orationū indixerat quē si quando aliqua occupatione praeventa non potuisset perficere, & ab ancillis lectum ingredi congeretur cum caelesti spongia vigilanter soluebat. Dies quoque solennes puella nobilis tanta deuotione colebat: vt etiam manicas sibi consui nulla ratione pate-retur, antequam missarum solennia completerentur. Chirothecarum etiam vsus ante meridiem in diebus dominicis sibi interdixit: volens in hoc & sacrae deferre solennitati, & suae satisfacere deuotioni. Propter quod solita erat ad haec & similia se per, vtō astringere: ne quis eam posset aliquibus suasionibus à suo proposito reuocare. Officium ecclesiasticum audiebat cum tanta reuerentia: vt cū sacra legerentur euangelia, vel sacra hostia conficeretur: manicas, si forte consutae essent solueret, monialia deponeret, & cetera capitis ornamenta in imo locaret. At vbi gradum virginalem prudenter rexit, & innocenter percurrit: coniugalem gradum intrare compellitur: vt pote quē ad hoc patrono imperio vrgebatur fructum perceptura tricesimum, quae fidem trinitatis seruauit cum de talogo praceptorum. Consensit igitur, licet inuita, in copulam coniugalem: non vt libidini consentiret: sed ne patris praecipuum contēneret: & vt filios educandos ad Dei seruitium procrearet. Quauis enim fuerit legi thoro coniugalis atricta, nulli tamen culpandae delectationi fuit subiecta. Quod inde manifeste constat, quoniam in manibus magistri conradi votum emisit, quod si viro suo eam superuiuere contingeret, continentiam perpetuam obseruaret. Cuius igitur Lantgrauio Thuringiae sociata coniugio, prout regalis exiubat magnificetia, & dispositio ordinauit diuina, vt scilicet, ibidem multos ad Dei amorem adduceret, & incultos homines, edoceret. Licet autem mutauerit statum, non tamen mutauit mentis affectum. Quantae autem fuerit deuotionis & humilitationis ad Deum, quantae austeritatis & abstinentiae ad seipsum: quantae largitatis & misericordiae ad pauperes: ex his quae subiecta sunt aperius declaratur. Nam in oratione tantum exiit feruoris: vt etiam ancillas ad ecclesiam gradu concito praeniret, vt quae quibusdam clandestinis orationibus aliquam Dei gratiam impetraret. In nocte ad orationem saepe surgebat, rogante eam marito vt sibi parceret, & quieti alicui corpus donaret. Ordinauit autem cum quadam domicella sibi in ceteras magis familiari, vt si forte somno depressa non surgeret, eam pede tangens excitaret. Quadam verò vice pedem domine tangere voluit, & casu in pedem mariti impedit. Qui subito excitatus rem vt erat didicit: & patienter sufferens prudenter dissimulauit. Et vt orationum suarum Deo pingue redderet sacri ficiū, saepe ipsum irrigabat abundantia lachrymarum, quas quidem lachrymas fundebat iocunde & sine aliqua indecenti vultus permutatione, ita vt semper cum dolore fieret, & de dolore

gauderet, & hoc quadam vultus letitia venustaret, tanta se humilitati subiecit: vt propter Dei amore vilia & abiecta non sperneret: sed haec cum deuotione nimia exerceret. Nam infirmum quendam vultu deformem capitis fetore horribilem in sinu proprio reclinauit: & horridum crinem tendens eius caput ancillis ridentibus lauit. In rogationibus semper processionem nudis praedebus induta laneis sequebatur. Et in praedicationum stationibus inter pauperulas tanquam pauper & humilis se sedebat. In purificatione post partum nequaquam se vt cerere gemmis ornabat vel vestibus deauratis tegebat, sed exemplo imemeratae puerperae filium proprijs gestans in vlnis ipsum ad altare cum agno & candela humiliter offerebat: vt ex his & seculi pompam contennendā ostenderet, & se illibatae puerperae conformaret. Deinde domum rediens vestimenta ipsa cum quibus ad ecclesiam processerat, alicui pauperi mulieri tribuebat. Accidit quoque ad suae humilitatis praecursum quod ipsa libertate praecellens & dignitate sublimi eiusdem viri. s. magistri conradi pauperis & mendici, sed tamen scientia & religione praecipui, saluo iure matrimonij & conscientiae marito obediētia adeo se subiecit, vt quicquid ipse praeciperet ipsa cum reuerentia & multo gaudio adimpleret, vt ex hoc & obediētia perciperet meritum, & domini saluatoris, qui factus est obediens vsque ad mortem: imitaretur exemplum. Quadam autem vice ad quandam praedicationem ab ipso vocata superueniente marchionissa Missenenfis, impedita non venit, Quod ille egre ferens tantae eius inobediētia relaxare noluit, donec vsque ad carissimam expoliatam tum quibusdam ancillis suis quae culpabiles fuerant fortiter verberari fecit.

D Sibi quoque tantam abstinentiam & rigorem imponebat: vt corpus suum vigilijs disciplinis & ieiunijs maceraret. Nam saepe à viri thoro abstinentes noctes ducebat infomnes: vt orationibus posset insistere: & in abscondito patrem caelestem orare. Cumque somni interpellaret necessitas: super strata tapetia dormiebat. Sed cum maritus abesset: cum spōso caelesti in orationibus pernoctabat. Saepē etiam per manus ancillarum faciebat se in cubiculo fortiter verberari: vt saluatori flagellato vicem rependeret: & carnem ab omni lasciuia coerceret. Tantam autem in cibo & potu temperantiam exhibebat: vt in mensa mariti inter diuersa ferulorum genera interdum pane simplici esset contenta. Magister enim conradus sibi interdixit: ne de cibis mariti quicquam coningeret, de quibus sanam conscientiam non haberet. Quod ipsa tanta diligentia obseruauit: vt alijs diuersis delictis abundantibus ipsa cum ancillis suis cibis grossioribus vteretur. Saepē tamen ad mensam sedebat: & cibos manibus correctabat, & diuidebat, vt ex hoc comedere videret, ne superstitionis notā incurreret, sed vrbantitate tali cunctos conuiuas laetificaret. Quadam vice cū longi itineris fuisset labore depressa, & marito & sibi fuissent cibi diuersi oblatis, qui non credebantur de iustis laboribus acquisiti, omnino abstinuit, & nigrum panem & durum in aqua calida madefactum cū suis ancillis patienter comedit. Ob hoc quosdam reditus iustos vir suus sibi assignauerat: de quibus cum qui-

ancillis suis quæ sibi ad hæc omnia consentiebant, vivebat. Sæpe autem cibos curiæ respuit: & aliquorum bonorum virorum cibaria requisivit. Hæc autem omnia vir suus cum patientia supportabat, asserens quòd hæc & ipse libenter faceret: si turbationem suæ familiæ non timeret. Statum quoque paupertatis in summa gloria constituta summopere affectabat: ut & Christo pauperi vicem rependeret, & mundus in ea nil proprium haberet. Quapropter interdum cum sola esset cum ancillis vestimentis vilibus induens se & despecto velò caput suum, operiès dicebat. Taliter incedam, cum ad statum venero paupertatis. Licet autem sibi abstinentiæ frenum imposuerit: tanta tamè liberalitate se ad pauperes effundebat, ut nullum aliquam preminedina pateretur: sed omnibus adeo largissimè subueniebat: ut omnes eam matrè pauperum acclamarent. Septem enim misericordiæ operibus tota vigilantia insudabat, ut regnum perpetuum perpetuò regnatura perciperet: & paternam benedictionem cum benedictis ad dexteram possideret. Ipsa namque nudos vestiebat. Siquidem vestimenta impendebat pauperibus nudis perigrinorum & pauperum corporibus se peliendis & pueris baptizandis. Quos quidem pueros sæpe de sacro fonte leuabat, & propriis manibus eorum vestimenta suebat: ut compaternitate contracta eis liberius subueniret.

D **¶** Accidit autem ut cuidam pauperulæ quoddam satis bonum tribueret vestimentum. Illa autem videns donum tam magnificum: tam ingenti gaudio esse perfusa, ut ad terram cadens mortua crederetur. Quod beata Elizabeth videns doluit se sibi tanta deesse, timens ne sibi fieret causa mortis. Sed tamen pro ea orauit, & ipsa sanata surrexit. Sæpe autem ipsa cum ancillis suis lanam propriis manibus nebat & inde vestimenta fieri faciebat, ut ex hoc bonorum laborum gloriosum reciperet fructum, & exemplum veræ humilitatis præberet, & de proprii corporis laboribus elemosynam daret Deo. Ipsa esuriens pascebat. Pauperibus enim alimenta præbebat, adeo ut Lantgrauio viro suo profecto ad curiam Frederici imperatoris, qui tunc erat Cremonæ, ipsa omnem annonam de suis grangijs collegit, & congregatis vndeunque pauperibus quotidie eis necessaria ministrabat, eo quòd tunc carissima & fames valida imminerebat. Sæpe autem cum pecunia ei deficeret, ornamenta vendebat, ut pauperibus subueniret. Multa etiam sibi ex suis ancillis consuevit subtrahere, pauperibus referuare. Ipsa sitiens potabat. Quadam autem vice ceruissimam pauperibus distribuens cum vicemque sufficientem dedisset, inuentum est quòd vas nullam habuit diminutionem: sed eandem quam prius mansuram seruauit. Ipsa hospitio peregrinos & pauperes suscipiebat. Domum enim maximam sub altissimi castro suo construxit: in qua infirmorum magnam multitudinem refouebat, quos diebus singulis non obstante difficultate ascensus vel descensus visitans & eis omnia necessaria ministrabat, & verbis incitatorijs ad patientiam inducebat. Et licet omnem corruptionem aëris semper egrè portauerit: infirmorum tamen corruptiones propter Dei amorè etiam tempore æstiuo non abhorruit, sed remedia ad-

hibuit, velo proprii capitis terfit, & manibus proprijs contrectauit, licet ancillæ talia grauius tolerarent. In eadem quoque domo puerulos pauperum feminarum nutiri cum summa diligentia faciebat, quibus se tam dulcem & humilem exhibebat: ut eam omnes matrem vocarent: & intrantem domum cuncti tamquam matrem filij sequerentur: & ante eam cateruatim cum summo studio collocarentur. Ipsa verò & ocellulas & oculos vitreos & quedam alia vitrea emiserat: ut pueri ludos pueriles in talibus exercerent. Quæ dum in pallio proprio equitans in castrum deferret, de rupe altissima super lapides ceciderunt, sed nulla in eis læsio est inuenta. Ipsa infirmos visitabat. Miserorum enim compassio adeo animus eius vendicabat: quòd eorum hospitia diligenter perquirens eos sollicitè visitabat eorum camerulas familiariter & deuotè subintrans, nec difficultate viæ pertenta nec longitudine lassata, quibus subueniebat in necessarijs, & verba exhibebat consolationis. Propter quod ex quintuplici consideratione remunerationem accepit, scilicet ex dignatione visitationis, ex labore itineris, ex affectu compassionis: ex affectu consolationis: & ex largitione muneris. Ipsa sepulturas pauperum frequentabat. Mente namque deuota pauperum currebat ad funera, & vestes quas propriis manibus fecerat, eorum corporibus coarabat: adeo ut semel velum suum lineum magnum in partes concideret: & cuiusdam pauperis corpus inuolueret. Eorum etiam funera propriis manibus contrectabat, & in ipsorum obsequijs deuota manebat. Inter hæc laudanda est deuotio viri sui, qui licet negotijs esset multis implicatus: in Dei tamè obsequio erat deuotus. Et quia ipse talibus personaliter intendere non volebat, uxori suæ potestatem concesserat agendi omnia, quæ Dei honorem respicerent, & animæ sue salutem afferrent.

F **¶** Cupiens verò beata Elizabeth ut vir suus in fidei defensionem potentis suæ arma conuerteret, & ipsum salubri exhortatione induxit: ut ad terram sanctam pergeret visitandam. Vbi dum esset ipse Lantgrauus princeps fidelis deuotus & inclitus fide integra & deuotione sinceræ Deo reddidit spiritum suorum operum fructum recipiens gloriosum. Et sic ipsa vidualem statum cum deuotione amplectitur nec viduæ dualis continentis præmio fraudaretur, sed fructum sexagesimum perciperet: ut pote quæ decalogum præceptorum cum sex operibus misericordiæ obseruaret. Verù cum mors viri sui per totam fuisset Thuringiæ diuulgata, ipsa tanquam dissipatrix & prodiga à quibusdã vafallis viri sui turpiter & totaliter est eiecta, ut ex hoc eius patientia claresceret: & paupertatis diu concepti desiderium obtineret. Adueniente igitur nocte in domo cuiusdã tabernarij in loco ubi porci iacuerat, se recepit Deo gratias multas agens. Hora verò matutinali ad domum fratrum minorum pergens rogauit, ut pro sua tribulatione Deo gratias agerèt: & Te deũ laudam: cararèt. Sequenti die domum cuiusdã sui emuli cum suis paruulis iussit ingredi arto sibi loco ibidẽ, admodum assignato. Quæ dũ ab hospite & hospita plurimũ grauaretur, parietibus valefecit, dicēs. Libetẽ hominib; valefacerem: si beneficos inuenirem. Compulsa igitur ad locum priorem redijt: & paruulos suos ad loca di-

uerfa alendos transmisit. Dum verò per quandam viam strictam luto profundo plenam super quosdam lapides ibidem positos pergeret: & vetula quædam, cui iam multa beneficia contulerat, super eisdem lapides transiens eidẽ cedere reculeret, ipsa in lutum profundum cecidit: & surgens vestimenta sua gaudens & ridens absterxit. Post hoc autem abbatissa eius matertera ipsius paupertati nimium compatiens ad episcopum Bambergensem ipsius auunculum eam duxit. Qui eam honestè suscipiens cautè retinuit, intendens ipsam secundis nuptijs copulare. Quod cum ancillæ quæ secum continentiam vouerant, didicissent: & ex hoc se multis lachrymis affligerent: beata Elizabeth cum gemitu hoc retulerunt. Quæ eas confortans, ait. Confido in domino, pro cuius amore continentiam voui perpetuam: ut meum propostum firmum custodiam, & omnem violentiam conterat, & consilium humanum dissoluat. Et si forte auunculus meus voluerit me alicui copulare, omnino dissentiam, & verbis pariter contradicam. Et si nullum aliud mihi euadendi superesset remedium, natum mihi proprium detruncarem, ut sic me deformem quilibet abhorreret. Cum igitur de mandato ipsius episcopi ad quoddam castrum inuita fuisset deducta, moratura ibidem donec traderetur in coniugium, & ipsa suam castitatem domino cum lachrymis mandanda: ecce domino disponente ossa viri sui de ultra marinis partibus deferuntur. Iussa est igitur ab episcopo reduci, ut ossibus viri sui deuota occurreret. Ipsa ergo ossa ab episcopo cum honorabili processione & ab ipsa cum multa deuotione & lachrymarum effusione suscepta sunt. Quæ conuersa ad dominum dixit. Gratias ago tibi domine, quia in susceptione ossium viri mei dilecti tui me miseram consolari dignatus es. Tu scis domine quia licet ipsum te amantem multum amauerim, tamen obtui amorem eius penitentia libenter carui: & in sanctæ terræ tuæ subsidium destinaui. Et quantum delectabile mihi esset adhuc cum eo vivere tali conditione, ut cum ipso paupere per totum mundum pauperula mendicare: tamen te teste contra tuam voluntatem vno crine ipsum non redimerem, nec ad vitam mortalem iterum reuocarem, ipsum autem & me tuæ gratiæ recomendo.

G **¶** Verum ne fructum centesimum perderet, qui perfectionem euangelicam seruantibus datur, qui de sinistra miseris ad dexteram gloriæ transferuntur: religiosum habitum induit, vestes, scilicet griseas humiles & abiectas continentiam post mortem viri perpetuam seruans, obedientiam perfectam custodiens, & voluntariam paupertatem amplectens. Mendicando quoque ire ostiatim voluit, sed magister Conradus non permisit. Fuit autem eius habitus tam despectus, ut deferret pallium griseum panno coloris alterius prolongatum, manicas etiam tunicæ ruptas alterius coloris panno habuit emendatas. Pater verò suus rex Vngariæ audiens filiam suam ad tantam deuenisse in opiam, comitem quendam ad eam misit, ut ipsam ad paternam suam reducere procuraret. Qui videns eam tali habitu ornata, cernensque cedentem humiliter & filantem, per confusione & admiratione exclamans dixit. Nunquam filia regis tam vili habitu induta apparuit: nec lanam aliquando nere visa

fuit. Cum verò pro sua reductione vehementer instisset, nullatenus acquieuit, cum pauperibus malens in paupertate degere, quam diuitijs multis cum diuitibus abundare. Ut verò eius animus in Deum totus transfret, & intentio eius deuotio nullum impedimentum haberet, rogauit dominum, ut omnium temporalium contemptum sibi infunderet, & filiorum dilectionem à suo corde auelleret, & contra omnes contumelias contemptum & constantiam largiretur. Fusa verò oratio ne audiuit dominum sibi dicentem. Exaudita est oratio tua. Quæ dixit ancillis. Exaudiuit dominus vocem meam, quia & omnia temporalia ut stercorea reputo, & de filijs meis non plus quam de alijs proximis curo, & mei contemptum & opprobria paruipendo, nihilque aliud iam diligere videor nisi Deum. Magister quoque Conradus sæpe sibi molesta & contraria imponebat, & quos amplius diligere videbatur, ab eius consortio separabat, adeo ut duas fideles ancillas & prædilectas quæ à iuuentute sua secum fuerant enutritæ ab ea remoueret multis effusis lachrymis hinc & inde. Hæc autem faciebat vir sanctus, ut eius voluntatem frangeret, & ut ipsa suum affectum ad Deum totaliter erigeret: & ne aliqua de ancillis pristinam gloriam ad eius memoriam reuocaret. In his autem omnibus inueniebat, & velox ad obedientiam, & constans ad patientiam, ut per patientiam animam suam possideret: & per obedientiam victoria decoraretur. Dicebat quoque, si propter Deum tantum timeo hominem mortalem, quantum timere deo iudicem cælestem. Ideo autem magistro Conrado pauperi & mendico & non alicui diuiti episcopo obedientiam facere volui, ut omnem occasionem temporalis consolationis ad me penitus abdicarem. Quadam vice dum claustrum quarundam sanctimonialium ab eis obnixè rogata intrasset non habita licentia à suo magistro, fecit eam tam grauius verberari, ut post tres hebdomadas in ea vestigia verberum apparerent. Dicebat autem ancillis suis se & illas consolans. Sicut gramem fluuii inundante deprimitur & decrescere erigitur, sic & nos aliqua afflictione adueniente debemus per humilitatem submitti, cessante verò ad Deum per spiritualem latitiam eleuari. Tanto se humilitate deprimebat, & nullatenus pateretur quòd ancillæ eam dominam appellarent, sed singulari tantum ad eam numero loquerentur eo modo, scilicet quo inferioribus loqui solemus. Scutellas insuper aliquæ culine vrensilia lauabat, & ne ab ancillis prohiberetur, eas tunc ad loca alia transmittibat. Dicebat etiam. Si vitam aliam magis despectam inuenissem, ipsam potius elegissem.

H **¶** Cæterum ut cum Maria optimam partem possideret, sedula contemplationi vacabat. In qua quidem contemplatione specialem gratiam habuit lachrymas infundere, cælestis visiones crebro videre, & ad amorem Dei alios inflammare. Quadoquidem magis iucunda videbatur, tunc iucunde deuotionis lachrymas emittebat, ita ut lachrymæ de vultu eius iucundo tanquam de fonte serenissimo effluere viderentur, ut simul flens videretur & gaudens nunquam in deformitate vel rugas vultum ex fieri contemterens. Dicebat enim de his, qui vultum in fleru de-

intumuit: & quiddam in eius ventre per singula mēbra discurrere visum est. Illa verò gemitus misera biles faciens, & voces insanas emittens oblecta à dæmone fore credebatur. In statu verò tali per vniuersum mansit. Deducta igitur ad tumulum sanctæ Elizabeth, & ibidem pro ea voto emisso, dum supertumba posita fuisset, velut exanimis ibidem apparuit: sed dum modicum panis ad manducandum & aquam benedictam ad bibendum super eandem tumulam eidem obrulissent, mox cunctis stupentibus & mirantibus sanata surrexit. Vir quidam de diocesi Traiecten. Gedericus nomine cū in vna manu contractus eius vsum penitus amisisset, & sepulchrum beatæ Elizabeth bis visitans curationem minime receperat, tertio illic cum vxore sua cum multa deuotione accessit. Quo dum tenderet, senem quendam reuerendi aspectus habuit obuium. Qui ab eo salutatus, & vnde venisset requisitus dixit, se de Marburg. vbi corpus sanctæ Elizabeth requiescit venire, vbi Deus multa miracula operatur. Cum autem vir suam infirmitatem exposuisset eidem, ille manu eleuata eum benedixit, dicens. Securus perge, quia sanitatem recipies, dummodo manum infirmam ad caput sepulchri in quadam fouea ibi facta sub lapide miseris, quam quanto profundius immiseris, tanto citius sanitatem obtinebis. Tunc autem sanctum Nicolaum in memoria habens, qui san. Elizabeth tanquam comes & socius in suis miraculis cooperatur ibidem. Adiecit etiam stultos esse, qui proiectis oblationibus statim discedunt, cum sanctis placeat, vt cum perseverentia eorum suffragia postulentur. Moxque senex ab eis disparuit: nec ipsum vltra videre potuerunt. Super quo plurimum admirati pergebant plenam sanitatis recuperandæ fiduciam obtinens. Vir igitur iuxta senis consilium manum sub lapide monumenti posuit, & ipsam continuo retraxit omnino sanatus.

¶ Quidam de diocesi colonien. Hermaus nomine, dum in carcere à iudice teneretur, ad Deam se totaliter contulit: & b. Elizabeth & magistrum Conradum in sui adiutorium deuotione qua poterat, inuocabat. Sequenti autem nocte ambo infimal cum multo lumine sibi apparuerunt multipliciter eum consolentes. Tandem sententia in eum data suspenditur, & ad spacium vnius miliaris Teutonici in patibulo detinetur. Iudex autem concessit parentibus vt ipsum deponerent, & in tumulo sepelirent. Præparata igitur fouea cum esset depositus, pater in patrum cœperant pro mortuo bea. Elizabeth patrocinia inuocare. Et ecce mirantibus & stupentibus vniuersis qui fuerat mortuus, surrexit viuus. Scholaris quidam de diocesi Maguntin. Ouitardus nomine, dū piscationi minus cautus insisteret, in flumen lapsus cecidit. Magnus autem temporis spacio interdito, dum eius corpus esset extractum adeo sine sensu & motu rigidum est repertum, quod nullo in eo signo vitæ inuenito vere mortuus ab omnibus est iudicatus. Tunc beatæ Elizabeth implorantur merita, & cunctis videntibus, & admirantibus sibi restituitur salus & vita.

¶ Iuuenis quidam tres annos & dimidium habens de diocesi Maguntinensi Hugolinus nomine, dū spiritum emisisset, & corpus eius per spacium quatuor

miliariorum Teutonicorum rigidum & exanime iacisset, mater ad inuocandam sanctam Elizabeth, tota deuotione se contulit, & puerum viuum & sanum recepit. ¶ Puer quidam quatuor annorum, dum in puteum cecidisset, casu quāda veniens aqua haurire animaduertit puerum submersum intus iacere. Quæ postquā cū difficultate extraxit, ipsum mortuum deprehendit. Cuius quidem mortis erant indicia tepiditas diurnitas, corporis rigiditas, oris & oculorum horribilis apertio, denigratio cutis: vtriusque inflatio, & omnimoda sensus & motus priuatio. Pro ipso igitur suscitando ad beatam Elizabeth votum emittitur, & continuo vitæ pristinæ restauratur.

¶ Quadam etiam puella in flumine submersa, dū fuisset extracta, beatæ Elizabeth meritis protinus est vitæ restituta.

¶ Vir quidam nomine Fridericus de diocesi Maguntinensi in arte n. tandi valde peritus, dum se in quadam aqua balnear., & pauperem quendam per beatam Elizabeth illum natum deridens, in eius faciem aquam contempnitur spargeret, ille provocatus dixit. Domina illa sancta, quæ mihi gratiam prestavit, de te me vindicabit: vt hinc nō exeat, nisi mortuus & submersus. Ille autem inprecationem pauperis parumpendens, & in aqua lasciuit se immittens, vultus penitus destitutus se iuuare nō potuit, sed in profundum quasi lapis descendit. Post multum verò temporis requisitus, de aqua mortuus est delatus. Cūq; magnus planctus fieret super eum, quidam eius propinqui cœperunt pro eo ad beatam Elizabeth votum facere, & eius suffragia deuotissime implorare: statim igitur in eū spiritus rediit, & viuus & sanus surrexit.

¶ Quidam nomine Ioannes de diocesi Maguntin. cum quodam fure innocenter deprehensus, & suspendio cum ipso adiudicatus cunctos rogauit, vt beatam Elizabeth orarent, vt secūdam sua merita iuaretur. Cū esset suspensus audiuit vocem super se dicentis Confide, & in sanctam Elizabeth fiduciam habere, & liberaberis, statimq; alio remanente ipso fure fracto de loco alto grauissime cecidit: nullā tamen lēsiōnem incurrit, licet noua qua indutus erat, camisia rumpe-retur. Qui exhilaratus, ait. Sancta Elizabeth tu me liberasisti, & in stratum molle me cadere fecisti. Cū enim aliqui dicerent ipsum iterū suspendendum, iudex ait. Quæ Deus liberauit, denuō suspendi nō permit-tam. ¶ Conuersus quidam iō in quadam monasterio diocesis Maguntin. Volebat enim nomine admodum religiosus, qui carnem suam sic affixit vt circa annos. xxx. circa loriam ad carnem portaret, & inter lapides & ligna: aceret. Huius tantum dum in molendino esset, lapis volatis casu apprehensam se contriuit, vt carne ab vtraque parte auelleret, ossa & neruos contereret, ita vt in quodam mortario contrita quodammodo videretur. Quæ tanto doloris, acutō vrgebatur, vt rogaret quod manus sibi præcideretur. Cū igitur beatam Elizabeth crebro in sui auxiliū inuocaret, quæ etiā in vita sua sibi familiaris extiterat quadā nocte sibi apparuit, dicens. Vis sanus fieri. Qui cū responderet libenter. Illa manum apprehendens neruos sanauit, ossa integravit: & carnē ab vtraque parte restituit: & pristinæ sanitati donauit. Mane autē factō perfecte sanatum se reperit, & toti conuentui ipsam


manum cunctis stupentibus sanam ostendit.

¶ Quidam puer quinquennis Discretus nomine Maguntin. diocesis: cum cæcus natus esset: meritis bea Elizabeth lumen recepit. Pellis siquidem integra sine pillis palpebrarum vel aliqua pellis diuisione oculis superinducta fuerat, adeo vt totaliter oculos tegetet, nec substantiæ oculorum vllum indicium apparet. Mater igitur eius ad sepulchrum Elizabeth ipsum ducens de terra sepulchri oculos eius liniuit, & super eū beatæ Elizabeth merita inuocauit. Et ecce pellis in tegra per medium scinditur, & eius oculi paruissimi turbulenti & sanguinolenti videntur. Sicque puer bea Elizabeth meritis suffragantibus visus beneficio est positus.


¶ Puella quædam eiusdem diocesis Beatrix nomine, cū diu magnis & diuersis fuisset infirmitatibus molestata, tandem gibbo in dorso & struma in pectore excrescentibus: sic ex toto corpore incuruata, vt nulla seratione erigeret, sed manibus super genua positis corpus suum taliter sustentaret. Cū igitur mater in quadam sporta eam ad tumulum sanctæ Elizabeth deportasset, & per decem dies commemorantes ibidem nullo potuissent sanitatis remedium inuenire: irata mater eius contra beatam Elizabeth murmurauit, dicens. Omnibus beneficia impendis: & me miseram nō exaudis. Reuertens igitur omnes quos potero à visitatione tua auertere procura bo. Cū igitur irata recederet: & iam miliare & dimidium peregisset: & eius filia doloribus cruciata lugeret: tandem ipsa puella obdormiens vidit quandam pulcherrimam dominam eum facie resplendens, & corpus eius in dorso & pectore liniens dixit ei. Surge & ambula Euigilas puella, & te ab omni deformitate & curuitate penitus sanata inueniens. Visionem matri reulit, & gaudium & lætitiā generauit. Redeuntes igitur ad sepulchrum sanctæ Elizabeth Deo & sibi gratias egerunt: & ibidem sportam in qua puella portata fuerat, dimiserunt. Mulier quædam Geltrudis nomine eiusdem diocesis per multos annos vtroque crure contracta & toto corpore curua in somnis admonetur, vt ad s. Nicolaum proficiens eius debeat merita implorare. Quæ ad quadam ecclesiam. s. Nicolai portari se fecit, & in vno crure sanitatem inuenit. Tandem ad sepulchrum beatæ Elizabeth perducta, & super eius tumulum posita grauissimis doloribus stimulata, & velut amens effecta sana & incolumis exurrexit. Mulier quædam Scintrudis nomine eiusdem diocesis cū per annum integrum penitus cæca mansisset, & aliorum semper auxilio duceretur ad rogandum sanctam Elizabeth, tota deuotione se contulit, & amissum lumen recepit. Vir quidam Henricus maguntin. diocesis cum lumine oculorum penitus esset priuatus, sepulchrum sanctæ Elizabeth visitans plenæ curationis beneficium reportauit. Postmodum verò idem vir fluxu sanguinis adeo est grauatus: vt moriturus à familia crederetur. Accipiens verò de terra sepulchri sanctæ Elizabeth, & ipsam conficiens aqua commiscuit, & bibens plenam sanitatem recepit. Puella quædam Metildis nomine Treueren. diocesis dum visu & audita priuata esset, & loquendi & ambulandi potentiam amisisset, pater suus & mater ad beatam Elizabeth eam deuouerunt, & perfecte

sanatam Dei & Elizabeth laudantes magna lætate ceperunt. Mulier quædam nomine Helibingis Treueren. diocesis cū per annum cæca penitus existeret: & sua curatione beatæ Elizabeth merita inuocasset, ad tumulum eius duci se faciens vnius oculi lumen recepit, que ad propria reuersa in alio grauiter torqueri se sensit. Cū verò iterum eius merita implorasset, apparuit ei dicens. Accedens ad altare fac cum corpora oculos tuos ventilari, & sic recipies sanitatem. Quæ cū iussa compleuisset, sanitatem recepit. Vir quidam Theodoricus nomine Maguntin. diocesis in genibus & crucibus diu grauissime infirmatus, ita vt non posset pergere: nisi ab alijs portaretur, votum fecit: quod sepulchrum sanctæ Elizabeth cum oblationibus visita-ret. Et cum locus eius à tumulo tantum per x. miliaria distaret: vix in octo diebus potuit peruenire. Cū verò ibidem per quatuor septimanas mansisset: & nullo remedium impetrasset, domum redibat. Cūque in loco quodam iuxta alium infirmum decumbens quiesceret, vidit in somnis quendam ad se venientem & aqua totaliter perfundentem. Qui euigilans contra socium iratus, ait. Quare me aqua totaliter perfudisti? Qui ait. Ego te non perfudi, sed credo quod illa perfusio erit tibi causa salutis. Ille igitur surgens & se sanatum totaliter inueniens: baculos super humerum posuit, & ad tumulum sanctæ Elizabeth rediit & gratias agens lætus ad propria remeauit.

¶ De sancta Cecilia. A

 ECILIA quasi cæli lilia: vel cæcis via, vel à cælo & lilia. Vel cecilia quasi cæcitate carens vel dicitur à cælo & leos, quod est populus. Fuit enim celeste liliū per virginis puritatis puritatem. Vel dicitur liliū: quia habuit candorem modicæ, virorem conscientie, odorem bonæ famæ. Fuit & cæcis via per exempli informationem, cælum per iugem contemplationem: lilia per assiduum operationem. Vel dicitur cælum, quia sicut dicit liliū. cælum philosophi volubile rotundum & ardens esse dixerunt, sic & ipsa fuit volubilis per operationem sollicitam, rotunda per perseverantiam: ardens per charitatem successam. Fuit etiā cæcitate carēs per sapientiæ splendorem. fuit & cælum populi, quia in ipsa tanquam in cælo spiritali populus ad imitandum intrueret solem, lunam & stellas. i. sapientiæ perspicacitatem fidei magnanimitatem: & virtutum varietatem.

LEGENDA CLXV.

 ECILIA virgo præclarissima ex nobili Romanorum genere exorta, & ab ipsis cunabulis in fide Christi nutrita, abfconditum semper euangelium Christi gerens in pectore, & non diebus nec noctibus à colloquijs diuinis & oratione cessabat: suamque virginis integritatem conseruari a domino exorabat. Cum autem eam iuueni nomine Valeriano desponsata fuisset, & dies nuptiarum instituta esset, illa subitus ad carnem cilicio erat induta: & de super deauratis vestibus tegebatur. Et cantantibus organis illa in corde soli domino decantabat, dicens. Fiat domine cor meum & corpus meum immaculatum, vt non

confandar. Et biduanis ac triduanis ieiunijs orans commendabat domino, quod timebat. Venit autem nox in qua suscepit vna cum sponso suo cubiculi secreta silentia & ita eum alloquitur. O dulcissime atque amantissime iuuenis est mysterium quod tibi consteat, si modo tu iuratus afferas tota te illud obferantia custodire. Iurat Valerianus se illud nulla ne curiositate detegere, nulla prodere ratione. Tunc illa ait Angelum Dei habeo amatorem, qui nimio zelo custodit corpus meum. Hic si leuiter senserit, quod tu me poluto amore contingas, statim feriet te, & amittes florem tuæ gratissimæ iuuentutis. Si autem cognouerit, quod me sincero amore diligas, ita quoque diliget te sicut me, & ostendet tibi gloriam suam. Tunc Valerianus nutu Dei correptus ait. Si vis ut credam tibi, ipsum angelum mihi ostende, & si vere probauero quod angelus sis: faciam quod hortaris, si autem virum alium diligis, te & illum gladio feriam. Cui Cecilia dixit. Si in deum verum credideris, & te baptizari promiseris, ipsum videre valebis. Vade igitur in tertium miliarium ab vrbe via quæ Apia nuncupatur, & pauperibus quos illic inuenies dices. Cecilia me misit ad vos, ut ostendatis mihi sanctum senem Vrbano, quonia ad ipsum habeo secreta mandata quæ perferam. Hunc dum tu videris, indica ei omnia verba mea, & postquam ab eo purificatus fueris & redieris, angelum ipsum videbis. Tunc Valerianus perrexit: & secundum viam quæ accepit, sanctum Vrbano episcopum intra sepulchra martyrum latitantem inuenit. Cuique ei omnia verba Cecilie dixisset: ille manus ad cælum pandens cum lachrymis ait. Domine Iesu Christe seminator casti consilij suscipe seminum fructus: quos in Cecilia seminasti. Domine Iesu Christe pastor bone Cecilia famula tua quasi apis tibi argumentosa deseruit. Nam sponsum, quem quasi leonem ferocem accepit, ad te quasi agnum mansuetum destinauit. Et ecce subito apparuit senex quidam niueis vestibus indutus tenens librum, aureis literis scriptum. Quæ videns Valerianus per nimio timore quasi mortuus cecidit: & a senelenuatus sic legit. Vnus Deus vna fides vnus baptisma. Vnus Deus & pater omnium: qui super omnes & per omnia & omnibus nobis. Cuique hæc legisset, dixit ei. Credis ita esse, an adhuc dubitas. Tunc exclamauit dicens. Non est aliud quod verius credi possit sub cælo. Statimque illo disparente Valerianus a sancto Vrbano baptisma suscepit. Et rediens Ceciliam cum angelo loquentem in cubiculo inuenit. Angelus autem duas coronas ex rotis & lilijs in manu habebat, & vnâ Cecilie & alteram Valeriano tradidit, dicens. Ista coronas immaculato corde & mundo corpore custodite, quia de paradiso Dei eas ad vos attuli, nec vnquam marcescent, nec odorem amittent: nec ab alijs nisi quibus castitas placuerit, videri poterunt. Tu autem Valeriane, quia vtili consilio credidisti, pete quodcumque volueris, & consequeris. Cui Valerianus, Nihil mihi in hac vita extitit dulcius quam vnus frater meus affectus. Peto igitur ut & veritatem ipse mecum agnoscat. Cui angelus. Placet dominum, peritio tua, & ambo cum palma martyrij ad dominum venietis.

C. Post hoc ingressus Tiburtius frater Valeriani cum nimium rosarum sensisset odorem, dixit. Miror

hoc tempore rosas hic odor & lilliorum vnde respiceret. Nam si ipsas rotas vel lilia in manibus meis tenerem non sic poterant ad ornamenta tantæ mihi suauitatis infundere. Confiteor vobis, ita sum refectus ut putem me totum subito immutatum. Cui Valerianus, Coronas habemus: quas tui oculi videre non preualent flore colore & niueo cædore vernantes, & sicut meum terpellante odorem, sensisti, sic & si credideris, videre valebis. Cui Tiburtius. In somnis hoc audio, an in veritate ista tu loqueris Valeriane. Cui Valerianus. In somnis vsque modo fui, sed iam nos in veritate male nemus. Ad quem Tiburtius. Vnde hoc nosti. Et Valerianus. Angelus domini me docuit, quem tu videre poteris, si purificatus fueris, & omnibus idolis abrenunciaueris. Hic miraculo de coronis rosarum Ambr. testatur in præfatione: sic dicens. Sancta Cecilia cælesti dono repleta, ut martyrij palmam assumere: ipsum mundum est cum thalamis execrata. Testis est Valerianus coniugis & Tiburtij prouocata confessor: quos tu domine angelica manu odoriferis floribus coronasti, Viros virgo duxit ad gloriam, mundus agnouit quantum valeat deuotio castitatis. Hæc Ambro. Tunc Cecilia euidenter ostendit ei omnia idola esse insensibilia & mura, ita ut Tiburtius responderet accideret. Qui ista non credit, pecus est. Tunc Cecilia ostendens pectus eius, dixit. Hodie te fateor meum esse cognatum. Sicut enim amor Dei fratrem tuum mihi coniugem fecit, ita te mihi cognatum contemptus faciet idolorum. Vade igitur cum fratre tuo, ut purificationem accipias: & angelicos vultus videre valeas. Dixit que Tiburtius fratri suo. Obsecro te frater ut mihi dicas ad quem me ducturus es. Cui Valerianus. Ad Vrbano episcopum. Cui Tiburtius. De illo Vrbano dicis: qui rotis damnatus est, & adhuc in latebris commoratur, h. e. si inuentus fuerit: cremabitur: & nos in illius flammis pariter inuoluemur: & dum querimus diuinitatem latentem in cælis, incurremus furorẽ exurentem in terris. Cui Cecilia. Si hæc sola esset vita, iuste hanc perdere timeremus. Est autem alia melior quæ nunquam amittitur, quam nobis filius Dei contulit, omnia enim quæ facta sunt: filius ex patre genitus condidit. Vniuersa autem quæ condita sunt: ex patre procedens spiritus animauit. Hic igitur filius Dei in mundum veniens verbis & miraculis aliam vitam esse nobis monstrauit. Cui Tiburtius. Certe vnus Deus esse asseris, & quomodo nunc tres esse testaris? Respondit Cecilia. Sicut in vna hominis sapientia sunt tria: scilicet ingenium, memoria & intellectus, sic in vna diuinitatis essentia tres personæ esse possunt. Tunc cepit ei de aduentu filij Dei & passione prædicare, & multas congruitates ipsius passionis ostendit. Nam ideo inquit filius Dei est tentus: ut genus humanum dimittatur peccato detentum, Benedictus maledicitur: ut homo maledictus benedictionem consequatur. Illud si patitur: ut homo ab illusionẽ demonum liberetur. Spineam coronam accepit in capite, ut nobis sententiam a se in capitale. Fel suscepit amarum, ut sanaret hominis dulcem gustum, Expoliatur, ut parentum nostrorum nuditate operaret. In ligno suspenditur, ut ligni præuaricationẽ tollat. Tunc Tiburtius fratri suo dixit. Misere mei, & pduc me ad horem Dei, ut

Dei, ut purificationẽ accipiã. Ductus igitur & purificatus angelos Dei sæpe videbat, & omnia quæ postulabat, prorsus obtinebat.

D. Valerianus igitur & Tiburtius eleemosynis distabant, & sanctorum corpora, quos Almachius præfatus occidebat: sepulturæ tradebat. Quos Almachius ad se vocans: cur pro suis sceleribus dānosos sepeliret, inquit. Cui Tiburtius. Vtinã illorum serui essemus inquisiuit. Cui Tiburtius. Vtinã illorum serui essemus inquit. Quos tu dānosos appellas. Qui contempserunt illud, quod videret esse: & non est: et inueniunt illud quod non videtur esse: & est. Cui præfatus. Quidnam est illud? Et Tiburtius. Quod videtur esse, & non est: est omnia quod in hoc mundo est, quod hominem ad non esse perducit. Quod verò non videtur esse, & est, est vita iustorum, & pœna malorum. Cui præfatus. Non putato quod mente tua loquaris. Tunc iubet astare Valerianum dicens ei. Quonia non est sani capitis frater tuus, tu saltem poteris sapienter dare responsum. Constat plurimum vos errare, qui gaudia respicitis, & omnia inimica gaudijs affectatis. Tunc Valerianus se vidisse ait glaciali tempore otiosos iocantes, & operari agricolos deridentes. Sed estiuo tempore dū aduenissent gloriosi fructus laborum, gaudibus illis qui putabantur vani, ceperunt flere qui videbant vrbano. Sic & nos nunc quidem sustinemus ignominiam & laborẽ, in futuro autem recipiemus gloriam & eternam mercedem. Vos autem nunc transitorium habetis gaudium: in futuro autem inuenietis eternum luctum. Cui præfatus. Ergo nos iniustissimi principes æternum habebimus luctum: & vos personæ vilissimæ perpetuum possidebitis gaudium. Cui Valerianus. Homiõnes estis: non principes tempore nostro nati: citius morituri & Deo rationẽ plus omnibus reddituri. Dixit autem præfatus. Quid verborum circuitu immoramur: offere te dijs libamina, & illæsi absecdere. Sancti responderunt. Nos Deo verò quotidie sacrificium exhibemus. Quibus præfatus. Quod est nomen eius. Cui Valerianus. Nomen eius inuenire non poteris: etiã si pennis volaueris. Præfatus dixit. Ergo lupier non est Dei non est. Cui Valerianus. Nomen homicidæ & stupratoris est. Ad quem Almachius. Ergo totus mundus errat: & tu cum fratre tuo verum Deum nosti Valerianus respondit. Nos soli non sumus, sed innumera bilis multitudo hanc sanctitatem recipit. Traduntur igitur sancti in custodiam Maximi. Quibus ille, ait. O inuentis flos purpureus. O germanus fraternitatis affectus: quomodo ad mortem quasi ad epulas festinatis. Cui Valerianus ait. Quod si crediturum se promitteret: gloriam tunc ipse animarum eorum post mortem videret. Et Maximus. Fulminibus igneis consumaris: si non illum solum Deum confitear, quem adoratis, si contingat quod dicitis. Ipse igitur Maximus & omnis eius familia ac vniuersi carnifices crediderunt, & ab vrbano: qui illic occulte venit, baptisma susceperunt.

E. Igitur dum aurora nocti sine daret, Cecilia exclamauit, dicens. Eya milites. Christi abijcite opera te nebrarum: & induimini arma lucis. Quarto igitur miliario ab vrbe sancti ad statuam, Iouis ducuntur, & dū sacrificare nollent, pariter decollantur. Tunc Maximus cum iuramento asseruit se in hora passionibus eorum angelos vidisse fulgentes & animas eorum quasi virgines de thalamo exeuntes: quas in gremio suo an-

geli in cælum detulerunt. Almachius verò audiens Maximum Christianum effectum eum plumbatis tandiu cecidit fecit: quousque spiritum excussit, cuius corpus sancta Cecilia iuxta Valerianum & Tiburtium sepeliuit. Tunc Almachius facultates amborum cepit inquirere, & Ceciliam tanquam Valeriani coniugem coram se fecit asstare. Iussitque: ut idolis immolaret: aut sententiã mortis incurreret. Cui autem ad hoc ab apparitoribus vrgeret, & illi vehementer fleret, eo quod puella tam decora & nobilis vltro se morti traderet, dixit ad eos. Hoc boni iuuenes non est iuueturẽ perdere, sed mutare, dare lutum & accipere aurum, dare vile habitaculum & accipere pretiosum: dare breuem angulum & accipere forum perlucidum. Si quis pro nullo solidos daret: nonne vellocius festinaretis. Deus autem quod acciperet, simplum, reddet ceterum. Creditis his quæ dico. Et illi. Credimus Christum verum esse Deum, qui talem possidet famulam. Vocato igitur Vrbano episcopo quadringenti & amplius baptizati sunt. Tunc Almachius sanctam Ceciliam ad se vocans, ait. Cuius conditionis es? Et illa. Ingenua sum & nobilis. Cui Almachius. Ego te de religione interrogo. Et Cecilia. Interrogatio tua stultum sumit initium, quæ duas rationes vna putat inquisitione concludi. Cui Almachius. Vnde tibi tanta præsumptio respondendi. At illa. De conscientia bona & fide non ficta. Cui Almachius. Ignoras cuius prætis sum? Et illa. Præter vestra est, quasi vter vter repleus. quem si acus pupugerit, omnis prius rigor pallefcit, & quod in se rigidum habere cernitur, incuruatur. Cui Almachius. Ab iniurijs coepisti, & in iniurijs perseueras. Cecilia respondit. Iniuria non dicit, nisi quod verbis fallere tibi irrogat. Tu autem iniuriã doce, si falsa locuta sum, aut te ipsum corripere caluniam inferentem. Sed nos scientes sanctum Dei nomen omnino negare non possumus. Melius est enim feliciter mori: quam infeliciter viuere. Cui Almachius, ut quid cum tanta superbia loqueris? Et illa. Non est superbia sed cõstancia. Cui Almachius. Infelix ignoras quia viuificandi & mortificandi mihi est tradita præter. Et illa. Contra veritatẽ publicã probo te nunc esse mentitum. Vitã enim viuẽtis tollere potes: mortuis autem dare non potes. Es igitur minister mortis non vite. Cui Almachius. Iam deponẽ amentiam & sacrificia dijs. Cui Cecilia. Nescio vbi oculos amiseris. Nam quos tu deos dicis, omnes nos saxa esse videmus. Mitte igitur manum: & tãgendo discẽ, quod oculis non vales videre. Tunc iratus Almachius iussit eam ad donum suam reduci, ibique tota die & nocte iussit eam in buliente balneo cõcremari, quæ quasi in loco frigido mansit, nec modicum saltem sudoris persensit. Quod cum audisset Almachi iussit eã in ipso balneo decollari. Quã spiculator tribus ictibus in collo, percussit: sed tamen caput eius amputare non potuit. Et quia decretum erat ne quartam percussorem decollandus acciperet, eam semiuivam eruentus carnifex dereliquit. Per triduum autem superiuens omnia quæ habebat pauperibus tradidit: & omnes quos ad fidem cõuerterat. Vrbano episcopo cõmendauit: dicens. Triduanas mihi inducias postulauit, ut hos tuæ beatitudini cõmendam, & hanc domum meam hinc ecclesiam consecraret. Sanctus autem Vrbano corpus eius inter episcopos sepeliuit: & domum suam in ecclesiam, ut rogauerat, consecrauit. Passa est autem circa annos domini

resolutus mēbris cecidit: & quasi exanimis factus est. Filij autē irruentes in eum osculabantur: verentes ne spiritum reuocare posset, tandem ad se rediens omnia vt acciderat, per ordinem audiuit. Tunc subito vxor aduenit, & cum lachrymis clamare cōcepit. Vbi est vir meus & dominus meus? Hęc cum illa quasi amēs clamaret, senex cucurrit: & cum multis lachrymis amplecti & stringere eam cōcepit. Dū igitur simul manerent, aduenit quidam nunciatus Apionem & Ambionē Faustianiani amicissimos cum Simone mago hospitari. De quorum aduentu Faustianianus valde gauisus ad eos visitandos iuit. Et ecce nunciatus venit, qui diceret ministrum Cæsaris Antiochiam aduenisse: vt magos omnes quæreret, & morte puniret. Tunc Simon magus in odium filiorum qui ipsum reliquerant, vultus sui similitudinem in Faustianianum impressit, vt non Faustianianus sed Simon magus ab omnibus putaretur. Hoc autem fecit, vt à ministris Cæsaris loco sui teneretur & occideretur. Ipse autem Simon de partibus illis abscessit. Cum autem Faustianianus ad Petrum & filios redisset, expauerunt filij vultum Simonis in eum intuentes vocem autē patris sui audientes. Solus autē Petrus erat, qui vultum eius naturalem videbat. Cūque filij eius & vxor eius eum fugerent & execrarentur, dicebat eis. Cur execramini & refugitis patrē vestrum? Qui responderunt, quod ideo eum fugerēt: quia in eo vultus Simonis magi appareret. Consecerat enim Simon quoddam vnguentum: & faciem eius perunxerat, & vultum suum arte magica impresserat in eum. Ipse igitur lamentabatur & dicebat. Quid mihi misero accidit, vt vna die recognitus ab vxore & filiis letari non poterim cum eis. Vxor verò eius sparsis crinibus & filij plurimum flebant.

F Simon autē magus dum adhuc esset Antiochiæ Petrum plurimum infamauerat magum maleficū & homicidā eum dicendo. Denique intantū aduersus Petrum populum concitauerat, vt ipsum plurimum inuenire affectarent: vt carnes eius dentibus laniarent. Dixit ergo Petrus Faustianiano. Quoniā quidē Simō magus esse videris, perge Antiochiam & coram omni populo me excusa, ac ea quæ de me dixit Simon ex persona sui retracta: post hoc ego Antiochiam veniā: & alie num hunc vultum à te effugabo, & proprium vultum coram omnibus reddam. Hoc tamen nullo modo credendum est, quod beatus Petrus mentiri mandauerit: cū Deus non indigeat nostro mendacio. Ideo itinerarius clemētis in quo hæc scripta sunt, liber apocriphus est, nec vt quibuscūq; placeat, suscipiendus est in talibus. Veruntamen dici potest quod Petrus si diligenter verba sua considerantur, non sibi dixit vt Simonē magū esse se diceret, sed vt populo effigiem faciei super indutam ostendens Petrum ex persona Simonis commendaret, & mala quæ dixerat, reuocaret. Et ille dixit se esse Simonem non quantum ad veritatem, sed quantum ad apparentiam. Vnde quod infra dixit Faustianianus Ego Simon & c. Sic debet accipi. i. quantum ad apparentiam videor esse Simō. Fuit ergo Simon supputatiuus. Perrexit ergo Faustianianus pater clemētis antiochiam, & populum conuocans dixit. Ego Simon annuncio vobis & confiteor omnia fecisse de Petro Nequaquam enim est seductor vel magus, sed ad salutem mundi missus. Quapropter si de cætero aliquid

contra ipsum dixerō: me tanquam seductorem & maleficum repellatis. Nunc enim penitentiā ago, quia malē me dixisse cognosco. Moneo igitur vos, vt ipsi credatis, ne vos & ciuitas vestra insimul pereatis. Cūque hæc omnia quæ Petrus iusserat, complexerit, & iā in amorem Petri populum incitasset, Petrus ad eum venit, & oratione facta effigie vultus Simonis ab eo penitus effugauit. Populus autem Antiochenus Petrum benignē & cum multo honore recepit, & ipsum in cathedra sublimauit. Quod audiens Simon illuc perrexit & populum conuocans ait. Miror quod cū vos salubribus præceptis instruxerim & à seductore Petro vos cauere monuerim, vos ipsum non solum audistis, sed etiam episcopali cathedra sublimastis. Tūc omnes cum furore aduersus eum dixerunt. Monstro nobis similitis es. Nudiustertius te penituisse dicebas, & nunc te & nos præcipitares cōaris, & impetū in eum facientes cum ignominia eum protinus expulerunt. Hęc omnia Clemens in libro suo de seipso narrat, & hanc historiam ibidem inseruit.

G Post hæc autem Petrus cū Romam venisset, & suam passionem imminere videret, Clementē post se episcopum ordinauit. Mortuo igitur principe apollo lorūm Petri Clemens vir prouidus præcauens futurum, ne. s. per hoc exemplum qui ibet vellet sibi in ecclesia successorem statuere, & hereditarie sanctuarii domini possidere, hinc cessit, & postmodum Cleto, Nō nulli asserunt quod Linius & Cletus non fuerunt summi pontifices, sed tantum Petri apostoli coadiutores, propter quod in cathalogo pontificum meruerunt numerari. Post hoc autem Clemens eligitur, & prædare compellitur. Qui ita morum ornamento pollebat, vt iudæis & Gentilibus & omnibus Christianis populis complaceret. Singulariū in opes regionū nominatim scriptos habebat, & quos baptisimi sanctificatione mundauerat. non sinebat publicè fieri mendicatione subiectos. Cū itaque domicellam virginem neptem Domitiani imperatoris sacro velamine conserasserit, & Theodoram vxorē Sifinnij amici imperatoris ad fidem conuertisset, & in castitatis proposito munere promitteret. Sifinnus zelo ductu ecclesiam post vxorem suā occultē intrauit scire volens propter quid illa sic ecclesiam frequentaret. At vbi à sancto Clemente oratio fusa est, & a populo responsum est amē. Sifinnus cæcus & surdus penitus effectus est. Qui statim pueris suis dixit. Citō me tollite, & foras educite. Pueri autem per totam ecclesiam eū girabant, sed ad inuensas peruenire non poterāt. Quos cū vidisset Theodora sic errantes primō quidem ab eis declinauit, putans quod vir suus eam cognoscere posset. Postmodū autem quidnam hoc esset, interrogauit. Qui dixerunt. Dominus noster dum vult videre & audire que non licet, cæcus & surdus factus est. Tunc illa in orationem se dedit deprecans, vt vir suus inde exire posset. Et post orationem dixit pueris. Ite modo & perducite dominum vestrum ad domum. Cūque abiissent sancto Clementi Theodora, quid acciderit indicauit. Tūc sanctus rogatu Theodoræ ad eum venit, & ipsi inuenit apertis oculis nil videntem & nil penitus audientem. Cumque Clemens pro eo orasset & ille auditum & lumen recepisset, videns Clementem iuxta vxorem suam stantem amens efficitur, & se illum magis

magis artibus suspicatur: præcepitque seruis suis vt tenerent Clementem, dicens, vt ingrederetur ad vxorem meam magicis artibus me excecavit. Præcepitque ministris vt Clementem ligarent: & ligatum traherent. At illi ligantes columnas iacentes & saxa traherent. At illi ligantes columnas iacentes & saxa traherent, sicut etiam Sifinnio videbatur, quod sanctum Clementem cum suis Clericis traherent & ligarent. Tūc Clemens Sifinnio ait. Quia saxa Deos dicis, saxa trahere meruisti. Ille autem verē eum ligatum existimans ait. Ego te interficere faciam. Clemens autem in ade absedens. Theodoram rogauit, ne ab oratione cessaret, donec virum suum dominus visitaret. Oranti igitur Theodora Petrus apostolus apparuit dicens. Per te virtus saluabitur, vt impleatur quod dixit frater meus Paulus. Saluabitur vir infidelis per mulierem fidelem. Et hæc dicens abscessit: statimque Sifinnius vxorem suam ad se vocauit, obsecrans vt pro se oraret, & sanctum Clementem ad se vocaret. Qui cū venisset, ipsum in fidem instruxit, & eum cum. cccxiiij. de domo sua baptizauit. Per hunc autem Sifinnium multi nobiles & amici Neruæ imperatoris domino crediderunt. Tunc comes sacrorum pecuniam multis dedit, & contra sanctum Clementem seditionem maximam excitauit.

H Tūc Mamertinus vr̄bis præfectus populi seditionem maximam non ferens, ad se Clementem adduci fecit. Quem cum redargueret, & ad se inclinare attentaret, ille ait. Optarem te ad rationem accedere. Nam sicanes multi contra nos latrauerunt, & morsibus attrētauerunt: nunquam hoc nobis auferre possunt quod sumus rationabiles homines & ipsi sunt irrationabiles canes. Seditio autem ab imperitis exorta ostendit se nihil habere certum vel verum. Tūc Mamertinus de eo Traiano imperatori scribens responsū accepit, quod, aut sacrificaret, aut transponit mare in eremo quod adiacet ciuitati Terfonæ ipsum in exilium mitteret. Tūc præfectus Clementi cum lachrymis ait. Deus tuus quem pure colis, ipse te adiuet. Præfectus autem ei nauem tribuit, & omnia necessaria ministrauit. Multi autem clerici & laici ipsum in exilium sunt secuti. Præfectus autem in insulam, inuenit ibi plusquam duo milia Christianorum ibidem iam dudum ad secunda marmora dannatorum, qui sanctum Clementem videntes statim in fletum & lachrymas proruperunt. Quos ille consolans ait. Non meis meritis ad vos me misit dominus vestræ coronæ participem me fieri. Et cum ab eis didicisset, quod à sexto miliario aquam suis humeris deportarent, dixit eis. Oremus omnes dominum Iesum Christum, vt confessoribus suis fontem in loco isto ac venas aquæ aperiat. Et qui percussit petram in deserto Sinai & fluxerunt aquæ in abundantia, ipse nobis laticem fluentem imperiatur, vt de eius beneficijs gratulemur. Cūque oratione facta hinc inde circūspiceret, vidit agnum stantem, qui pede erecto dextro quasi locum episcopo ostendebat. Et intelligens dominum Iesum Christum esse, quem solus ipse videbat, perrexit ad locum & dixit. In nomine patris & filij & spiritus sancti in isto loco percute. Sed cū nullus in isto loco, in quo agnus steterat, contingeret ipse accepto breui sarculo leui istu locum sub pede agni percussit, & statim maximus fons erupit, & in flu-

uium erexit. Tūc vniversis gaudentibus sanctus clemens ait. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Ad hanc famam multi confluxerunt, & vna die quingenti & ambliab ab eo baptisma susceperunt, & idolorum templa destruentes per totam prouinciā intra annum vnum. lxxv. ecclesias edificauerunt. Post tres autem annos Traianus imperator, qui cōcepit anno domini. cvj. hoc audiens quendam ducem illum fecit. Qui cum omnes libenter mori conspiceret, multitudine cessit, & solum clementem ligata ad collum eius anchora in mare præcipitauit, dicens. Iam non poterunt ipsum pro Deo colere christiani. Stante autem rem omni multitudine ad litus maris. Cornelius & Phebus discipuli ei⁹ omnes orare præceperunt, vt dominus corpus sui martyris eis monstraret. Statimque mari per tria miliaria recedente, omnes per sicum in gressu inuenient in modum templi marmorei habitaculum à Deo paratum, & ibi in arca corpus sancti clementis & anchoram iuxta eum. Reuelatum est autem discipulis eius, ne inde tollerent corpus eius. Omni autem anno tempore passionis per. vij. dies ad tria miliaria mare recedit, & sicum iter aduenientibus tribuit.

I In vna autem solennitatum mulier cū filio suo parulo ad locū accessit, cōpletis autē festiuitatis solenijs, cū puer obdormiret, fons inundantium aquarum subito factus est. Mulier autem territa, & filij sui oblita cum reliqua multitudine ad ripā aufugit, quæ postmodum filij memor cum eiulari maximo flebat & vsque ad cælum lamentabiles voces dabat, ac per littora clamans & eiularis discurrebat, si forte filij corpus à littoribus eiectum videret. Sed cum in ea spes omnis deficeret: ad domum redijt: & totum illum annum in fletu & merore duxit. Post annum igitur aperto mari omnes anticipans ad locum concita venit, si de filio forte aliquod vestigium inuenire posset. Cū ergo ante tumulum sancti clementis se in orationem dedisset, surgens vidit infantem in loco vbi eum reliquerat dormientem existimans autem eum esse defunctum accessit propius quasi corpus collectura exanime. Sed cum eum dormientem cognouisset, excitatum velociter spectantibus populis in columnam inuis leauit, & vbinam perillum annum fuerit, requisit. Ille autem se nescire respondit, si annuus integer præterierat, sed tantum vnus noctis spacio se suauiter dormisse putabat. Ambro. in præfatione sic ait. Cū iniquissimus persecutor beatum clementē penis afficere à diabolo cogere, non ei tormentum intulit, sed triumphum. Iactatur ergo martyr in fluctibus, vt mergeretur, & ex hoc peruenit ad præmissum vnde Petrus magister eius peruenit ad cælum. Ambr. ergo in fluctibus christus approbans mentes clementem ad palmam victoriæ de profundo reuocat Petrum ad cælestia regna in eodem elemento nemergeretur eleuat. Refert Leo Hostien. episcopus quod tempore quo Michael imperator nouæ Romæ regerebat imperium, sacerdos quidam nomine philosophus qui oblitum ingenium à pueritia fuerat sic vocatus, cum Terfonē peruenisset, & de his quæ narratur in historia clementis habitatores interrogasset: quia aduenæ potius quam indigenæ erant, se nescire profecti sunt. Siquidem miraculum marini recessus ob-

culpam inhabitantium iam diu cessauerat, & ob incursum barbarorum tempore marini recessus venientium templum destructum fuerat, & arca cum corpore marinis fluctibus obrupta erat, exigentibus culpis inhabitantium super quo miratus Philo sophus, & accedens ad ciuitaculam nomine Georgiâ cum episcopo & clero accessit ad quærendum sacras reliquias ad insulam in qua existimabant esse corpus martyris. Vbi cum hymnis & orationibus fodientes diuina reuelatione inuenerunt corpus & anchoram cum qua fuerat in mare proiectum, & deportauerunt Terfoné. Deinde prædictus philosophus cū corpore sancti clementis Romam venit, & multis offensis miraculis in ecclesia quæ dunc dicitur sancti clementis honorifice corpus collocatum fuit. In quadam autem chronica legitur quod mari ab illo loco exsiccato à beato cirilo Moranorum episcopo Romam translatum est.

De sancto Grisogono.

LEGENDA CLXVII. A

GRISOGONVS iussu Diocletiani in carcere recluditur, vbi sanctæ Anastasiæ alimonij fovebatur. Cùm ergo Anastasiam vir eius in artificiosam custodiam posuisset. Grisogono, qui eâ erudierat talia scripta direxit. Sancto confessori christi Grisogono Anastasia sacrilegi iugum mariti suscepti Deo miserrante toru mentita infirmitate declinans, die noctuq; domini nostri iesu christi amplector vestigia. Cū iste patrimonium meum ex quo illustratur, cū indignatione ac turpibus idolatris exhauriat: me quoq; velut magam atq; sacrilegam custodię tam grauissime mancipauit, vt me vitam tēporalem amittere suspicer. Nil enim superest nisi vt amisso spiritu morti succumbam. In qua morte licet glorier: tamē mea mens valde conteritur: quia opes meę, quas Deo deuoueram, à turpibus consumuntur. Vale vir Dei: mementoque mei. Cui Grisogonus sic respondit. Vide quod non conturbis in hoc, q; tibi pie viuenti inferantur aduersa. Non enim decipieris: sed probaris. Cito ad te placitū tempus christi couertet: & quasi post noctis tenebras florida Dei lumen aspicias, atq; post glacię frigus aurea tibi tempora & serena succedant. Vale in domino: & ora pro me. Deniq; cum beata Anastasia sic in custodia artaretur, vt vix ei panis quadrans daretur, existimans fe morituram, sancto Grisogono epistolam in hæc verba scripsit. Confessori christi Grisogono Anastasia. Finis venit corporis memento mei: vt egredientem animam meam ipse suscipiat, pro cuius amore ista sustineo: quæ ex ore huius vetulæ cognoueris. Cui ille rescripsit. Superest vt lumen tenebrę anteedant, sicut etiam post infirmitatem salus reuertitur, & vita post mortem promittitur. Vno sine concluduntur, & aduersa huius mundi & prospera, ne vel tristibus desperatio, vel lætis elatio dominetur. Vnum mare est in quo nauiculæ corporis nostri velificat, & sub vno corporis gubernatore animæ nostrę nautico funguntur officio. Quorūdam igitur naues fortissimis caribarum nexibus sollicitæ crebros equoris concitatos

fluctus illesæ prætereunt: quorūdam vero fragiliter iuncturæ lignorum etiam in tranquillo vicinuo mor ti conficiunt cursum. Tu autem christi famula crucis tropheum tota mente constringe, & te ipsam præpara ad opus Dei. Igitur Diocletianus Aquilegię partibus præpositus ceteros christianos occidens sanctum Grisogonum sibi præferari iussit. Cui cum diceret. Accipe potestatem præfecturæ tuæ & consilium generis tui, & sacrificia dijs. Respondit Grisogonus. Vnum Deum in cælo adoro, & dignitates tuas quasi lutum contemno. Data igitur super eum sententia ad quendam locum ducitur: & ibidem proxi nus decollatur. Circa annos domini. cclxxxviii. Cuius corpus cum capite sanctus Selus peresbyter sepeliuit.

De sancta Catherina. A

CATHERINA dicitur catha, quod est vniuersum: & ruina, quasi vniuersalis ruina. omne enim ædificium diaboli in ea vniuersaliter corrui. nam in ea corrui ædificium superbiæ per humilitatem, quam habuit carnalis concupiscentia, per virginitatem quam seruauit cupiditatis mundaniæ: quia omnia mundana desepxit. Vel Catherina quasi cathenula. Ipsa enim sibi per bona opera quandam cathenam fecit: per quam vsque ad cælum ascendit. Quæ quidem cathena siue scala quatuor gradus habet, qui sunt innocentia operis mundicia cordis despectio vanitatis, & locutio veritatis. Quos propheta per ordinem ponit dicens. Quis ascendet in montem domini &c. Et respondet. Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo. Quæ autem ista quatuor gradus à beata Catherina fuerunt: patet ex legenda sua.

LEGENDA CLXVIII. B

CATHERINA costi regis filia omnibus liberalium studijs erudita fuit. Cùm autem Maxantius imperator omnes tam diuites quam pauperes ad Alexandriam conuocaret, vt idolis immolarent, & christianos immolare nolentes puniret: Catherinam eum esset annorum octodecim, & in palatio diuini & pueris pleno, sola remansisset: audiens animalium diuersorum mugitus, & carantium plausus missa illuc nuncio inquiri iussit: celesiter quid hoc esset. Quod dum didicisset, assumptis aliquibus de palatio signo crucis se muniens illuc accessit: ibiq; multos christianos metu mortis ad sacrificia duci conserxit. Quæ vehemēti dolore cordis sauciata ad imperatorem se audacter ingessit: & sic ait. Salutationem tibi proferre imperator, & ordinis dignitas & rationis via præmonebat, si creatorem cælorum agnosceres, & à dijs animum reuocares. Stansque ante ianuam templi per varias conclusiones syllogismorum allegoricę & methonomicę diserte & mystice multa cum Cæsare disputauit. Deinde rediens ad commune colloquium dixit. Hæc tibi tanquam sapienti proferre curauit. Nunc autē quare in cællum

congregasti hæc multitudinem ad colendam stultitiam idololorum? Miraris hoc templum maou artificū operatum, miraris ornamenta præciosa quæ velut puluis ante faciem veni erunt. Mirare potius cælū & terram mare & omnia quæ in eis sunt. Mirare ornamenta cælorum solem videlicet & lunam & stel as Mirare famulatum eorum qualiter à mundi initio vsq; ad finem nocte & die currunt ad occidentem & redeunt ad orientem, nec vnquam fatigantur. Et cū hæc animaduertens, interroga & discere quis si eorum potentior. Cū autem ipsi ipsam ipso donare intellexerit: nec simile illi inuenire volueris, ipsam ad ora, ipsum glorifica. Ipse enim est Deus deorum, & dominus dominantium Cūque de filij incarnatione sapienter plurima disputasset: stupefactus Cæsar nō valuit hæc respondere. Tandem ad se reuersus dixit ad eam. Sine o mulier sine nos finire sacrificium, & post hoc tibi responsa reddemus. Præcepit igitur & eam ad palatium duci, & cum diligentia custodiri admirans nimiam eius prudentiam & corporis pulchritudinem. Erat enim speciosa valde & incredibili pulchritudine, omnium oculis admirabilis videbatur & gratiosa. Veniens igitur Cæsar ad palatium dixit Catherinæ Audiuius tuam eloquentiam & mirati sumus tuam prudentiam: sed in deorum sacrificijs occupati omnia plenè intelligere nequiuimus. Nunc autem ab initio progrediam tuam requirimus. Et sancta Catherina ad hoc scriptū est. Nec te collaudes, nec te culpaueris ipse. Hoc faciunt stulti quos gloria verat ianias. Cōtētor tamen meā progeniem nō timore iactantie, sed humilitatis amore. Ego enim sum Catherina Costi regis vnica filia. Quæ quāuis in purpura nata & liberalibus disciplinis non mediocriter instructa, hæc tamen omnia cōtempseri, & ad dominum Iesum Christum cōfugii. Dij autem quos colis, nec te, nec alios iuuare possunt. O igitur infelices talium numinum cultores quibus aduocatus in necessitate nō assunt: & in tribulatione non succurrunt, in periculis non defendunt. Cui rex. Si ita est vt dicis: totus mundus errat, & tu sola verū dicis: cū tamen omne verbū in ore duorum vel trium testium cōfirmetur. Si angelus esses, si cælica virtus adhuc tibi credere nemo deberet, quātominus cū femina fragilis esse probaris. Cui illa. Ne oblecto Cæsar à furore tuo te vinci permittas: vt in sapientis animo non iter turbatio dicitur: sic nāque poeta ait. Tu si animo rexeris, rex eris: si corpore, seruus. Et rex. Vt video pestifera calliditate nos illa quare dispositionis, dū per exemplum philosophorum, sermone protrahere nitens. Videns autem Cæsar, quod eius sapienter obuia re non posset: mandauit occultè per literas, vt omnes græmānci & rhetores ad prætorium Alexandriæ festinantes venirent, immensa munera recepturi, si cōiuentricem virginam suis assertionibus superarent.

C Adducti sunt igitur de diuersis prouincijs quinquaginta oratores, qui omnes mortales in omni mundana sapientia excelebant. Quibus interrogantibus, cur tam de remotis partibus euocati fuissent. Cæsar respondit. Et apud nos quædam puella sensu & prudentia incōparabilis, quæ oēs sapientes confutat: & deos nostrōs demones esse affirmat: quā si superaueritis, cū honore magno ad propria redibitis. Ad hæc vnus indi-

gnatus stomachatis voce respondit. O magnū imperatoris consiliū, qui ob vnus degenerē puellā confictū sapientes mundi de remotis partibus aduocauit, cū vnus ex nostris clientulis eam poterat leuissime confutare. Et rex. Poteram quidem hanc vi ad sacrificandum impellere, aut penis extinguere: sed melius iudicauit vt vestris argumentis penitus confunderetur. Cui illi dixerunt. Adducatur coram nobis puella, vt sua temeritate conuicta, nunquā se sapientes vidisse cognoscat, sed cum virgo certamen quod sibi imminebat, didicisset, totam se domino commendauit. Et ecce angelus dñi assistit sibi, & vt cōstanter, staret admonuit: asserens quod nō solum ab his vinci non poterit, sed insuper illa ipsos conuersos ad palmā martyrij destinabit. Cū ergo coram oratoribus adducta fuisset, dixit imperatori. Quali iudicio contra vnā puellā quinquaginta oratores opponis, quos & pro victoriā remunerandos promittis, & me sine spe mercedis pugnare cōpellis? Erit tamen merces mihi dominus Iesus Christus qui est spes & corona pro se certantiū. Verū cū oratores Deū fieri hominē aut pati impossibile dicerent, virgo etiam hoc à gentilibus prædictum esse, ostendit. Nam Plato astruit Deū circū rotundum & decurratū. Sibylla quoque sic ait. Felix ille Deus ligno qui pendet ab alto. Cum igitur virgo cum oratoribus sapientissime disputaret, & eos apertis rationibus cōfuteret: stupefacti illi quid dicerent, non inuenientes multum penitus sunt effecti. Tunc imperator, contra eos nimio furore repletus intrepere eos cepit: cur ab vna puella tam turpiter te vinci, permitterent, Tunc vnus magister aliorum sic ait. Noueris imperator quod nullus vnquam ante nos stare potuit: quin continuo vinceretur. Hæc autem puella, in qua spiritus Dei loquitur, sic nos in admiratione conuertit, vt contra Christum aliqui dicere aut omnino nesciamus: aut penitus spernidemus. Vnde imperator constanter fatemur quod nisi probabiliorem sententiam de dijs quos vsq; modo coluimus protuleris, ecce omnes ad Christum conuertimur. Audiens hæc tyrannus nimio furore tuncensus: omnes in medio ciuitatis cōcremari iussit. Ac virgo ipsos confortans ad martyrium constantes efficit, & de fide digēter instruit. Et cū dolerent: quod sine baptismo decederent, virgo respōdit. Ne timeatis quia effusio vestri sanguinis vobis baptismum reputabitur & corona. Cū ergo signo crucis muniti flammis fuissent iniecti, ita animas domino reddiderunt, vt nec capilli nec vestimenta eorum ab igne in aliquid laxerunt. Cū autem à Christianis fuissent sepulti, tyrannus virgini loquitur dicens. O virgo generosa iuuentuti tuę consule, & post reginam in palatio meo secunda vocaberis, & imagine tua in medio ciuitatis fabricata à cunctis velut dea adoraberis. Cui virgo. Desine talia dicere, quæ scelus est etiam cogitare. Ego me Christo sponfam tradidi. Ille gloria mea: ille amor meus, ille dulcedo & dilectio mea, ab eius amore. Nec blandimenta, nec tormenta me potest ruere reuocare. Tunc ille furore repletus iussit eam, spoliatam scorpionibus cædi: & cesam in obscurum carcerem tradi, ibique diebus. xij. famæ cruciari.

D Rege autem pro quibusdam causis instantibus extra regionis consinia procedente regina eius

nimio amore succensa cum principe militum nomine Porphirio media nocte ad carcerē virginis properauit. Quo cū regina introisset: vidit carcerē ineffabili claritate fulgentem: & angelos plagas virginis perungentes. Incipiensque virgo æterna Dei gaudia prædicauit & ad fidem conuertens martyrij coronam eidē prædixit. Sicque vsque ad mediam noctem sermonē protraxerunt. Quæ cū omnia Porphirius audisset, ad pedes virginis procidit: & cum ducentis milibus fidem Christi recepit. Quia verò per .xij. dies sine cibo tyrannus esse eam iusserat. Christus per hoc dies missa de cælo candida columba cælesti eam cibo refouebat. Deinde dominus cum multitudine angelorum & virginū eidem apparuit, dicens. Agnosce filia creatorem tuū pro cuius nomine laboriosum subiisti conflictum, constās esto, quia tecum sum. Rediens igitur imperator eam sibi presentari iussit, & videns eam splendorem quā tanto ieiunio existimabat afflictam: putauit quod eā aliquis in carcere sustentasset, & furore repletus custodes torqueri præcepit. Illa verò ait. Ego cibum ab homine non accepi, sed Christus me per suum angelum enutrit, Cui imperator. Recōde oro quod moneo in corde tuo, & noli dubijs respondere sermonibus. Nō te quasi famulam possidere cupimus, sed regina potēs & electa decore in regno meo triumphabis. Cui virgo. Attendē & te obsecro & iudicij examine veridica sanctione decerne, quem magis eligere debeo. An potentem æternum gloriosum, & decorū, vel infirmum mortalem ignobilem & deformē. Tunc imperator indignatus ait. E duobus tibi vnum elige, aut sacrificare, vt viuas: aut exquisita tormenta subire, vt pereas. Et illa. Quæcunque tormenta potes excogitare, ne differas, quia carnem & sanguinem meum Christo offerre desidero: sicut & ipse pro me seipsum obrulit. Ipse enim Deus amator meus, pastor & spūs vnicus meus. Tūc quidam præfectus furenti regi iussit, vt intra tri duū quatuor rotas ferris & ferreis clauis acutissimis circūseptas, præpararet: vt eam tā horribile tormentū discerret: & cæteros Christianos tam dire mortis exemplum terret. Ordinatumque est, vt duæ vno ordine velerentur, duæ autem cōtario impetu agerentur, vt ille deorsum lacerado cōtraheret: ille repugnantes sursum deuorando impingerent. Tunc beata virgo dñm exorauit: vt ad laudē sui nominis: & cōuersionē populi circūstātis ipsam machinā dissiparet. Et ecce angelus dñi molā illā cū tāto impetu diuellēdo cōcussit, quod quatuor milia gentilium interemit.

¶ Regina autē quæ desuper hoc aspiciebat: & vsq; tūc se celauerat: statim descendens in patore de tāta sænitia durius increpauit. Rex autē furore repletus cū regina sacrificare cōtēneret, iussit eā extractis prius māmellis decollari. Quæ cū ad martyriū duceret. Catherina rogauit, vt pro se dñm præceteret. Quæ respōdit. Ne timeas a Deo dilecta regina: quia tibi hodie pro trāsitorio regno cōmutabit æternū, & pro mortali spōso tibi immortalē acquire. Tūc illa cōstās effecta torques hortabat, ne q̄ iussi fuerāt facere, morent eā. Ministri igit extra ciuitatē eā ducēs ferreis hastilib⁹ māmillas eius reuellit, & post caput eius p̄cidit eui⁹ corp⁹ Porphirius rapiēs sepeliuit. Sequēti die cū de corpore regine q̄stio fieret, & multos ex hoc ad supplicij tyrāmus protrahi iuberet. Porphirius prorumpens in me-

dium exclamauit. Ego sum qui Christi famulam sepeliui, & Christi fidem recepi. Tunc Maxentius amens effectus rugitum terribilem emittens exclamauit. O me miserum & omnibus miserādū, ecce Porphirius qui erat vnicus animæ meæ custos & totius laboris solatium, deceptus est. Quod cum suis commilitibus referret, illi protinus responderūt. Et nos dñi stiani sumus, & mori parati sumus. Tunc Cæsar furorē ebrius præcepit omnes cum Porphirio decollari, & corpora eorum canibus dimitti. Deinde Catherinam aduocans ait. Quamuis arte magica reginam mori feceris, si tamen resipueris, prima in palatio meo eris. Hodie igitur aut dijs sacrificata, aut caput amittes. Cui illa. Fac quæcunque animo concepisti: parata enim me videbis ad omnia sustinenda. Data igitur super eā sententia, decollari iubetur. Quæ cū ad locum ducta fuisset: erectis in cælum oculis orauit dicens. O spes & sal⁹ credētū. O dec⁹ & gloria virginū. Iesu re bōe obsecro te, vt quicūq; passiois meæ memoriā egerit, seu in exitu animæ suæ, vel in quacūq; necessitate me inuocauerit, tuæ propitiationis cōsequat esse stum. Factaq; esse vox ad eam dicens. Veni dilecta mea sponsa meæ: ecce tibi cæli ianua aperta est. Nam & his qui passionē tuam deuoti mentibus celebrauerint: optata præsidia p̄mitro de cælis. Deinde cum decollata fuisset, de eius corpore pro sanguine lac emanauit. Angeli autem corpus eius accipientes ab illo loco ad montem Synai itinere plusquam dierū, .xx. deduxerūt, & ibidem honorificē sepelierunt. Ex cuius ossibus indefinenter oleū emanat: quod cūctorū debilitū mēbra sanat. Passa est autem sub Maxentio siue maximo tyranno, qui cepit circa annos domini .cccx. Qualiter autem Maxentius pro hoc scelere & alijs quæ commisit penitus fuit in historia de inuentione sanctę crucis habetur. Dicitur quod quidam monachus Romæ gēsis ad mortem Synai perrexit. ibique per septem annos in seruitio beatę Catherinę deuotus permansit. Quam cum instantius exoraret, vt aliquid de corpore suo habere mereretur, subito irrupit de manu illius vnus articulū digitorum. Qui donum Dei legens recepit: & ad suum monasterium deporauit.

¶ Fertur quoque quod dum quidam beatę Catherinę deuotus existeret: & eam crebro in sui adiutorium inuocaret, per processum temporis mentis in curia resolutus & deuotionem mentis perdidit. & ab ipsius inuocatione cessauit. Qui in oratione positus vidit multitudinem virginum ante se transeuntium, inter quas vna erat quæ ceteris splendidior videbatur. Quæ cum sibi appropinquasset, faciem suam operuit, & sic ante ipsum facie valata transiit. Cuius splendorem cum ille nimium miraretur, & quæ esset interrogaret, vna ex his ei respōdit. Hæc est Catherina quæ olim cognoscere solitus eras: nunc autem, quia eā cognoscere non videris, coram te sic velata facie tanquam à te latu cognita pertransiit.

¶ Notandum quod beata Catherina mirabilis apparet in quinque. Primò in sapientia. Secundò in eloquentia. Tertiò in constantia. Quartò in mundicia castitatis. Quintò in priuilegio dignitatis. Primò admirabilis apparet in sapientia. In ipsa enim fuerunt omnes species philosophiæ, Philosophia enim siue sapientia diuiditur in theoreticam: practicam & longicam. Theori-

ca diuiditur secundum quosdam in tres, scilicet intellectuale, naturalem & mathematicam. Habuit igitur beata Catherina sapientiam intellectualem in cognitione diuinorum, qua maximè vsa in disputatione contra rhetores, quibus vnum Deum verum esse probauit, & deos omnes falsos esse conuicit. Secundò naturalem in cognitione omnium inferiorum: qua maximè vsa est in disputatione contra imperatorem: si cur patet ibidem. Tertiò mathematicam in cōtemptu terrenorum. Hæc enim scientia secundum Boetium speculatur formas sine materia in abstractione. Hanc beata Catherina habuit quando animum suum ab omni materiali amore abstraxit. Hanc enim se habere ostendit imperatori interroganti respondit. Ego enim sum Catherina Costi regis filia: quæ quāuis in purpura nata & c. Hac maximè vsa est, cum reginam ad cōtemptum mundi, & despectum sui, & desiderium regni æterni animauit. Practica autem diuiditur in tres scilicet in ethicā: yconomica: & publicam siue politicam. Prima docet mores informare, & se virtutibus exornare: & pertinet ad omnes. Secunda docet familiam bene componere: & pertinet ad patrefamilias. Tertia docet vrbes & populos & rempublicam bene regere: & pertinet ad rectores vrbiū. Hanc etiam triplicem scientiam habuit beata Catherina. Primā enim habuit, cum se omni morum honestate composuit. Secundam cum familiam, suam, quæ sibi magna relictam fuit: laudabiliter rexit. Tertiam cum imperatorem sapienter instruxit. Logica diuiditur in tres partes, scilicet in demonstratiuam probabilem & sophisticam. Prima pertinet ad philosophos. Secunda ad rhetores & dialecticos. Tertia ad sophistas. Hanc etiam triplicem scientiam habuisse videtur, cum de ea scribitur. Per varias conclusiones syllogismorum allegoricę & methomonicę disertē & mysticē multa cum Cæsare disputauit. Secundo fuit admirabilis in eloquentia. Habuit enim eloquentiam facundissimam in prædicando, sicut patet in suis prædicationibus. Disertissimā in rationem reddendo: sicut patet, cū dicebat imperatori. Miraris hoc templum manu artificum fabricatū: suauissimā in attrahendo: sicut patet in Porphirio. & in regina, quos eloqui sui suauitate ad fidē attraxit. Efficacissimam in conuincendo: sicut patet in rhetoribus, quos tam potenter conuicit. Tertio in constantia. Fuit enim constantissima in minis illatis, quia ipsas contēpuit. Vnde imperatori sibi minati respōdit. Quæcunque tormenta potes cogitare ne differas: quia carnē & sanguinē meū Christo offerre desidero. Itē. Fac quæcunque animo cōcepisti, parata enim me videbis ad omnia sustinenda. Secundò in donis oblati: quia ea respuit. Vnde cum imperator sibi p̄mitteret: quod eam in palatio; secundam haberet, respondit. Desine talia dicere, quæ scelus est etiam cogitare, & c. Tertiò in supplicij irrogantis, quia ea superauit, sicut patet eam iussit in carcere & super rotam. Quarto in mundicia castitatis. Seruauit enim castitatē, inter ea inter, quæ castitas p̄chitari solet. Quinque enim sunt in quibus castitas periclitatur; scilicet affluētia resoluens: opportunitas inducens; iuuentus lasciuens, libertas effrenans, pulchritudo alliciens. Inter hæc beata Catherina castitatem seruauit. Habuit enim maximam affluētiam rerum: vt pote quæ tam ditissimis

parentibus successit. Habuit oportunitatem, vt pote quæ sicut domina tota die inter suos famulos versabatur. Habuit iterum etatem iuuenilem. Item sui libertatem: quia sola & libera in palatio remansit. De his quatuor dicitur supra. Catherina cum esset annorum .xviiij. in palatio pulchritudinem. Vnde dicitur: quia erat speciosa valde, & incredibili pulchritudine omnium oculis admirabilis videbatur. Quinto in priuilegio dignitatis. Quædam enim priuilegia specialia fuerunt in aliquibus sanctis, dū descenderent: vt Christi visitatio, quæ fuit in beato iohanne euāgelista: olei emanatio, quæ fuit in beato Nicolao, lactis effusio, quæ fuit in beato Paulo, sepulchri præparatio, quæ fuit in beato Clemente, Petitionum exauditio, quæ fuit in beata Margarita, quando orauit pro agentibus sui memoriam. Hæc autem omnia fuerunt in beata Catherina, sicut patet in legēda. Dubitationem autem habet apud aliquos vtrum à Maxentio vel à Maximino martyrizata sit. Tunc enim tres imperium tenebant: scilicet Constantius, qui ex paterna successione imperium sumpsit, & Maxentius Maximiani filius à prætorianis militibus Romę augustus appellatus: & Maximinus in orientis partibus Cæsaris effectus. Secundum autem chronicas Maxentius Romæ Maximinus verò in oriente cōtra Christianos tyrannidem exercebat. Videtur ergo vt aliquibus placet, quod vitio scriptoris sit factum, vt pro Maximino Maxentius poneretur.

De sancto Saturnino.

LEGENDA CLXX. A

SATVRNINVS ab apostolorū discipulis episcopus ordinatus in vrbem Tholosanā directus est. Cum autem ipso ingrediente demones à respōsis cessarent, vnus gentiliū dixit, quod nisi Saturninum occiderent, à dijs suis nil peuitus obtinerent. Apprehētes igitur, saturninum nolentem sacrificare ad pedes tauri ligauerunt, eumque stimulis agitantē à summa arce per gradus capitolij præcipitauerunt. Sicque capite confracto, & cerebro excusso martyrium feliciter consummauit. Cuius corpus duæ feminæ rapiēs in profundo loco, propter metum gentilium, condiderunt. Quod postea successores eius ad locum reuerentiorum transfulerunt. Fuit & alius Saturninus quem Romę prefectus diu in carcere maceratū in eculeum leuari & neruis fistibus & scorpionibus cædi fecit, deinde lateribus adustis positum de eculeo decollari præcepit. Circa annos domini .ccxxvij. sub Maximiano. Fuit & alius Saturninus apud Africam frater sancti Satyri. Qui cum prædicto fratre suo & Reuocato & Felicitate forore dicti reuocati, necnon & cum Perpetua genere nobili martyrium passus est. Quorum passio alio tempore potissimum, recollitur. Cum ergo proconsul eis dixisset, vt idolis immolarent: & illi nullatenus assentirent, in carcerem missi sunt. Quod videns pater Perpetuæ: ad carcerem flens cucurrit, dicens. Filia quid fecisti: de

honorasti genus tuum. Nunquam aliquis de genere tuo in carcerem missus fuit. Cum autē audisset, quod christiana esset: in eam impetu cum digitis ad oculos irruit: & ei oculos eruere voluit: & exclamans egresus est. Vidit autem beata perpetua huiusmodi vitiosum, quam in crastino socijs enarrauit: dicens. Vili schalam auream mirabili altitudine vsque ad caelum erectam, quae adeo angusta erat, vt nō nisi vnus & parvus ascendere poterat. In dextera verō & leua erāt fixi cultri & gladij ferrei limati & exacutissimi. vt ascendens circa vel infra se nullatenus respicere poterat, sed semper ad caelum eum erectum stare oportebat. Sub ea draco teretissimus & ingentis formae iacebat: & pre timore quilibet ascendere formidabat. Vidi etiā Satyrum per eam ascendentem vsque sursum: & respicientem ad nos & dicentem. Ne timeatis hunc draconem, sed securi ascendite vt mecum esse possitis. Hęc audientes omnes gratias egerunt: quia se vocatos ad martyrium cognouerunt.

B Praesentati igitur iudici cum sacrificare nollēt: fecit Saturninum cum alijs viris & mulieribus separari: & dixit felicitati, Habes virum? Et illa. Habeo: sed contemno. Cui ille. Miserere tui puella, vt viuas: maximē cum infantem in vtero habeas. Ad quem ait. Fac de me quicquid vis: quia ad voluntatem tuā nunquam me trahere valebis. Parentes autem beatę Perpetuę cum viro accedentes infantem parvulum, beatę Perpetuę, qui adhuc lactabatur adduxerunt. Et videns eam pater stitem ante praesentem cadens in faciem dixit. Filia mea dulcissima miserere mei, & huius mestissimae tuae, & huius miserissimi viri tui, qui post te viuere non valet. Perpetua verō immobilis stabat. Tunc pater filium ad collum eius iactauit, & ipse & mater & maritus eius manus tenentes & flentes osculabantur eam dicentes. Miserere nostri filia & viue nobiscum. At illa proiciens parvulum, & illos repellens ait. Discedite a me inimici Dei mei, quia non noui vos. Videns verō praesentis eorum constantiam diuissimē verberatos in carcere posuit. Sancti verō dum plurimum mœsti essent de felicitate: quae octo iam mensibus praegrans erat: pro ea orauerunt, & dolores partus subito in eam irruerunt: peperitque filium vnum. Quidam verō de custodibus dixit ad eam. Quid facies cum ante praesentem veneris, si nūc grauius cruciarius? Respondit felicitas. Hic ego pro me patior. Ibi pro me Deus patietur. Extracti igitur de carcere ligatis post torquem manibus & nudatis natibus per plateas ducti. Et dimissis bestijs Satyrus & Perpetua a leonibus deuorantur. Reuocatus & Felicitas a leopardis comeduntur. Beatus vero Saturninus gladio capite truncatur. Circa annos dñi, cclvj. sub Valeriano & Galieno imperatoribus.

De sancto Iacobo intercisio.

LEGENDA CLXX. A.



ACOBVS martyr cognomento Intercisus nobilis genere, sed fide nobilior ex regione Perfarum, & ciuitate Elapra oriundus fuit. Hic ex Christianis-

simis parentibus ortus est: & vxorem Christianissimam habuit. Erat quoque notissimus regi Perfarum: & inter oprimates primus. Accidit autem vt à principe nimio amore seduceretur, & ad colendum idola flecteretur. Hęc autem mater & vxor audientes proinuisi sibi scripserunt, dicentes. Obediēdo mortali delensisti eum qui vita est: placēdo futurā cito putredini deservisti sempiternum odorem: veritatem in mendaciū commutasti: & mortali obtemperans. viuorum ac mortuorum iudicem reliquisti. Noueris igitur nos amodo à te futuras extraneas: nec tecum decetero aliquatenus moraturas. Cum autem has literas Iacobus legisset: amare fleus ait. Si mater mea quae me genuit, & vxor mea à me extraneae factae sunt, quanto magis à me extraneus factus est Deus meus. Cum ergo pro errore suo se plurimum afflixisset: nunciatus venit ad principem, qui diceret Iacobum Christianum esse. Quem princeps aduocans, ait. Dic mihi si nazarenus es. Cui Iacobus. Etiam nazarenus sum. Eriste. Ergo magus es. Cui Iacobus. Absit à me magus esse. Cum ergo ei multa supplicia minaretur, dixit Iacobus. Non me conturbant minae tuae, quia tanquam vitus flans super petram furor tuus aures meas cito pertransit. Cui princeps. Noli imprudenter agere, ne graui morte pereas. Cui Iacobus. Hoc non mors, sed somnus potius est dicendum, cum post modicum resurrectio tribuatur. Cui princeps. Non te seducant nazareni: dicentes mortem esse somnum, quia magni impetores timeant eā. Cui Iacobus. Nos mortem non timeamus: quia de morte ad vitam transire speramus. Tunc princeps de consilio amicorum hanc super Iacobum talit sententiam, vt ad terrorem aliorum membratua Iacobus puniatur.

Cum autem quidam ex compassione super eum flerent, ille ait. Nolite super me flere: sed super vos ipsos plangite, quia ego ad vitam pergo, & vobis supplicia aeterna debentur. Tunc carnifices pollicem manus eius dexterae absciderunt. Et exclamans Iacobus ait. Liberato Nazarene suscipe ramum aeternae misericordiae tuae. Nam a cultore vinee faciem tuam abscidit vitis: vt potius germinet & vberius cononetur. Cui carnifex, Si asserere vis: ad huc tibi paraco ac medicamentum adhibeo. Cui Iacobus. Nonne prospexisti stipitem vitis, quia cum amputanturamenta, ille nodus qui remanet, in suo tempore eum terra calefcere incipit, per singula abscissionis loca producit germina. Si ergo vitis putatur vicissitudine temporis vt germinet: quanto magis fidelis homo qui in vera vita Christo compactus est. Tunc accedens carnifex secundum abscidit digitum. Beatus autem Iacobus dixit. Suscipe duos ramos, quos plantauit dextera tua domine. Abscidit & tertium. Et dixit Iacobus. De triplici tentatione liberatus benedicti patri & filio & spiritui sancto: & cum tribus ereptis de camino pueris confitebor tibi domine: & in choro martyrum psallam nomini tuo. Christo. Abscissus est & quartus. Et Iacobus dixit. Protector filiorum Israel, qui in quarta benedictione pronunciat: suscipite à seruo tuo confessionē quarti digiti tāquā in Iuda benedicti. Abscisso quinto digito dixit. Completū est gaudium meū. Tunc carnifices dixerunt ei. Parce iam nunc animae tuae ne pereas, nec contristeris, si vnam

manum amiseris, quoniam multi sunt vnam manum tantum habentes, & multis diuitijs & honoribus abutentes. Beatus Iacobus dixit. Quando pastores incipiunt pecora condere, nuquid dextrum tantum vel las auferunt, & sinistrū dimittunt. Si ergo pecus quod animal brutum est, totum vult vellus amittere, quāto magis & ego homo rationalis non dedignabor pro Deo occidi. Accedentes igitur impij ad sinistram manum digitum minimū inciderunt. Et Iacobus dixit. Tu domine cum magnus esses, minimus & paruus pro nobis fieri voluisti, & idcirco reddo tibi corpus & animam quam creasti, & proprio sanguine tuo redemisti. Abscidit septimus digitus & ait. Septies in die laudem dixi domino. Abscidit octauus & dixit. Octauo die circumcisus est Iesus: & Hebraeus circumciditur octauo die, vt transeat ad legales cerimonias, & mens serui tui domine transeat ab his incircuncisis & coquinatum habentibus praepucium, vt veniam & conspiciam faciem tuam domine. Inciditur etiam nonus digitus & ait. Hora nona tradidit Christus in cruce spiritum. Vnde & ego domine in dolore noni digiti tibi confiteor & gratias ago. Inciditur decimus & ait. Decimus numerus est in praecipis: & tota prima litera est nominis Iesu Christi. Tunc quidā de astantibus dixerunt. O dilectissime quondam noster proficere tantum coram consule, vt viuere valeas. Licet enim abscisae sint manus tuae, sunt tamen peritissimi medici qui tuis doloribus valeant subuenire. Quibus Iacobus dixit. Absit à me huiusmodi nefanda simulatio. Nemo enim mittens manum suam ad aratrum: & respiciens retro, aptus est regno Dei. Tunc indignati carnifices accesserunt, & pollicem pedis dextri absciderunt. Et Iacobus dixit. Pes Christi perforatus est, & sanguis exiuit. Abscidit secundus pedis digitus. Et ait. Magna mihi dies hęc est praeparata omnibus diebus: hodie quippe ad Deum fortem conuersus sum. Abscidit & tertium: & ante ipsum proiecerunt. Et subridens Iacobus dixit. Vade tertie digite ad socios ruos, & quenadmodum granum tritici multum fructum afferit, ita & tu in nouissimis diebus cum socijs tuis reuiuiscas. Abscidit quartus. Et ait. Quare tristis est anima mea, & quare conturbas me. Spera in Deo, quoniam adhuc cōfitebor illi salutare vultus mei & Deus meus. Abscidit quintus. Et ait. Nunc incipiam dicere ad dominū, quoniam me dignum fecit socium seruus tuus. Tunc accedentes ad pedem sinistrum digitū paruum absciderunt. Et dixit Iacobus. Digite parue confortare, quia magnus & paruus vnam habent resurrectionem. Capillus capitis non peribit, quantum mihi à socijs tuis minimē separaueris. Abscidit secundus. Et Iacobus ait. Destruite veterem domum: quia splendidior paratur. Abscidit tertius. Et ait Iacobus. Tonsionibus firmatur incus. Abscidit & quartus. Et ait. Conforta me Deus veritatis, quoniam in te cōfidit anima mea, & in vmbra alarum tuarum sperabo, donec trahat iniquitas. Abscidit & quintus. Et ait Iacobus. Ecce me tibi domine immolo vicijs. Tunc accedentes pedem dextrum absciderunt. Et dixit Iacobus. Nunc offeram munus caelesti regi, pro cuius amore hęc patior. Absciderunt & pedem sinistrum. Et beatus Iacobus dixit. Tu es qui facis mirabilia exaudi me domine, & salua me. Absciderunt dextram

manum. Et ait. Misericordiae tuae domine adiuuent me. Ad sinistram ait. Tu es Deus qui facis mirabilia. Absciderunt dextrum brachium. Et ait. Lauda anima mea dominum, laudabo dominum in vita mea psallam Deo meo quandiu fuero. Absciderunt & brachiū sinistrum. Et ait. Circūdederunt me dolores mortis & in nomine domini vindicabor in eis. Tunc accedentes absciderunt suram dextri crucis scindentes vsque ad femur. Tunc beatus Iacobus ineffabili dolore grauatus exclamans ait. Domine Iesu Christe adiuuame: quia circūdederunt me gemitus mortis. Et ait carnificibus. Carne noua me dominus induet, quam vestra vulnera maculare nequibunt. Iam carnifices de fecerant, eo quod à prima hora diei vsque ad nonam in eius incisione sudassent. Tunc iterum accedentes sinistri crucis suram abscidendo vsque ad femur extraxerunt. Tunc exclamans beatus Iacobus dixit. Dominator domine exaudi me semiuuuum viuorum & mortuorum dominus. Digtos domine non habeo vt ipsos ad te porrigam, nec manus, vt eas ad te extendam. Pedes mei truncati sunt, & genua mea demolita, vt tibi genua flectere nō valeam, & sum velut calura domus alatis quibus sustentatur colūnis exaudi me domine Iesu Christe, & educ de carcere animā meam. Hęc cum dixisset vnus de carnificibus accessit: & cepit eum amputauit.

Christiani igitur occulte accesserunt: & corpus eius rapientes honorifice sepelierunt. Passus est autē. v. kalen. Decembris.

De sancto Pastore.

LEGENDA CLXXII. A.



PASTOR in eremo multis annis in abstinentia magna se affligens multa sanctitate & religione pollebat. Cum autem mater eius ipsum & frater eius desideraret videre, sed non posset: obleruuit diem, & illis ad ecclesiam euntibus protinus se eisdem obtulit. At illi fugientes, & cellam intrantes in faciem eius clauerunt ostium. Illa autem ante ostium stans cum nimio streu clamabat. Pastor autem ad ostium veniens dixit ei. Quid sic clamas o vecula. Quae audiens vocem eius amplius clamabat fleus & dicens. Volo vos videre filij mei. Quid enim si videam vos. Nunquid non ego sum mater vestra quae lactauit vos, & iam canis tota sum plena? Cui filius. Hic nos vis videre aut in alio seculo. Quae respondit. Si nō videro vos hic, videbo vos illic fili. Qui ait. Si equanimitate ferre vales vt nos, hic non videas, illic procul dubio nos videbis. Quae discessit gaudens, & dicens, si vos videra sum illic: nolo vos videre hic.

Iudex provinciae cum abbatem Pastorem videre cuperet: sed nequiret: filium sororis suae tanquam malefactorem tenuit: & in carcerem posuit, dicens. Si Pastor venerit, & pro eo intercesserit, eum dimittam. Mater igitur pueri ad ostium fennis plorans, dum ille nil sibi responderet, ait. Et si vis scera ferrea habes, & nulla compassione moueris: saltē

miseratio sanguinis tui fleat te, & quod vnigenitus mihi existit. Ille autem mandauit ei. Pastor filios non generauit, & ideo non dolet. Quia cum dolore discedente dixit ei iudex saltem verbo iubeat, & ego eum dimittam. Ille autem ei remandauit dicens. Examina causam secundum legem, & si dignus morte habetur protinus moriatur, sin autem factu quomodo tibi placeat. Docebat autem fratres dicens, custodire & seipsum considerare, & discretionem habere operationes sunt animarum. Paupertas tribulatio & discretio sunt operationes solitariae vitae. Scriptum est enim. Si fuerint hi tres viri Noë Iob & Daniel &c. Noë personam habet nihil possidentium: Iob tribulatum, Daniel discretorum. Si duas res oderit monachus, potest ab hoc mundo liber esse. Et querenti fratri quare esset, dixit. Carnalis repausatio, & vana gloria, si vis requiem inuenire in hoc seculo & in futuro in omni causa dic. Quis ego sum, & non iudices quenquam.

¶ Cum quidam frater de congregatione offendisset, abbas de consilio cuiusdam solitarii eum expulit. Qui cum quasi flendo desperaret, abbas Pastor eum ad se adduci fecit, quem benigne consolans misit ad illum solitarii dicens. Audiens de te videre te desidero. Fatiga igitur te vsque ad me. Qui cum venisset, dixit Pastor. Duo homines erant, qui ambo habebant mortuos suos, reliquit autem vnus mortuum suum, abijt plorare mortuum alterius, quod solitarii audiens & intelligens in sermone eius compunctus est.

¶ Cum quidam frater Pastori dixisset se pertubatum esse, & locum velle deserere, eo quod quaedam verba de quodam fratre audiuisset, qui eum non edificauerant, dixit Pastor ne hæc verba crederet, quia vera non essent. Ille verò vera esse asserbat, quia frater fidelis ea sibi retulit. Cui Pastor. Non est fidelis, qui tibi dixit, quia si fidelis esset, nequaquam tibi talia diceret. Et ille. Ego vidi oculis meis. Ille autem interrogatus de festuca & trabe quid esset. Respondit de festuca, quod festuca esset, & de trabe quia trabs esset. Et pastor. Pone in corde tuo, quia peccata tua sunt sicut & trabs, illius autem velut hæc parua festuca.

¶ Frater quidam in peccatum grande fecerat, volens poenitere triennio interrogauit abbatem Pastorem, si multum esset. Qui dixit. Multum est. Et questus, si annum iuberet ait. Multum est. Astantes autem dicebant. Vsque ad xl. dies. Et ille. Multum est. Et adiecit. Puto quod si ex toto corde homo poenituerit, & peccatum non iterauerit etiam poenitentiam triduanam suscipiet dominus. Interrogatus de illo verbo, qui irascitur fratri suo sine causa &c. ait. Ex omni re qua te grauare voluerit frater tuus: ne irascaris contra eum, donec oculi dextrum tibi extrahat: & si aliter feceris, sine causa sibi irascaris. Si autem aliquis te voluerit separare a Deo ei irascere pro hoc. Dixit iterum Pastor, Qui querulosus est, monachus non est. Qui malitiam in corde suo tenuerit: monachus non est. Qui iracundus est, monachus non est. Qui malum pro malo reddidit, monachus non est. Qui elatus & verbosus est, monachus non est. Qui verò verè est monachus, semper est humilis, mansuetus, charitatis plenus, & timorem Dei semper & vbique præ oculis habet, vt non peccet. Dixit iterum, quod si sunt tres in vnum, ex quibus vnus bene quiescat, alius autem infirmetur & gratias

agat, tertius verò minister eius sit ex sincera voluntate. Hi tres similes sunt velut sint vnus operis. Cum quidam frater sibi conquereretur, quod multas cogitationes habens in ipsis periclitaretur eum sub aere nudo eiecit, dicens. Expende sinum & apprehende ventum: qui ait. Non possum. Et ille. Necessitates prohibere potes ne introeant, sed tuum est resistere eis. Interrogatus à quodam fratre quid de hereditate sibi dimissa faceret, dixit vt post tres dies ad se rediret. Qui cum redisset, ait illi. Si dixero da eam clericis, facient inde conuiuia. Si dixero da eam parentibus, non est tibi merces. Si dicam da eam pauperibus, securus eris. Quicquid ergo vis fac, ego causam non habeo. Hæc in vitis patrum.

De sancto Ioanne abbate.

LEGENDA CLXXII. A



IOANNES abbas cum Episcopus per annos xl. in eremo habitasset, interrogauit eum quantum ex hoc profecisset. Et ille dixit. Ex quo cepi solitarii esse, nunquam vidit me sol manducantem. Et Ioannes. Nec me irascentem. Simile ferè legitur ibidem, quod cum Epyphanus episcopus abbati Hilitioni daret carnes, ille ait. Ignosce mihi: quia ex quo accepti habitum hunc non manducaui quicquid occidit. Cui episcopus. Ex quo accepisti habitum hunc non dimissis aliquem dormire, qui aduersum me aliquid haberet, neque dormiui habens aliquid aduersus aliquem. Cui ille. Ignosce mihi: quia melior es quam ego. Volens Ioannes ad similitudinem angelorum nihil operari, sed Deo sine intermissione vacare, seipsum expoliuit, & vnam hebdomadam in eremo fuit. Cum autem fame periclitaretur, & aculeis muscarum & vesparum torus vulneraretur: reuersus ad ostium fratris sui pulsauit. Ad quem ille. Quis es tu? Et ille. Ego sum Ioannes. Frater autem dixit ei, Nequaquam. Ioannes enim angelus factus est, & inter homines vltra non est. Et ille. Verè ego sum. Et inter aperiens ei dimisit eum affligi vsque mane. Postea aperiens ei dixit. Si homo es, opus habes iterum operari, vt pascaris & viuas. Si autem angelus es, quid queris intrare cellam? Et ille dixit. Ignosce mihi frater, quia peccaui. Cum autem moreretur, rogauerunt eum fratres, vt aliquod verbum salutare & compendiosum loco hereditatis sibi relinqueret. Qui ingemiscens ait. Nunquam feci propriam voluntatem: nec aliquid docui, quod prius ipse non fecerim. Hæc in vitis patrum.

De sancto Moyse abbate.

LEGENDA CLXXIII. A



MOYSES abbas dixit fratri querenti à se sermonem. Sede in cella tua, & docebit te vnusquisque. Cum quidam senex infirmus in Aegyptum ire vellet, ne fratres nimis grauaret: dixit ei abbas Moyses. Non vadas, quoniam in fornicationem calurus es. Qui contristatus dixit. Mortuum est corpus meum, & tibi

& tu mihi ista dicit. Cum ergo iuisset, & quaedam virgo ex deuotione sibi seruiret, ille conualescens eam violauit. Quæ cum filium peperisset, senex puerum in vlnis accipiens in die magnæ festiuitatis, quæ erat in Sixti ecclesia coram multitudine fratrum intrauit. Cum autem omnes fieret dixit. Videris infantem hunc filius est inobedientia. Cauete ergo vobis fratres, quia in senectute hoc feci, & orate pro me. Et pergens ad cellam ad pristinum statum reuersus est. Alius quoque senex cum dixisset alteri, mortuus sum. Ille ait. Non confidas in te, donec ex eas de corpore. Nam si dicitis quod mortuus es, sathanas tamen mortuus non est. Cum frater quidam peccasset, miserunt ad abbatem Moysen, qui accepta sporta plena arena venit ad eos: quem cum fratres quidam arena in terrogerent, dixit. Peccata mea sunt post me scurrentia & non video ea, & venit hodie aliena indicare peccata. Illi autem hoc audientes fratri pepercunt. Simile legitur de abbate Pastore. Nam cum fratres de quodam fratre culpabili loquerentur, ille tacebat. Cui ergo accepisset sacculum plenum arena retro: & de eadem arena modicum ante se ferret, interrogatus quid hoc esset dixit. Multa arena sunt peccata mea, quæ post me ferens ipsa non confidero: nec pro eis doleo. Modica verò arena sunt peccata fratris ante me posita, quæ semper considero, & ipsa video: cum tamen peccata mea ante me semper portare deberem & de ipsis cogitare, & pro ipsis Deum rogare. Cum abbas Moyses factus fuisset clericus, & imposuissent ei super humerale. Dixit ei episcopus. Abbas factus est candidatus. Et ille. A foris domine purpura, vtinam intus. Volens autem episcopus eum probare, dixit clericis suis, vt quando ad altare accederet: ipsum cum iniuria expellerent, deinde eum sequentes quid loqueretur, audirent. Projicientes autem eum foras dixerunt. Exi foras Ethiops. Qui egrediens dicebat. Bene tibi fecerunt cinerare & cacabate: quia cum homo non sis, quare te in medio hominum dare præsumpsisti. Hæc in vitis patrum.

De sancto Arsenio abbate.

LEGENDA CLXXIII. A



ARSENIVS cum adhuc in palatio constitueret: & vt ad salutem dirigeretur, oraret, audiuit Arseni fugere homines, & saluaberis. Accedens igitur ad monachalem vitam, & ibidem orans audiuit. Arseni fugere, tace & quiesce. Legitur enim ibidem de hac quiete appetenda, quod tres fratres cum facti fuissent monachi, vnus elegit discordantes ad pacem reducere, secundus infirmos visitare, tertius in solitudine quiescere. Primus igitur laboras propter lites hominum non potuit omnibus placere, & tedio victus venit ad secūdum, quem inuenit animo deficientem: & mandatu per se non valentem. Et concordates ad tertium, qui erat in solitudine, venerunt. Cui cum tribulationes suas narrasset, ille missa aqua in cypho dixit. Attendite in aqua. Et erat commota & turbulenta. Et rursus dixit. Attendite modo quomodo quæta & limpida facta est. Qui cum intègeret, & vultus suos videret, ait. Sic qui

in medio hominum consistunt, præ turba non vident peccata sua. Cum autem quietuerint: tunc peccata sua videre valebunt. Quidam etiam cum inuenisset quendam in eremo velut bestiam herbas manducantem & nudum: currebat post ipsum fugientem, dicens. Expecta me, quia propter Deum sequor te. Et ille. Et ego propter Deum fugio te. Cum autem vestem proiecisset, expectauit eum dicens. Quoniam materiam mundi proiecisti à te expectaui te. Cui ille. Dic mihi quomodo saluus efficiar. Qui respondit. Fuge homines & tace. Matrona quaedam & nobilis & senex venit ad abbatem Arsenium, vt eum ex deuotione videret. Qui rogatus à Theophilo Archiepiscopo: vt se videri permitteret, nullatenus acquieuit. Tandem illa ad eum cellam properans, ipsum foras ante ostium cellæ inuenit, & se ad eius pedes prostravit. Ille autem cum indignatione nimia eleuauit eam dicens. Si faciem meam videre vis, vide. Illa autem faciem eius præ confusione & verecundia non considerauit. Cui senex. Quo cum mulieris, tantam nauigationem facere præsumpsisti. Ecce enim Romam redibis, & quæ abbatem Arsenium videris, alijs mulieribus enarrabis, & ille similiter venient vt videant me. Et illa. Si Deo dante Romam redieris: nullam huc venire permitram. Sed saltem obsecro vt ores pro me, & mei memor sis semper. Cui ille. Oro Deum vt deleat memoriam tuam de corde meo. Et illa audiens turbata nimium venit in ciuitatem, & præ tristitia febricitare cepit. Quod archiepiscopus audiens, ad eam consoladum accessit. Illa autem dicebat. Ecce ego contristata morior. Cui archiepiscopus. Nescis quia mulier es: & inimicus sanctos per mulieres impugnat, & propterea senex hoc dixit. Nam pro anima tua semper orat. Et sic consolatione recepta cum gaudio ad propria remeavit. De quodam alio patre legitur: quod cum discipulus eius sibi diceret. Senuisti abba, accedam manus parum iuxta mundum. Ille ait. Vbi non est mulier ibi eamus. Dixit ei discipulus. Et ibi est locus non habens mulierem: nisi forte solitudo. Et ille. Ergo in solitudine me tollo? Alius etiam frater cum matrem suam vetulam traassequum portare deberet: ille manum suam pallio inuoluit. Cui illa. Vt quid sic operuisti manus tuas fili. Et ille. Corpus mulieris ignis est. Et ex eo quod te contingebam, aliarum feminarum memoria in meo animo veniebat.

¶ Arsenius autem per totum tempus vitæ suæ ad opus sedes manuum suarum pannum habebat in sinu propter lachrymas, quæ crebro de oculis eius currebant. Totam noctem in somnum ducebat. Mane autem facto cum propter naturam lassitudinem dormire velleret: dicebat somno. Veni serue male. Et surripiebat parum somni sedendo, & statim surgebat. Dicebat quoque. Sufficit monacho, si dormierit vna hora, si tamè est pugillator. Cumque pater sancti Arsenii nobilissimi mus senator vitam finiens & testamentum faciens magnam hereditatem Arsenio dimisisset magistratus sollicitum ad ipsum detulit. Quod ille accipiens, voluit illud scindere. Magistratus autem eius pedibus promouetur rogauit ne hoc faceret: quia caput eius præcideretur. Cui Arsenius. Prius mortuus sum quam ille. Ipse igitur cum modo mortuus sit: quomodo me fecit hæredem. Et remisit testamentum nihil accipere volens. Quadam vice facta est

vox ad eum dicens. Veni & ostendam tibi opera hominum. Et eduxit eum in quendam locum: ostenditque ei Aetiopem incidentem ligna, & facientē sarcinā grāde quā portare non poterat. Deinde iterū ligna incidēbat, & ad sarcinam addebat: & hoc faciebat diutius. Ostenditque ei rursum hominē haurientem aquam de lacu, & effundentē aquā in cisternā p̄tulsam, quā aqua refundebat in lacum, & ipsam cisternam implere volentem. Et ostendit ei iterum templum & duos viros sedētes in equis portātes lignū trāuersum. Volētes autē introire in templū nō poterant. eo quod ligonē in transuerso portarent. Et exposuit dicens. Hi sunt qui portant quasi iugum iustitiæ cum superbia & non humiliantur, propter quod remanent foris à regno Dei. Qui ligna incidit, homo est in peccatis, multis, & pro eo ut agat pœnitentiam nō subtrahit de peccatis, sed addit iniquitates iniquitatibus. Qui autem aquam haurit homo est bona opera faciens: sed quia cum eis sunt permixta mala, perdit bona opera sua. Vespere autem (abbati veniente die dominico relinquebat post solem, & extendebat manus suas ad cælum donec mane die dominico sol ascendens faciem eius illustrabat, & sic residebat. Hæc in vitis patrum.

De sancto Agathon abbate.

LEGENDA CLXXV. A



AGATHON abbas per triennium lapidem in os suum mittebat, donec taciturnitatem diceret. Alibus quoque frater cum intrasset cōgregationem dixit intra se: tu & alius vnum esto. Sicut ergo asinus vapulatur, & non loquitur, iniuriam patitur, & non respondet, sic & tu. Alibus quoque frater à mensa expulsus nihil respondit. Postmodum super hoc interrogatus ait. Posui in corde meo, quod equalis sim cani, qui cum seclatur foras egreditur. Interrogatus Agathon quæ virtus plus haberet laboris respondit. Puto non esse talem laborem qualē orare Deum. Nam inimici eius semper laborant eius orationem interrumpere. Nam in cæteris laboribus homo aliquam requiem possidet: orator autem opus habet magni certaminis. Interrogatus Agathon à quodam fratre quomodo cum fratribus habitare deberet, ait. Sicut in prima die: & nō assumes fiduciā. Non est enim peior passio quā fiducia, genitrix est enim omnium passionum. Dixit iterum. Iracundus an mortuos suscitet, non placet alicui, vel Deo propter iracundiam tuam. Frater quidam iracundus intra se ait. Si solus habitarem: ad iram nō ita citō mouerer. Quadam autem vice cum vrcolū aqua impleter, versatus est. Secundo impleuit, & iterū versatus est. Tercio impleuit, & versatus est. Qui comotus furore fregit vasculum. In se autem reuerfus cognouit, quia ab eodem demone iracundiæ sit illusus, & dixit. Ecce solus sum, & tamen ita me vitat: Reuertar ergo in congregationem, quia vbi que labor, & vbi patientia, & adiutorio Dei opus est. Econtra erant duo fratres qui multis annis inuicem conuersantes nunquam ad iracundiam poterant prouocari. Quadam vice dixit vnus alteri. Faciamus & nos litem, sicut homines de mundo faciunt. Et ille respondit. Nescio qualiter fiat lis. Et dixit ei frater. Pono in medio laterculum & dico

meum est, tu autem dic non, sed meum est: & inde fiet litis initium. Posita est ergo testa in medio. Dixit vnus meum est hoc: & alter dixit non, sed meum est, & ille respondit etiam tuum est. Tolle ergo & vade. Et discesserunt, nec inter se contendere poterunt. Erat autem abbas Agathon sapiens ad intelligendum, impiger ad laborandum, parcus in cibo atque vestimento. Dixit autem. Secundum voluntatem meam nunquam dormiui retinens in corde aduersus quenquam dolorem. Nec dimisi dormire alium habentem aduersum me aliquid. Moriturus quoque Agathon tribus diebus mansit immobilis apertis tenens oculos. Qui cum pulsaretur à fratribus respondit. In cōspectu diuini iudicij afflito. Ducat ei. Et tuitimes. Et ille. In custodiendis mandatis Dei virtute qua potui laboraui: sed homo sum & nescio vtrum placuerunt opera mea domino. Dicunt ei. Et non confidis de operibus tuis, quod secunda Deum sunt. Et ille. Non præsumo, donec venero ante illum. Aliiter enim fuit iudicia Dei, & aliter iudicia hominū. Cum autē eū adhuc interrogare vellent ait. Ostendite charitatem, & nolite necum loqui: quia occupatus sum. Quo dicto statim spiritum: cum gaudio emisit. Videbant enim eū colligentē spiritū quemadmodum si quis saluter amicos suos dilectos. Hæc in vitis patrum.

De sancto Barlaam.

LEGENDA CLXXVI. A



BARLAAM (cuius historiam Ioannes Damascenus diligenti studio compilauit) operante in eo diuina gratia sanctum Iosaphat regem ad fidem cōuertit. Etenim cum vniuersa India christianis & monachis plena esset, surrexit rex quidam præpotens nomine Auennir, qui christianos & præcipuē monachos plurimum persequēbatur. Accidit autem vt quidam regis amicus, & in palatio suo primus diuina commonitus regiā aulā relinquere, & monasticū ordinē introiret. Quod rex audiens præ ira insaniens eū per quæq; deserta inquiri fecit: & vix inuentum ad se adduci madauit. Vidēsque eum vili tunica cooperitū & fame maceratum, qui splendidis vestimentis ornabatur, & multis diuitiis affluere cōsueuerat, dixit ei. O stulte ac mentis perditæ, cur honorē in cōtumeliā cōmutasti, & te ludum puerorum fecisti? Cui ille. Si huius me rationem audire desideras: inimicos tuos procalitate abijcias. Rege autē q̄ essent huiusmodi inimici querente, ait. Ira & cōcupiscentia. Hęc enim impediūt te, ne veritas videatur. Assideant autē ad audientiam dicendorum prudētia & aq̄uitas. Cui rex. Fiat vt loqueris. Et ille. Incipiētes ea quæ sunt despiciūt, quæ nō sint, ea verō quæ nō sunt, quasi sint apprehēdere molitūtur. Qui autē nō gustauerit eorū quæ sunt, dulcedinem, nō poterit eorū quæ nō sunt, ad discere veritatē. Multa autē illo de mysterio incarnationis & fidei prosequēte, rex ait. Nisi tibi in principio p̄missum, quod de medio cōsiliij irā remouerē, nūc vtiq; igni tuas carnes traderē. Surge igitur & fuge ex oculis meis, ne vltimate videā, & male te perdā. Vir autē dei tristis abscellit, eo quod martyriū perperus non esset. Interea dum rex liberos nō haberet, puer ei pulcherrimus nascitur, & Iosaphat appellatur. Cōgregante autē rege in finitima multi-

multitudine, vt dixi, portu pueri imolarēt, quinquaginta quinquē astrologos cōuocauit, à quibus quid futurū esset filio suo diligenter quesuit. Cūctis autē respōdentibus eū magnū in potētia & diuitiis futurū, vnus sapiētiōr ex ip̄is dixit. Puer iste qui natus est tibi O rex, nō in tuo erit regno: sed in alio incomparabiliter meliori. Nā illius quā persequeris Christianā religionis (vt existimo) futurus est cultor. Hoc autē nō à semet ip̄so, sed à deo inspiratē dixit. Audiēs hoc rex & plurimū expauescens in ciuitate seorsum palatiū speciosissimū cōstrui fecit, & ibi puerū ad habitādū posuit, ibique secū iuuenes pulcherrimos collocauit, præcipiens illis vt nec mortē, nec senectutē, nec infirmitatem: nec paupertatē: nec aliquid quod posset sibi offerre tristitiā cōminarent, sed omnia iucūda ei p̄ponerēt: quatenus mēs eius lætitijs occupata nil de futuris cogitare posset. Si quem verō ministrantiū infirmari cōtingeret, hūc protinus rex præcipiebat eijci. & aliam loco eius iscolūmē subrogari. Præcepitque ne sibi de Christo aliquam facerent mentionem.

Bestia Eodē tempore erat cū rege vir quidam Christianissimus sed occultus, qui inter nobiles regis principis primus erat. Hic cum aliquādo cum rege ad venādam iuisset, hominem quēdam pauperem pedem læsum à bestia habentem & in terra iacentem inuenit: à quo rogatur, vt se suscipere debeat, quia sibi in aliquo forsitam prodesse posset. Cui miles dixit. Ego quidem te libenter suscipio: sed in quo utilis inueniaris ignoro. Et ille dixit. Ego sum homo medicus verborum. Si enim aliquis in verbis lædatur, congruā scio adhibere medelam. Miles autem quod ille dicebat pro nihilo cōputauit, propter Deum tamen ipsum suscipiens eius curam egit. Viri autem quidam inuidi & malitiosi videntes prædictum principem in tanta gratia esse regis ipsum apud regem accusauerunt, quod non solum ad Christianorum fidē declinasset sed in super regnū cōuabatur sibi surripere turbam sollicitans & sibi cōcilians. Sed si hęc inquirūt ita esse ò rex scire desiderasti: ipsum secreto aduoca, & vitam hanc cito finiendam cōmemora, & idcirco gloriam regni te velle derelinquere, & monachorum habitum assumere persequeris: & tunc videbis quid tibi responderit. Quæ cum rex omnia vt illi suaserāt, fecisset, ille doli ignarus peresus lachrymis propositum regis laudauit, & vanitatem mūdi rememorans quā totius hoc adimplendum consuluit. Quod rex audiens, & verum esse quod illi dixerāt: credens, furore repletus est, nihil tamen sibi respōdit. Vir autem perpendens quod rex grauiter verba sua acceptatū remens abscessit, & medicum se habere verborum recolens omnia sibi narrauit. Cui ille. Notū sit tibi quod rex suspicatur, vt propter hoc dixeris, quod eius regnum velis inuadere. Surge igitur cito & comam tuam tonde, & vestimenta abijciens cilicium indue, & summo ditululo ad regem ingrederet. Cūque rex quid sibi hoc velit interrogauerit, respondebis. Ecce rex paratus sum sequi te. Nam & si via per quam cupis ire difficilis sit, tecum tamen existenti facilis mihi erit. Sicut enim focum me habuisti in prosperis: sic habebis, pariter in a lueris. Nūc igitur præsto sum quid moraris? Quod cum ille per ordinem fecisset, rex ob-

stupuit, & fallacios arguens vtrum ampliori honore dotauit. Filius autem eius in palatio educatus ad eratem adultam peruenit, & in omni sapientia plenē edoctus fuit. Admirans autem cur pater sic eum recluseret: vnum de seruis sibi familiariorē secreto de hac re interrogauit dicens, se in multa mœstia positum esse, quod si foras egredi non liceret, adeo vt nec cibis sibi saperet, nec potus. Quod pater audiens & dolens, equos idoneos parari fecit, & choros plaudentes ante eum mittens, ne quid sibi sedum occurreret, diligenter prohibuit. Prædicto igitur iuvene taliter procedente quadam vice vnus leprosus & vnus cæcus sibi obuiauerūt, quos ille videns & stupens qui sint, & quidnam habeant, inquisiuit. Et ministri dixerunt. Passiones iste sunt, quæ hominibus contingere solēt. Et ille Omnibus hominibus contingere possunt huiusmodi. Negantibus illis respondit. Noti sunt igitur, qui hæc pati debeant, an sic indefinite proueniunt? Et ille. Et quis hominum futura scire valet. Valde igitur anxius esse cœpit pro inconseruetudine rei Alia autem vice quadam valde senem rugosum habentem faciem, & dorsum incuruatum, & cadentibus dentibus balbutiendo loquentem inuenit. Stupescit igitur discere cupit visionis miraculum. Cūque dīlicisisset, quod propter annorum multitudinem ad talem statum venisset, ait. Et quis est huius finis? Dicunt ei. Mors. Et ille. Est ne mors omnium vel aliorum? Cūque didicisset omnes mori debere interrogauit. In quot annis hæc superueniunt. Et illi. In octoginta vel centum annis senectus inducitur: de inde mors ipsa subsequitur. Hęc igitur iuuenis frequenter in corde suo recogitans in multa desolatione erat: sed coram patre lætitiā præteudebat plurimum desiderans in huiusmodi dirigi & doceri.

Ergo Igitur quidam monachus vita & opinione perfectus habitans in deserto terre Sennaar nomine Barlaam, hæc quæ circa filium regis agebantur: per spiritum cognouit: & mercatoris habitum sumens ad ciuitatem illam deuenit. Accedensque pedagogo filij regis locutus est dicens, Ego cum negociator sum, lapidem pretiosum venalem habeo, qui cæcis lumen tribuit, surdis aures aperit mutos loqui facit, incipientibus sapientiam infundit. Nunc igitur duc me ad filium regis, & hanc sibi tradam. Cui ille. Vide ris homo mataræ prudentiæ, sed verba tua prudentiæ non concordant. Veruntamen cum lapidum noticiam habeam, ipsum lapidem mihi ostende, & si talis vt asseris: fuerit, comprobatus à filio regis, honores maximos consequeris. At quem ille. Lapis meus in super hanc habet virtutem. Quia qui non habet sanam oculorum aciem: & qui non seruat integram castitatem, si forte illum aspexerit: ipsam virtutem quam habet vitibilem perdit. Ego autem medicinalis artis non expertus, video te sanos oculos non habere. Filium autem regis audiui pudicum esse, & oculis pulcherrimos & sanos habere. Cui ille. Si sic est: non mihi ostendere, quia & oculos, sanos non habeo, & in peccatis fordēscō. Nuntians igitur hæc filio regis, ipsum ad eum quam totius introduxit. Cum ergo introductus fuisset, & rex cum reuerteretur suscepisset, ait. Barlaam. In hoc rex bene fecisti:

quia de foris paruitati apparēti nō attendisti. Nā rex quidam magnus in curru deaurato procedens cū quibusdam attritas vestes indutis & macie attenuatis obuiaffet, continuo de curru exiliens ad pedes eorum procidens ipsos adorauit, & surgens in oscula eorum ruit. Procere autem eius indignē hoc ferentes, sed regem super hoc arguere formidantes, fratri eius retulerunt, quomodo res magnificentie regali indigna fecisset. Frater autem regē super hoc redarguit. Erat autē regi consuetudo, quod quando aliquis morti tradendus erat: rex ante eius ianuam preconem cū tuba ad hoc deputata mittebat. Vespere igitur veniente ante fratris ianuam tubā sonare fecit. Quod ille audiēs & de sua saluatione desperans, totam noctē in somnē dixit & testamētum fecit. Mane autem facto indurus nigris vestibus cum vxore & filiis ad fores palatij lugēs accessit. Quem rex ad se ingredi faciens dixit. O stulte si preconem fratris tui, cui nihil te deliquisse cognoscis, adeo timuisti, quomodo precones domini mei in quem adeo peccasti, timere nō debeam, qui sonabillius mihi tuba mortem significant, & terribilem iudicis aduentum mihi denunciant. Deinde quatuor captas fieri fecit, & duas earū extrinsecus auro vndique operiri, & osibus mortuorum putridis impleri, duas verō picā liniri, & gemmis & margaritis pretiosis impleri fecit. Vocāque illos magnates, quos sciebat quærimoniam apud fratrem deposuisse: quatuor illas captas ante eos posuit, & quæ præciosiores essent inquisiuit. Illi verō duas deauratas magni esse pretij: reliquas verō vilis pretij esse iudicauerunt. Præcepit igitur rex deauratas aperiri: & continuo inde scetor intolerabilis emanauit. Quibus rex. Hæc illis similes sunt qui gloriosius vestibus sunt amicti, intus verō immunditia vitiorum pleni. Deinde alias aperiri fecit: & ecce odor mirabilis inde exhalauit. Quibus rex. Iste illis pauperimis quos honorauit: similes sunt, qui etsi vilibus vestimentis operiantur, intus tamen omni virtutum odore resplendent. Vos autem solum qui de foris sunt attenditis: & quæ deintus sunt, non consideratis. Secundum igitur illum regem tu quoque fecisti bene suscipiens me. Incipiens igitur Barlaam cœpit ei de mūdi creatione & hominis præuaricatione ac filij Dei incarnatione, passione, & resurrectione longū sermonem retexere, necnon de Dei iudicio & de retributione bonorum & malorum multa proferre: & seruientes idolis plurimum exprobrare, ac de eorum fatuitate tale exemplum ponere dicens.

D. Sagittarius quidam auiculum parū nomine philumena capiens, cū vellet eam occidere: vox data est philumena, & ait. Quid tibi proderit O homo: si me occideris: non enim ventrem tuum de me implere valebis, sed si me dimittere velles: tria tibi mandata darem, quæ si diligentius conseruares, magnam inde utilitatem consequi posses. Ille verō ad eius loquelam stupefactus promisit, quod eam dimitteret, si hæc sibi mandata proferret. Et illa. Nunquam rem quæ apprehendi non potest, apprehendere studeas. De re perdita irrecuperabili nunquam doleas. Verbum incredibile: nunquam credas. Hæc tria custodi, & bene tibi erit. Ille autem vt promiserat, eam dimisit, Philumena igitur per aera volitans dixit ei. Ve tibi homo quam ma-

lum cōsiliū habuisti: & quam magnam thesaurum hodie perdidisti. Est enim in meis visceribus margarita quæ strutionis ouū sua vincit Magnitudine. Quod ille audiens valde contristatus est, quod eam dimiserit: & eam apprehendere conabatur: dicens. Veni in domum meam, & omnem tibi humanitatem exhibebo: & honorifice te dimittam. Cui philumena. Nunc pro certo cognoui te fatuum esse. Nam ex his quæ tibi dixi nullum profectum habuisti, quia & de me perdita & irrecuperabili doles, & me tentaſti capere cum nequeas meo itinere pergere: & insuper margaritam tam grandem in meis visceribus credidisti esse: cū ego tota ad magnitudinem ouū strutionis non valeā pertingere. Sic ergo stulti sunt illi, qui confidunt in idolis: quia plasmatos à se adorant, & custoditos à se custodes suos appellant. Cœpitque contra fallacem mundi delectationē & vanitatem multa disputare, & plura ad hoc exempla adducere, dicens. Qui corporales delectationes desiderant, & animas suas fame mori permittunt: similes sunt cuidam homini, qui dum à facie vnicornis ne ab eo deoraretur, velocius fugeret: in quoddam baratrum magnū cecidit. Dum autem caderet, manibus arbusculam quandam apprehendit: & in basē quadam lubrica: & instabili pedes fixit. Respiciens verō vidit duos mures vnum album & alium nigrum incessanter radicem arbuscule quam apprehenderat: corroderentes & iam prope erat vt ipsam absunderent. In fundo autem, baratri vidit draconem terribilem spirantem ignem, & aperto ore ipsum deorare cupientem. Super basem verō vbi pedes tenebat, vidit quatuor aspidum capita inde prodeuntia: eleuans autem oculos vidit exiguum mellis de ramis illius arbusculæ stillās. Oblitusque periculi in quo vndique positus erat, seipsum duicedini illius modici mellis totum dedit. Vnicornis autem mortis tenet si guram, quæ hominem semper persequitur & apprehendere cupit. Baratrum verō mundus est omnibus malis plenus. Arbuscula verō vniuscuiusque vita est, quæ per horas diei & noctis quasi per murem album & nigrum incessanter consumitur: & incisioni appropinquat. Basis verō quatuor aspidum corpus ex quatuor elementis compositum: quibus inordinatus corporis compago dissoluitur. Draco terribilis os inferni cunctos deorare cupiens. Dulcedo ramusculæ: delectatio fallax mundi per quam homo seducitur, vt periculum suum minimè intuetur.

E. Addidit quoque dicens. Similes sunt iterum mundi amatores homini, qui tres amico: habuit, quorum vnū plusquā se, secundum tantū quantum se, tertium minus quam se, & quasi nihil dilexit. In magno igitur periculo positus & à rege citatus cucurrit ad primum amicū eius auxiliū quærens, & qualiter eum dilexerit semper commemorans. Cui ille Nescio quis sis O homo, habeo alios amicos cum quibus me hodie lartari oportet, quos & amicos ammodo possidebo: præbeo tamen tibi duo ciliciola, vt habeas quibus valeas operari. Confusus igitur ad secundum venit, & similiter eius auxiliū postulauit. Cui ille. Non vacat mihi tecum subire agonem, curis etenim multis circundor, medicum tamen vsque ad ostium palatij te sociabo: & statim do-

num reuertar proprijs vacans negocijs. Tristis igitur & desperans ad tertium amicū perrexit: sibi que facie demissa dixit. Non habeo os loquendi ad te: quoniā vt debui non amaui te. Sed in tribulatione circumdat, & ab amicis desitutus: rogo vt mihi auxiliū seras, & mihi veniam prebeas. Et ille hilari vultu dixit. Cer te amicū charissimū fateor te esse, & tui licet modici beneficij non immemori precedem te: & apud regē interueniam pro te, ne in manibus trader te inimicorum. Primus igitur amicū est diuitiarum possessio. Secundus igitur amicū est diuitiarum possessio. Veniente verō mortis termino, nihil ex omnibus nisi viles accipit ad sepeliendum panniculos. Secundus amicū est vxor filij & parentes: qui tantum vsque ad monumentum secū pergentes protinus reuertuntur suis vacantes curis. Tertius amicū est fides, spes, & charitas, & elemosyna, & cætera bona opera quæ nos cum eximus de corpore: possunt precedere: & pro nobis apud Deū interuenire: & ab inimicis demeritis nos liberare. Hoc insuper addidit dicens. In quadā magna ciuitate constructo fuit: quod hominem extraneū & ignotum omni anno in principem elegebant. Cui omni potestate accepta quicquid volebat facere licitū erat: & sine omni constitutione terram regebat. Illo igitur in omnibus delitijs permanēte, & semper sibi sic esse existimante, repente ciues in eum insurgebant: & per totam ciuitatē nudum trahentes in remotam insulam exulem transmittēbant, vbi nec cibum nec vestimentum inueniens fame & frigore vrgebatur. Tandē quidam alius sublimatus in regno cum illorum ciuū cōsuetudinem didicisset: infinitos thesauros ad insulam cæteris fame deficientibus ille immensis delitijs abundabat. Ciuitas hæc mundus iste est. Ciues tenebrarū principes: qui nos falsa mundi delectatione aliciunt, nobisque non sperantibus mors superuenit: & in locū tenebrarum demergunt. Diuitiarum vero ad eternū locum præmissio fit manibus egenorum.

F. Igitur cum Barlaam perfectē filium regis docuisset: & ipse eum iam relicto patre sequi vellet. Dixit Barlaam. Si hoc feceris, cuidam iuueni similis eris, qui cum quandam nobilem nollet deſponsare vxorem: ipse reuens auſugit, & in quandam locum deueniens virginem quandam cuiusdam senis pauperis filiam laborantem & ore Deum laudantem vidit. Ad quam ille. Quid est quod agis mulier: Cū enim ita pauper sis, gratias tamen agis deo ac si magna recepisset ab eo. Ad quem illa. Sicut perua medicina tæpe à magno languore liberat, sic gratiarum actio in partibus dōnis magnorum efficitur auctrix donorum. Hæc tamen quæ extrinsecus sunt, nostra non sunt, sed ea que in nobis sunt nostra sunt. A Deo magna accepi, quia me ad suam imaginem fecit. Intellectum mihi dedit: ad suam me gloriam, vocauit: & ianuam regni sui iam mihi aperuit. Pro tantis ergo & tā magnis donis ipsum laudare conuenit. Videns iuuenis eius prudentiam eam, à patre suo in vxorem petijt. Cui ille. Filiam meam accipere non vales: quia diuitum & nobilium filius es: ego autem pauper sum. Sed cum ille omnino instaret, ait senex. Non possum eam tibi dare: vt in domum patris tui ducas eam, cum vnica mihi sit. Et ille. Apud vos manebo, & vobis me in om-

nibus conformabo. Deponens igitur pretiosum ornamentum habitum senis induit, & apud eum manēs ipsam in vxorem accepit. Postquam verō senex diuitius eum probauit, in thalamum eum duxit, & immensum pondus diuitiarum quantum nunquam viderat, sibi ostendit, & omnia sibi dedit. Dixit autem Iosaphat. Conuenienter ista me tangit narratio, & à te hoc dictum esse de me existimo. Sed dic mihi pater quot annorum es: & vbi conuerſaris, quia à te nunquā volo separari. Et ille. Annorum sum. xlv. in desertis terræ Senaar degens. Ad quem Iosaphat. Amplius pater mihi appares. lxx. annorum. Et ille. Si à natiuitate mea omnes annos meos queris discere, bene eos existimasti. Sed nullomodo à me in mensura vitæ computantur, quotquot in vanitate mundi expēdi sunt. Tunc enim in interiori homine mortuus eram, & annos mortis nunquam vitæ nominabo. Cum igitur Iosaphat eum in desertum sequi vellet, dixit Barlaam. Si hoc feceris, & tuo consortio carebo: & persecutionis fratris mei auctor existam. Sed cum oportuū tempus videris, ad me venies. Barlaam igitur filium regis baptizans & in fide optime instruens eum osculatus est, & ad locum suum reuersus est.

G. Postquam autē rex filij Christianum factum audiuit: in dolore nimio positus est. Quem quidam amicus suus nomine Arachis consolans ait. Cognosco rex senem quandam eremitam qui de nostra secta est, qui per omnia Barlaam similis est. Hic igitur Barlaam simulans primo Christianorum fidem defendat, deinde de se superari permittet, & omnia quæ docuerat, reuocabit, & sic filius regis ad nos redibit. Assumpto igitur prædicto principe magno exercitu ad quærendum Barlaam iuit, & eremiram illum capiens se Barlaam cœpisse dixit. Quem filius regis audiens captum, magnum suum amare fleuit. Sed postmodum per Dei reuelationem hunc non esse cognouit. Ingressus igitur pater ad filium ait. Fili mi in magna tristitia me posuisti, & meam caniciem inhonorasti, & lumen oculorum meorum abstulisti. Quare fili hoc fecisti, & deorum meorum cultū reliquisti? Cui ille. Tenebras pater fugi, & ad lumen cucurri. Errorem deserui: & veritatem agnoui. Noli autem frustra laborare: quoniā nunquam à Christo me poteris reuocare. Sicut enim ibi impossibile est altitudinem cæli manu tangere, aut maximum siccare pelagus, sic & istud esse cognosce. Tunc rex ait. Et quis horum mihi auctor est malorum, nisi ego, qui tam magna tibi feci quæ nunquam aliquis patrum fecit filio? Quapropter prauitas voluntatis tuæ contentio effrenata aduersus caput meum te insanire fecit. Merito astrologi in natiuitate tua dixerunt, te arrogantem & parocis inobedientem futurum. Nunc verō si mihi non acquieueris à mea discedes filiatione, & pro patre inimicus effectus illa tibi faciam, quæ nec hostibus adhuc feci. Cui Iosaphat. Cur rex tristis, quia bonorum particeps effectus sum? Quis vnquā pater in filij sui prosperitate tristis apparuit? Non ergo iam patrem vocabo te. Sed si mihi aduersaberis, sicut à serpente fugiam à te. Rex igitur ab eo cum ira discedens Arachi amico notam fecit filij dicitur, qui sibi consuluit, vt non asperis verbis cum eo vteretur, quia blandis & lenibus puer melius traheretur. Sequenti igitur die rex ad filij

venit, & circumplectens osculabatur eum dicens. Fili dulcissime honora canicem patris tui. Verere fili patrem tuum. An nescis quale bonum est patri obedire, & eum laudare: sicut econtra malum est ipsum exacerbare. Quotquot enim tacerunt male perierunt. Cui Iosaphat. Tempus amandi, & tempus odiendi, & tempus obediendi, & tempus inobediendi: & tempus pacis, & tempus belli. Nullo enim modo auertentibus nos a Deo obedire debemus, siue sit pater: siue sit mater.

Hic videns igitur pater eius constantiam ait. Ex quo video tuam pertinaciam: nec mihi obedire vis: saltē veni: & ambo pariter veritati credamus. Barlaam enim qui te seduxit: a me vincens tenetur. Nostri igitur & vestri cum Barlaam conueniant: & præconem mittā, ut omnes Galilee sine timore veniant. Et disputatione incepta si videtur Barlaam obtinuerit, vobis credemus: si autem nostri, nobis consentieris: quod cum regis filio placuisset, & illi cum simulato Barlaam ordinasset: quo prius deberet simulare se fidem Christianorum defendere: & postea se spernit superari omnes infirmul conuenerunt. Conuersus igitur Iosaphat ad Nachor dixit. Nosti o Barlaam qualiter me docuisti. Si igitur fidem quam docuisti defenderis: in doctrina tua vsque in finem vite permanebo, si autem superatus fueris: statim in te meam contumeliam vindexabo, & cor tuum & linguam manibus extrahens dabo canibus: ne alij amplius præsumat filios regum in errorem mittere. His auditis Nachor tristis & pauidus vehementer factus est: videns se ipsum in foueam quam fecit, decidisse, & laqueo suo comprehensum esse. An maduerens igitur cognouit melius esse filio regis ad herere: ut periculum mortis euadere posset. Rex autē sibi palam dixerat: ut fidem suam sine timore defendere. Vnus ergo rhetorum surgēs dixit. Tu es Barlaam qui filium regis seduxisti. Et ille. Ego sum Barlaam: qui filium regis non in errore misit: sed ab errore liberaui. Et rhetor. Cum eximij, & mirabiles viri deos nostros adorauerunt, quomodo tu aduersus eos audes insurgere? Et ille respondens ait. Chaldei. Greci: & Egyptij errantes creaturas deos esse dixerunt. Nam Chaldei elementa deos esse arbitrati sunt, cum creata sint ad utilitatem hominum, vt eorum dominationi subiaceat: & multis passionibus corrumpantur. Greci quoque nephandos homines deos putant, sicut Saturnum, quem aiunt filios tuos comedisse, & virilia sibi abscidisse, & in mare proiecisse: & venerem inde nata fuisse, & a filio suo quoque loue allegatum, & in tartarū proiectū esse, Iupiter quoque rex aliorum deorum esse dicitur, quem tamen in animalia transformatum sæpe dicunt: vt adultera committeret. Venerem quoque deā ad alterā esse dicunt. Nam aliquando habuit mechū Martē, aliquando Adonidē. ægyptij autem animalia coluerunt, scilicet ouē, vitulū, porcū, & huiusmodi. Christiani autē filium altissimi colūt, qui de cælo descendit, & carnem assumpsit. Cæpit igitur Nachor fidē Christianorum euadētē defendere, & rationibus communire ita quod rethores illi muti effecti nihil omnino respondere sciuerunt. Iosaphat igitur vehementer exultabat eo quod dñs per inimicū veritatis veritatem defendidisset. Rex autem furore nimio repletus est: iussit igitur consilium dissolui, quasi de his loquenzi de deo tractaturus. Dixitque Iosaphat patri. Aut

magistrum meum permittite mecum hac nocte manere: vt simul de responsionibus sciendis crastino cōferamus, & tu tuos tecum assumes: & cum eis cōferas, aut tuis mecum permittis accipe meum, alioquin non consistiam: sed violentiam exercebis. Quapropter Nachor sibi concussit, spem adducens: quod eum seduceret. Cum igitur filius regis cum Nachor domum rediisset. Dixit ei Iosaphat. Ne putes me ignorare quis sis, scio te non esse Barlaam, sed Nachor astrologum. Incipiensque Iosaphat viam salutis ei prædicauit, & ad fidem conuertens mane ad eremum misit, vbi baptisimum suscipiens eremiticam vitam duxit.

I. Magus autē quidam nomine Theodas hæc que gerebantur audiens, ad regem venit, & quod illi iam ad leges patrias redire faceret, permittit. Cui rex. Si hoc feceris: staruam auream tibi erigam: & ipsi sicut dijs sacrificium offeram. Et ille, a filio tuo cunctos remoue, & mulieres decoras & ornatas introduci præcipe, vt semper cum eo sint, & ministrent ei, conuersantur & morientur cum eo. Ego autem vnum de spiritibus incantati eum dirigam, qui eum ad libidinem infirmabit. Nihil enim iuuenes sic potest seducere: sicut facies mulierum. Rex enim quidam cum filium vix habuisset, dixerunt periculis medici, quod si intra decē annos solem vel lumen non viderit, lumine oculorum peribitur. Rex igitur in quadam petra spelunca excisa sibi ibi vsque ad annos decem manere fecit. Quibus finitissimus iussit rex vt omnium rerum genera ante eum adducerent: vt omnium nomina & notitia possidet habere. Adductis igitur ante eum auro & argento & lapidibus pretiosis vestibus splendidis: equis regalibus & omnium rerum generibus cum de vnicuique rei nomine interrogaret: ministri omnium sibi nomina indicabant. Cum autem nomina mulierum discere anxie quereret. Sparatus regis ludendo dicit. Demones eas esse, que homines seducunt. Rege autē interrogate filium quid de cænis que viderat: aptus amaret. Cui inquit pater aliud, nisi demones illos qui seducunt homines. In nullo emittitur in his licet sit anima mea. Non igitur aliter putes te filium tuum superare: nisi hoc modo. Rex igitur omnibus ministris erectis puellas decoras ei associauit, quæ eum semper ad libidinem prouocabant. nec habebat alium ad quem respiceret, & cum quo loqueretur, vel cum quo uelceretur. Malignus vero spiritus a mago missus in iuuenem irruit, & magnum intus caminum ignis accendit. Malignus igitur spiritus in eum insinabat, puella autem exteriorum dirum exciebat ardorē. Quis tam fortiter vexari sentiens turbabatur, & Deo se totum recomendans diuinam consolationem recepit: & omnis tentatio abscellit. Deinde quandam puellam pulcherrimam cuiusdam regis filiam, sed patre orbam ad eam misit. Cui cum vir Dei prædicaret, illa respondit. Si me a dolorum cultura saluare desideras: coniugi mihi nuptiarum copula. Nam & Christiani coniugia non abhorrent, sed laudant, quia patitur chę eorum & prophete, & Petrus eorum apostolus coniuges habuerunt. Ad quem ille. Inaniter mulier ista mihi prosequeris. Permittitur quidē Christianis vno res ducere, sed non his, qui promiserunt Christo vniuitate seruare. Et illa, Sic ita vt vis. Sed si animam meam saluare desideras: vnam minimum petitionem mihi

perice. Concube mecum tãtū hac nocte, & permitto tibi quod summo diluculo efficiat Christiana. Nam si veridicis gaudiū est angelis dei super vno peccatore penitentiam agente: ipsi autem tibi conversionis nonne magna merces debetur? Semel tantum mihi acquiesce, & sic me ipsam saluabis. Illa igitur turrem animæ illius sic me ipsam conculcare cepit. Quod dæmon videns socijs fortiter conculcare cepit. Quod dæmon videns socijs suis ait. Videtis quomodo puella ista concussit, quem non potuimus conuere? Venite ergo & in eum fortiter irruamus, ex quo congruum tempus inuenimus. Cernens igitur sanctus iuuenis se tam fortiter captiuatum, quia in concupiscentia incitabat: & salus vnus puellæ diabolo suggerēte ipsum commouebat lachrymis iofusus orationi se dedit. In qua oratione indormiens vidit se duci in quoddam prætorum decoris floribus exornatum, vbi folia arborum dulcem sonum reddebant hora quadam grata agitata, & odorem miris cum emanabant: vbi fructus visu speciosissimi & gustu desiderabiles: vbi sedes postice erant auro & gemmis fabricatæ, lecti lucidi cum pretiosissimis ornamentis, aquæ limpidissimæ preterfluentes. De hinc in ciuitatem ipsam introduxerunt, cuius muri ex auro obriso erāt, quæ claritate mirabili resplendebat, vbi ætherei quidam exercitus cantantes canticū, quod auris mortalium nunquam audiuit. Dicitur est ei. Iste est locus beatorum. Cum autem viri vellent eum reducere, rogabat vt eum ibi manere permitterent. Qui dixerunt. Cum labore multo venies huc tamen tibi vim inferre poteris. Deinde ad loca terribia ipsum duxerunt omni fœditate plena. Diciturque est ei. Iste est locus iniustorum. Cum autem euigilasset pulchritudo illius puellæ: & ceterarum stercore foetidior ei videbatur. Verum cum maligni spiritus ad Theodam rediissent, & ipse eos exprobraret, dixerunt. Priusquam signa crucis signaretur, super ipsum irruentes fortiter ipsum conturbauimus. Vt autem seipsum signo crucis munit, nos persecutus est: tunc ira. Tunc Theodas cum rege ad eum intravit: sperans quod ei persuadere posset. Sed predictus magus captus est ab eo quem capere voluit, & ab eo conuersus baptisma suscepit, & laudabilem vitam duxit.

Rex igitur desperans dimisit ei de consilio amicorum mediū regni sui. Ille autem licet desertum tota mente desideraret, tamen propter fidei dilationem ad tempus ipsum regnum suscepit, ac in suis ciuitatibus templa & cruces erexit, & omnes ad Christum conuertit. Pater autem tandem filij rationibus assensum præbens fidem Christi recepit: & baptismum suscipiens, & totum regnum filio suo dimittens, ipse misericorditer operibus vacabat, & post hoc laudabiliter vitam finiuit. Iosaphat autem Barachiam regem prænuicians pluries fugere voluit, sed semper a populo captus vix tandem euasit. Cum ergo per desertum pergeret: euidam pauperi regalem habitum dedit, & ipse in pauperima veste remansit. Diabolus autē multas ei infidias parabat. Aliquando enim gladio euaginato in eum iruebat, & eum percutere minabatur, nisi desisteret. Aliquando in forma ferarum sibi apparebat frendens & dirum mugitum emittens. Ille autem dicebat. Dominus mihi adiutor est, non timebo quid faciat mihi homo. Duobus igitur annis in eremo Iosaphat vagabundus mansit, nec Barlaam inuenire

potuit. Tandem autem speluncam inuenit, & ante ostium stans dicebat. Benedic pater benedic. Cuius vocem Barlaam audiens foras exiit, & osculantes se feruentissime sese alterutrum amplexus constringebant, nec satiari poterat. Retulit autem Iosaphat Barlaam omnia quæ acciderant, & ille immensas gratias egit Deo. Mansit autem Iosaphat ibidem multis annis in abstinentia mirabili & virtute. Tandem completis diebus Barlaam in pace quiescit circa annos domini. cccclxxx. Iosaphat igitur in anno. xxv. regnum deserens. xxxv. annis eremiticum laborem subiit. Et sic multis claris virtutibus in pace quiescit, & cum corpore Barlaam positus fuit. Quod audiens rex Barachias illuc cum multo exercitu venit, & corpora reuerenter assumens in ciuitatem suam transtulit. Ad quorum tumultum miracula multa fiunt.

De sancto Pelagio.

LEGENDA CLXXVII. A



PELAGIUS papa multæ sanctitatis fuit: ac in pontificatu laudabiliter se gerens: tandem plenus bonis operibus in pace quiescit. Non fuit autem iste Pelagius prædecessor. s. Gregorij: sed alius ante ipsum. Huic enim Pelagio successit Ioannes tertius: Ioanni tertio successit Benedictus: Benedicto Pelagius. Pelagio Gregorius. Tempore igitur primi Pelagij Longobardi in Italiam venerunt. Et quia multi huius historiam ignorare probantur, ideo eam hic inserendam decreui. prout in historia Longobardorum, quæ Paulus Longobardorum historiographus compilauit, & in diuersis chronicis explanata habetur. Gens etenim quædam erat Germanica plurimum populosa, quæ de littoribus oceanii parte septentrionali ingressa, cum de insula Scandinaria per bellorum multam certamina diuersarumque terrarum circuitus tandem Pannoniam deuenisset, vltra non audiens procedere sedem sibi in ea perpetuæ habitationis instituit. Hi primò Vuinuli, postea Longobardi sunt appellati. Dum autem adhuc in Germania residerent: Agilmundus rex Longobardorum septem pueros in piscina ad meretricem ad necandum proiectos inuenit, quos vno partu dicta meretrix ediderat. Quos dum rex casu repectos cum hasta admirans reuolueret, vnus eorum hastam regis manu tenuit. Quem rex videns & stupens nutrire fecit, & Lamissionem vocauit magnum eum futurum esse prænuicians. Qui tantæ probitatis extitit quod mortuo rege eum Longobardi regē fecerunt. Per idem serē tempus. s. anno ab incarnatione domini. cccclxxx. dum quidam episcopus Arrianus (vt ait Eutropius) quendam nomine barbam baptizare volens, diceret. Baptizo te Barba in nomine patris per filium in spiritu sancto, filium & spiritum sanctum minorem patre per hoc ostendere volens, subito aqua disparuit: & baptizandus ad ecclesiam confugit.

Per idem serē tēpus floruerunt sancti Medardus & Gildardus fratres vterini vno die nati, vno die epi cōsecrati, vno die mortui, vno die a Christo assumpti, ante verò hoc tempus (vt in quadam chronica dicitur) scilicet circa annū domini. cccj. dum intra Gallias

riana hæresis pulluleret, vnitas substantiæ triū personarum euidenti miraculo demonstratur, vt ait Sigbertus. Dum enim in vrbe Vasacensi missam episcopus celebraret: vidit tres guttas clarissimas æqualis magnitudinis super altare emissas, quæ simul defluentes in vnum coniunctæ gemmam pulcherrimam effecerunt. Quam cum in medio cuiusdam crucis aureæ posuisset: alia gemmæ quæ ibi erant de ipsa protinus ceciderunt. Addidit quoque quòd impijs obscura & mundis clara videbatur, & quòd infirmis dabat sanitatem, & adorantibus crucem augebant deuotionem.

B Post hoc autem Longobardis his quidam rex præerat nomine Albuinus vir quidam fortis & strenuus. Qui cum rege Gebidantium prælium gerens eius exercitum contriuit: & regem interfecit. Quapropter filius prædicti regis occisi, qui sibi in regnū successerit, in vltionem patris sui contra Albuinum manu armata fortiter processit. Contra quem Albuinus exercitum suum mouit, & ipsum superans interfecit. Filiam quoque suam nomine Rosimundam captiuā ducens in vxorem accepit. Sed & de capite ipsius regis sibi cupam parauit, quam argento circumducens inde bibebat. In illis autem diebus Iustinus iunior imperium gubernabat: qui quædam principem eunuchum habebat, qui dicebatur Narfes virum quidem nobile & strenuum: qui contra Gothos, qui totam Italiā inuasent procedens ipsos superauit: & regem eorum Attilam occidit, & vniuersam Italiā pacatam reddidit. Qui pro magnis beneficijs magnā inuidiam perculit à Romanis. Quapropter apud imperatorem falso accusatus à præfato imperatore depositus est. Vxor quoque imperatoris nomine Saphina hanc contumeliam sibi misit, quòd eum cum ancillis suis mere faceret, & lanarum pensa diuidere. Ad hæc verba Narfes respondit. Et ego talem telam tibi ordiri procurabo, quam donec vixeris, deponere non valebis. Neapolim igitur Narfes excedens Longobardis mādauit: vt pauperima Pannoniæ rura desererent: & ad Italiæ fertile solum possidendum confluere, quod Albuinus audiens Pannoniam deseruit, & anno ab incarnatione domini dlx viij. cum Longobardis Italiā intrauit. Erat autem consuetudo eis longas valde barbas portare. vnde cum quadam vice (vt aiunt) exploratores ad eos venire deberent, præcepit Albuinus, vt omnes mulieres solutos crines circa mentum circumducerent, vt barbati homines ab exploratoribus crederentur. Et inde Longobardi à longis barbis postmodum sunt vocati. Barba enim in eorum lingua barbam sonabat. Alij dicunt quòd cum Vuinuli cum Vuandalis pugnaturi essent, & ad quandam qui habebat spiritum prophetiæ accessissent, vt pro eorum victoria exoraret, & eis benediceret, de consilio vxoris iuxta fenestram in qua mane ad orientem orabat se posuerunt, & mulieres circa mentum capillos circumducere de eiusdem consilio præceperunt. Cum ergo ille fenestram aperisset eos vidisset, exclamauit. Qui sunt isti Longobardi. Et vxor sua adiunxit, vt quibus nomen dederat, victoriā condonaret. Ingressi igitur Italiā omnes penè ciuitates cæperunt cunctis habitatoribus interfecis. Papiam autem tribus annis obsessam tandem cæperunt. Rex autem Albuinus iurauerat se omnes Christianos occisurum. Vnde cum Papiam intrare deberet, equus

eius ante portam ciuitatis genta figens quantūdam que calcaribus vrgeretur, surgere non valebat, quousque ad monitionem cuiusdam Christiani rex iuramentum mutauit. Mediolanum ergo Longobardi ingressi totam penè Italiā intra breue spacium temporis subiugarent præter Romam & Romaniliam, & quæ Romanilia est vocata quasi altera Roma, ex eo. s. quod Romæ semper adhæssisset.

C Cum igitur rex Albuinus Veronæ esset, & quoddam magnum conuiuium preparasset, cyphum suum quem de capite regis fecerat afferri faciem ex eo bibit, & vxorem suam nomine Rosimundam, de eo bibere fecit. dicens. Bibe cum patre tuo. Quod cum Rosimunda didicisset, odium magnum contra regem concepit. Erat autem regi dux quidam, qui quandam domicellam reginæ carnaliter cognoscebat. At regina absentem rege quadam nocte ancillæ suæ cubiculum intrans prædicto duci ex persona ipsius ancillæ mandauit, vt ad se illa nocte deberet accedere. Qui cum venisset regina prædicto duci vicæ ancillæ se supposuit, & postmodum dixit ei. Scis quæ sum. Cui cum ille esse talem amicam suam diceret. Illa ait. Nequaquam. Sed sum Rosimunda. Certe talem te perpetrasti hodie, quòd aut Albuinum occides, aut Albuini gladio interibis. Volo igitur vt de ipso viro meo, qui patrem meum occidit, & de eius capite cupam sibi faciens me in ea bibere fecit, me debes vindicare. Cui ille, nō acquiescent alium se inuenire promissit, qui hoc negotium perpetraret. Vnde illa arma subtrahens spatam illius quæ erat ad lectuli caput, ne tolli, aut euaginari posset fortiter colligauit. Dum ergo rex in stratu dormiret, homicida eius cubiculū intrare conatur. Quod rex tentiens de stratu exiliit, & spatam arripit sed extrahere non valens cum scabello se viriliter defendere cepit. Sed ille eum optime esset armatus, in regem inuoluit & occidit. Ac hijs igitur vniuersis thesauros palacij cum Rosimunda Rauennam vidicetur auugit. Sed eum Rosimunda quandam iuuenem pulcherrimū præfectū. s. Rauennæ vidisset, ipsum in virum habere desiderans venenum viro in calice propinavit. Cuius amaritudinem ille præsentiens iubet vxori versidū bibat. Quod cum recusaret, ille euaginato gladio eam bibere coegit. Et sic ambo ibidem perierunt.

¶ Tadem rex quidam Longobardorum nomine Adaloth baptizatus est, & fidem Christi suscepit. Sed & Theudelina Longobardorum regina Christianissima & deuota apud Madoeciam pulcherrimum oratorij constituit. Ad quem reginam Greg. libros dialogorū transmissit. Quæ virum suum nomine Agistolpū primo ducem Thaurinensem, sed postmodum Longobardorum legem ad eam conuertit, & cum Romano imperio & ecclesia eum pacem habere fecit. Sicque in festo sanctorum Geruasij & Prothasij facta est pax inter Romanos & Longobardos. Et ideo Gregorius in eodem festo cantari instituit in officio missæ. Loquerur dominus pacem &c. In natiuitate quoque. s. Ioannis baptistæ prædictorum pax & conuersio amplius confirmata fuit. Thudelina verò in. b. scapulam specialem deuotionem habebat. Cuius mentis gentis suæ conuersionem ascribens prædictum oratorij apud Madoeciam fabricauit, eiusque genitricem patronam & defensorem esse cuidam vixit

ho reuelatum fuit.

D Mortuo Gregorio successit ei Sabinus, & Sabinus Bonifacius tertius, & Bonifacio tertio Bonifacius quartus: ad cuius præces Focas imperator donauit ecclesiæ Christi Pantheon. circa annos domini. d. c. x. Et ad præces tertij Bonifacij primus statuit sedem Romanam esse caput omnium ecclesiarum. Nam ecclesia Constantinopolis se primam omnium ecclesiarum scribebat. Huius bonifacij tempore mortuo Focas & regnante Heraclio circa annū domini. d. c. x. Machometh pseudo propheta & etiam magus Agarenos siue Ismaelitas. i. Saracenos hoc modo decepit, sicut legitur in quadam historia ipsius, & in quadam chronica.

¶ Clericus quidam valde famosus cum in Romana curia honorem quem cupiebat, assequi non potuisset, indignatus ad partes vltra marinas confugiens sua simulatione innumerabiles ad se attraxit. Inueniēte Machometh dixit ei, quòd ipsum illi populo præficere velle nutritiens; columbā grana & alia huiusmodi in auribus Machometh ponebat. Columba autem super eius humeros stans de auribus eius cibum sibi sumebat. Sicque iam adeo assuefacta erat, quòd quando cūque Machometh videbat: protinus super humeros eius prostratus rostrum in eius aure ponebat. Prædictus igitur vir populum conuocans dixit se illum sibi velle præficere, quem spiritus sanctus in specie columbæ monstraret: statimque columbam secretè emisit, & illa super humeros Nachometh, qui cum alijs stabat euolans, rostrum in eius aure apposuit. Quod populus videns spiritum sanctum esse credidit, qui super eum descenderet, ac in eius aure verba Dei inferret. Et sic Machometh Saracenos decepit. Qui sibi adherentes regnum Persidis ac Orientalis imperij fines vsque ad Alexandriam inuasent: hoc quidam vulgare dicitur. Sed verius est quòd inferius habetur. Machometh igitur proprias leges confingens ipsas à spiritu sancto in specie columbæ, quæ sæpe videat populo super eum volabat, se recepisse mentiebat. In quibus quidem de vtroque testamento inferuit. Nam cū in primeua ætate mercimonia exercebat, & apud Aegyptum in Palestinam cum camelis pergeret, cū Christianis & Iudæis sæpe conuersabatur, à quibus tā nouum quam vetus didicit testamentum. Vnde secundum Iudæorum circunciduntur Saraceni & carnes porcina non comedunt. Cuius rationem cum velle Machometh assignare, dicit quòd ex simo cameliporcus post diluuium fuerit procreatus, & ideo tanquam immundus à mundo populo est vitandus. Cum Christianis autem conuenient, quia credunt vnum solum Deum omnipotentem: omnium creatorem. Afferuit etiam pseudo propheta vera quædam falsis immiscens, quòd Moyses fuit magnus propheta, sed Christus maior est & summus prophetarum, natus ex Maria virgine virtute Dei absque semine hominis. Ait quoque in suo alchorano, quòd Christus dum adhuc puer esset: de limo terræ volucres procreauit. Sed venenum immiscuit: quia Christū non vere passū nec resurrexisse dixit, sed alium quendam hominem sibi similem huiusmodi egisse, vel passum esse docuit. **¶** Quædam autem matrona nomine Cadigā, quæ præerat cuidam prouinciæ nomine Coroconiā, videns

hominem Iudæorum & Saracenorum contubernio vallari existimabat in illo maiestatem diuinam latere. Et cū esset vidua, ipsum in maritum accepit. Et sic Machometh totius illius prouinciæ obtinuit principatum. Ille autem suis præstigijs non solum prædictā dominam: sed etiam Iudæos & Saracenos demū adeo dementauit, vt se messiam in lege promissum publicè fateretur. Post hoc verò Machometh cepit frequenter cadere epileptica passione. Quod Cadigā cernens plurimū tristabat, eo quod impurissimo homini & epiletico nupsisset. Quā ille placare desiderans, talibus eā sermonibus demulcebat, dicens. Gabrielem archangelum frequenter mecum loquentem contemtori: & nō ferens splendorem vultus eius, in me deficio & tabesco. Quod sic esse mulier & ceteri crediderunt. Alibi tamen legitur quòd fuit quidam monachus, qui Machometum instruxit nomine Sergius. Qui in errore Nestorij incidens dum à monachis fuisset expulsus, in Arabiam venit: & Machometo adhesit. Licet alibi legatur quòd fuit Archidiaconus in partibus Antiochiæ degens: & fuit (vt asserunt) Iacobita, qui circuncisionem prædicans christumque non Deum sed hominem tantum iustum & sanctum de spiritu sancto conceptum & de virgine natum affirmans. Quæ omnia Saraceni affirmant & credunt. Prædictus igitur Sergius Machometum de nouo & veteri testamento (vt tradunt) plura edocuit. Machometus enim vtroque parente orbatus sub patris sui cura pueritia annos agebat: multoq; tempore cum vniuersa gente sua Arabum idolorum cultui deseruiuit: quemadmodum in alchorano suo testatur Deum sibi dixisse. Orphanus fuisti & suscepi te: in errore idolatriæ diu mansisti & inde eduxi te, pauper eras & ego locupletauit te. Vniuersa enim gens Arabum cum Machometo Venere pro dea colebat, & inde est quòd adhuc sexta feria apud Saracenos in magna veneratione habetur, sicut apud Iudæos sabbatum: & apud christianos dies dominica colitur. Machometus igitur prædictæ Cadigā locupletatus diuitijs in tantam prorupit mentis audaciam: vt regnum Arabum sibi vsurpare cogitaret. Sed cū videret se per violentiā hoc assequi nō valere maximè cum à contribulibus suis, qui eo maiores fuerat despiceretur, prophetam se fingere voluit: vt quos non poterat subiugare per potentiam, saltem per sanctitatem atraheret simulatam. Prædicti quoque Sergi, viri valde prudentis consilij adhebat. Ipsum enim absconditè manere faciebat, & ab eo omnia requirebat, & populo referrebat acq; Gabrielem archangelum eum nominabat. Et sic Machometus totius gentis illius prophetam se simulando obtinuit principatum: omnèque sibi sponte vel timore gladij crediderunt: & istud verius est quòd illud quòd supra dictum est de columba, & sic est tenendum.

¶ Prædictus igitur Sergius cum monachus asset: voluit vt Saraceni monachali habitu vterentur. s. cucula sine caputo: & vt instar monachorum multas & ordinatas genuflectiones facerent, & ordinate valde orarent. Et quia Iudæi versus occidentem & christiani versus orientem orabant: voluit vt sui versus meridiem oraret. Quæ omnia adhuc Saraceni obseruant. multas autè leges Machometus promulgauit, quas prædictus Sergi eū docuit: quatuor multas de Mosaica

accepit. Sæpe namque Saraceni se lauant, & maxime cum orare debeat. Verenda sua manus brachia, faciem & os & omnia membris corpora abluunt ut magis orare possint. Orantes autem vnum conitentur Deum, qui nullum equalem vel similem habet: eiusdem Machometum prophetam. In anno quoque integram mensem ieiunant. Ieiunantes autem nocturno tempore comedunt: diurno vero ieiunant ita ut ab ea hora diei qua nigrum ab albo distinguerent possunt, vsque ad solis occalum comedere vel bibere aut se vxoris commixtione scdere nemo audeat. Post solis occubitu vsque ad sequentis diei crepusculum: semper licet eis cibo potu & proprijs vxoribus vi. Infirmi autem ad hoc non obligantur. Semel autem per singulos annos causa recognitionis ad domum Dei, quæ est in Mecha ire præcipiunt, & ibi adorant, eamque in contutilibus tegumentis circumire, & lapides per media foramina pro diabolo lapidando iactare. Quam domum dicunt Adam construxisse: omnibusque filijs eius, & Abraham & Ismaeli: locum orationis fuisse. Demum Machometum eam domum sibi cunctisque gentibus suis tradidisse affirmat. Omnes carnes præter porcinas sanguinem & morticinum comedere possunt. Quatuor legitimas vxores in similibus habere eis licet: & quamlibet vsque tertio repudiare, & rursus licere: ita tamen ut quaternarium numerum non transcendat. Emptitias vero atque captiuas quod volunt habere licitum est, & eas vendere possunt, cum velint: nisi earum aliquem impregnassent. Cõceditur eis de propria cognatione habere vxores, ut sanguinis proles accrescat, & fortius inter eos amicitia vinculum astringat. Circa possessiones repetendas obseruant, ut actor testibus probet: & reus iuramento se cõprobet innocentem. Cum adultera deprehensus cum ea pariter lapidatur. Cum alia autem fornicatus. lxxx. verberibus plectitur. Machometus tamen dicit sibi à domino angelo Gabriele nunciante fuisse concessum quod ad aliorum vxores accedere possent, ut viros virtutis & prophetas generaret. Quidam autem seruis eius cum pulchram vxorem haberet, & sibi ne cum domino suo loqueretur, interdixisset quadam die ipsam cum eo loquentem inuenit: & proinus eam à se reiecit. Quam Machometus recipiens inter alias suas vxores connumerauit. Timens vero ex hoc murmur populi chartam de celo sibi delatam conspexit: in qua continebatur quod si aliquis vxorem repudiaret: eius esset vxor qui eam suscepisset. Quod Saraceni vsque hodie pro lege obseruant. Fur prima & secunda vice verberibus plectitur: tertia manus ei præscinditur: quarta pedis truncatione punitur à vino. Superabstinere iubentur.

¶ Seruantibus hæc & alia mandata promissit Deus: afferunt paradysum, id est ortum deliciarum aquis præterfluentibus irrigatum: in quo sedes habebunt perpetuas: nec frigore aut estu aliquo affligentur, omnibus ciborum generibus vescuntur, quicquid petierint cõtinuò inuenient, sericis vestimentis oibus coloribus induent, & virginibus speciosissimis cõiungentur, in delitijs omnibus accubabunt. Quibus angeli pincerna ru. n more cum vasis aureis & argenteis, i aureis lac, in argenteis vinum afferentes, dicent. Comedite &

& bibite in læticia. Tria flumina, scilicet lactis mellis, vini optimi aromatici eos habere dixit Machometus in paradiso, & quod angelos pulcherrimos sunt visuri, & adeo magnos quod ab vno oculo angeli vsque ad alium sit spatium vnus diei. Non creditur vero Deo nec Machometo erit vt afferunt infernalis pena sine fine. Quibuscunque autem peccatis quilibet obligatus fuerit: si in die mortis Deo & Machometo crediderit, in die iudicii Machometo interueniente vt afferunt saluus erit. Nunc pseudo prophetam Saraceni nebris inuoluti spiritum prophetie super omnes habuisse affirmant, & decem angelos sibi fauentes eum custodientes eum habuisse prædicant. Addit quoque quod ante quam Deus cælum & terram creasset: nomen Machometi in conspectu Dei astabat, & nisi ipse Machometus futurus fuisset, nec cælum: nec terram, nec paradysum fuisset. Mentuntur quoque de eo quod luna ad eum accessit, quam ille in sinu recipiens in partes duas diuisit, & iterum coniunxit. Venenum in super in carne agnina sibi oblatum fuisse dicunt. Agnus autem ei locutus est dicens. Caue ne me sumas, quia in me habeo venenum. Et tamen post plures annos venenum sibi dato interijt. Sed iam nunc ad Longobardorum historiam prosequendam stilus se vertat. Longobardi igitur Romano imperio plurimum molesti erant: licet fidem Christi recepissent. Post hoc autem Pipinus princeps maior regie domus Francorum defunctus est. Cui successit karolus filius eius, qui Turides appellabatur. Qui multas victorias facies: reliquit duos filios eiusdem aule regie principes. scilicet karolus magnum & Pipinum. Sed karolus magnus relicta seculi pompa Calsinensis monachus est effectus. Pipinus autem aulam regiam strenuè gubernabat. Sed cum Childericus rex esset inutilis & remissus: consuluit Pipinus zachariam papam: an ille deberet esse rex, qui solo nomine regio erat contentus. Cui papa respondit: illum debere regem vocari: qui bene rempublicam regeret. Qua responsione Franci animati Childericum monasterium recluserunt, & Pipinum regem creauerunt circa annos domini. dccxl. Verum cum Arstulphus rex Longobardorum ecclesiam Romanam suis possessionibus & domino spoliasset. Stephanus papa, qui zachariam successerat, ad Pipinum regem Francia: contra Longobardos auxilium petiturus accessit.

H. ¶ Pipinus autem copiosum exercitum congregans in Italiam venit, & Arstulphum regem obsedit. A quo. xl. obsides accepit: vt ecclesie Romanæ omnia prædica: abstulerat redderet, & ipsam amplius non inquietaret. Sed recedente Pipino Arstulphus totum quod promiserat: irritum fecit. Qui tamen post modicum dum venatum pergeret subito expirauit: & desiderius eidem successit.

¶ Per idem tempus dum Theodoricus rex Gottorum iussu imperatoris Italiam regeret: & Arriana hæresis deprauatus esset, & Boetius philosophus cõsularis patricius cum Simacho patricio cuius gener erat, republicè illustraret, & auctoritatè Romani senatus contra Theodoricum defenderet, idem Theodoricus Boetium Patrici in exiliu trussit, vbi librè de cõsolatione cõposuit, & tãdè eum extinxit. Eius vxor Elpes noie hymnu apud stoloru Petri & Pauli qui sic incipit. Felix per oes seculu

mudi cardines: edidisse fertur. Epitaphiu quoque suu ipsa composuit. ita dicens. Elpes dicta fui Sicilie regionis a luna. Quæ procul à patria cõiugis egit amor. Porticibus sacris iam nunc peregrina quiesco. Iudicis æterni testificata thronum. Theodoricus autem subditro defunctus à thodonam sancto eremita vilis est à Ioanne papa & Simacho quos ipse occiderat, nudus & discalcatus in ollam vulcani demergi, sicut ait Gregorius in dialogo.

¶ Circa annu domini. dclxxvij. Dagobertus rex Francorum vt in quadam chronica habetur, qui longè ante Pipinum regnauerat, à sua pueritia sanctum Dionysium magna veneratione habere cõcepit. Nam quando Lotharij patris sui iram metuebat, ad ecclesiam sancti Dyonyisij confugebat. Cùm ergo factus iam rex mortuus fuisset, cuidam sancto viro in visione monstratu est, quod anima eius ad iudicium rapta fuit, & multi sancti suarum ecclesiarum expoliationem obijciebāt eidem. Cùm ergo mali angeli iam ad pœnas eam rapere vellent, affuit. b. Dionysius & eius interuentu liberatus est, pœnam euasit. Fortè enim eius anima ad corpus redijt, & ibi pœnitentiam egit. Clodoueus rex corpus sancti Dionysij minus religiose discooperiens os brachij eius fregit, & cupidè rapuit. Qui mox in amœtiam versus est.

¶ Circa annum domini. dclxxvij. Beda venerabilis presbyter & monachus in Anglia claruit: qui licet in sanctorum cathalogocomputeret, tamen ab ecclesia non sanctus: sed venerabilis appellatur. Et hoc duplici de causa. Prima est, quia cū pre nimia senectute eius oculi caligassent, habebat vt autem ductorem quedam à quo per villas & castella se duci, faciebat, & vbique verbum domini prædicabat. Quadam vice dum per quandam vallem magnis lapidibus plenam, transiret: eius discipulus derisionis causa eidem dixit, quod ibi esset magnus populus congregatus, qui eius prædicationem silenter & auidè expectaret. Tunc ille feruenter prædicare incipiens cum in fine per omnia secula seculorum. concludisset: mox (vt aiunt) alta voce lapides clamauerunt. Amen venerabilis pater. Qui igitur venerabilem cū miraculose lapides vocauerunt: ideo venerabilis pater appellatur: vel (vt alij asserunt) ei angeli responderunt. Bene venerabilis pater dixisti. Secunda causa est, quia post eius mortem quidam clericus sibi deuotus quendam vertum edere cupiebat, què in eius tumulo facere sculpi volebat, ita incipiens. Hac sunt in fossa. volens versum taliter terminare. Bede sancti ossa. Sed quia talem finem versus congruit non patiebatur, & sedula mente reuolueret, nec congruum finem videret: dum quadam nocte multum su per hoc cogitans mane ad tumulum properasset manibus angelicis versus taliter sculptum reperit, & finitum. Hac sunt in fossa Bede venerabilis ossa. In die autem ascensionis cum morti appropinquaret, ad altare portare se faciens antiphonam. O rex glorie domine virtutum: vsque ad finem dixit deure. Quia finita in pace dormiuit, tantusque odor omnes perfudit, vt in paradiso se esse existimarent. Eius corpus cū deuotione congrua colitur apud Ianuam. Per idem tempus scilicet circa annum domini. dcc. Rachordus rex Frizonum cum baptizari deberet, & iam vnum pedem in lauacro intinxisset, alterum retrahens interro-

gavit vbinam plures maiorum suorum essent in inferno an in paradiso. Et audiens plures esse in inferno intinctum pedem retrahens: sanctius est (inquit) plures quam pauciores sequi. Et ita iudificatus à demone promittente quod tertia die abhinc incomparabilia bona sibi daret: ipse quarta die subita & æterna morte periit.

¶ In Campania Italia: frumentum & ordeum & legumina instar pluuiæ de celo cecidisse refertur. Per idem tempus scilicet circa annum domini. dcccxl. cum corpus sancti Benedicti de monte Calsino ad monasterium Floriacense & corpus sanctæ Scholasticæ sororis eius apud Cenomanos fuisset translatum. Karolus monachus Calsinensis corpus sancti Benedicti ad castrum Calsinum transferre volebat. Sed miraculis à Deo ostensis: & Francis resistentibus prohibitus fuit.

I. ¶ Eo tempore circa annu domini. dcccxl. terremotus magnus factus est, quo vrbes alie sunt subuersæ alie à montanis ad subiecta campestria cum muribus & habitatoribus suis integrè & salue ultra sex miliaria (vt dicitur) transmigraverunt. Corpus sanctæ Petronellæ Petri apostoli filia transferretur, in cuius sepulcro marmoreo ipsius Petri manu scriptum legebatur. Aureæ Petronellæ, dilectissime filia (vt ait) Sigibertus.

¶ Eo tempore Tiri Armeniam infestantem quorum patria cum olim pestilentia fuisset: suasu Christianorum in modum crucis sua capita toronderunt & quia per hoc signum salus reddita est, hunc tendendi retinuerunt ritum. Pipino tamen post multos triumphos defuncto Karolus magnus eius filius eidem in regnu successit, cuius tempore in Romana sede Adrianus pontifex præsiderat. Qui ad Karolum magnum legatos misit, postulans ab eo auxilium contra desiderium regem Longobardorum, qui more patris sui Arstulphi ecclesiam plurimum infestabat. Cui Karolus obediens magno congregato exercitu per montem Senium Italiam intravit, & Papiam ciuitatem regiam potenter obsedit, & ibi desiderium capiens cum vxore filijs principibus ad Gallias in exilium misit: & omnia iura ecclesie quæ Longobardi abstulerat, sibi restituit. Erant tunc in exercitu karoli Amicus & Amileus strenuissimi milites Christi, quorum miri actus leguntur. Qui apud Mortariam vbi Longobardos karolus superauit, ceciderunt. Et hic terminatum est regnum Longobardorum, nam deinceps illum regem habebant: quem Cæsares sibi dabant. Proficiscente Karolo Romanam papa synodo. elijij. episcoporum congregauit. In qua synodo papa ius eligendi pontificem Romanum & ordinandi apostolicam sedem Karolo dedit, archiepiscopos quoque & episcopos per singulas provincias ante consecrationem ab ipso inuesturam accipere diffiniuit. Filij que eius Romæ reges vnguntur. scilicet Pipinus super Italiam. Ludouicus super Aquitaniam. Alchinus magister Karoli tunc florebat. Pipinus Karoli filius de coniuratione contra patrem conuictus in monachum tonsuratur. Circa annum domini. dcccxxx. tempore scilicet. Hyrenæ imperatricis & filij sui nomine Constantini homo quidam in longis muris Tracie fodiens sicut in quadam chronica legitur inuenit archam lapideam, quam cum expurgasset & releuasset: virum iacentem ibi reperit.

& literas taliter continentes. Christus nascetur ex maria virgine & credo in eum. Sub Constantino & Hyrena imperatoribus ò sol iterum me videbis. Defuncto Adriano Leo in Romanam sedem sublimatus est vir per omnia reuerendus. Cuius sublimationem pro pinqui Adriani egrè ferentes, cum letanias maiores ageret, contra eum populo concitato ei oculos eruerunt: & linguam præciderunt. Sed Deus miraculosè linguam sibi & visum restituit. Qui dum ad Karolum confugisset, ipse eum in sede sua collocavit: & reos puniuit. Romani igitur suadere papa anno dñi. dclxxiiij. relicto imperio Constantinopolitano vno omnium consensu imperatorias laudes karolo acclamant eunque per manum Leonis imperatorem coronant. Cæsarem & augustum appellant. Post Constantinum enim magnum imperialis sedes apud Cōstantinopolim habebatur, pro eo quod dictus Constantinus Romanam sedem vicarij beati Petri reliquit, & apud prædictam urbem sedem sibi ordinavit. Veruntamē propter dignitatem imperatores Romani nuncupati sunt vsque ad illud tempus, quo imperium Romanum ad reges Francorum transfatum est. Postea verò illi Græcorum siue Constantinopolitani: isti vero Romanorum imperatores vocati sunt. Hoc autem de tanto imperatore valde mirabile fuit: quod nullam filiarum suarū quādiu vixit voluit coniugio copulare. Dicebat enim se earum contubernio non posse carere. Et vt Alchinus eius magister de eo scribit: licet alias felix esset in hoc aduersa fortuna malignitatem expertus est, satis declarans quid super hoc dicere vellet, quod tamē ita imperator desimulauit, ac si de eo nulla suspicio haberetur, quāuis de hoc multum sermo fieret. vnde & quocūque ibat semper eas lectum ducebat.

R Huius Karoli tēpore officium Ambrosianū maxime dimissum est, & Gregorianum solenniter divulgatū imperiali autoritate ad hoc vt plurimū adiuuante. Ambro. nāque vt testatur Aug. in lib. confel. cum à Iustina imperatrice Ariana perfidia deprauata persecutionem pateretur, & intra ecclesiam cum plene catholica insidijs vrgeretur: instituit hymnos & psalmos secūdū morā orientaliū decātarū: ne populos mororis tedio contabesceret. Quod per omnes fuit postmodum ecclesias deriuatum. Verum Gregorius postmodum superueniens plura mutauit, addidit, & detrucauit. Sancti enim patres non statim omnia ad decorē officij pertinentia videre potuerunt, sed diuersi diuersa ordinauerunt. Nam & missæ inceptio tres varietates habuit. Olim enim à lectione inchoabatur: sicut adhuc in sabbato sancto fit. Postmodum Celestinus papa psalmos ad introitum missæ decantari instituit. Grego. vero introitum missæ cum cantu ordinauit, & vnum versum de illo psalmo qui totus catabatur, restituit. Psalmos olim circa aram in modum coronæ circumstanter concorditer continebant, & inde choros dicitur. Sed Flavianus & Theodorus quod alteruatum cātarentur: instituerunt ab ignatio hoc habentes: qui super hoc diuinitus fuit edoctus. Hier. quoque epistolae euāgelia & ex magna parte officia diurna & nocturna præter cantū ordinauit. Ambro. Gelasius, & Gregorius orationes & cantus addiderunt, & Iectionibus & euāgelij coaptauerunt. Gradualia tractus & alleluya Gelasius & Gregorius ad missam cā-

tari instituerunt. Hylarius vel secundum quosdam Symachus papa, vel secundum alios Thelephorus papa addidit ad gloria in excelsis. Laudamus te &c. quæ sequuntur. Nocherus abbas sancti Galli sequētijs pneumis ipsius alleluya primus composuit, sed Nicolaus papa ad missas eas cantari concessit. Hermannus Teuthonicus fecit. Rex omnipotens. Sancti spiritus sit nobis gratia: & Aue maria & antiphonam. Almar demptoris mater. & Simō bariona. Petrus verò de postella episcopus fecit. Salue regina. Sigiberus tamē dicit: quod Robertus rex Fræcorum fecit sequentiam. Sancti spiritus absit nobis gratia &c. Karolus vt refert Turpinus archiepiscopus erat corpore decorus, sed visu ferus, statura eius pedum octo, & facies eius palmū & dimidium in longitudine possidebat, barba verò eius palmum vnum, frons erat vnius pedis. Militē armatum super equum sedentem vertice simul cū equo vno ictu cum spata scindebat. Quatuor ferraturas equorum simul facile manibus extendebat. Militem armatum rectè stantem super manum suam à terra vsque ab caput suum sola manu velociter eleuabat. Leporem integrum aut duas gallinas vel anserem edebat. Modicum vinum & limphatum bibebat. Tam parcus in bibēdo erat, quod semper in cœna rarò plus quam ter bibere solebat. Cenobia multa construxit: & laudabiliter vitam finit, & in fine rerum suarum Christum heredem fecit. Cui in imperium successit Ludouicus eius filius vir clementissimus. circa annos domini. dcccxv. Cuius tempore episcopi & clerici cingula auro texta & exquisitas vestes & alia ornamenta secularia deposuerunt. Theodolphus Auelianensis episcopus falso apud imperatorem accusatus: ab eodem est custodię Andegauis mancipatus. Cum autem in quadam chronica habetur in die palmarum procelis iuxta domum in qua custodiebatur transiret, ille apertam fenestram factoque silentio pulcherrimos illos versus à se editos. scilicet. Gloria laus honor tibi sit rex Christe redemptor &c. presente imperatore cantauit, qui intantum imperatori placuerunt, quod ipsum à vinculis mox absoluit, & in suam sedem restituit. Legati michaelis imperatoris Constantinopolitani inter cætera munera detulerunt Ludouico filio Karoli magnis libro dionysij de hierachia de græco in latinū translato. Qui cum gaudio sunt recepti, & xij. m. m. in ipsa nocte in ecclesia eius sunt curati.

L Mortuo Ludouico. Lotharius imperium tenuit. Cui fratres eius. s. Karolus & Ludouicus bellum, indidentes tanta vtriusque facta est strages, vt nulla gratia meminerit tantam aliquando fuisse in regno Francorum. Tandem pacto innoto Karolus regnavit in Fræcia. Ludouicus in Garmania. Lotharius in Italia: & parte Francie quæ ab ipso Lotharingia dicta est. quæ postmodum Ludouico eius filio imperium derelinquens habitum manachalem accepit. Huius tempore vt in alia quadam chronica dicitur erat papa Sergius natione Romanus, qui primo os porci dictus est, sed mutato nomine vocatus est Sergius. Ab illo tempore ordinatū est vt omnes papæ nomina mutant. Tū quia dominus his quos in apostolatam elegit, nomen mutauit. Tum sicut mutantur in nomine, sic mutari debent in vitæ perfectione. Tum ne ille qui ad tam decorum officij eligitur aliquo nomine indecoro tempore.

Huius Ludouici tempore. anno domini. dccclvj. vna quadam chronica habetur in parochia Maguntina malignus spiritus parietes domorum quasi malleis pulsando & manifeste loquendo & discordias seminando adeo homines infestabat, vt quocunque intrasset: statim illa domus exurebatur. Presbiteris autē Ieranas agentibus, & aquam benedictam spargentibus, inimicus lapides iactabat, & multos cruentabat. Tandem aliquando conuiescens confessus est se quādo aqua spargebatur: sub capa talis sacerdotis quasi familiaris sui laruisse, accusans eū quod cum filia procuratoris in peccatum lapsus fuerit. Per idem tempus rex Burgarorum cum gente sua ad fidem conuersus tantæ perfectionis fuit: vt maiore filio in regnum ordinato ipse habitum monachalem accepit. Sed cum eius filius iuueniliter agens ad gentilitatis cultum redire vellet, resumpta militia persecutus eum cepit, effossisque oculis in carcerem trusit, & in regnum statuto filio iunioris habitum sacrum resumpsit. In Italia apud Brixiam tribus diebus, & tribus noctibus sanguis de celo pluuisse narratur. Per idem tempus locuste, innumera biles in Gallijs apparuerunt: fenas habentes alas, sex pedes, duos dentes lapidibus duriores, vt castrorum acies turmatim volantes spaciū diurni itineris quatuor, aut quinque milibus extendentes omnia viridia in herbis & arboribus vastantes quæ vsq; ad mare Britannicum peruenientes tandem statu ventorum in profundo maris demersæ sunt, sed estu oceanum ad litus reiectæ, ex putredine suū aerem corruerunt vnde mortalitas maxima & fames præualida est secuta, ita vt fere tertia pars hominum interiret. Denique primus Otto imperauit. anno domini. dcccxxviij. Dum autem in paschali solennitate dictus Otto principibus conuiuium præparasset: antequam sederent, cuiusdam principis filius more puerili ferculum de mensa accepit: quem dapifer fuisse prostrauit. Quod cernēs pedagogus pueri ipsum dapiferum mox peremit. Quem cum sine audientia Cæsar condemnare veller: ille Cæsarem ad terrā deiecit, & suffocare cepit. Qui eum de eius manibus vix erutus fuisset, ipsum referuari iussit se culpabilem clamans, quod festo honorem non derulit. Vnde ipsum liberum abire permisit.

M Ottoni primo successit Otto secundus. Hic dum Italici pacem sæpius violarent, Romam venit: & omnibus proceribus magnatibus & pōtificibus apud gradum ecclesie conuiuium grande fecit. Quibus epulantibus latenter omnes cingi fecit armatis. Deinde de violata pace querimoniam mouens iubet, in scriptis culpabiles recitari, quos statim ibidem decollari fecit, alios verò epulari satagebat. Huius successit Otto tertius circa annum domini. dcccclxxiiij. Ille cognominabatur mirabilia mundi. Hic (vt in quadam chronica dicitur) quandam vxorem habuit: quæ cuidam comiti se prostituere voluit. Sed cum ille nollet tantum facinus, perpetrare, illa indignata prædictum comitem apud imperatorem adeo infamauit, quod eū imperator sine audientia decollari fecit. Qui antequam decollaretur, rogauit vxorem suam, vt indicio cadentis ferri post mortem eum comprobret innocentem. Adest dies in quo Cæsar pupillis: & viduis se asserit iudicium facturum. Assuit & vidua mariti sui caput se-

cum suis portas in vlnis. Tunc quæ fuit ab imperatore qua morte dignus esset, qui aliquem iniuste occidisset. Qui cum priuatione capitis dignum eum assereret, illa inultu dicens. Tu es ille vir, qui maritum meū ad suggestionem vxoris tuæ innocenter occidi mandasti. Et vt me verum dicere comprobres hoc candentis ferri indicio comprobabo. Quod Cæsar videns obstupuit, & in manu femine puniendum se dedit, interuentu tamen pontificum & procerum inducias decem dierum, deinde octo, tertio semptem, quarto sex à vidua accepit. Tūc imperator causa examinata & veritate cognita vxorem viam concremauit: & pro redemptione sui quatuor castra viduę dedit. Quæ castra sunt in episcopatu Liuiens: & vocantur ab inducijs dierum. x. viij. vij. Post hunc beatus Henricus, qui fuit dux Bauariæ, anno domini millesimo secundo imperium sumpsit. Qui stephano regi Vngariæ adhuc gentili sororem suam nomine Galam in vxorem dedit: & tam ipsum regem quam totam eius gentem ad fidem Christi conuertit. Qui Stephanus tantæ religionis fuit: vt multorum miraculorum gloria Deus ipsi in illustrem redderet. Hic Henricus & vxor eius x. unguinis virgines permanserunt: & celibem vitam ducentes in pace quieuerunt. Huius successit Conradus quidam dux Francorum, qui neptem sancti Henrici duxit in vxorem. Huius tempore visa est in celo trabs ignea mirè magnitudinis super solem iam ad occasum vergentem currere, & ad terram eadere. Hic quosdam episcopos de Italia in vincula coniecit. Et quia Mediolanum incendit. Die verò penthecostes cum imperator in parua ecclesia secus urbem coronaretur ad missam, tã graui tonitrua fulguraque fuerunt: vt aliqui mente exciderent, aliqui spiritum exalarent. Bruno verò episcopus, qui missam cantabat: & secretarius imperatoris cum alijs dixerunt se inter missarum solennia videri se sanctum Ambrosium imperatori comminantem. Huius Conradi tempore. anno domini. M. xxv. comes Lupoldus (vt in quadam chronica dicitur) in iram regis metuens cum vxore sua in siluam fugiens in quodam tugurio latitabat. In qua filia dum Cæsar venaretur nocte superueniente in eodem Tugurio ipsum oportuit hospitari. Cui hospita prægnans vicinaque partui decenter vt potuit, strauit, & necessaria ministravit. Eadem nocte mulier filium peperit: & vocem tertio ad se venientem Cæsar audiuit. Conradus hic, puer modo progenitus gener tuus erit. Mane ille surgens duos armigeros sibi secretarios ad se vocauit: dicens. Ite & puerulum illum de manibus matris violenter auferite: & ipsum per medium sciendes cor eius mihi portate. Conci illi euntes de gremio matris puerum rapuerunt. Quem videntes elegantissimæ formæ misericordia commoto ipsum super quandam arborem ne à feris deuoraretur, reposituerunt: & leporem sciendes cor eius Cæsari detulerunt. Eodem die dum quidam dux inde transiret: & puerum vagientem audiret, eum ad se duct fecit. Et dum filium non haberet: vxori attulit: & nutrum eum faciens à se de vxore sua genitum esse finxit, & Henricum vocauit. Cum igitur iam cœnisset erat corpore pulcherrimus, ore facundus: & omnibus gratiosus. Quem Cæsar tam decorum & prudentem vi-

dens à patre ipsum petijt, & in curia sua manere fecit. Sed cum videret puerum omnibus gratiosum & ab omnibus commendari, dubitare cepit ne post se regnaret: & ne sit ille quem occidi mandauerat. Volens igitur esse securus literas manibus suis scriptas per eam uxori dirigit, in hunc modum. Inquãtum est tibi chara vita tua mox vt literas istas reeeperis puerum hunc necabis. Dum igitur pergens in quadam ecclesia hospitatus fuisset, & fessus super banchum quiesceret: & bursa in qua erant literæ dependeret, sacerdos curiositate ductus bursum aperuit: & literas sigillo regis munitas videns, & ipsas saluo sigillo aperuit: & leges scelus abhorruit. Et radens subtiliter quod dicebatur istum necabis: scripsit filiam nostram istum in uxorem dabis. Cũque regina literas sigillo imperatoris munitas videret, & de maui imperatoris scriptas esse cognosceret, conuocatis principibus celebrauit nuptias, & filiam eidem in uxorem dedit. Quæ nuptiæ Aquigrani celebratæ sunt. Cũ autem Cesar à dicentibus narraretur, quam solenniter fuissent filia suæ nuptiæ celebratæ. Ille obstupescit à duobus armigeris & duce & sacerdos veritate comperta dei ordinationi non resistendum esse vidit, & ideo pro puero mittens eum esse suum generum approbavit, & post se in imperio regnare instituit. In loco autem ubi puer. Henricus natus fuit nobile monasterium edificatum est, quod vsque hodie Vrsania nominatum est.

N **I**ste Henricus omnes ioculatores à curia sua remouit: & quæ his dari consueuerat, pauperibus erogabat. Huius tempore tantum scisma in ecclesia fuit, vt tres in summos pontifices electi essent. A quodam tandem presbytero nomine Gratiano magna illi data pecunia eidem cesserunt, & ipse papam obtinuit. At Henricus dum pro sedando scismate Romam pergeret. Gratianus ei obuians auream coronam sibi obtulit: vt sibi propitium haberet. Ille autem cuncta dissimulans synodo conuocata Gratianum de simonia conuicit, & alium subrogauit. In libro tamè Bonizi, quem misit ad comitissam Mechtildim dicitur, quod cum prædictus presbyter simplicitate ductus pontificatum sibi per pecuniam adquisierit, vt scismati obuiaret: ipse postmodum errorem suum cognoscens se ipsum suadente imperatore deposuit. Post hunc Henricum tertius Henricus imperat. Huius tempore Bruno in papam eligitur, & Leo vocatur. Qui dum ad capefendam sedem apostolicam Romam pergeret, audiuit voces angelorum canentium. Dixit dominus. Ego cogito cogitationes pacis & c. Hic de multis sanctis cautatus composuit. Hoc tempore per Berengarium turbata fuit ecclesia, qui asserere corpus & sanguinem Christi non vere sed figuratiue esse in altari. Contra quem scripsit egregie Lanfranchus prior Betensis natione Papiensis, qui fuit, magister Antelme Cantuarien. Deinde quartus Henricus imperat anno Millefimo quinquagesimo septimo. Cuius tempore maximè floruit. Lanfranchus. Ad cuius eximiam doctrinam conualuit de Burgundia Anselmus vir postmodum multa virtute & sapientia adornatus: & ei in prioratu monasterij Betensis successit. Sub hoc tempore Hierusalem à Saracenis capta à fidelibus reue-

rata est. Ossa beati Nicolai apud Barenfem vrbis trasita sunt. De quo inter cætera legitur, quod dum in quadam ecclesia, quæ sancta crux dicitur: subiecta sanctæ Mariæ de charitate nondum beati Nicolai noua historia cantaretur, fratres priorem vt eam sibi cantare liceret, instantius exorabant. Qui nullatenus acquiescens dixit incongruum esse morem pristinum de nouitate immutare. Cũ adhuc fratres instarent: ille indignatus respondit. Recedite fratres nunquam licentia concedetur, vt noua cantica in ioculato-ria quidem in mea ecclesia decantentur. Adueniente vero festiuitate eiusdem fratres cum quadam tristitia matutinarum vigilias peregerunt. Cumque omnes in lectis se recepissent, ecce Nicolaus visibiliter priori apparuit terribilis. Quem per capillos à lecto abstrahens dormitorem ipsum collisit. Lucipiensque antiphonam. O pastor æterne: per singulas vocem differens virgis, quas in manu tenebat, grauissimos ictus super dorsum prioris ingeminans per ordinem morose canendo antiphonam ad finem vsque perduxit. Qui cum omnes suis clamoribus excitasset: semiatuus ad lectum leportatur. Tandem ad se rediens ait. Ite & historiam nouam sancti Nicolai amodo decantate. Hoc tempore ex Molinensi cenobio. xxi. monachi cum abbate suo Roberto Cistercij solitudinem aduenientes, vt ibi regule suæ professionem districtius obseruarent, nouum ordinem ex veteri instituerunt. Hidebrandus prior Cluniacens. factus papa Gregorius est vocatus. Hic dum in minoribus constitutus legatione fungeretur apud Lugdunum archiepiscopum Ebronensem de simonia conuincit miraculose. Nam cum eisdem archiepiscopus omnes accusatores suos corrumperet, & conuinci non posset, legatus vt, gloria patri: & filio & spiritui sancto, diceret imperauerit. Ille gloria patri & filio: expedire dicebat: spiritui sancto, vero dicere non poterat: quippe quia in spiritum sanctum peccauerat. Qui peccatum suum confiteus: mox vt depositus est, clara voce spiritum sanctum nominauit. Hoc miraculum, recitat Bonizo in lib. ad comitissam Mechtildim.

O **M**ortuo Henrico quarto Spire: & cum alijs regibus sepulto: in eò epitaphio versus iste fuit, inscriptus. Filius hic, pater hic: auus hic proauus iacere istic. Hic successit Henricus quintus anno dñi. M. cvij. qui papam cum cardinalibus cepit, & eos dimitrens iouenturam episcoporum & abbatum per annulum & baculum pastoralem accepit. Sub hoc tempore Bernardus cum fratribus Cistercij ingressus est. In parochia Legienf. porca porcellam facie hominis habentē enixa est. Pullus galline quadruplex natus, est. Locharius successit Henrico, cuius tempore mulier quadam in Hispania monstris bis gemini corporis enixa est auerse vultibus & corporibus sibi coherens. Ante quidam effigies erat hominis integro corporis membrisque ordine distincta, retro vero facies canis corporis & membrorum proprietate integra.

Post hunc regnavit. Conradus anno. M. cxxvij. Et tempore Hugonis de sancto victore doctor excellentissimus & in omni scientia summus, & religione deuotus obiit. De quo referunt quod cum in summa te vltima laboraret: & nullum cibum retinere pos-

set, & corpus, tamè dominicum sibi dari cũ multa instantia postulabat. Tunc fratres eius turbationem se dare volentes simplice hostiam instar corporis dominici sibi detulerunt. Quod ille per spiritum recognoscens ait. Misereatur vestri dominus fratres, cur me deludere voluistis: iste enim non est dominus meus, quem deportastis. Mox illi stupefacti currerunt: & sibi corpus dominicum detulerunt. Sed ille videns, quod recipere non valerent, eleuatis in cælum manibus sic orauit. Ascendat filius ad patrem, & spiritus ad Deum suum qui fecit illum. Et inter hæc verba spiritum exalauit: & corpus domini ibidem disperauit. Eugenius abbas sancti Anastasij papa constituitur, qui ab vrbis expulsus, eo quod tenatores alium creauerunt. Gallias venit, & Bernardum ante se misit, qui viam domini prædicabat, & multa miracula faciebat. Gilbertus Porretanus florebat. Federicus nepos Conradi imperauit anno domini. M. cliij. Et tempore floruit magister Petrus lombardus episcopus Parisiensis, qui libros sententiarum: glosas psalterij & epistolam Pauli vtiliter compilauit.

Eo tempore tres lucæ in cælo visæ sunt, & in medio signum crucis, nec multo post visæ sunt tres soles. Tunc Alexander in papam canonicus est electus contra quem Octavianus Ioannes Cremenfis tituli sancti Calixti, & Ioannes Strumentis successiue in papam eliguntur, & fauore imperatoris consuluntur. Durauit hoc scisma annis. xvij. intra quod tempus Theutonici, qui apud Tusculanum pro imperatore morabantur, Romanam apud montem portum inuadunt, & tota nona vsque ad vespervas occiderunt, vt nunquam ex Romanis tot milia sint occisi. Licet tempore Hannibalis tot occisi sint, vt tres cophinos annuorum quos de digitis procerum occisorum idem Hannibal extrahi fecit. Carthagineum destinauerit. Quorum multi apud sanctum Stephanum & sanctum Laurentium sepulti sunt. Et habent hoc epitaphium. Mille decem decies sex decies quoque seni. Imperator Federicus dum terram sanctam visitasset, & in flumine quodam lauaretur: ibidem neceus perijt. Vel vt alij asserunt equo suo impingere in aquam cecidit, ibique interijt. Huic successit Henricus filius eius anno domini. M. cxc. Et tempore tantæ pluuie, cum tonitruis & fulminibus & tempestatibus factæ sunt, quantas nullas meminit hominum antiquitas. Lapides enim in quantitate eorum quadranguli mixti cum pluuia de cælo cadentes arbores: vineas & segetes destruxerunt, & multos homines occiderunt. Corui quoque & quam plures aues per aera in hac tempestate volantes visæ sunt carbones viuos in rostris portare, & domos incendere. Contra Romanam ecclesiam semper tyrannidem Henricus exercuit, & ideo eo mortuo Innocentius tertius ne frazer eius Philippus promoueretur, se opposuit, & Ottoni filio ducis Saxoniz adhesit, & eum Aquigrani in regem Alemaniz coronari fecit. Et tempore dum plures barones Franciz pro liberatione terræ sanctæ ultra mare pergerent: Constantinopolim ceperunt. His temporibus ordines prædicatorum & minorum fratrum orti sunt. Innocentius quartus legatos ad Philippum regem Francorum misit, vt terram Albigen-

tium inuaderet, & hæreticos deleteret. Qui omnes capiens concremari fecit. Denique Innocentius Ottonem imperatorem coronauit, & vt iura ecclesiæ seruaret ab eo iuramentum exegit. Qui statim ipso die contra iuramentum fecit, & romipetas expoliari iussit. Vnde papa eum excommunicauit, & ab imperio deposuit. Et tempore fuit sancta Elizabeth filia regis Vngariæ quæ fuit vxor Lantgrauij Turingiz, quæ inter alia innumera miracula plures quam sexdecim mortuos, vt scribitur, suscitauit, & cæcum natum illuminauit. De cuius corpore vsque hodie oleum fluere perhibetur. Ottrone deposito Federicus Henrici filius eligitur, & ab Honorio coronatur. Leges optimas pro libertate ecclesiæ contra hæreticos edidit. Hi super omnes diuitijs & gloria abundauit, sed eis in superbiam abusus fuit. Nam tyrannidem contra ecclesiam exercuit: duos cardinales vinculauit, prælatos quos Gregorius ix. ad concilium conuocauerat capi fecit, & ideo ab ipso excommunicatur. Denique Gregorius multis tribulationibus pressus moritur & Innocentius quartus natione Januensium conciliū

apud Lugdunum conuocans ipsum imperatorem deposuit. Quo de posito & defuncto sedes imperij vsque hodie vacat.

De dedicatione templi.

LEGENDA CXXXIII.

DEDICATIO ecclesiæ inter alias festiuitates ab ecclesia celebratur. Et quoniam duplex est ecclesia siue templum. scilicet materiale & spirituale, ideo de huius templi duplicis dedicatione hic breuiter est agendum. Circa dedicationem autem templi materiae tria videnda sunt. Primò quare dedicatur siue consecratur, secundo qualiter consecratur, tertio per quos profanatur. Et quia in templo duo sunt quæ consecratur. scilicet altare & ipsum templum ideo primò videndum est quare consecratur altare: secundo quare templum. Altare autem consecratur ad tria. Primò ad sacramentum domini offerendum. Gen. viij. Edificauit Noë altare domino, & tollens de cunctis volucribus & pecoribus mundis obtulit super altare. Hoc autem sacramentum est corpus & sanguis Christi qui in memoriam passionis dominicæ immolatur, iuxta quod & nobis præcepit dicens. Hoc facite in meam commemorationem. Habemus enim triplex memoriale dominicæ passionis. Vnum inscripto. Passio Christi imaginibus figurata, & hoc habet fieri quantum ad visum. Ipsa enim crucifixi imago & aliæ imagines in ecclesia sunt propter rememorationem exercendam, deuotionem & instructionem, quia sunt quasi libri laicorum. Secundum in verbo. Passio Christi prædicata & hoc habet fieri quantum ad auditum. Tertium in sacramento. Passio in hoc sacramento tam signanter expressa, in quo corpus & sanguis Christi veraciter continetur, & nobis offertur. Et hoc memoriale habet fieri quantum ad gustum. Si ergo affectum nostrum accendit passio

Christi descripta & amplius prædicata, multo fortius inflammare debet in hoc sacramento tam signanter expressa.

¶ Secundo ad nomen domini inuocandum. Genes. xij. Edificauit Abraham altare domino, qui apparuit ei & inuocauit ibi nomen domini. Hæc autem inuocatio secundum apostolum. j. ad Timo. ij. habet fieri aut per obsecrationes: quæ sunt cum aduratione pro malis remouendis: aut per orationes, quæ sunt pro bonis impetrandis, aut per postulationes, quæ sunt pro bonis cumulandis: aut per gratiarum actiones, quæ sunt pro bonis habitis conferuandis. Inuocatio autem quæ fit super altare propriè dicitur missa, eo quod celestis missus. f. Christus à patre mittitur, qui ipsam hostiam consecrat: & per eundem à nobis patri mittitur: vt pro nobis intercedat. Vnde Hugo. Ipsa hostia sacra missa vocari potest: quia transmissa est. Primò à patre nobis per incarnationem. Secundò à nobis patri per passionem. Similiter in sacramento. Primò à patre nobis per sanctificationem, qua nobiscum esse incipit. Postea à nobis patri per oblationem, quæ pro nobis intercedit.

¶ Et nota quòd missa tribus linguis canitur. f. Græca: Hebraica, & Latina ad representandum titulum dominicæ passionis, qui scriptus erat græcè: hebraicè, & latine. Item ad notandum quòd omnis lingua debet deum laudare, quæ per hanc triplicem linguam intelligitur. Latina autem sunt euangelia, epistolæ, orationes & cantus. Græca autem sunt kyrie eleison, Christe eleison: qui nouem vicibus cantatur, vt ad societatem nouem ordinum angelorum: perueniamus. Hebraica sunt alleluia amen sabaoth, & ofanna tertio ad cantandum eccle. xlvij. dedit illi contra inimicos potentiam & stare fecit contra altare cantores, & in sono eorum fecit dulces modulos. Et dicit modulos in plurali, quia secundum Hugo. de sancto victo. tres sunt species sonorum, qui faciunt tres modulos fit enim sonus pulsus: flatus, & cantus, ad cytharâ pertinet pulsus, ad organum flatus, ad vocem cantus. Assignari potest hæc consonantia sonorum concordie morum: si referatur ad pulsus cytharæ manuum operatio, ad flatus organi mentis deuotio, ad cantus vocis sermonis exhortatio. Et infra. Quid prodest dulcedo oris sine dulcedine cordis: Frangis vocè: frange & volu-tatè. Seruas consonantiam vocû, serua concordia morum, vt per exemplum concordet proximo per voluntatem domino: per obedientiam magistro. Hoc igitur triplex genus musicorû refertur ad triplicem differentiam officij ecclesiæ sicut dicitur in mitrali de officio. Nam ipsum officij ecclesiæ consistit in psalmis in cantu, & in lectionibus. Primum igitur genus musicorum est, quod fit pulsus digitorum, vt in psalterio & similibus, & ad illud pertinet psalmodia psal. Laudate eum in psalterio & cythara. Secundum est quod fit cantu, sicut in voce. Et ad istud pertinent lectiones psal. Psallite ei in vociferatione. Tertium est, quòd fit flatu, sicut tuba. Et ad istud pertinet cantus psal. Laudate eum in sono tubæ.

B ¶ Templum autem seu ecclesia consecratur triplici ratione. Primò vt inde diabolus & eius potestas expellatur, vt refert Greg. in dialogo, quòd cum

quædam ecclesia Arrianorum fidelibus reddita consecraretur, & relique sancti Sebastiani & beate Agathe illuc delate fuissent, populus ibidem congregatus porcum subito intra suos pedes huc illucq; discurrens miserunt. Qui fores ecclesiæ repetens à nullo vi deri potuit, omnèque in admirationem commouit. Quòd idcirco dominus ostendit, vt cunctis pateret, quòd de loco eodem immundus habitator exiret. Sequenti autem nocte magnus in eisdem ecclesiæ tectis strepitus factus est, ac si in hoc aliquis errando discurreret. Secunda nocte iterum grauior sonus inuenit. Tanto verò terrore tertia insonuit: ac si omnis illa ecclesia à fundamentis fuisset euerfa. Stantimque recessit, nec amplius illa antiqui hostis inquietudo apparuit. Sed per terroris sonitum quem fecit innotuit, à loco quem diu tenuerat, quam coactus exibat. Hæc Grego.

¶ Secundò consecratur, vt ad eam fugientes saluatur. Vnde aliquæ ecclesiæ post dedicationem à principibus priuilegiantur, vt q ad eam confugerint, saluentur. Vnde dicit cano. Reos sanguinis defendit ecclesia ne vitam perdant, & membra. Et ob hoc iacob in tabernaculum fugit, & cornu altaris apprehendit. Tertio consecratur, vt ibidè orationes exaudiantur, quòd signatur est. iij. Rex. vij. vbi Salomon dedicato templo ait. Quicumque rogauerit in loco isto, exaudietur in loco habitaculi tui in celo, & cum exaudieris, propitius eris. Adoramus autem in ipsis ecclesijs ad orientem. Quòd fit triplici ratione secundum Damascen. iij. c. v. Primò vt patriam nostram nos requirere ostendamus. Secundò vt ad Christum crucifixum respiciamus. Tertio vt venientem iudicem nos expectare ostendamus. Ait enim sic Deus paradysum in ædem ad orientem plantauit. Vnde hominem transgressum exulem fecit, & ante paradysum ex occidente habitare fecit. Antiquam igitur patriam, exquirentes, & ad ipsam aspicientes, Deum ad orientem adoramus. Sed & dominus crucifixus ad occidentem respiciebat, & ita oramus ad ipsum respicientes. Et assumptus ad orientem sursum ferebatur, & ita ipsum apostoli adorauerunt. Et ita venit quomodo viderunt in cunctis in cælum. Ipsum igitur expectantes ad orientem adoramus. Hæc Damasc. Quartò consecratur, vt ibidem laudes Deo soluuntur. Quòd quidem fit in septem horis canonicis. f. matutinis, prima, tertia, sexta, nona, vespera, & completorio. Et licet in qualibet hora, deus esset laudandus, tamen quia ad hoc infirmitas nostra non sufficit ordinatum est, vt his horis specialiter Deum laudemus eo quòd hæc horæ ab alijs priuilegiatæ sunt in aliquibus. Nam in nocte media quæ matutine celebrantur, Christus natus est, caprus & illusus, à Iudæis fuit. In hac iterum hora infernum spoliavit. Dicitur enim in mitrali, quòd in media nocte infernum spoliavit large accipiendo. f. ante lucem manæ surrexit. Hora prima apparuit Mariæ Magdalene. In media etiam nocte ad iudicium venturus asseruitur. Vnde Hiero. Reor inquit traditionè apostolicam per mansisse, vt die vigiliarum paschæ ante noctis medium dimittere non liceat populos expectantes aduentum Christi. Et postquam aduenit illud tempus securitate præsumpta festum cunctos agere diem.

In hac igitur hora laudes Deo cantamus, vt ei de eius pietate captione & patrum liberatione gratias agamus, & eius aduentu solliciti expectemus. Adduntur etiam matutinales laudes, quia in mane Aegyptios in mare submersit, mundum creauit, & surrexit. In hac ergo hora laudes Deo reddimus, ne in mari huic mundi cum Aegyptijs demergamur, vt pro nostra creatione & eius resurrectione gratias Deo reddamus. In hora prima Christus ad templum maxime conueniebat, & populus ibidem ad eum manebat. n. ad eum mane festinabat, vt dicitur Luc. xxi. Pilato presentatum fuit. In hac etiam hora resurgens mulieribus prius apparuit. Hæc est etiam prima hora diei. Ideo ergo in hac hora in ecclesia Deo laudes exoluimus, & vt Christum imitemur: & sibi resurgenti & apparenti gratias agamus, & vt Deo tanquam omnium principio ipsius diei primitias soluamus. In hora tertia Christus linguis Iudæorum crucifixus est à Pilato, ad columnam flagellatus est: & adhuc (vt dicitur in hystorij) columna vbi ligatus fuit vestigia cruoris ostendit, & hac eadem hora spiritus sanctus missus est. In sexta in cruce clavis confixus est, tenebre per vniuersum mundum factæ sunt, vt in morte domini sui sol lugens se vestibus nigris contegeret, & ne dominum crucifixum lumen preberet, & in hac hora in die ascensionis cum discipulis discubuit. In nona hora Christus spiritum emisit: miles latus eius aperuit, cæcus apostolorum ad orandum conuenire consuevit, & Christus in cælum ascendit. Propter hæc prærogativas Deum in his horis laudamus. In vespera Christus in cena sacramentum corporis & sanguinis instituit pedes discipulorum lauit, de cruce depositus, in sepulchro collocatus fuit, discipulis in habitum peregrini se manifestauit. Pro his omnibus in hac hora ecclesia Christo gratias agit. In completorio Christus sanguines guerras iudauit, monumento eius custodia deputata fuit, & ibidem quieuit, resurgens pacem discipulis nuocauit. Et pro his gratias Deo reddimus. Hæc autem laudes qualiter Deo coluere debeamus, dicit Ben. Fratres mei immolantes hostiam laudis iugamus verbis sensum: sensui affectum, affectui exultationem, exultationi maturitatem: maturitati humilitatem, humilitati libertatem. Quintò consecratur vt ibidem sacramenta ecclesiastica ministrantur. Vnde ipsa ecclesia efficitur quasi taberna Dei, in qua sacramenta continentur & ministrantur. Quædam enim ministrantur, & dantur intrantibus vt baptismus quædam exeuntibus. Sexto in vntio, quædam commorantibus: & horum quidam sunt ministrantes, his datur ordo. Quidam pugnantibus & horum quidam pugnantibus succumbunt, his datur poenitentia. Quidam insistentibus, & his confertur audacia animi vt roborentur, & hoc per confirmationem. Datur cibis vt sustententur, & hoc per eucharistiæ sumptionem, sit remotio impedimenti ne deiciantur, & hoc per matrimonij conjunctionem. Secundò videndum est qualiter consecratur, sed primò de altarari secundò de ecclesia.

C. Ad consecrationem autem altaris plura concurrunt. Primò enim quatuor cruces de aqua benedicta in quatuor cornibus altaris configurantur. Secundo ipsum septies circumferuntur. Tertiò aqua benedicta cum yfopo septies aspergitur. Quarto incensum in ipso crematur. Quin-

to crismate inungitur. Sextò mundis panis operitur. Hæc autem representant ea quæ debent habere illi: qui ad altare accedunt. Debent enim primò habere charitatem quadruplicem per crucem acquisitam. vt. f. diligant deum, seipsos, amicos & inimicos. Et hæc significant quatuor cruces in quatuor cornibus altaris factæ. Et de his quatuor cornibus charitatis dicitur in Gen. xxviii Dilataberis ad orientem & occidentem: septentrionem, & meridiem. Vel ideo quatuor cruces in quatuor cornibus sunt ad significandum, quod christus per crucem quatuor mundi partes saluauit. Vel idè ad significandum, quod crucem domini quatuor modis debemus portare. f. in corde per meditationem: in ore per confessionem, in corpore per mortificationem, in facie per assiduam impressionem. Secundo debent habere curam & vigilantiam, quod significatur per circuitus. Vnde tunc cantat. Inuenerunt me vigilantes & c. Debent enim sollicitè vigilare super gregem suum. Vnde negligentiam prælati ponit Gilbertus inter ridiculosa, dicens. Ridiculosa an magis periculosa res est spiculator cæc, præcursor claudus, negligens prælatus, doctor nescius, precor mutus. Vel per septem circuitus circa altare significantur septem meditationes & considerationes, quas circa septuplicem virtutem humilitatis christi habere debemus: & per ipsas frequenter circuire. Prima virtus est, quod cum diues esset, factus est pauper. Secunda, quòd in præsepio positus. Tertia, quòd parietibus subditus. Quarta, quòd sub manu serui caput inclinauit. Quinta, quod discipulum furem & proditorè sustinuit. Sexta, quòd ante iniqui iudicem mansuetus tacuit. Septima, quòd pro crucifixoribus clementer orauit. Vel per septem illos circuitus significantur septem vitæ christi. Prima fuit de cælo in vterum. Secunda de vtero in præsepium. tertia de præsepio in mundum. quarta de mundo in patibulum. quinta de patibulo in sepulchrum. sexta de sepulchro in limbum. septima de limbo resurgens in cælum. Tertio debent habere dominicæ passionis memoriam, quod significatur per asperisionem aquæ. Septem enim aquæ asperisiones, sunt septem sanguinis christi effusiones. Quarum prima fluxit in circoscione, secunda in oratione, tertia in corporis flagellatione, quarta in capitis coronatione, quinta in manuum perforatione, sexta in pedum affixione, septima in lateris apertione. Hæc autem sanguinis asperisiones factæ fuerunt cum yfopo humilitatis & inestimabilis charitatis yfopus enim est herba humilis & calida. Vel ideo septies aspergitur ad significandum quòd in baptismo septem dona spiritus sancti dantur. Quarto, debent habere orationem feruentem & deuotam, quod significatur per concremationem thuris. Thus enim habet virtutem ascendendi ex fumi leuitate, consolidandi ex sua qualitate, constringendi ex glutinofitate, confortandi ex aromaticitate. Sic oratio ascendit in Dei memoriam, animam consolidat, quantum ad culpam præteritam impetrando, medellam constringit, quantum ad futuram impetrando caute lam, confortat, quantum ad presentem impetrando tutelam. Vel potest dici, quòd deuota oratio per thus significatur, quia habet ad Deum ascendere. Ecclesia. xxxv. Oratio humilientis se nubes penetrat. Odores Deo reddere. Apoca. v. Habentes singulas citharas & phialas aureas plenas odoramentorum & c. Ex corde

inflammato procedere. Apocaly. viij. Data sunt ei in cœla multa & c. Et infra. Accepit angelus thuribulum & impleuit illud de igne al. & c. Quinto debent habere nitorem conscientie, & odorem bonæ famæ: quod significatur per cœlisma, quod cōficitur ex oleo & balsamo. Debent enim habere purā conscientiam, vt possint dicere cum apostolo. Gloria nostra hæc est, testimoniū conscientie nostræ. Bonā famā. Vnde. j. Tim. iij. Oportet illum testimoniū habere bonū ab his qui foris sunt. Christo. Clerici nullā debent habere maculam: nec in verbo, nec in cogitatione, nec in facto, nec in opinione, quia ipsi sunt pulchritudo & virtus ecclesiæ & si mali fuerint totā deturpant ecclesiā. Sexto debent habere munditiam operationis bonæ, quod significatur per pannos albos & mundos quibus altare operiunt. Vnus enim vestimentorum inuentus est ad tegendum, calefaciendū, & ornandū. Sic bona opera regunt animæ nuditatem. Apo. iij. Vestimentis albis induaris, & non appareat cōfusio nuditatis tuæ. Ornant animam ad honestatē. Rom. xij. induamur arma lucis & c. Calefaciunt inflammando ad charitatem. Job. xxvij. Nonne vestimenta tua candida sunt & c. Modicum enim valeret accedenti ad altare, si haberet dignitatem summam & vitam infimam. Bern. Monstruosa res est sedes prima, & vita ima. gradus superius, & status infimus: vultus grauis, actus leuis, sermo multus, fructus nullus, ingens autoritas & animi inestimabilitas.

D Secundo videndum est qualiter ecclesia consecratur, & ad hoc plura concurrunt. Episcopus enim ipsam ecclesiam ter circumit: & qualibet vice veniens ad ianuam percutit baculo pastorali, dicens. Aperite portas principes vestras, & cætera. Interiorius & exterius aqua benedicta ipsa ecclesia irrigatur. In pavimento fit crux de cinere, & sabulo ex transuerso angulo orientis vsque ad angulum occidentis, & ibi literis græcis & latinis scribitur alphabetum. In parietibus ecclesiæ cruces depinguntur, & ipse cruces illuminantur, & a crimine inuunguntur. Primum ergo scilicet triplex circumitus, signat triplicem circumitum quem fecit christus propter ipsius ecclesiæ sanctificationem. Primus fuit, quod de cælo venit in mundum. Secundus quod de mundo descendit ad limbum. Tertius, quod de limbo rediens & resurgens ascendit in cælum. Vel triplex circumitus fit ad ostendendum, quod illa ecclesia consecrat ad honorem trinitatis. Vel triplex circumitus signat triplicem statum saluandorum de ecclesia, qui sunt virgines, continentes & coniugati. Hæc etiam designantur in dispositione materialis ecclesiæ sicut ostendit Richardus de sancto victore. Nam sanctuarium signat ordinem virginum, chorus, ordinem continentium, corpus, ordinem conjugatorum. Strictius est sanctuarium quam chorus, & chorus quam corpus: quia pauciores sunt virgines quam continentes: & continentes, quam coniugati. Sanctior est etiam locus sanctuarij, quam chorus, & chorus quam corpus, quia dignior est ordo virginum quam continentium: & continentium quam conjugatorum. Hæc Richardus. Secundum scilicet trina ad ostium percussio, signat

triplex ius, quod habet christus in ecclesia, quæ sibi debet aperiri. Est enim sua creatio: redemptio, & glorificationis promissione De hoc triplici iure dicit Anselmus. Certè domine, quia me fecisti, debeo amori tuo me ipsum totum, quia me redemisti, debeo amori tuo me ipsum totum, quia tanta promittis, debeo me ipsum totum, in quantum tu es maior me ipso pro quo dedisti te ipsum, & cui promittis te ipsum. Trina autem proclamatio. Attollite portas principes vestras: significat trinam eius potentiam, scilicet in cælo, in mundo, & in inferno. Tertio interiorius & exterius: aqua benedicta aspergitur: quod fit triplici de causa. Primo, propter dæmonis expulsiōnem. Aqua enim benedicta habet virtutem propriam expellendi ipsum diabolum. Vnde in exorcismo aquæ dicitur. Vt sis aqua exorcisata ad effugandam omnem potestatem inimici, & ipsum inimicum eradicare, & c. Ista autem aqua benedicta fit ex quatuor rebus, scilicet ex aqua vino, sale, & cinere, quia videlicet quatuor sunt quæ maximè inimicum expellunt, scilicet lachrymarum effusio, quæ per aquam spiritualis exulatio, quæ per vinum: matura discretio, quæ per sal, & profunda humiliatio, quæ per cinerem designatur. Secundo propter ipsius ecclesiæ expiationem. Omnia enim terrena propter peccatum corrupta sunt & scædata: & ideo locus ipse aqua benedicta aspergitur: vt ab omni scditate & immundicia liberetur, purgetur & expietur. Hinc est etiam: quod in lege omnia penè per aquam mundabantur. Tertio propter omnem remouendam maledictionem. Terra enim a principio cum fructu suo maledictio non accepit eo quod ex eius fructu deceptio facta fuit, aqua verò nulli maledictioni subiicitur. Hinc est quod dominus comedit pitentem: sed non legitur comedisse carnem nominatim: nisi forte de agro paschali propter præceptū legis in exemplum scilicet abstinendi aliquando a licitis & aliquando eadem comedendi. Vt ergo omnis maledictio remoueat & benedictio introducat: ideo aqua benedicta aspergitur. Quarto in pavimento alphabetū scribitur, quod quidem representat coniunctionem vtriusque populi, scilicet Gentilis, & Iudæi, vel paginam vtriusque testamēti, vel articulos nostræ fidei. Illud enim alphabetum ex literis græcis & latinis in cruce factis representat vniōnem in fide populi Gentilis & Iudæi per crucem Christi factam. Vnde & illa crux ex transuerso angulo orientis vsque ad angulum occidentis ducitur: ad significandum: quod ille qui prius erat dexter factus, est sinister, & qui erat in capite factus: est in cauda, & econuerso. Secundo, representat paginam vtriusque testamēti, quod per crucem christi adimpletum est. Vnde moriens dixit. Consummatum est. Et crux ex transuerso ducitur: quia vnus testamentum in alio continetur. Quia rota erat in rota. Tertio representat articulos fidei. Ecclesiæ enim pavementū est nostræ fidei fundamentum: elementa quæ inscribuntur sunt articuli fidei, quibus rudes & neophyti de vtroque populo in ecclesia erudiuntur.

erudiuntur: qui se puluerem & cinerem reputare debent: iuxta illud quod dixit Abraam Genesis. xvij. Loquar ad dominum meū cum sim puluis & cinis. Quinque cruces in ecclesia depinguntur: quod siquidem fit triplici ratione. Primo propter dæmonum terrorem: vt scilicet dæmones, qui inde expulsi sunt, videntes signum crucis terreantur: & illuc ingredi non præsumant. Timent enim diaboli valde signum crucis. Vnde Ioannes Chryso. Vbiunque dæmones signum dominicum viderint: fugiunt timentes baculum, quo plagam acceperunt. Secundo, propter triumphi ostensionem. Cruces enim sunt vexilla Christi, & signa eius triumphi. Vnde vt ostendatur quod locus ille Christi dominio subiugatus est: ideo ibidem cruces depinguntur. Nam & apud imperiale magnificentiā obseruatur: vt quādo aliqua ciuitas ei traditur, imperiale vexillum in ea depingitur. In huius figuratiōe dicitur Genesis. xxvij. quod iacob lapidem quem supposuerat capiti suo erexit in titulum: videlicet in titulum præconialem, memorialem & triumphalem. Tertio, propter apostolorum representationem. Nam illa duodecim luminaria ante cruces posita significant duodecim apostolos: qui per fidem crucifixi totum mundum illuminauerunt. Hæc igitur cruces illuminantur & crimine inuunguntur: quoniam & apostoli sine passionis Christi totum mundum illuminauerunt: ad cognitionem inflammauerunt: ad amorem vixerunt: ad conscientie nitorem, quod per oleū, & ad bonæ vitæ odorem, quod per balsamum intelligitur.

E Tertio scilicet per quos prophatur. Sciendum quod ipsam domum Dei per tres prophatam legitur. Scilicet per Neroboam: per Nabuzardam: & per Antiochum. Ieroboam enim sicut legitur. iij. Regum. x. Duos vitulos fecit: ponens vnum in Dan, & alium in Bethel. que dicitur domus Dei, & hoc propter auaritiā fecit: ne scilicet regnū ad Ieroboam rediret. Per hoc significat. quod auaritia clericorū multū ecclesiam Dei contaminauit: quæ in ipsis clericis multū regnat. Hier. viij. A minimo vsque ad maximum omnes auaritiā sequuntur. Ber. Quem dabis mihi de numero prælatorum qui non magis nauigat subditorum euacuandis maribus, quam vitij ezar padis. Vituli sunt: ne poluti, quos in Bethel. in domo Dei ponunt. Ecclesia etiam per Ieroboam prophatur, si ex auaritia vsurariorum vel raptorum edificatur. unde legitur, quod cum quidam vsurarius ecclesiam quædam de vsuris & rapinis construxisset, episcopum ad eius dedicationem multis precibus inuitauit. Cum igitur episcopus cum suo clero officium consecrationis agere: vidit post altare diabolum stantem in cathedra in habitu episcopali. Qui dixit episcopo. Quare ecclesiam meam consecrasti? Cessauit iam: quia ad iurisdictionem eius pertinet: quia de vsuris & rapinis edificata est. Cum ergo episcopus inde cum clericis territus fugeret, diabolus conuincit ipsam ecclesiam cum grandi strepitu destruxit. Nabuzardam sicut legitur. iij. Reg. xxv. domum Dei combussit. Nabuzardam autem princeps coquorum, significat illos, qui gula & luxuria dediti sunt: qui de ventre suo Deum suum fecerunt secundum quod dicit apostolus. Quorum

Deus venter est & c. Qualiter autem venter Deus dicatur ostendit Hugo de sancto victore in suo claustrali dicens. Solent dijs templa construi, altaria erigi, ministri ad seruitendum ordinari, immolati pecudes, thura concremari. Deo siquidem ventri templum est coquina, altare mensa, ministri coqui immolare pecudes, carnes coctæ fumus incensorum, odor saporum. Rex Antiochus qui fuit superbissimus & ambitiosus domum Dei polluit, & profanauit, sicut legitur j. Mach. j. Per quem significatur, quod superbia & ambitio quæ vigent in clericis, qui non appetunt proficere, sed tantum preesse multum ecclesiam Dei contaminant. De quorum superba ambitione sic dicit Bernardus. Honorati incedunt de bonis domini: qui tamen domino honorem non deferunt. Inde hic quem quotidie vides meretricius nitor, histrionicus habitus, regius apparatus. Inde aurum in frenis & sellis & calcariis, & plus calcaria quæ altaria fulgent. Et sicut per tres prophana exitit, ita per alios tres dedicata & cōsecrata fuit. Dedicatione enim primò fecit Moyses secundò Salomon, tertio Iudas machabeus. Per quod insinuat, quod in dedicatione ecclesiæ debemus habere humilitatem: quæ fuit in Moyse, sapientiam & discretionem: quæ fuerunt in Salomone: vere cōfessionem fidei, quæ fuit in Iuda.

F Secundo videndum est de consecratione siue de dicatione templi spiritualis: quod templum sumus nos scilicet congregatio omnium fidelium, quod construitur & lapidibus viuus. i. Petri. ij. Tanquam lapides viuus superædificati & c. Ex lapidibus politis. Vnde cantatur. Tonsionibus præsuris expoliti lapides & c. Ex lapidibus quadris. Quatuor enim latera lapidis spiritualis sunt fides, spes, charitas, & operatio, quæ equalia sunt, quia vt dicit Grego. quantum credis tantum speras, quantum credis & speras, tantum diligis quantum credis, speras & diligis: tantum operaris. In hoc quidem templo altare est cor nostrum, super quod altare tria debent Deo offerri. Primum est ignis dilectionis perpetuus. Leuite. vj. Ignis scilicet dilectionis erit perpetuus, & nunquam deficiet in altari, scilicet cordis. Secundum est incensum orationis odoriferæ, prime. Paral. vj. Aaron & filij eius adolebant incensum super altare holocaustatis & thimiamatis. Tertium est sacrificium iustitiæ: quod sacrificium consistit in oblatione penitentiarum, & in holocausto dilectionis perfectæ: & in vitulo carnis mortificatæ. De his psalm. Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ oblationis & holocausta, tunc imponent super altare tuum vitulos. Templum autem spirituale quod sumus nos ad similitudinem templi materialis consecratur. Primum enim summus pontifex, scilicet Christus ostiū cordis clausum inueniens ter cecit, dum peccatū oris, cordis & operis ad memoriam eius reducit: de hoc triplici circuitu dicitur. Esa. xxij. ca. sūme citharam quoad primum: circuitu ciuitatē cordis, scilicet, quoad secundū meretrix obliuioni tradita, quoad tertium Secundum ipsum ostium cordis clausum ter percutit: vt sibi aperiat. Percutit enim ipsum cor circuitu beneficii consilij & flagelli. De qua triplici percussione dicitur Prouerbiorum. j. Quantum ad malos extendi manum meam & c. hoc quantum ad collata beneficia. Despexeris oru

ne consilium meum: hoc quantum ad inspirata consilia. Et increpationes meas neglexistis: hoc quantum ad illata flagella. Vel ter percussit: dū rationalem monet ad peccati cognitionem: concupiscibilem ad dolorem: irascibilem ad peccati vindictam, & ad ipsius detestationem. Tertio ipsum templum spirituale ter aqua intus & extra debet irrigari. Hæc autē trina irrigatio est trina lachrymarum interiorum, vel aliquādo exteriorum effusio. Mens enim sancti viri (vt dicit Gregorius) dolore afficitur considerando vbi fuit vbi erit: vbi est, & vbi nō est. Vbi fuit inquit in peccato, vbi erit in iudicio: vbi est in miseria: vbi non est in gloria. Quando ergo interiores vel exteriores lachrymas fundit considerando, scilicet, quia fuit in peccato: & de ipso rationem reddet in iudicio: tunc istud templum iam semel aqua aspergitur. Quando autem pro miseria in qua est, ad æternum compungitur: tunc secundo aqua irrigatur: quando pro gloria in qua nō est, lachrymas fundit, tunc tertiam aquam aspergit. Huic autem aquæ admiscetur vinum sal & cineres: quia cum his lachrymis debemus bibere vinum spiritualis exultationis: sal maturæ discretionis, & cineres profundæ humiliationis. Vel per vinum limphatum intelligitur humilitas Christi, quam habuit in carnis susceptione. Vinum enim limphatum est verbum humanatum: per sal intelligitur sanctitas suæ vitæ, quæ est omnibus condimentum religionis. Per cinerem intelligitur eius passio. His igitur tribus nostrum debemus aspergere: scilicet beneficio incar-

nationis, per quod prouocemur ad humilitatem: exemplo suæ conuersationis, per quod informemur ad sanctitatem & memoriam: passionis, per quod incitemur ad charitatem. Quarto scribitur in hoc templo, cordis spirituale alphabetum siue spiritualis scriptura. Hæc autem scriptura quæ ibi scribitur, triplex est, scilicet dictamina faciendorum: testimonia diuinorum beneficiorum, accusatio propriorum delictorum. De his tribus Rom. ij. Cum enim gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt: eiusmodi legem nō habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostēdunt opus legis scriptum in cordibus suis. Ecce primum testimonium reddente illis conscientia ipsorum. Ecce secundum. Et inter se inuicem cogitationum accusantium vel etiam defendentium. Ecce tertium. Quinto, debent pingi cruces: id est assumi penitentia iustitiarum, quæ quidem debent iniungi, & igne illustrari: quia non solum ferendæ sunt patienter, sed etiam libenter, quo significatur per vñtionē, & ardēt, quod significatur per ignem. Vnde Ber. Qui moratur, in timore crucē Christi portat patienter, qui pñcit in spe, portat libenter: sed qui cōsumatur in charitate, amplectitur iam ardentem. Item multi vident cruces nostras: sed nō vident vñtiones nostras. Qui ergo in se hæc habebit, verē templum ad honorem Dei dedicatum erit dignus plane in quo Christus habitet per gratiam, vt tandem in eo habitare dignetur per gloriam, quod ipse nobis præstare dignetur: qui viuūt & regnat Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

EXPLICIT LEGENDA AV-
REA SIVE LOMBARDA
ca historia Iacobi de voragine
ordinis prædicatorum
episcopi Iannensis.

SE QV VNT VR QVAE-
DAM LEGENDAE A QVI-
BVS DAM ALIIS SV-
PER AD DITAE.

De dominica in ramispalmarum.

LEGENDA CLXXIX. A



HODIE sancta mater ecclesia duas processiones solenniter recolat. Prima fuit, qua Iudæi à monte oliueti vsque in Hierusalem cum ramispalmarum & oliuarum & cum magnis canticis ipsum allocuerunt. & ista processio fuit magna reuerentiæ & honoris. Et hanc representat ecclesia in hodierno euangelio. Secunda processio fuit, qua Iudæi Christum ab Hierusalem in montem caluarie cū magnis opprobrijs & irrisionibus deduxerunt: & ista fuit ignominia magna & doloris: & hanc representat ecclesia in euangelio passionis hodierno. Circa primam processionem quatuor sunt videnda. Primo à quibus ista processio sit facta: quia non est facta à magnis aut diuitibus, sed à pueris & pauperibus, vnde dicitur in euangelio hodierno. Plurima autem turba strauerunt vestimenta in via. Quando enim pueri & pauperes Christi processionaliter deducebant. Pharisæi & principes Christi mortem tractabant. Simpliciter enim & pauperes Christo adhibebat. vnde Christus de omnibus diuitibus vnum solum, scilicet zacheum habuit amicum. vnde Luce. xix. Christus de omnibus potentibus vnum solum, scilicet centurionē habuit. vnde. viij. De omnibus vnum solum, scilicet Nicodemum habuit Ioan. iij. vnde. j. Corin. j. Videte vocationem vestram fratres: quia non multi sapientes secundum carnem: non multi potentes: non multi nobiles: sed qui stulti sunt mundi, elegit dominus, vt confundant sapientes. Secundò videndum est quare Christus vadens ad mortem tantum honorem recipere voluit: cum alios honores regum respuit: vt dicitur Ioan. vj. Hic dicendum quòd Christus hoc ideo fecit: quia ille qui constitutus est in honoribus magnis debet habere mortis memoriam, vt non superbiat. Si autem quis habet magnas diuitias, cogitet quòd vadit ad mortem: & quòd de omnibus suis diuitijs nihil nisi velle sudarium secum portauit. Vnde dicebat Iob. xvij. Qui sui magnus, saccum cōsui super cutem meam: & operui cinere carnem meam. Item eiusdem. j. Nudus egressus sum de vtero matris meæ: nudus reuertar illuc. Si quis est in magnis honoribus constitutus, cogitet, quia vadit ad mortem, vbi si erat in gradu supremo, pōnitur in loco infimo: quia sub terra. Si super alios ascenderit dominando: serpentes & bestia super foueam eius ascendent conculcando eum: ideo Ecclesiasti. x. dicitur. Cum moritur homo hæreditabit serpentes bestias & vermes. Item cum aliquis nutrit corpus suum diuersis delicijs: diuersis coloribus ipsum ornando voluptates carnis exercendo:

cogitet: quia vadit ad mortem, vbi vermes corpus suū delicatè nutritum comedent. & iacerabūtur. Iob. xx. vij. Viscera eius plena sunt adipe & medulis: ossa illius plena irrigantur, & tamen in puluere dormient, & vermes operient eos. Hugo de sancto victo. in libro de clastro animæ sic ait. Cur carnem tuam preciosis rebus impingas: quæ post paucos dies vermes comesturi sunt in sepulcro: & animam tuam preciosis operibus non adornas, quæ Deo & angelis eius presentanda est in iudicio. Cur animam tuam vilipendis: & ei carnem præponis, ancillam dominari, & dominam ancillari magna abusu est. Tertio videndum est quare Christus tanto honore sibi impenso voluit lachrymas emittere. dicitur enim Luc. xix. Christus cum venisset Hierusalem cum tanto honore fleuit super eam. In hoc ipse voluit ostendere, quòd gaudia & honores huius sæculi lachrymis & doloribus sunt permixta. In celo omnia sunt pura. In mundo omnia mixta. In Inferno sunt fœculenta. Vnde Aug. in lib. de trini. in persona Christi dicit. Quid est illud. Ero illorū Deus: nisi ero omnia quæcumque desiderantur. i. vita: salus, victus, copia, gloria, honor & pax. Ista in celo omnia sunt pura: in mundo mixta, in inferno fœculenta. Videamus per ordinē, vita in celo est pura, quia ibi est sine timore, prout est: in mundo est mixta, quia ibi est vita cum morte, prout est: in inferno est fœculenta & corrupta, quia ibi est mors sine vita. Salus, prout est in celo, est pura: quia ibi est salus sine egritudine: prout est in mundo est mixta, quia ibi est salus, & egritudo prout est in inferno fœculenta & corrupta, quia ibi est sola egritudo sine sanitate. Victus. i. satietas prout est in celo, est pura, quia ibi satietas sine esuriæ: prout est in mundo, est mixta: quia est satietas & esuriæ. prout est in inferno, est fœculenta & corrupta, quia ibi est summa esuriæ sine satietate. Copia id est diuitiæ prout sunt in celo: sunt puræ, quia ibi sunt diuitiæ sine paupertate, prout sunt in mundo: sunt mixtæ, quia ibi sunt diuitiæ & paupertates: prout in inferno sunt fœculentæ & corruptæ: quia ibi est summa paupertas sine diuitijs. Gloria. i. pulchritudo, prout est in celo est pulchra, quia ibi est pulchritudo sine deformitate, prout est in mundo, est mixta, quia ibi est pulchritudo cum deformitate, prout est in inferno est fœculenta & corrupta, quia ibi est deformitas sine pulchritudine. Honor prout est in celo, est purus: quia ibi est honor sine indignate, sed prout est in mundo: est mixtus, quia ibi est honor cum indignitate: prout est in inferno, est fœculentus & corruptus: quia ibi est dedecus sine honore. Pax prout est in celo, est pura: quia est pax sine perturbatione, prout est in mundo, est mixta: quia ibi est pax cum perturbatione, prout est in inferno, est fœculenta & corrupta, quia ibi est continua perturbatio sine pace, omnia bona prout sunt in celo, sunt purissima, quia ibi sunt omnia bona sine malo, sed vt sunt in mundo, sunt mixta: quia ibi sunt multa bona permixta malis: prout verò sunt in inferno: sunt fœculenta & corrupta: quia ibi sunt omnia mala sine commixtione alicuius boni. Ista omnia dicit propheta Dauid. Calix in manu domini vini meri plenus mixto. Et inclinauit ex hoc in hoc. Veruntamen fex eius non est exinanita, bi-

bent ex eo omnes peccatores terræ. Ex his verbis habetur, quod Deus habet tres calices: vnus est plenus vino mero. In isto bibunt omnes in calo. Iste enim calix plenus est vita: sanitate: copia: diuitijs: honore &c. Alius calix est plenus ex mixta: & de illo bibunt homines in mudo: quia calix iste plenus est sanitate cum egritudine: satietate cum efarie: diuitijs cum paupertate &c. Tertius calix est plenus fece: & de isto bibunt damnati in inferno, & iste est plenus egritudine: morte: paupertate: deformitate & omnibus alijs. Quarto videndum est quare Christus noluerit sedere super equum sed super asinam: hoc ideo fecit: quia non sedet in cordibus superbiorum, sed humilium & mansuetorum. Christo. Non sedet Christus in curru aureo purpura fulgens, nec ascendit super feruidum equum discordiæ amatorem, sed super asinam tranquillitatis & pacis amicam. Per equum superbus: per asinum humilis designatur. Nam equus si tangitur, recalcitrat. Asinus verò in mansuetudine moratur. Si superbi, reprehenduntur, impatienter audiunt. Quædam animalia sunt quæ non permittunt se tangi: quia arrogantia sunt: sicut leo: vel quia nimis sibi uelutia domesticari non possunt: sicut lupus: vel quia sunt pungitiua: sicut ericius: sic similiter sunt tria genera hominum quæ nolunt reprehendi. Primi sunt superbi: de quibus propheta dicit. Tange montes, id est superborum mentes, & fumigabunt per impatientiam &c. Et Ecclesi. xij. Diues iniustus egit & fremebit: pauper autem læsus tacebit. Alij sunt in malis indurati, qui ad instar lupi non possunt domesticari: nec ad bonum induci, de quibus Ecclesi. j. Difficile tales corriguntur, qui nolunt corrigi. Ideo Ecclesi. xxxij. Pestifer homo vitabit correctionem. Tertij sunt homines astuti, qui si tanguntur, id est corripiuntur sicut ericius, statim excusationibus multis se abscondunt. Prouerb. xxxvij. Qui abscondunt scelera sua, non dirigentur: qui autem confessus fuerit, viuet & non morietur. Circa se eundam processionem notanda sunt duo. Primo quod in ista processione fuerunt varietates personarum. Quidam enim fuerunt boni: quidam fuerunt facti mali, & nunquam recuperauerunt bonitatem, sicut Iudas: quidam boni, qui semper perseuerauerunt sicut beata virgo Maria, alij verò boni & postea mali: post ea tamen suam recuperauerunt bonitatem, sicut apostoli, qui fidem in passione perdididerunt: sed in resurrectione recuperauerunt. Malorum duæ sunt differentie. Quidam enim sunt mali, qui postea facti sunt boni: sicut latro a dextris pendens, & Longinus. Alij fuerunt mali, qui semper in malitia perseuerauerunt: sicut latro a sinistris, & Iudæi qui crucifixerunt. Ab ipsa processione quidam fugerunt corpore & mente: sicut apostoli, qui fugerunt corporaliter, & fidem perdididerunt. Item alij fugerunt non corpore sed corde, sicut Maria magdalena & cætere mulieres, quæ iuxta crucem corporaliter steterunt, sed tamen fidem amiserunt. Alij fugerunt corpore, sed non corde: sicut creditur de Iacobo fratre domini. De quo. Hiero. in lib. de uis illustribus: quod in passione votum vouit non se comesturum donec videret Christum resurgentem. Alij sunt qui nec corde nec corpore fugerunt: sicut vir

go beata quæ iuxta crucem stetit, & fidem seruauit integraliter. Secundum quod in ista processione ostenditur est magna in Iudæis voluptatis multiplicitas. In prima enim processione Iudæi fecerunt Christo sex magnos honores. In secunda verò sex magna vituperia. In prima cum magna ipsam reuerentia super asinum posuerunt, & in via vestimenta strauerunt. In secunda cum magna ignominia ipsum in patibulo suspenderunt: & ipsum suis vestibus spoliauerunt. In prima ramos palmarum & oliuarum sibi portauerunt. In secunda spinas acutissimas capiti suo affixerunt. In prima regem eum appellauerunt. In secunda ipsum negauerunt. In prima appellauerunt eum saluatorem, dicentes osanna, id est salua obsecro. In secunda negauerunt ipsum saluatorem, dicentes saluos alios fecit: seipsum saluum facere non potest. In prima dixerunt eum malefactorum esse: & crucis patibulo eum figendum, dicentes. Tolle tolle crucifige, &c.

De cena domini.

LEGENDA CLXXX. A



CENA facta est cum diabolus misisset in cor, vt traderet eum Iudas scarioth, surrexit à cena, & posuit vestimenta sua. Ios. xij. Videmus enim quod quando amici separentur ab inuicem: solent primò in vicem epulari. Sic sciens Christus quod cito ab apostolis suis separari deberet: prius cum ipsis cenare voluit. Vnde Luc. xxij. Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum ante quam patiar. In hac ergo cena Christus assumpsit personam amici personam serui personam episcopi: personam siquidem amici accipit in hoc, quod tam familiariter comedit. In hac cena comedit agnum paschalem. Et qualiter comedit de beat. habetur Exodi. xij. Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua: sed tantum assum igni. Hic aliqua prohibentur: scilicet vt non comedatur crudus nec aqua coctus, & quod sit igne assat. Caro enim cruda non est igne cocta. Caro verò elixa, licet sit cocta, non est tamen adeò sapida. Illi ergo comedunt crudum, qui habent cor crudum, id est non coctum igne amoris. Illi comedunt elixum, qui non habent in corde saporem deuotionis. Illi comedunt assatum igne, qui habent cor coctum igne amoris & sapidum. secundò debet comedi eius caput cum pedibus & intestinis: caput istius agni est eius diuinitas, vnde, primo. Corin. vndecima caput eius Deus est: pes eius humanitas, quæ est infirma in natura. Intestina sunt eius anima. Omnia ista debemus comedere. Fuerunt quidam heretici, qui dixerunt Christum non esse verum Deum, isti caput non comedebant. Alij dixerunt eum non esse verum hominem, nec habere veram carnem: sed fantasticam, isti pedes

non comedebant. Nos ergo fideles caput & pedes cum intestinis comedamus, vt de eius diuinitate anima & carne fideliter sentiamus. Tertio, debet comedere cum lactucis aggressibus. i. cum amaritudine, domendo de peccatis omnibus. Notandum, quod quidam sunt, qui comedunt istas lactucas integras, qui sunt, qui comedunt succum ipsarum. Sunt enim dam contritas: quidam succum ipsarum. Sunt enim quidam qui habent de peccatis suis superficialem dolorem, quæ attritio potest dici: isti fumunt istas lactucas integras. Talis attritio non iustificat peccatorem plene. Hiero. v. Percussisti eos, & non doluerunt, attriuit eos, & reuebant accipere disciplinam. Alij sunt maioris perfectionis, qui scilicet non solum peccata conuertunt, sed etiam lachrymas emittunt, isti fumunt agnum cum succo lactucarum. i. cum abundantia lachrymarum. Grego. in m. ra. Carnes cum lactucis aggressibus sunt edenda: vt cum corpus redemptoris accipimus, nos pro peccatis nostris in fletibus assigamus: quare ipsa amaritudo peruenit humorem vitiourum. Quarto, debet comedi cum panibus azimi: id est cum panibus non fermentatis. Panes comedit cum fermento secundum Grego. qui bona sua cum corrptione vanæ gloriæ facit, quibus dominus dixit. Sacrificate de fermento laudem. De fermento namque immolat, qui Deo de rapina parat. Sed ille sine fermento comedit, qui se à mala societate custodit. j. Corin. v. Modicum fermentum totam massam corrumpit. Secundò quod pedes suorum discipulorum lauit. Lauit autem pedes corporales & spirituales. Primò lauit corporales, in exemplum & documentum, in exemplum qui dem humilitatis, vt ipse dicit. Exemplum dedi vobis, vt vos ita faciatis. Istam tamen humilitatem Petrus abhorruit, dicens. Non lauabis mihi pedes in eternum. Cui respondit christus. Si non lauero te: non habebis partem mecum. Tunc Petrus timore & amore percussus obtulit lauandos pedes manus & caput. Sed christus corripuit eum asserens, quod non indigebat lotionem capitis. nec manuum, sed tantum pedum. Per caput intelligitur intentio, per manus operatio, per pedes affectio. Duo prima. s. intentio & operatio in Petro munda erant, & ideo lotionem capitis & manuum non indigebat. Habebat autem intentionem nonnibus bonam, operationem mundam. Secundò, lauit pedes in documentum, ad ostendendum quod prelati debent lauare subditos. Tunc autem non beneleuatur, aut quia manus est iniqua, aut quia aqua est immunda & turbida. Eccle. xxij. Ab immundo quis mundabitur. Greg. Prius oportet te mundari, si alium vis mundare: sapientem prius fieri, & sic alios facere sapientes, lumem fieri, & sic alios illuminare: accedere ad Deum, & sic alios adducere, sanctificari: & sic alios sanctificare. Item manus habere rectas, & sic esse recti consilij, vt pura rectum dare consilium. Secundò, quando aqua est immunda. Aqua immunda est amor mundi. Hiero. ij. quid tibi in via Aegypti, vt bibas aquam turbidam. Talis enim aqua non lauat, sed coinquinat. Augu. Quisquis est in mundo ad te venit, qui fecit mundum, vt eripiat te de mundo, quia si aliqua delectatio te delectet in

mundo, semper vis esse immundus, si tamen aliqua necessitas te retinet, mundus. s. Deus habitat in te qui mundat mundos, & eris mundus. Tertio quando ipsa macula pedum ex nimia frequentatione efficitur nimis tenax & inueterata. Eccle. xxxij. Qui baptizatur à mortuo. i. qui lauarur à mortali peccato, & iterum tangit mortuum, quid profuit lauatio eius. Vnde. ij. Petri. ij. Facta sunt posteriora deteriora prioribus. Conuenit illis illud. Canis reuertus est ad vomitum suum, & sus lota iterum in voluptationem luti. Tertio lauit pedes spiritualiter aqua suis sanguinis. De quo dicitur Apoca. ij. Lauauerunt stolas suas in sanguine agni, & dealbauerunt eas. Ex quo magis sanguis christi dealbare dicitur, videtur quod habet virtutem lactucis & non sanguinis. Lactucis enim est sanguis in vberibus excoctus. Sanguis autem christi fuit excoctus in corpore suo & in corde nostro. In corpore suo fuit excoctus, igne amoris sui, qui tam vehementer in corpore suo ebullit, quia aperto latere cum imperu emanauit. In corde autem nostro sunt duo vbera: s. intellectus & affectus. Dicitur autem excoqui in vberibus intellectus per meditationem, & in vberibus affectus per deuotionem, & sic sanguis christi in suo corpore & in nostro corde per meditationem & affectionem vertitur in albedinem: & animas nostras dealbat & mundat. Apoca. j. Lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Tertio accepit christus personam episcopi: quando scilicet panem & vinum in corpus suum transfmutauit, & apostolis potestatem conficiendi dedit. Et ista est maior potestas, quæ vnquam homini data fuit. Est enim potestas Dei magna facere aliquid de aliquo sicut quando fecit hominem de terra, & Eum de costa Adæ: Est & alia potestas Dei maior, sicut de nihilo aliquid facere, sicut fecit cælum & terram. Est & tertia maxima, sicut de creatura creatorem. Istam potestatem non dedit angelis, sed solis sacerdotibus, quia diuina virtute corpus & sanguinem in speciem panis & vini conuertunt. Vnde Eusebius. Inuisibilis sacerdos. i. christus per ministros suos visibiles creaturas in corpus & sanguinem suum sacra potestate conuertit verbo suo, scilicet illo, hoc est enim corpus &c. Vnde non debet aliquis attendere ad visum suum, quia visus putaret se videre colorem panis, nec ad gustum, quia putaret se sentire gustum panis, nec ad olfactum, quia putaret se sentire odorem panis & vini, sed attribuere debet ad auditum: quia cum audit consecrationis verba ita est omnino sicut audit, hoc est enim corpus, &c. quod significatum est Genes. xxvij. in Isaac, qui cum benedixisset Iacob, fuit deceptus eius visus: quia oculi sui caligauerunt, & ipsum non agnouit. Fuit deceptus olfactus, quia credidit se sentire odorem vestimentorum Esau. Fuit etiam deceptus gustus: quia credidit se comedere de venatione Esau, & comedit de venatione Iacob. Fuit & deceptus in tactu, quia putabat se tangere manus Esau & tangebatur manus Iacob. Sed auditus qui vocem Iacob audiuit non fuit deceptus, imo dixit. Vox quidam Iacob est. Sic etiam in isto sacramento omnes alij sensus decipiuntur præter auditum, & ideo omnes fideles qui audiunt verba consecrationis, firmiter & veraciter

credere debent, quod corpus Christi est, & sanguis eius.

¶ De interpretatione nominis.

LUDOVICVS dicitur quasi lucem donans seu lucis dator. Interpretatur etiam quantum ad ultimam nominis partem custos. Icos etiam grece dicitur custos latine. Fuit enim feuerus custos verbi dei vt ex eius gestis demonstratur. Fuit etiam peruigil custos exercitus sui in terra & in mari ac etiam in ipso conflictu certaminis. Vnde de eo in ecclesia cantatur. Ludouicus ex nomine lucis dator exprimitur & custos in certamine presentis vite ponitur.

¶ De sancto Ludouico rege Francorum.

LEGENDA CLXXI. A

BEATVS Ludouicus quondam rex Francorum illustris patrem habuit Christianissimum regem nomine Ludouicū. Hic de albigeſio & comitatu Tholoſano hæreticos debellauit, & hereses extirpauit: & dum reuerteretur in Frāciam migravit ad Christū. Puer igitur sanctæ indolis patre strenuissimo sic orbatuſ sub tutela matris videlicet blanche regine quod dem regis caſtellæ filia remansit. Quem ipſa tenerimè diligens cuſtodia ſpecialiſ magiſtri & conſilio religioſorum maxime ordinis fratrum prædicatorum & minorum in moribus & ſcientia literarum prædixit in buendum. At ipſe velut alter Salomon puer ingenioſus, & bonam fortitū animam ſuper coetaneos ſuos profecit valde laudabiliter in vtriuſque. Cuius ſancti tati congauēſ pia mater pluries dicebat eidem. Plus vellem fili chariſſime te mortem incurrere temporalem, quod per aliquod peccatum mortale te tuum offendere creatorē. Quod verbum deuotus filius in animo ſic firmavit, quod diuina comitante gratia à vitijſ abſtinens ad culmē virtutum perueniſſe ab omnibus ſentiretur. De hinc diuina prouidentia ne tā nobile regnum regali ſucceſſione caretet, vxorem duxit, de qua ſuſceptam ſobolem generoſam vir ſanctus ſummopere ſtudiū educare docens eos ſuper omnia timere Deum, & ab omni peccato iugiter abſtinere ſexta quoque de roſis ſeu alios capellos eos portare ſertis ferijs prohibebat: propter coronam ſpineam tali die impoſitam capiti ſaluatoris. Ipſe verò exemplo apoſtoli corpus ſuum caſtigans, & in ſeruitutem redigens caſtigatione multiplici ſuo ſpiritu ſeruire cogebat: multo tempore cilicium ad carnem applicans. Ieiunabat quoque omni tempore ſextis ferijs, & maxime in aduentu & quadrageſima: in quibus à piſcibus & fruſtibus abſtinebat laboribus: vigilijs, orationibus, & alijs ſecretis abſtinentijs & diſciplinis iugiter ſe aſſigens. Quolibet etiam ſabbato conſueuerat in loco ſecretiſſimo quorundam pauperum proprijs manibus abluere pedes: & deinde tergere, ac humiliter oſculari, ſimiliter & manus cuiuſlibet certam ſummam pecuniæ tribuendo. Pluries etiam cxx. pauperibus qui in curia ſua omni die reſiciebantur abun-

de, & in vigilijs ſolemnibus ac quibuſdam certis diebus per annum. cc. pauperibus antequam ipſe comederet manu propria ferula miniſtrauit. Sempere nim in prandio & cœna prope ſe tres ſenes pauperes recumbentes habebat: quibus de cibis ſibi appoſitis charitatiue miniſtrabat: Chriſtum pauperem in ſuit pauperibus venerendo, de quorum reliquijs comedere non horrebat. Scarleto etiam ſive bruneto aut vidi vel alia veſte pompoſa vti nolebat, nec pellibus varijs aut nimium ſumptuoſis, maxime poſtquam de partibus tranſmarinis redijt prima vice. Dilatatione verò fidei ardenti deſiderio cupiebat. Vnde tanquam verus amator fidei & zelator tres fratres ſuos comitalitones ac maiores regni barones & milites ſecum ducens cum exercitu maximo applicuit in Egyptum, vbi multa in ſe & ſuis mala perpeſſus de hinc ab oſtibus captus ac carceri mancipatus, modico tandem pretio (quod mirabile eſt) redemptus fuit & liberatus. Eductus itaque de carcere per quinque annos in Syria romanſ, multos Saracenos ad fidem conuertens, accipit uos Chriſtianos redimens, quorum corpora plerūque proprijs manibus ſepeliebat. Vbi quanta pro fide Chriſti in hac peregrinatione ac etiam in alia qua ſecundo tranſfretauit ſuſtinuit, niſi qui aſſuit, aut maiora volumina inſpexit, nemo ſufficienter ſentiret pendit. Quæ quia in ſpecialiſ circa ſinem fatiſ diſſuſe narrat Vincentius, vbi non de auditis relatuſ: ſed ſuo tempore geſtiſ fidem facit, breuitatis gratia diſmittuntur. Poſtmodum verò audita mortæ reginæ matris ſuæ: baronum ſuorum conſilio redire in Frāciam acq̄iuit. Et dum eſſet in mari nauis ipſum deſerens bina impuſione ad rupem tam fortiter eſt colliſa, quod à nautiſ & alijs periura crederetur. Tanta igitur concuſſione perterriti ſacerdotes: clerici & alijs ſanctum regem inuenerunt orantem coram ſacro corpore Jeſu Chriſti. Et fuit eorum omnium firma fides, quod eius meritiſ & precibus eos omnipotens Deus à mortis periculo liberaret. Reuerſus itaque in Frāciam cum ineffabili gaudio ab omnibus eſt receptus. Ac extunc de virtute in virtutem proficiens ad omnimodam vitæ perfectionem peruenit. Tunc enim cepit fundare hoſpitales, domos pauperum, religioſorum ædificare monaſteria, clauſtra, dormitoria, eccleſiaſ, loca & alia ædificia opportuna. Cœcis & benigniſ filiabus Dei ſere in omni ciuitate regni cum certis elemoſyniſ de lociſ & domib꿿 ſibi competentibus prouidit. Plura etiam monaſteria diuerſorum ordinum ab ipſo fundata, & ex toto magniſ dotauit reſtituit. Inter quæ abbatiam regaliſ montiſ Cisterciēſis ordinis magnifice fundauit & dotauit. In qua ſemel (quod mirabile eſt dictuſ) cuidam monacho leproſo in quodam prandio flexiſ genibus dūbum & porum in oſjeiſ immitendo humiliter miniſtrauit, abbate & qui aderant in lachrymas prorūpentibus, ac præ horrore vix videre valentibus. Principia etiam deuotione ſarctas venerabatur reliquijs & Dei cultum & honorem ſanctorum iugiter augmētābat. Pariſiuſ ſiquidem in regali palatio capellam ſpecioſiſſimam conſtruxit, in qua ſacroſancta corona domini ſpineæ & maximam partem ſanctæ cruciſ ſerurumque lanceæ, quod latus aperuit ſaluatoris, cum pluribus alijs reliquijs digniſſime collocauit, quæ à

Constantinopolitano imperatore receperat cum immenſiſ laboribus & expenſiſ. Opprobria verò fidei Chriſtiane audire non poterat: ſed zelando zelum De grauitur puniebat. Vnde quendam ciuem Pariſiēſem, qui turpiter iurando Chriſtum blaſphemauerat in peccati poenā & aliorum terrorem ferro candentem in labijs ſiſ cauterizari præcepit. dicens. Vellem quoad vixerō in labijs meiſ talem indecentiam ſuſtinere: dummodo hoc peſſimum iurationiſ vitium de regno noſtro poenitic tolleretur. Similiter Saraceniſ potentibus in pactioe de ſoluenda pecunia pro ſe & ſiſ addere, quod fidem Chriſti negaret, ſi pactum nō teneret, facere conſtanter denegauit. Et perſuadentiſ qui aderant, quod hoc ſine peccato facere poſſet, reſpondit. Tantum horreo verbum de neganda fide etiam ſub conditione audire, quod non poſſem illud eſprimere ſono vocis. Ibidem etiam quendam nobiliſm Saraceniſ, qui recenter Soldanum occiderat facere militem reuſauit, dicens, quod nec pro morte militari. In tanta etiam veneratione habebat ſignaculum ſanctæ cruciſ, quod de ſuper calcare nolebat, & à pluribus religioſiſ exegit, & in clauſtriſ eorum & tūbiſ cruciſ non inſculperetur: & inſculptæ poenitic raderentur. In regime verò ita prudenter ſe gerebat, quod abſque perſonarum acceptione iuſtitiā reddebat vnicuique. Timens verò ne cauſa pauperum vix ingrederentur ad iudiceſ, biſ in hebdomada ad audiendum conquirentes in loco patenti ſe ponebat, & eos celeriter quantum poterat, expediri faciebat. Et quando negotiorum fidei per prælatos ſeu inſpectioſes deſerebatur ad eum, omnibus alijs poſtpoſitiſ faciebat quam citius expediri. Duella verò tamquam à iure prohibita cuiuſque inſtantia non admittebat, ſed per aliam viam iuri conſonam, etiam magnatum maleſticia puniebat. Statuit inſuper ad abolendum vſuras, vt obligatos iudaicis, aut alijs publiciſ vſurijs nulliſ iudex compelleret ad ſoluendum. Et quia pacem operatur iuſtitiā: dedit ſibi Deus pacem & regno tranquillitatem. Tandem poſt multum annorum ſpacia adiens deſolationem terræ ſanctæ, & mala Chriſtiane gentiſ ſere non valens: cum filijs ſiſ ac regni comitibus & magnatibus ſecundo tranſfretare diſpoſuit, in qua tranſfretatione diem ſuum vltimum appropinquare videns filioſ ſuos admonebat, vt pro eccleſia Dei & deſenſione terræ ſanctæ, vt ipſe faciebat, omni virtute inſiſterent. Currente igitur nauigio verſus Tunicum, & exercituſ ſuo liberè capiente portum in Aphrica Carthaginiſ caſtrum & adiacentem regionem viarum coeperunt. Deinde inter Carthaginē & Tunicum fixerant tentoria ibi aliquandiu morantur. Illic ergo beatus Ludouicus poſt tot laudabilia virtutum opera poſt tot laborioſos agones quos pro fide Chriſti indefeſſo animo tolerauerat, diſponente Deo, qui labores ſuos voluit feliciter conſummare, & laborum ſuorum fruſtuum retribuere, leſto decubuit febre continua valde fatigatus. Inualeſcente igitur morbo ſana mente, integro aſpectu atque auditu aureus ac ſanctos inuocans deuote ſuſcepit omnia eccleſiaſtica ſacramenta. Demum ad extremam horam veniens, & ſuper ſtratum tinereum recumbēſ verba proferens vltima parte. In manus tuas domine

commendo ſpiritum meum. Anno domini. M. cclx. hora nona feliciter migravit ad Chriſtum. Corpus verò illiſ delatum fuit ad ſepulchrum patrum ſuorum apud ſanctum Dionyſium in Francia, vbi & etiam alibi in diuerſiſ mundi partibus crebris coruſcat miraculiſ. In die ſepulcræ eiſ quædam mulier Sagenſiſ dioceſiſ viſum, quem prius perdiderat, recuperauit omnino meritiſ & precibus pijs regis. Quidam iuueniſ de Burgundia ſurdus & mutus à natiuitate cum alijs veniens ad ſepulchrum eiſ, prout videbat, alioſ facere, nutibus exterioribus ſancti ſuffragium implorabat. Et cum ibi aliquandiu permanſiſſet, aperta ſunt aures eiſ, & ſolutum vinculum linguæ eiſ. Et qui nunquam gallicum audierat, purè gallicum loquebatur. Et cum audiuit primo campanaſ pullari maximo terrore perterritus putabat totā eccleſiam ſuper ſe ſruituram. Anno quo beatus Ludouicus fuit aſcriptus ſanctorum cathalogo in diuerſiſ partibus ad inuocationem ipſius multa contigerunt miracula. Ebroiciſ namque puerum quendam prope quoddam molendinum ſubmersum parentes multiſ ſanctorum ſuffragijs commendaſerunt. Verum omnipotenti Deo miſericorditer diſponente mirificare ſanctum ſuum vox intonuit, vt puer prædictuſ beato Ludouico deuoueretur: quo ſtatim ad eccleſiam fratrum prædicatorum nuper in honorem beati Ludouici fundatam cum ſolitiſ oblationibus delato conſeſtim viuus apparuit.

¶ De interpretatione nominis.

THOMAS interpretatur abyſſus, vel geminus, vel diuiſus, vel ſignatus ſiue conſummatus. Fuit ſiquidem hic ſanctiſ doctor Thomas velut abyſſus profundiſſima. Scientia enim & ſapientia profundiſſimus extitit. Ideoque non immerito Aquinus ex nomine patrio dictuſ eſt: quoniam doctrine cæleſtiſ aquaſ nactus eſt abundantiſſimas, propter quod illud. Eccl. xv. ſcriptum eſt: Deus. Et Apoc. xxij. Oſtendit angeluſ fluuium aquæ viuæ ſplendidum tanquam criſtallum procedens de ſede Dei & agni. Et prouerb. xx. aqua profunda conſilium in corde viri. Aut certe Aquinus ex eo dici poſteſt quod ex aquis mundanæ vanitatis & propriæ natiuitatiſ eductuſ, per religioſam vitam reſtitutuſ eſt matri eccleſiæ Moysiſ figura. Fuit etiam geminiſ deuotioniſ decore, & intelligentiæ clariſſitate. Inſuper diuiſuſ fuit à mundaniſ cupiditatiſ & pompis, & religioſiſ vitam acerrimam ducens denique fuit ſignatuſ aut conſummatuſ omnium virtutum ſplendore, quapropter bene eſt nuncupatuſ Thomas, quod poſteſt, interpretari quaſi thau meum. i. ſignum meum, vel conſummatio mea. Deus enim tantis eum illuſtrauit atque perſudit gratiæ doniſ, vt verum Dei ſignum atque conſummatio. i. perfeſta Dei operatio eſſet. Cuiuſ hitoriam & vitam quidam epiſcopuſ Lodonenſiſ conſcripſit. Feſtiuitas autem eiſ celebratur noniſ Martij, qua die migravit ex hoc mūdo ad perpetuam gloriam.



HOMAS de Aquino ordinis prædicatorum doctor egregius nobilibus ortus progenitoribus Landolpho patre de domo ac illustri proscapia comitis Aquino un confinis Campaniæ & regni Siciliae matre Theodora de Neapolitana stirpe existente duxit originem: q per sanctum eremitam bonum nomine matris fuit prægnatus ex nomine nasciturus magnus in orbem atque fuit anno domini. M.cccxxv. Hic existens infans cum à cunis probalneo solueretur, nutu diuino chartulam quoadam humi iacetem in qua saluatio angelica continebatur, brachium nemine iuuante extendens accepit. Cui vix mater eripere potuit. Hic puer quinque annorum exstis missus fuit à parentibus ad monasterium montis Cassini euadendus in primis literarum elementis, & moribus imbuendus. Cum autem septem annorum, esset missus est Neapolim ad studium artium liberarium. Qui tanta celeritate naturalis ingenij omnes artes didicit in septem annorum spacio: & præcellens omnes ingenio & labore cunctis erat admirabilis. Cum autem esset annorum quatuordecim: virgo electus à domino intrauit ordinem sacratissimum fratrum prædicatorum. Hic etiam eodem anno quointrauit ordinem, cum per fratres ordinis prædicti fuisset Romam perductus, & de Roma per Tusciam Parisius duceretur, vt à suis elongaretur parentibus, raptus & captus fuit in itinere per Germanos suos carnales, & viablatus à fratribus, & missus ad matrem suam in castro montis sancti Ioannis, vbi detentus & custoditus & clausus in carcerem stetit quasi biennio in habitu ordinis quem assumptum nunquam deseruit, nec ad deferendum aliquatenus flecti potuit. Deditur verò ibidem orationi & contemplationi ac studio scripturarum tanquam in schola summi magistri plurimum profecit. Et vehementer libidinis suggesticem à carcere cum stipite ignito fugauit. Vnde ex hac victoria tale donum à Deo consecutus est: vt nullum stimulum voluptatis veteret post ea fenserit. Postquam autem redditus est ordini, missus est coloniam vbi docebat philosophiam & theologiam doctor. Albertus magnus eiusdem ordinis professor. A quo plurimum eruditus est spacio annorum. xj. Cum verò attingisset. xxvij. annum ætatis suæ Parisius missus gradum baccalariatus in theologia suscepit. Qui cum laudabiliter legisset sententias: & omnibus esset venerabilis propter admirabiles questionum solutiones assumptus est ad magisterium sacræ theologiæ anno suæ ætatis. xxx. Qui viuens dumtaxat postea annos. xx. maximos & pulcherrimos libros composuit, qui libri ferè cōplēt centenariū numerū. Habuit autē tantam à Deo gratiam, vt dubia alijs occulta per reuelationem Dei apparentibus ei beato Petro & Paulo cognosceret. Incendebatur enim Dei amore, ita & rapiebatur in contemplatione mysteriorum diuinorum: vt etiam comedendo circa illa cogitaret. Et existens in mensa sancti Ludouici regis putaret se esse in studio & cella sua. Specialiter etiam adiutorio

diuino fretus questionem difficillimam de sacramento corporis christi omnibus magistris parisiensibus ignota declarauit. Hic doctor egregius in extasi & alienatione virium sensitiuarum mente frequenter apparuit in Deū eleuatus corpore, etiā visus est in oratione existens vno cubito, & aliquando duobus à terra sursum leuari. Quoties autē vir sanctus disputare, legere, scribere, vel dicere aliquid, velle: prius ad orationem accedens inueniebat sic in promptu quod querebat, ac si in libro legeret. Fuit insuper tantus amor veræ sapientiæ vt archiepiscopatum Neapolitanum, ad quem volebat eum promouere dominus clemens papa quartus recusatuerit, & homilia christostomi super mathæum prælegerit ciuitati Parisiensi, & rationes reddens fratribus dixit. ciuitas hæc si esset mea, propter curam regiminis mihi eriperet contemplatione diuinorum, & consolationem animi impediret quam scriptura sancta donat. Tandem verò iste doctor egregius florens scientia & doctrina eminens vocatus per Gregorium papam. x. ad generale concilium, quod celebratum fuit Lugduni in Kalend. Martij. anno domini. M.cclxxiij. Obijt in itinere in monasterio Focæ nouæ cisterciens. ordinis, Terracine quæ diocesis nouis Martij ætatis suæ anno. l. inchoante. In obitu autem eius non defuerunt signa miranda, quæ sancti doctoris indicent exitum ex hoc mundo, & æternæ suæ felicitatis demonstrarent initium. Nam stella quædam ad modum cometæ tribus diebus ante doctoris obitum super idem monasterium visa fuit, etiam in die quo sancto doctore migrante disparuit. Dominus etiam Albertus magnus colonia in mensa existens cepit subito lachrymari. Dixitque assistentibus. Frater Thomas de aquino filius meus in christo, qui fuit la men ecclesiæ ab hac luce hodie migravit. Supplicor etiam Fossæ nouæ patiens in oculis ferè omnimodâ cœcitate emissio voto adductus ad sepulchrum sancti corporis, & orans Deum meritis sui sancti visus beneficium recepit, & clamauit coram toto conuertu. Benedictus deus, qui meritis. s. Thomæ clare me videre fecit. Et longo tempore post viuentis Vmbra: ecclesiæ factus est episcopus. Manifestum quoque miraculum in duabus translationibus sacri corporis beati Thomæ apparuit. Ex eo enim quod proijce odor suauissimus & fragrantissimus, quod signum fuit scientiæ suæ diffundendæ per totum orbem, & ipsum dum viueret redoluit omnibus virtutibus. Nullus enim stimulus superbiæ, nec aliquis fauor eu iuscūque peccati mortalis eo viuente exiit. Quarto decimo etiam anno ab eius felici obitu cū pretiosus thesaurus sacri corporis patefactus esset inuentum est corpus integrum membris & pannis sui habitus, solâque nati summitas paululū diminuta visa est: odor quoque tan las exirent ad videndum tantum miraculum. Eiusdem sacri corporis manum dexteram domina Theodora comitissa petiuit ab abbate monasterij Fossæ nouæ, quam non potuit euellere leuiter à corpore, quous iam annis. xiiij. iacuisse in terra: sed compulsa eam ferè detrucauit, quæ mirandum odorem eam venerantibus deuotè effudebat. Vnde quidam vir magnæ famæ anno ab obitu sancti Thomæ. xliij. quæret preciosas reliquias ad reponendū in quadâ capel-

la de cruce quæ edificari fecerat apud Salernum: & venisset in capella castri sancti Seuerini Salernitanæ diocesis: & sibi ostensa fuisset manus prædictæ: eaque desperisset statim tremore magno totius corporis egrotari cepit: videbaturque sibi quod haberet caput grossum ad modum vnius fistæ & nimis ponderosam. In se autem reuersus & penitens accerrime de irreuerentia facta cum reuerenter illam adorasset, à tremore restitit & inflatione corporis liberatus est. Quam cum deosculatus esset: odorem maximum ex ea progredi sensit, qualem & quantum nunquā se meminerat peripisse. Odor autē ille ex tactu sacræ manus sibi & eius caputis, quod in collo gerebat: multo tempore sic adhaesit: quod ipse & caputium adeo redolebant illis inter quos conuersabatur, quod pluribus interrogantibus quid secum ferret odoriferum, compellabatur miraculi sceriem sæpe recitare. Et tunc vt asserit: tantam deuotionem ad sanctum Thomam & confidentiam accepit quod toties aliqua tentatio sibi adueniret, vel periculum immineret, recommendans se meritis sancti Thomæ & inuocans nomen eius se sensit ab impugnatione & periculo statim liberatum. Aduertendum autem est: quod odor ille prodies à membris beati viri miraculosus est, quia non sentitur quoties adoratur membra: nec ab omnibus: qui ipsa adorant, sed quado placet & perfonarum deuotio promeretur. Ex quo manifestum est: quod non sit odor humano ingenio procuratus: qui diuina extitit virtute concessus: nec vilius rei naturalis odor similis illi reperitur. Vt autem amplius glorificetur Deus in sancto suo quem mirificauit: pauca de multis miraculis ad augmentum deuotionis fidelium hic subduntur. Quidam arte chirurgus, sed per decemniū infirmitate, podagricus, nec valens per se ambulare, se Deo & beato Thomæ deuouit, & iuxta eius tumulum incumbens oratione facta sanus prosiliit laudans Deum & sanctum eius. Alter quidam propter horribilem fantasmatis visionem omni virtute destitutus, & mortuo similis videbatur, adeo vt igne membris eius amoto nullatenus sentiret: qui portatus ad tumulum sancti Thomæ post mortuam liber & sanus omnino à sepulcro surrexit. Mulier quaedam cum filium suum duorum mensium in cunis decubantem periclitari formidaret: pro eo pelerit, quod per menses quatuor ex surditate adeo grauata esset decies exclamare vagientem etiam puerum vix audiuit, viri sui inductione qui motus vna cum illa communis filij periculo cōdolebat, prædicto viro Dei: vt eam ab eadem infirmitate eriperet: obnoxius deuouit: emissoque voto cum nocte secuta dormisset. in crastino se liberatam sancti meritis reperit, vt optabat. Puella gutturis sui fauces squinantia habens infirmitatem constrictas in tantum, vt neque sumeret quicquam posset, neque respirare, dum deuote se beato viro à matre persuasa commendaret, ductaque fuisset in crastinum ad prædictum monasterium Fossæ nouæ: superpositis gutturi suo sanctis reliquijs confestim melioratam se sensit, panem comedit: perseque sanata redijt. Quidam conuersus Fossæ nouæ adeo grauem in brachio dextro & spatula dolore patiebatur, vt illud deserret suspensum ad collum & penitus ei inutile: atque dolore vehementer afflictum:

qui neque medicorum auxilio remedium intueniens imò ampliore dolore grauatus, dum dicto sancto pro sua sanitate se humiliter commendasset: à summo surgens se penitus liberatum cognouit. Infans quidam quatuor annorum tumorem & ruborē in costis cruræ vsque ad pedem patiebatur, adeo afflictum. vt nec à matre sua vel alio tangi sine lachryone & clamore aliquatenus potuisset, neque se mouere poterat. Cūque puer per mensem in tanto dolore & anxietate fuisset, & à medicis spes curationis sine incisione puerili non inueniretur deficiente natura artifice suffragio non inuento: recursum est ad Deum & sanctum suum, Thomam. Mater verò infantuli beato Thomæ ipsum deuotissime commendauit, vt à dicta infirmitate sine incisione suis meritis puerum liberaret. Qui delatus ad monasterium, & positus super tumulum post aliquam morulam sanus inde surrexit. Propter hæc & alia testimonia multa quæ de hoc viro iusto mortalibus credibilia per Deum facta sunt nimis. Dominus Ioannes papa. xxij. apud Auinionem pōrificatus sui anno. vij. xv. Kalen. aug. anno verbi incarnati. M. cccxxiij. à felici verò transitu huius viri beati ex hoc mundo anno. l. decurrente illum sanctorum confessorum cathologo adiunxit ad laudem & gloriā domini nostri iesu Christi qui hūc sanctum adhuc in terris viuentem & iam ad cælos translatum multis fecit corruscare miraculis: vt fideles ipsum inueniret apud Deum benignissimum patronum, & eius vestigia imitantes regna cælestia consequi possent.

De sancto Marcello episcopo.



BEATISSIMVS Marcello antistes natus Parisijs, sed eius paradisi, in terris humilis, erectus in calis mediocri parentibus, sed meritis celsus. Cui hoc fuit nobilitatis lumen in signo, Christo sine culpa feruire. Non de generis intumescens superbia, sed habens de moribus ornamenta. Nec sumens de parentela laude iactantia, sed gratiam possidens in virtutum exemplis. Intra se suos thesauros retineas, Deum mundo corde complectens, sed cum Christo pauper iste regnauit: qui in humilitatis conuersatione in charitatis, vbertate: in castitatis lumine: in ieiuniorum pinguedine, ita se totum tradidit disciplinæ: vt ab ipsa infantia maturus ascenderet: & positus in corpore quasi nihil de carne portaret. Hic itaque beatissima institutione succinctus: & venerandis operibus prius sacerdos extitit, quam clericus. Iandudum dignus quin susciperet dignitatem: antea preparatus ad id quod erat sine mora futurus. Calcata mundi pompa vel criminibus cum diuinis armis initiatus ac cingeretur, ad spem felicem palmam de hoste publico relaturus, in militia Christi exercitandolactor effectus est: ac seipsum templo Christi primitiis offerens velut à bellis sacrificium hostia vice carnis & puræ mentis effectus est. Qu

clarior mercede quam nomine, & merito maior quā gradum sine offendendo suum gerens officium cepit in militia crescere: quod accepit à rege. Denique dum adhuc clericali tyrocinio cælaretur, miraculis cælestibus illustratur. Vnde quādam vice ad officinam accessit fabricalem: qui despectus ab artifice cogitur, vt extracta de ardenti camino ferri massa candens manu sua ferrum accensum attoleret, & quanti ponderis esset, enarraret. Tunc vir beatissimus non ignarus totū de Christo præsumere, & quantæ virtutis causa sit in rebus non turpibus obedire, mox supposita manu ferri altius eleuauit, dicens. De calore caleo: sed nouē pondera habet. Quod postea tantum ad stateram inuentū est, quantum eius vox librare prædixerat. Itaque cum subdiaconali ministerio fugeretur, in die epyphaniorum hauriens aquam de fluuio Secanæ, dum beato Prudentio episcopo manibus abluendis aquam offerret, mutatis elementis vini sapor inuentus est. Quo viso obstupescens pontifex: iussit ex ipso vrceolo in calicem sacrum defundi. Vnde vniuersus populus misa celebrata & communionem accepit & ipsum vas cū ad plebis multitudinem suffecisset, ac si non tactum & integrum sic plenum permansit. Cuius vini mystico beneficio postea multi sanati sunt. Cum vir sanctissimus quadam vice ex sui officij seruitute aquam manibus præfato venerabili episcopo porresisset: mox inde balsama cœperunt fragrare. Et dū vnda curreret: visa sunt crisinata respirare, vt penē pontifex crederet se magis manus vngere quam lauare: & alteras aquas quereret: vt priores vngens ablueret. Quo viso venerabilis obstupescens Deo gratias de comperto munere retulit: & beato Marcello reuerentiam de religione seruauit, dum eum non talem qui seruiret, sed potius cui seruiret, agnouit. Matrona quadam pro sapia nobilis, sed opinione vilis maculans crimine quod fulgebat ex genere: postquam dies fugitiuæ vitæ rapta luce conclusit ad tumulum pompa comitate, sed non profutura processit quo cōnata horrēco referens hoc contigisse post funera: quia duplex nascitur lamentatio defunctæ. Ergo ad sumendum eius cadaver cepit serpens immanissimus frequentare. Et vt dicam clarius mulieri cuius membra bestia deuorabat: ipse draco factus sepultura, quo viso perterriti homines de suis sedibus migrauerūt. Beatus igitur Marcellus intelligens de cruento hoste triumphum acquirere: collecta plebe de ciuitate progreditur, & relictis ciuibus in prospectu populi solus Christo duce ad locum pugnaturus accessit. Et cū coluber de silua rediret ad tumulum: obuantes sibi inuicem dante orationem beato Marcello ille capite supplici cepit veniam blandiente cauda præcari, tunc precedente pontifice bestiam fere tribus milibus omnes percussit, sunt reddentes domino gratias & soluentes. exequias inimico. Deinde increpans eum, beatus Marcellus dixit. Ab hac die aut deserta. tene aut in mari te demerge. Mox dimissa bestia, nulla eius vterius indicia sunt inuenta. Ecce propugnaculum patriæ in vno consistere, sacerdote, qui fragili baculo fortius hostem edomuit: quam baliste transiissent. Si igitur sanctorum viro- rum ex factis merita cōferantur, miretur Marcellum Gallia: dum Roma siluestrum, nisi hoc distet in opere, quod draconem sigillauit ille, iste iactauit. His ita-

que operibus sanctus Marcellus semper intensus: conuersatione clarus, consummatione præcipuus, beatitudinem gloriosus, remuneratione ditatus: cum perpetuo domino regnaturus vincens mundi contagium: mundus migravit ad Christum die Kale. Nouembris regnante domino nostro Iesu Christo: cui est honor & gloria: virtus & potestas.

De interpretatione nominis.

GENOVEFA dicitur à genos, quod est natura: & efa, quod est mensura, quasi habens naturalia ad mensuram sine plenitudine. Ipsa enim ex bonis naturalibus quæ habuit facilius Dei gratia comitante supernaturalia est affecta. Vel dicitur à genos: quod est barba seu virilitas: & efa: effusio seu plenitudo: quasi effusa et plena operationibus virilibus & fortibus. Ipsa enim vt ex eius gestis colligitur: & de ea in ecclesia canitur, ipsi etiam viris aliquatenus imitanda atque æquiparanda est.

De sancta Genouefa.

LEGENDA CLXXXIII. A

BEATA virgo Genouefa honestis parentibus patre Seuero nomine, matre verò Gerencia orra apud Namethodorum oppidum haud longe à Parisiensis vrbe exiit progenita. Dum autem sanctus Germanus Antisiodorensis episcopus quadam die apud basilicam in ipso oppido sitam orandi gratia se contulisset, occurrente eiusdem loci populi multitudine simul Genouefa affuit. Quæ intuitus in spiritu sanctus Germanus magnanimum Genouefam ad se deduci præcipiens circumstanti populo electam à Deo sponsam prædixit, in eiusque natiuitate angelos cecinisse renūciavit: ac felices tantæ sobolis progenitores prædixit, multosque eius exemplis à via sua mala conuersos affirmavit. Quæ dum ab eo accersitur, & de virginitate cælesti sponso conseruanda admonetur, id se votis omnibus semper desiderasse respondit. Cui ille. Confide filia viriliter, age: & quod corde credis, & ore profiteris operibus comprobare stude. Dabit enim dominus fortitudinem & virtutem decori tuo. Cūque sequenti die Genouefam iterum sibi præsentari fecisset, dixit ei. Aue filia Genouefa. Reminisceris quid besterna die corporis tui integritate mihi sis pollicita. Cui illa. Reminiscor pater. Tunc illa nummum creum Dei nutu allatum habentem signum crucis à terra colligens, inquit ad eam. Hunc, transfer tecum pro memoria mei, ad collum suspensum semper. ha beo, nulliusque metalli aut margaritarum ornamento collū digitorumque tuos ornari patiaris. Et vale, dicens caput que eius deosculans abiit. Cūque mater eius die solenni ad ecclesiam pergeret, & Genouefam reclamantem domi remanere præciperet, confestim vt sibi alamp mater in faciem dedit. Lumen amisit, sicque fere per biennium diuinam iram, perpetua precibus filiarum tandem pristinae sanitati est restituta. Alia vice dum Genouefa cum aliquibus sacratis virginibus, ætate prouectioribus loco nouissimo incederet, obuante

Carnotensi

Carnotensi episcopo Iulio statim incedendi egressus est ordo. Nam illa quæ sequitur (ait episcopus) anteposatur: quoniam ipsa cælitus iam est sancti beatitudinem adeptæ. Parentibus eius sublati de medio cū in parisiū vrbe transisset: tanta paralisis (vt videbatur) infirmitate detenta est, vt corpus eius laetatis vndique artibus ac dissolutis compagibus tri-duo exanime crederetur. Quæ cū de nouo esse sanitatem affecuta aiebat se in spiritu ab angelo in gloriam sanctorum & supplicium impiorum fuisse deductam, ac extrunc secreta conscientiarum in non modicā admirationem cepit reuelare ac manifestare. Sancto autem Germano redeunte cū Parisiū intrasset, confestim de Genouefa vbinam esset, & quid ageret inquirens, in eius hospitium descendit: ac male de ea colloquentibus (deridebatur enim tunc, vt plerique sunt iusti simplicitas) terram suis lachrymis irrigatam ostendit. Sicque eam astanti populo commendans distulit, & ad tempus os loquentium iniqua obstruxit. Verum post obitum beati Germani cū Torilla huiusmodi rex Gallias ac precipue vrbes Parisiorum inuaderet, ac suæ ditioni minaretur subijcere: singulis penè ad tutiores vt sibi videbatur, vrbes facultates defendentibus Genouefa orationibus & vigilijs insistebat. Hisque cum quibus degebat ita facere exhortans: nō esse perimiscendos hostes dicebat: quinimō ciuitatē illam fore prædicabat. Quæ obrem nonnulli ciues in surgentes dicebant pseudo prophetiam suis temporibus aduenisse: ac in eius mortem cœperunt conspirare. Eodem tempore venit ad Antisiodorensē vrbe archidiaconus: qui hæc audiens ita ciues adorans est. Nolite o ciues hoc admittite facinus: quia hanc de cuius interitu tractatis, didicimus narrante sancto Germano antistite nostro ex vtero matris à Deo sponsam electæ. Et ecce eulogias ab eo sibi derelictas exhibeo. Quas illico perlegentes ab inceptis destiterunt. Huius autem protinus abierunt. A Bicuricē vrbe venit mulier quædam Parisius: que post cōsecrationem violata fuerat, vt Genouefam alloqueretur. Quæ mox interrogata de Genouefa an sanctimonialis aut vidua esset: confestim vt se virginem asseruit: virum qui eam violauerat: & locum & tempus exposuit. Vnde ad verecundiam prouocata supplex Genouefæ veniam postulat. Matronæ cuiusdam filius ætatis annorum quatuor, cū in puteum cecidisset: ac post tres horas inde mortuus subtraçtus matre in lachrymas prorumpente ac crines dilacerante Genouefæ oblati fuisse: ad orationem recurrēns pallio suo super corpus eius apposito puerum viuum confestim matri reddidit. Cū ob diuinam obsequium ciuitas Parisiensis inedia affligeretur. Genouefa pauperibus condolens nauim super Secanam ad emendam annonam ingreditur: dum autem ad quædam locum in quo erat arbor iuxta quæ naues sepius periclitarentur, aduenisset, confestim arborē incendi præcipiens ad orationem cōuerfa duo horribila monstra ex illo loco egredi sunt visa. Ab illo autem die illic nulla nauis perijt, sed prospero cursu ceptum iter transierat. Rediens autē virgo panes pauperibus iuxta necessitates suas distribuit. Dum quadam vice ciuitatem Trecastrum adisset, protinus occurrens ei multitudo populi innumeros vtriusque

sexus diuersis infirmitatibus afflictos obtulit. Inter quos etiam oblati est ei homo quidam, quæ domini co die operantem vltio diuina excauerat: nec nō puella ab annis fere .xij. cœca: quos illa benedicens sine dilatione incolumes reddidit. In ciuitate Meldensē puella quædam adulescenti cuidam promissa, vt Genouefæ virtutes comperit: vestē sibi immutari, ac in contubernio virginū annumerari à Genouefa expetiit. Vnde indignatus adulescens sponsam cum furore profequitur. Quod Genouefa audiens eam ad ecclesiam, quæ proxima erat secum duxit, & fores ecclesiæ quæ clausæ erant diuina virtus mirabiliter referauit, & puellā à furore adulescentis liberauit.

Aurelianus dum quidam paterfamilias pro seruo qui aduersus eum deliquerat Genouefa veniam peteret: ille verò omnino renueret, confestim vt domū ingreditur, vehementi febre correptus non prius sanitati restituitur, quā Genouefæ veniam postulans famulo misericordiam elargitur. Ecce ecclesiam sancti Martini Turonensis virgo sancta ingressa quam plurimos à dæmone obsecissos oleo prius inunctos liberauit. Dum autē vellet semel quosdā inungere: ac oleū in ampulla pontifex etiam qui oleum benediceret, de esset, mox terrę recubans in oratione posita ampullā in manibus eius oleo, quo post modum sanati sunt egroti est impleta. De eius abstinentia ac etiam virtutibus inter alia multa sic dicit Vincentius in speculo, A decimo quarto ætatis suæ anno vsque ad quinquagesimum etiam ei panis ordeaceus & faba. Quæ post duas aut tres ebdomadas in olla recōmiscens edebat. A die dominico vsque in quinta feria ieiunabat: & à quinta feria vsque in die dominico. Vinū autē & quod libet inebrians nunquā potauit. Post quinquagesimū verò annū suadetibus episcopis propter obedientiam piscem & lacum pane ordeaceo edere cœpit. Multa autem ueneratione Catulascensem vicum in quo beatus Dionysius passus est: dilexit, cui etiam deuotio erat in honore illius basilicam construere. Suadebat presbyteros vt faceret vnusquisque collationē ad hoc edificium: qui responderunt. Erunt forsitan paruitati nostræ vires edificandi, sed coquendæ calcis copia deest. A illa spiritus sancto repleta vaticinans ait. Egredimini queso ad fontem ciuitatis, & que audieritis nuntiate mihi. Qui egressi in platea stabant attoniti. Et ecce duos custodes portarum sermocinantes, quorum vnus ad alterum ait. Dum suis, i. porcæ vestigium operatus vagantis legerem: inueni furnum calcis miræ magnitudinis. Alter respondit. Et ego inueni in silua sub radicibus arboris à vento euulsæ furnum calcis: de quo nihil sublatum credo vnquam fuisse. Quod audiētes presbyteri gratias agentes reuersi sunt. Audiens etiā hæc sancta lachrymis præ gaudio sinum impleuit. Lachrymavit itaque Genouefa presbyterū: vt in honore prædicti martyris basilicam construeret. Sicque omnibus illa implorante constructa est. In cuius opere collectis carpentarijs cum potus deficeret, accipiens sanctam campam seorsum prostrata cum lachrymis orauit. Deinde surgens factō signo crucis super vas vsque ad summū poculo impletum est, ex quo operarij vsque ad cōsummationem basilicæ vberime potantes gratias egerunt. Quadam nocte sabbati circa gallicantum egressa est

beata Genouefa ad basilicam sancti Dionysij. Cereus verò qui ante ferebatur extinguitus est. Quo turbatis virginibus quæ cum ea erant pre horrore noctio, cer eum sibi dari præcepit. Quem ut tenuit, statim illum natus est. Similiter eodem tempore cum in ecclesia diu prostrata in oratione surgeret, cereus nondum igne contractus diuino nutu accensus est in manu eius. De quo & plures infirmi paululum in fide auferentes sanati sunt. Quædam mulier furata est calciameta eius quæ ut domum venit excoecata est. Deinde prostrata ad pedes eius veniam petens signata ab ea oculis visum recepit. Hildericus etiam Francorū rex valde diligens eam timens ne victos quos interimere cogitabat, sancta eriperet, ingrediens urbem Parisiorū portam Claudi præcepit. Quod audiens sancta statim ad liberandas animas perrexit. Inter cuius manus populo porta se sine clauē referauit: & sic regem consecuta ne victorum capita amputarentur: obtinuit. Fuit etiā eo tempore beatus Symeon in columna: quem negotiatores euntes & redeuntes ferunt de illa interrogasse: & eam ueneratione profusa saluasse, & se in orationibus eius memorem esse poposcisse. Parisius etiā oblatus sunt ei energumini. pro quibus in basilica beati Dionysij ipsa orante uociferabantur clamantes prope iam esse quos sibi in solatio venire beata Genouefa precabatur: forsiram angeli vel martyres. Quæ surgens & signans vnūquēque curauit à spiritu immundo, ut fœtor grauissimus astantium nares attingeret. A die etiā epiphaniæ vsque ad cenā domini beata Genouefa in cella reclusa folio Deo vacabat: in orationibus & uigilijs. Audiens autem puella quædam religiosa ad fores eius magis curiositate quam fide permota, quid sancta in cella sua agebat, scire uolens, statim lumen amisit: quam sancta consummata quadragesima egrediens oratione & signo crucis illuminauit. In ecclesia etiam beati Martini Turonensium in angulo quodam oraret, vnus de pfallentibus arreptus à demone proprios artus lacerabat. Cūque beata Genouefa spiritu immundo exire iuberet, & ille per oculum progredi se minaretur, imperāte illa fluxu uentris eiectus est: fœda relinquens vestigia. Per idem tempus stans in aditu domus suæ uidit puellam in manu ampullam gestantem: quam paulo ante emerat, & interrogata quid esset: uidit dæmonem sedentem in ore ampullæ: & minans insufflauit in eam statimque pars de ore ipsius ampullæ, cecidit. In territorio Meldensi cum propriam messem meteret, valde turbati sunt operarij propter ymbrem imminentem. At illa ingressa territorium quod sine intermissione facere confueuerat, cum lachrymis prostrata oratione obrinuit, ut cū in circuitu omnes segetes pluuia rigaret, nec messem, nec eius messores gutta aliqua cōtingeret. Tanta etiā sanctitate pollebat, quod etiam spiritu prophetiæ plena omnes quoque morbos ab humanis corporibus expellebat. Egētibus panes integros dabat: adeo ut eius puellæ sæpe partem panis: quam in clibano posuerat: non inuenirent. Vixit autem plusquam lxxx. annis. Huius autem natale celebratur tertio nonas Ianuarij. Hæc Vincentius. Reliqua autem quæ hic inseruntur, ex certissimis ac probatissimis ecclesiæ in qua beata virgo præcideret: codicibus, quorum etiam nonnulla ip

se Vincentius testatur extracta sunt. Post trauitum vero beatissimæ virginis lampas eius sepulcro apposta est, in qua preter olei consumptionem ignis permanserat, cuius contactu infirmi sanabantur, lampade uidebat. Mutata in fontem: oleo in medicinam. Homo quidam lingue & oculorum priuatus officio ad sepulcrum virginis accedens, & visum & loquendi usum recuperauit. Mulier quædam in uisione admonita filium à uitiuitate cœcū ad præfatæ virginis locū derulit. Cūque in ecclesia miraculum recitaretur: quomodo dominus Iesus Christus oculos cœci nati aperuisset: continuo aperti sunt eius oculi. Reuelatur cuidam à natiuitate nato, ut ad sepulcrum virginis se transferat, uocis illic beneficiū percepturus. Cūque in sine reuelationis die dō minico illuc peruenisset: statim linguæ illius uinculū est solutū, & loquebat magnificās Deū. Interrogatus ergo ab abbate quid post indultū sibi uocis beneficiū agere uelit: respondet, quod à loco illo recedere uoluit: nolit ad propria redire: nolit oībus diebus uite suæ præsentia virginis uiuere. Cuius uotū leuato animo amplexat̄ abbas uitæ sibi necessaria iubet ministrari. Cū latro quidam carceri mancipatus custodis negligētia de carcere exisset, fugientēque ad sepulchrū virginis præses insequeretur: uirginis que latro auxiliū implorando acclamarer: præses uero in eius blasphemiam prorumperet: subito casu lapsus præses latrone liberato miserabiliter expirauit. Cū alio tempore sumē Secanæ ultra modum intumesceret: & ad capellā uirginis quam propē ecclesiam sancti Ioannis baptiste uirgo construxerat: ad medium vsque edificij pertingeret: lectulus in quo decesserat: qui ibidem seruabatur, sumine in sulcus aquis continuo è descendentibus atque distendentibus ab illis intactus est inuenus. Post alij quot uero dies cum cenobio à Normanis incendio consumpro corpus uirginis à fratribus ad Etegiæ uillam suam deportaretur, multis etiam ibidem clariuissimis miraculis comprobatur. Siquidem altari ecclesiæ: cui accessura erat uirgo sancta cruce sanctorumque reliquijs uero moris est adornatum, tanquam eius aduentui: congratulans mouebatur. Cui superposita: quod cupierat: se adeptum demonstrans firmum nec amplius moueri comprobatum est. In cuius quidem deportatione cereus ut dum uiuere iterum atque iterum miraculosè est accensus. Cum autem abbas qui tunc præerat, dentem à corpore uirginis pauca concijs extrahens apud se ad sui tuitionem seruare uellet, continuo summa egritudine correptus dentes tecca cristallina in clusulum quam cito. potuit restituere curauit. Audita uero, inter Parisios & Normanos concordia corpus uirginis ad ecclesiam suam deferentes non eo loco unde educta fuerat inscripta: sed super maius altare ubi nunc cernitur: Fratres honorifice collocauerunt. Corpus autem uirginis cum suo capite integrum in capsâ consistere presentibus nonnullis huius regni episcopis postmodum inuenit̄ est atque comprobatum. Tempore Ludouici fortissimi regis Francorū illusterrimi diuina uisione membra quæ miseri homines exhibuerant seruire iniustitiæ & iniquitati ad iniquitatem cepit morbus igneus quem physici sacrum ignem appellat̄ consumere. Multorum igitur sanctorum egrotis suffragia

suffragia deposcentibus nec impetrantibus, recordatus est religiosissimus Parisiorum antistes Stephanus qualiter beata uirgo Genouefa præfatam urbem à multis olim periculis liberauit: ac exinde soleas processiones in quibus consulto abbate atque conuentu præfata uirgo ad ecclesiam beatæ uirginis Mariæ deportaretur, instituit. Ordinata itaque secundum morem canonicum processione: ingredientēque sancta uirgine ecclesiam beatæ Mariæ continuo ad tractum fertari omnes male habentes tribus exceptis sunt sanati. Cū uero sequenti anno felicitis recordationis Innocentius papa Gallias transiret, de tanto instructus miraculo gratias agens Deo ac sanctæ uirginis annis perpetuis solenni memoria celebrandū miraculum condonauit. Verum cū per singulos annos prædicti miraculi memoria solenniter ut dictum est, ueneretur: contigit semel per absentiam capicerij expensas formidantis sine ornamentis ac luminariis, quæ habebat ministrare celebrari. Vnde accidit ut sequenti die ecclesiæ sanctorum ascendens diuinam expertus uirtutem subito lapsus sine uoce miserabiliter expiraret. Experti sunt igitur atque indies experiuntur quam plurimi quanto cum tremore Christi uirginem oporteat uenerari ubi cum humilitate recepit cœcitas uisum: debilitas gressum, ac cœuerso obstructa infidelitate mentes percipiunt interitum. Nostri igitur qualibuscunque laudibus Genouefam ueneremur, sed cum tremore uenerantes eius suffragia imploremus, sed cum fide. Et reuera dignum est Genouefam laudibus honorari: quæ Parisiorum inclitā urbem regni Christianissimi præcipuam stabilissimamque columen totiusque christianitatis in fide & doctrina magistrā eruditissimam toties à tantisque periculis ab inimicis hostilibus cede di micantibus eripuit, inundantium fluctus aquarum restrinxit: ignis horrendi in membris humanis incendium consumpsit: cœcis uisum, claudisque gressum: sordis auditum reddidit, ab obsecris dæmonum precibus effugauit. Et non solum precibus uerum etiam maxima dominus: per simbrias uestimenti Genouefæ sibi dilectæ uirginis super egrotos ac uarijs detentos langoribus ostendere sapienter dignatus est sanitarum remedia. Vnde merito in Parisijs celsi montis uertice extitit collocata, ubi honorifice sublimata ac mirifice adornata: non cessat iugiter sanitatum & gratiarum emittere flumina, his qui in fide depolunt eius largitiones. Vnde & oportet nos illi tota mentis dotatione committere: quoniam ipsa est quæ assidue orat pro populo sibi deuoto, & pro tota Christianitate. Nos igitur suorum mirabilium hanc particulam memorantes ac etiam uenerantes cum celeberrimo illo uenerabilium religiosorum cœtu suo, gloriosam Christi spōsam nobilemque uirginem debitis glorificemus Genouefam laudibus postulantes: ut eadem supplicante perfrui gaudijs paradisi mereamur per secula. Amen.

De conceptione beate Mariæ uirginis.

LEGENDA CLXXXV. A



EMPORE illo quo diuina placuit pietati anglorum gentem de malis suis erroribus corrigere: suæque seruitutis officijs artius astringere gloriosissimo Normannorum duci guillermo eandem patriam debellando subegit, qui scilicet guillelmus tunc temporis Anglorum Dei uirtute sua & industria totius ecclesiæ dignitates & honores in melius reformauit. Cuius piæ intentionis operibus inuident ille bonorum omnium inimicus diabolus, tum familiarium fraudibus: tum extraneorum incuribus multoties conatus est eius obistere successibus. Sed domino protegente ad nihilum deductus est malignus. Audientes autem Daci Angliam esse subiectam Normanis, grauiter sunt indignati: eo quod se suo hæreditario quasi iure priuaretur, arma præparant classem adaptant: ut eos aduenies data sibi diuinitus patria expellant. Hoc comperto rex prudentissimus guillelmus: Helsingum quandam religiosum abbatem Remensis cenobij accersitum in Daciam dirigit: ut ueritatem huius rei inquirat. At ille ut uix admodum sagacis ingenij strenuè negotium regis exequitur. Quod fideliter peracto ad angliam cupiens reuertī mare ingreditur & iam maximam partem maris prospero cursu transferat, cum subito densis surgentibus ubique uentis horrida tempestas commouit & uondas. Fatigatis igitur nautis nec ultra obniti ualentibus fractis remibus: funibus ruptis: cadentibus uellis spes omnium salutis amittitur, nihil nisi subito meritoris indicium denique expectatur. Cunque de salute corporum desperati animarum curam solummodo creatori suo magnis clamoribus deuote commoarent, & beatam Dei genitricem miserorum. s. refugium, & desperantibus spem deuote reclamarent: ecce subito conspiciunt quendam uenerandam habitudinis uirum pontificali insula decoratum, quasi inter medias uondas stantem naui proximum. Qui aduocans ad se abbatem Helsingum his uerbis cœpit compellere, dicens. Vis inquit periculum maris euadere? Vis in patriam sanus redire? Cūque ille cum fletu se id toto corde desiderare, & id solum expetere respondit. Tunc ille scias inquit me ad te missum à domina mea dei genitrice Maria, quam tam dulciter & deuote reclamasti: & si dictis meis obtemperare uolueris, sanus cum tuis comitibus imminens periculum maris te euadere permitto. Spondet ilico se ei in omnibus obtemperaturum: si hoc euaderet periculum. Promitte (inquit ille) Deo & mihi, quia diem conceptionis maris Christi solenniter annouantim celebrabis: & celebrandum prædicabis. Et ille ut uir prudentissimus, & quis inquit dies mihi hoc festo erit celebrandus? Sex ro (ait) idus decēbris hoc festū solennizandū tenebis. Ex quo (inquit abbas) seruitio utemur in ecclesiastico officio? Omne inquit seruitium quod dicitur in eius nati-

uitate dicitur & in conceptione eius, excepto quòd nomen natiuitatis mutabitur in nomen conceptionis. His dictis ille disparuit: & citius dicto sedata tempestate abbas cum suis incolumis concito vento flatu applicuit Anglicanis littoribus. Et ea quæ viderat & audierat quibus potuit notificauit, statuitque in Remensi cenobio idem festum solemniter celebrare. Et ipse quoadusque vixit deuotis obsequijs deuorè celebravit. Rursum hæc solennitas alibi alio modo declaratur. Tempore namque karoli regis Francorum illustrissimi clericus quidam ordinæ Vngariæ regis Germanus matrem Iesu toto corde diligens eius horas sollicitus decantabat parentum suorum consilio nubere volens cum quadam adulescentula valde pulcherrima: accepta à presbytero nuptiali benedictione quadam die missa iterum celebrata recordatus, quòd eiusdem beatissimæ virginis horas illa die iuxta morem solitum non cantauerat: sponsam domum mittens omnes ab ecclesia exire coegit: & ipse iuxta altare beatæ virginis solatus remansit. Cum ipse horas dominicæ matris decantaret: & hanc antiphonam. Pulchra es & decora filia Hierusalem, diceret: subito apparuit ei virgo Maria cum duobus angelis dexteram ei manum & leuam tenentibus, dicens ei. Si ego sum pulchra & decora, quid est quod dimittis me, & sponsam aliam accipis? Nunquid ego sum optime formosa: nūquid ego sum pulchrior illa? Vbi vidisti tam pulchram? Cui ille stupefactus ait. Domina mea dulcissima claritudo tua omnem mundi pulchritudinem excellit & clarificat, quoniam tu es super omnes choros angelorum exaltata: & super cælos cælorum eleuata. Quid vis domina vt faciam? Ait illa. Si sponsam carnalem, cui adherere vis, amore mei dimiseris, me sponsam in cælesti regno habebis. Et si conceptionis meæ festum annuatim sexto idus Decembris solemniter celebraueris, & celebrandum prædicaueris: mecum in regno filij mei laureatus eris. His dictis beata virgo disparuit. Clericus verò domum adire renuit, & abique parentum suorum consilio ad abbatiam quandam extra patriam illam perrexit, & ibidem monachali habitu decoratus, & post tempus exiguum meritis beatæ Mariæ virginis Aquilæ episcopus patriarcha factus festum conceptionis beatæ virginis die præfato quoadusque vixit annuatim cum proprijs octauis diligenter celebravit: & vbique celebrandum prædicauit. Aliud etiam miraculum huius festiuitatis alibi diuina inspiratione gratia à nobis declaratur. In pelago Gallicano canonicus quidam ordinis sacerdos solitus beatæ Mariæ virginis horas canonicas decantare, à villa quadam, vbi cum vxore alterius fornicatus fuerat, rediens ad oppidum in quo morabatur tendere curans, & pelagus Secanæ transmare cupiens, solus nauim ingressus dominicæ matris horas nauigando canere cepit. Cunque inuitatorium. Ave Maria gratia plena dominus tecum, diceret: & iam in medio fluminis esset, ecce turba magna dæmonum in profundo pelagi vna cum eius nauicula eum præcipitauit, & eius animam rapuit ad tormenta. Die autem tertia ad locum quod dæmones eum tormentis afficiebant, venit mater Iesu cum magna angelorum societate dicens eis. Vt quid animam famuli nostri ita iniuste affligitis? Cui

illi. Nos eam debemus habere & merito, quoniam in nostris operibus capta est. Quibus mater Iesu. Si illius debet esse, cuius opera faciebat, ergo nostra debet esse quoniam matutinas nostras dum vos eum peremittis, decantabat. Vnde magis rei estis, qui minus erga me egistis. His dictis dæmones huc illucque dispersi fugerunt: & beata Maria animam reduxit ad corpus, & hominem ab vtroque funere resuscitatum per brachium arripiens aquam à dextris & à sinistris quasi murum stare iubens de profundo pelagi ad portum incolumem reduxit. At ille gaudens pedibus beatæ Mariæ virginis prostratus ait. Charissima mea domina & virgo speciosa Christi gratissima quid tibi retribuam pro tantis beneficijs quæ mihi fecisti. Liberasti me de ore leonis, & de tormentis inferni grauissimis animam meam. Cui mater Iesu ait. Precor te ne decætero in adulteri peccatum cadas, ne fiat tibi nouissimus error peior priore. Precor te iterum vt de cætero festum conceptionis meæ deuote celebres annuatim sexto idus Decembris, & vbique celebrandum prædices. Mox vt ea dixit beata virgo Maria eo cernente cælos ascendit: & ipse eremiticam vitam ducens quod sibi acciderat cunctis audire volentibus, narrauit. Et postea quoadusque vixit illud festum conceptionis solemniter & deuote celebravit, & celebrandum prædicauit. Nos igitur fratres dilectissimi meritis & intercessionibus beatæ virginis indigentes cum tota mentis deuotione sumus solliciti, vt nullus nostrum ita sit rebus temporalibus occupatus, aut proprijs delictis desperatus: quin beatissimæ virginis Mariæ conceptionem pro posse suo celebret annuatim.

De sancta Ottilia.

LEGENDA CLXXXVI. A.



OTILIA quia cæca, nata fuit, pater suum eam occidere voluit. Vnde mater eius cuidam ancillæ suæ eam alendam commisit, quæ propter murmur populi iubeat matre longissime cum puero fugit vbi cum ipsa puellam nutriet, Christus episcopo Erardo de partibus Bauariæ apparuit, dicens. Vade ad quoddam monasterium quod dicitur Palma, vbi inuenies puellam à natiuitate cæcam quam baptizabis, nomen Ottilia impones ei, & mox post baptismum visum recipiet. Quo facto cum diuinitate in religione profecisset, misit fratri suo literas quædæne plenas, vt patri reconciliari reuocaret. Cui cum pater non annueret: filius inconsulto patre pro forore misit. Vnde pater filium tantum verberibus castigauit, quòd infirmatus fuit, de qua etiam uindictine obiit, Pater verò ex hoc irantum conturbatus fuit & compunctus, quòd pro filia sua misit, & monasterium quod construxerat filia cum omnibus suis appendicijs libere donauit. Post hoc itaque defunctus est. Ottilia sciens patrem suum in purgatorio vri, in latere montis vbi nunc claustrum situm est, tantum & tam lachrymabiliter orauit, quòd cælum super eam apertum est: & lux

De sancto Claudio.

LEGENDA CLXXXVII. A.



CLAVDIVS ex nobili Salinentium principum seu palatinorum genealogia ortum duxit. Qui vsque ad septentium peruigili cura in domo parentum in Dei amore nutritus postea probatissimis literarum magistris instruendus traditur. Sub quibus in breui non solum artes, quas liberales vocamus: verum etiam libros veteris ac noui testamenti, cum diuersis gestis sanctorum pius adulescens sedulè perlegendo apprehendit. Erat enim iam in hac ætate ingenio docilis: corde feruidus & sanctis operibus totus deditus: nec sinebat diem aliquem sine bonis operibus pertransire. Ellicet iuuenis esset ætate, nihil tamen puerili gessit in opere. Nunquam in foris chorificationibus seu quibuscumque mundanis spectaculis inuentus fuit, sed personis religiosis & honestis se afforsans cum eis dulciter de virtutum exercitijs conferebat. Cuius verba iam sale sapientiæ condita intantum rationabilia ac dulcia erant, quòd omnium ad se prouocabant affectum. Quapropter prouecti & sapientes ipsum plurimum diligebant velut puerulum sanctum & virtuosum: alij verò adulescentem affabilem & prudentem venerabantur. Personis autem inhonestis aut scurrilibus se subtrahens consortia ipsorum omnimodè fugiebat. Nunquam cum mulieribus iuuenibus abique rationabili causa locutus fuit, nec de qualicumque nephando verbo vel opere, non de risu inhonesto vel aliqua alia animi leuitate est notatus. Super omnia verò ecclesias Dei frequentabat: præcipue dominicis & festiuis diebus missas cum cæteris horis canonicis & sermones diuinos cum summa deuotione auscultando. Crescente igitur sanctitatis eius fama, cum iam vicesimum ætatis suæ annum attigisset: sprete militia seculari in canonicum Bisuntinensis ecclesiæ est electus. Vnde quotidie in melius proficiens horis canonicis diurnis pariter & nocturnis studuit interesse. Libros quoque sacre scripturæ diligenter reuoluere: & per omnia sicut verus Dei famulus absque reprehensionis nota se habere. Tantumque breuis temporis spacio diuina gratia ipsum prosequente in operibus sanctis & virtuosis, sacraque doctrina claruit: vt in totius Burgundiæ finibus æqualis sibi nequaquam inueniretur: quod in libris quos edidit, qui vsque nunc in monasterio Iuranis permanent clarius perpendi potest. Singulis igitur diebus exceptis dominicis & festis solennioribus non nisi semel in die refectionem sumebat. Sæpe noctes in oratione, lectione, siue sancta meditatione peruigiles ducebat. Castum se & mundum ab omni coinquinatione custodiebat. In vestimentis mediocrem, in moribus humilem, in verbis veracem, dulcem & affabilem exhibebat, ita vt singularis virtutum moribus ornatus iam verus monachus ab omnibus crederetur. Duodecimo canonicatus sui anno præsul memoratæ ciuitatis infirmari cepit corpore. Vnde bea-

magna circumfulsit eam: & vox dixit ei. Propter te liberatus est pater tuus, & in choro patriarcharum collocandus ab angelis ducitur. Hæc beata præter dies festos nihil comedit nisi panem ordecum & legumina. Pellis vtri fuit pro lecto: lapis vero pro cussino. Item cum mons vbi cenobium Ottiliæ situm esset, altus fuisset: & peregrini & pauperes elemosynam quærentes multum laborarent: ad pedis montem per hospitali monasterium construxit: quod adeo sororibus placuit, vt etiam ibi conuentum instituerent. Ibi que in nomine patris & filij & spiritus sancti propria manu tres tilias plantauit: quæ vsque nunc valde vtilis sunt in calore: orando vas omnino vacuum impleuit vino, cum quædam soror inter diuina officia vasa esse vacua diceret. Item quia in baptismo visum recepit, specialiter beatum Ioannem baptistam venerabatur. Et ei ecclesiam facere cogitauit. Quadam etiam nocte se dedit orationi supra petram, vbi nunc magna crux lignea locatur: ob memoriam tanti miraculi vbi Ioannem rogabat, restenderet sibi modum ædificij, quod & fecit. Ioannes enim in forma qua christum baptizauit, in maxima tamen claritate sibi apparens ecclesiæ locum, longitudinem & latitudinem ostendit. Quod vidit vna soror, lucem videlicet, sed Ioannem non vidit. Cui Ottilia inhiabit ne ante ipsius obitum alicui visio nem manifestaret.

In incoatione claustrum Ioannis boues cum plastro lapidum cadunt de monte, qui habet in latitudine .lxxx. pedes, & illæ obuiant seruis ascendendo iterum onerati. Venerant enim serui cum gaudio ipsos occidere, vt non essent eis vermium, sed hominum. Item Ottilia suam nutricem proprijs manibus sepelivit, & post .lxxx. annos sepulchro aperto dextera mamilla nutricis integra inuenta est: qua eam quondam lactauerat, & reliquum corpus incineratum. Post plurima virtutum insignia, Ottilia sciens finem sibi adesse, conuocatis ad se sororibus apud sanctum Ioannem prædicauit eis, & rogauit eas orare pro se & pro patre suo. Post hoc præcepit eis: vt irent in oratorium matris Dei Mariæ & legerent psalterium. Interim dum hæc fierent, ipsa obiit sola, tantusque odor ibi fuit, quòd quasi omnes domus plenæ essent aromatibus. Redeuntes sorores cum viderent matrem suam sine eucharistia defunctam, adeo instantè orauerunt, quòd de morte suscitata eis dixit. Cur me inquietasti? Lucie conjuncta fui, & illud gaudium habui, quod oculus non vidit: nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Responderunt. Nobis fuisset confusio domina, si absque comunione sacra obijisset. Tunc Ottilia calicem ablutum in quo erat corpus & sanguis christi proprijs manibus contestauit, & communicauit: ob hoc idem calix vsque modo seruatur. Ordo verò per dies octo durauit. Martyrij Lucie: ideo conjuncta fuit, quia ipsa Ottilia duobus modis martyr fuit: volūrate scilicet & carnis maceratione.

Castum se & mundum ab omni coinquinatione custodiebat. In vestimentis mediocrem, in moribus humilem, in verbis veracem, dulcem & affabilem exhibebat, ita vt singularis virtutum moribus ornatus iam verus monachus ab omnibus crederetur. Duodecimo canonicatus sui anno præsul memoratæ ciuitatis infirmari cepit corpore. Vnde bea-

issimus Claudius timens quod etiam postmodum euenit: ne scilicet in pontifice eligeretur, locum ad tempus deseruit, & ad suos parentes dominos scilicet Salinens. properauit. A quibus benigne susceptus cum eis per aliquod tempus in sancta conuersatione viuendo permanebat. Contigit autem prædictum archipræsulem interim viam vniuersæ carnis ingredi. Quapropter populus cum clero discordiam non modicam de eligendo episcopo habebant: illis vnum, alijs verò alium volentibus. Tandem vnanimis in oratione se prostrauerunt cum lachrymis humiliter supplicantes quatenus meritis suæ genitricis & sancti Iohannis baptistæ eorum patroni & omnium sanctorum dominus eis misericorditer inspirare dignaretur, quem in pastorem ecclesiæ sui eligere deberent. Quibus in oratione perseverantibus mox de cælo vox insonuit, quæ ipsos vt à stertu cessarent: & beatum virum Claudium eligerent, admonuit. Tunc canonici laticincti ipsum vnanimiter elegerunt, & statim honorabiliores totius ecclesiæ & ciuitatis viros pro eius consensu obtinendo ad opidum Salinense destinauerunt. Quid plura. Multis præcibus ac lachrymis victus sciens voluntati diuinæ resistere non posse, ad ciuitatem Bisuntinens. ducitur imò potius trahitur: archiepiscopus consecratur, & per summum pontificem eius canonice electio approbatur pariterque confirmatur. Anno domini. dcccxxj. Archiepiscopus igitur effectus eandem quam prius humilitatem & morum grauitatem in omnibus semper seruabat, sicut fidelis seruus & prudens familiaris domini cum ecclesijs sibi creditis seruenti zelo gubernabat. Causas ecclesiasticas horis debitis benignè audiebat, & secundum ecclesiasticas sanctiones optimè diiudicabat. Nunquam tamen propter quæuis negotia secularia, nisi euidens necessitas incubuisset, ecclesiam horis quibus diuina celebrabantur, dimisit. Prouinciam siue Diocesis suæ ecclesias sæpe visitabat: & sicut bonus paterfamilias, qui iuxta dominicam sententiã de thesauro suo profrens noua & vetera suis dulcissimis exhortationibus bonos & fideles, vt in melius proficere studeant, & delinquentes siue errantes, vt se emendant sollicitè admonuit. Erat enim profundissimæ literaturæ. In assidua etiam contemplatione eius spiritus supra modum eleuatus erat, & tamen propter Mariæ contemplationis ocium non deseruit. Martiæ officium laboriosum, quinetiam septem operibus misericordiæ toto conamine insisteret. Cum igitur iam septem annos ecclesiæ suæ præfuisset diuino præuentus amore magis ac magis accensus cunctas huius seculi diuitias & seculares pompas declinare cupiens: vt in sui creatoris contemplatione plenius vacare posset: cunctis bene dispositis urbem suam prædictam palatiæque & castra & cætera loca archiepiscopalia amena & delitiosa dereliquit: & ab angelo præmonitus ad monasterium sancti Eugendi siue Iurense in consinio Bisuntinens. diocesis situm aduenit, ibique habitum & vitam monasticam secundum beatissimi Benedic-

patris regulam assumpsit. Tantæ autem sanctitatis & perfectionis fuit, vt octiduum quæ in hoc mundo sunt obliquæ solum in omnipotentis Dei amore flagraret. In orationibus vigilans, ieiunijs assiduus in vigilijs feruidus, in sanctis lectionibus & meditationibus præclarus: & secundum ordinis sui regulam sicut verus monachus viuebat. In diuinis verò officijs peragendis aut celebrandis primus omnium ecclesiam iurabat: & vltimus inde recedebat. Sicque omnes ad perfectionem monasticam conuocabat: tantum vt Iniuriosus eiusdem monasterij tunc abbas vir vtique sanctitatis & prudentiæ ei regimen ipsius monasterij cum multa infantia & humilitate præstaret: vt oues dominicæ ibidem congregatas gubernare dignaretur. Vir autem sanctus cum multa mansuetudine hæc reculauit. Veruntamen expletis quinque annis cum prædictus pater Iniuriosus ad dominum plenus meritis migrasset: venerabiles fratres & domini dicti conuentus ipsum vnanimiter eorum in abbate elegerunt: & tandem vix multis deuictis præcibus assensum præbuit. Sicque Claudius quantum in hoc mundo se humiliter studuit: tanto plus apud Deum & homines exaltari meruit. Quod vtique non sine diuina dispensatione factum esse creditur: vt in loco vbi plures floruerunt sancti: sanctissimus archipræsul adunaretur, & locus ipse insignior efficeretur. Multi ergo non solum clerici verueriam nobiles & Burgenses audita sanctitatis eius fama ad ipsum conuehebant sanctæ conuersationis habitum instanter postulantes. Quos vir sanctus absque difficultate & personarum acceptione recipiebat: eosque ad perfectionis culmina summoperè prouehabat. Quales verò filios spirituales ibidem enutriuerit: non est nostrum dicere. præsertim cum quibus ipsum sanctum locum visitando ex multitudine sanctorum corporum qui nunc ibidem venerant: clarè perspicere potest. Possessiones etiam temporales quibus Christi famuli sustentari possent, secundum domini promissum dicentis.

Quicumque reliquerit domum aut agros: patrem aut matrem propter me &c. centuplum in hoc mundo percipere roeruit à fidelibus videlicet regibus & principibus, inter quos Clodoveus rex qui tunc Franciam gubernabat monasterio ipsius annuatim quinquaginta modia tritici: & totidem ordeum cum quinquaginta libris denariorum argenti perperuis temporibus dari constituit.

¶ Pauperibus verò Christi & hospitibus superuenientibus omnem humanitatem in elemosynarum largitionem exhibuit. Ornamenta ecclesiæ scilicet libros calices cum crucibus & candelabris aureis & argenteis pannis sericis: & alijs diuinum cultum cernentibus maximè augmenrauit: & sanctorum reliquias in capsulis præciosissimis reuerenter collocavit. Domusque ipsius monasterij ædificia decenter reformauit.

¶ Anno igitur quarto childeberti regis Francorum cum iam claudius pater sanctissimus annis quinquaginta seruus christi in prædicto monasterio

laudabiliter præfuisset, senex multum & plenus dierum totis visceribus ad dominum suspirans immundis etiam ab omni macula incidit in quandam infirmitatem leuem. Fræsciens ergo obitus sui dierum imminere, tertia die omnes monachos suos conuocari iussit ad se: luculentissimum sermonem eis faciens dulcibus exhortationibus eos mouendo, vt super omnia diuino amoris nihil præponerent: & omnes præsentis mundi delectationes amore æternorum spernerent. ac de recessu suo minimè contristarentur. Cumque siagulos de recessu suo abbate vherimè stententes cerneret: misericordiæ visceribus motus, quibus semper affluebat, accepta ab omnibus pace eos ad celas destinauit: totamque noctem sequentem in orationibus peregit.

¶ Quarta verò die in oratorium pergens sacramenta penitentiae cum perceptione corporis Christi totus perfusus lachrymis deuotissimè suscepit: & inde ad cellam suam reductus ne corpus suum alibi quam in ipso monasterio ad euitandas seculi pompas sepeliri præcepit.

¶ Quinta igitur die circa horam diei nonam reclinatus super scânium: super quod legendum vel orando sedere aut stare consueuerat: erectis fursum brachijs coniunctis manibus oculis ad cælum suspicientibus sanctissimam suam animam domino tradidit expirando. Cuius corpus in prædicta ecclesia sancti Eugendi vsque nunc omnibus aduenientibus incorruptum & integrum demonstratur innumeris corruscans miraculis. Gloriosus igitur Deus in sanctis suis & in maiestate mirabilis: & si cunctos eius ministros altis magnificet præconijs & cælestis efficiat beatitudinis possessores: illos tamen vt digna dignis impendat maiori miraculorum illustrat gloria: quos apud ipsum commendat iugis excellentia meritorum in cælis. Quapropter sanctissimus archipræsul Claudius quante apud Deum sit potestatis & meritis ipsa quotidiana & quasi innumerabilia miracula quæ cunctis ipsum deuote inuocantibus exhibet, clarè demonstrant. Ipse namque dulcissimus consolator desolatorem: captiuorum liberator, resurrectio mortuorum: lumen cæcorum: auditor suidorum: mutorum eloquium: tutor naufragantium: monachorum suffragator: impotentium, & languidorum sanator: medicus: refugium: via erantium: salus cunctorum ad se recurrentium merito appellari potest. Et si cuncta miraculorum ipsius gesta hic inseri deberent, nimis radiosum redderent lectorem: & ideo pauca non singula hic annexere curauit. Si quis verò ea curiosius percurari voluerit, reperiet in suprascripto monasterio suo magna volumina stupenda ammiratione cõscripta. Iuuenis quidam audita mirabili sanctissimi patris Claudij fama ad monasterium Iurense peregrinationis caula venit. Qui præ grandi populorum multitudine qui ad prædictam ecclesiam tunc confluxerant, oppressus statim expirauit. Quem quidem reuerendissimus in Christo pater Tarentasiensis Diocesis metropolitanus, qui inter cæteros tunc aderat, benigno pectore amplexans gemitu lachrymopulcherrimè: & ad corpus beati Claudij quam rotius

ueniens eius suffragia apud Deum flexis genibus implorauit. Cuius interuentu vir Dei precibus exauditis adulescens in exemplum credentium pristinae sanitati redditus, palam omnibus surrexit incolumis. Duo pueruli etatis primeuæ innocentia simplices apud Sarricum in ripa fluminis pueriliter colludebant. Quorum alter properantis aquæ leuitatis inscius pedem fluminis immergens preceps elabitur: qui manus tremulas circumquaque iaciens mater voce confusa clamabat. Huc statim alter subsequitur. Tuncambo perplexis genibus submersi tempestuoso amnis in impetu rapiuntur. Nec mora filiorum parentibus innotuit naufragium prouidi excitantur: inconsulte properant, clamore obstrepunt, chara pignora Deo & sancto Claudio tota deuotione committunt, & pueris non comparentibus plus spacio vnus stadij currunt præcipites donec ad vndarum superficie redeuntes immisos fluctibus extraxerunt. Horum alter semiuivus: alter venis deficientibus, frigidus aquis reiectus quas absorbuerat, respirans virtute Dei & beati Claudij patre & matre attestantibus, ad pristinum vitæ statum sani & hilares redierunt.

¶ Mulier quædam Pontia nomine thalamo suo quadam die residens filium materno affectu blandis amplexibus refouebat, & miti susurro canicilæ demulcens deosculabatur eum. Sed callidus humani generis tentator veneno inuidiæ tabescens mulierculæ peccatrici foueam perditionis præparabat. Qui fenestram aduolans sub imagine coruina mulieris assistebat auriculæ, & sub mellis dulcedine virus effundens aurum & argentum & mundi fallentes diuitias promittebat, si acquiescens ei filium enecaret. Sic malignus innata calliditate maternum pectus exasperans matrem armauit in filium. Quæ in ora sui pignoris pollicem iniiciens, pietatis oblita guttur digitis comprimebat. Tunc inimicus innocentiae in faciem euolat mulieris, & vngues infgens gutturi matrem cum filio suffocabat. Quos pauco murmure vix reclamantes commater audiens admirans quid hoc esset: celeriter intrauit cameram, & rem inauditam oculo perspicere exclamauit. Statim spe frustratus dæmon per oculis eius euasit. Deinde Ioannes maritus Ponticæ post commatrem suam accurrens uxorem & filium iacere vidit exanimis, & apprehendens eam mutam & manibus debilitatam inuenit. Et cognito à commatre qualiter vxor eius oppressa à demone filium suum iugulare tentasset: profusus lachrymis illam Deo & beato Claudio reddidit. Quibus statim ad sepulcrum beati claudij pariter properantibus & in orationibus prostratis infelix mulier, quia ore non poterat: veniam delictorum & corporis sanitatem cordis affectu postulabat. Et paulo post confurgens manuum sanitate recepta non solum verbo simplici loquebatur, sed etiam hostis infidiantis machinam in super Dei & beati Claudij, magna expedite enarrauit.

Puer quidam non longè ab Ambroniaco, stans supra fontem imagini suæ ab aqua repercussè pueriliter arti

debat, in simplicitate sua caput inclinans in aquam decidit. Tunc voce horribili clamitans tandem submersus deficit. Interim viator quidam vt sitim quam ex aestu collegerat solis, sedaret: ad supradicti fontis fluentia diuertit. Et puerum in profundo iacentem arripiens cuidam petrae supra posuit: & corpus iam frigidum omnique vitali calore destitutum videns ipsum diu mortuum fuisse cognouit. Quae uero miracula quae ad aggressum casualas quae propere aderant, cuius filius esset, requirebat. Ad cuius uocem reclamantem vicina mater pueri profiliit, & querulosos uocibus filij mi ubi es, fili mi sedule iterabat. Quem mortuum in ueniens desuper flebilis & miseranda incubuit. Vicinis autem & notis eam consolantibus monialis quaedam de Karoli castro superuenit. Quae tanto dolori compatiens matrem & parentes commouit vt quem disposuerat sepelire, Deo & beato Claudio redderent. Qui spe fideque roborati uirtutem Dei, qui in sanctis suis mirabilis est, pura & simplici deuotione requirentes prostrati in terram orauerunt. Statimque puer qui mortuus fuerat, oscitans oculos, aperuit cum suspirijs uocem emittens surrexit uiuus Alius quidam per septem annorum filius cuiusdam strenui militis Henrici de Plautain de ponte quodam cecidit in fossilibus aquis plenis, quae domum predicti militis circumerunt. Et cum iam per spacium vnius leuca & amplius in profundo submersus iacuisset, nihil de eo speret caputij sui cornu apparuit. Quapropter populo magno strepitu uociferante patri & matri qui tunc haud longe in ecclesia fuerant, res lamentabilis innotuit. Qui statim accurrentes uiderunt filium eorum iam nudum & expoliatum in sudario religare. Supradictus ergo miles toto corde ad Dei famulum Claudium conuersus omnes pro salute pueri feruenti spirito orari monuit. Quibus orantibus ilico puer oculos aperuit, & ingemiscens suspiria protulit: & patre intueus ait. Pater ne timeatis uiuo ego & me sanum & hilare habebis. Omnes igitur gratias agentes Deo & sancto confessorij suo Claudio uota orationes persoluerunt. Mulier quaedam uxor Ioannis Nicoleti ciuis Lingonensis abortiuum peperit. Omnes ergo mœrore constricti tribus diebus & tribus noctibus in quadam praedicta ciuitatis ecclesia in orationibus uigilantes dominum exorauerunt quatenus spiritum uita supra dicto puero infundere dignaretur, vt sacri baptismatis sacramento perfrui mereretur. Et cum nullum consolationis signum experirent: tandem rector praedictae ecclesiae patri ipsius pueri magna quae domino per se uum Claudium operatur ad memoriam reduxit. Statimque cum pater uotum sancto Claudio emisisset: & puer in medio ecclesiae deferendus esset, praedictus puer uirnam emittente exordiuit: & successiue uagari. Ad cuius rei uanitatem pulsatis campanis quasi tota ciuitas concurrat Deo & beato Claudio immensas gratiarum actiones reddendo. Puer ergo baptizatus non longe post obiit, & pater ipsius sine mora corpus beatissimi archipraefuldis Claudij deuote uisitauit. Cum etiam simili modo uxor Ioannis de Lierna de Buxi in Burgundia abortiuum peperisset, & in quadam capella in honore beatae Katherinae fundata vna nocte ipsum corpus mansisset, tan-

dem altera die ad ecclesiam beati Claudij cum oblationibus apportatum intra missarum solœnia sub eleuatione corporis Christi plorare cepit cunctis qui tunc aderant, admirantibus. Quem sacerdos ipsam missam celebrans postmodum uiuum uidentem sacro baptismatis lauacro laetus perfudit. Quae de causa pater pueri cum ieiunio panis & aquae totus nudus corpus laetitiam Claudij ex uoto uisitauit. Aliud quoque miraculum omni admiratione dignum contigit nuper. Anno domini. M. ccc. lxxij. Mulier enim quaedam Stephana nomine de ciuitate Lugduni infirmitate quadam graui vexata, manum sinistram penitus quasi abscisa esse perdidit. Quae cum longo tempore apud monasterium monialium sancti Petri desertae ciuitatis Lugduni in eiusmodi infirmitate perdurasset, & adhuc successiue praedictus morbus reliquum brachij corrodere non cessaret, tandem auditis mirabilibus quae dominus per seruum suum Claudium operabatur: ad monasterium Iurense, ubi corpus eius colitur, accessit. Vbi cum maxima deuotione & continuis orationibus: vt super postulatit audiri mereret sanctum Claudium exorasset: contigit: vt in die beati Laurentij praedicta mulier ante altare supra quod corpus eius referuatur, quasi in extra sita diu permaneret. Cunque ad se reuersa nihil penes sicut antea sensisset, uidit manum suam integram & sanam sibi redditam manu dextrae solimodo in colore dissimilem, eo quod albior ipsa ac uerior appareret. Hoc igitur miraculo ubique diuulgato dominus i. Bartholomaeus de Boscatio in utroque iure Licentiatu vicarius & officialis Lugduni ad laudem Dei & gloriosissimi confessoris sui Claudij praedictam mulierem coram se citauit, & manum sibi restitutam penes coram omni populo demonstrare fecit, qui omnes testimonium perhibuerunt etiam sine manu sinistra longo tempore exiisse. Et extunc festum sancti Claudij in tota Lugdunensi dioecesi solemniter celebrari fuit institutum. Adulescens quidam manu habens aridam a natiuitate a uicinis miraculorum praegonijs ad monasterium uocatur, & attractatis manibus beati Claudij manu extendens cum gratiarum actione sanus recessit. Matre misericordiae in ecclesia Lausanensi miris uirtutibus coruscante sacerdos quidam caecatis oculis illuc spe salutis confugiens aduocatae nostrae mellissimum implorabat subsidium. Qui lauacro confessionis emundatus per uisionem in somnis ab eadem audire meruit. Surgit & uade Claudium fratrem in oratorio Iurense quiescentem: & uisum recipit. Qui excitatus festinanter abiit: & uisum recipit. Inde laetus & hilarius cum lauacro & reliquijs sanctissimi uiri ad propria reuertens puerum quendam in aqua submersum, in spacio uicini diei exanimem perunxit: & sanum parentibus reddidit. Iuuenula quaedam ysabellae nomine cum totius corporis pulchritudine polleret: uiris sanguinum & incedentijs se subijciens vitam culpabilem insani corporis redimebat commercio. Quibus relictis cuiusdam saecularis precibus Arboisium uenit: ubi; uarij libidinis incoctus dedita feminea leuitate corpus cum anima maculabat. Infelix tandem peccatrix, vt miraculorum beati Claudij preconijs oculis auribusque perciperet: quaedam die sacri corporis assistebat praesentibus. Quae interiori lumine

mine penitus priuata uisione diuina corporeum lumen amiserat: & admiratione multorum se nihil uideri contemstans gemitu anxiosa lachrymabili singultu inbumum se prostrauit. Cum uero usque ab sequentis sabati uespere in tenebris caecitatis permansisset: corde Deum respiciens spurcitas peccatorum per confessio nem sinceram euomuit. Deinde abscissis crinibus & macula uiciorum penitus deterfa se tota Deo & beato Claudio deuota contritione commisit. Et statim recepto lumine per eam diuina miseratio plebis incredula dubietatem absoluit.

In Balmenfi territorio erat quidam iuuenis sollicitus armenta custodire: cui quadam die bestias studienti aura quadam utens & nociua superueniens, ut ipse postea retulit, oculorum lumine ipsum penitus priuauit. Qui ueniens domum caecitatis suae dolore languendo nullam consolationem accepit. Cui beatus Claudius per uisionem apparuit, dicens. O iuuenis quid turbaris, & cogitationes ascendunt in cor tuum. Surge, & ueni ad me: & sanitate tibi praestabo. Cui ille ait. Domine locum habitationis tuae ignoro: & quomodo possim te inuenire. Et ille. Interroga diligenter donec inuenias, sciens quia Claudius uocor. Ille igitur surgens iuit ad sacerdotem ex ordine ei uisionem narrans. Quod audiens sacerdos de negligentia eum durius redarguit: eo quod uiro Dei non statim obediit, uiam ei demonstrans per quam ire deberet. Cunque pergens in itinere aequaliter deuiasset, & reuerentia suae impatiens sanctum Dei inuocasset, uirtute Dei uisum repente recepit. Qui laetus effectus ad sepulchrum uiri Dei properauit: & magnalia dei cunctis per ordinem narrauit. Mulier quaedam Bistuntina a biennio caecitatem oculorum incurrit. Cui quae se sancto Claudio uouisset: & sero ueliculum & expensas itineris disposuisset: sequenti nocte membra suo lectulo resouens continuo uirum Dei claudium astantem conspexit. Cuius uisionis excitata praestigio summo mane surrexit, & uiam cum filia manu debilem aggrediens usque ad sepulchrum sancti Claudij lumen oculorum humiliter deposcens peruenit. Quae in oratione cum plena fide perseverante subito oculos aperuit, & capulam cum reliquis agnoscens ad filiam paulo longius orantem conuersa dixit. Letare filia & exulta: quia mater tua uisum recepit. Ecce video singula quae oculo perpici possunt. Cui filia. Mater mater letemur & ineffabili gloria Deum & amicis eius Claudium collaudemus, quia eadem hora qua te dominus respexit, manum meam quam debilem nosti sanam inuenio. Multi ergo nobiles & matrone praesentes hoc uiderunt: & praegaudij fientes Deo & beato Claudio gratias egerunt.

Mulier quaedam de Grandifono corporis uiribus diuicijs destituta iacebat. Cui beata Dei genitrix signum sanctae crucis in uisione offerens, eam quam citius ad sanctum Claudium iter festinare commonuit. Quae mane cum uicinis egressa dimisso asino in uia: quem conduxerat: ad sacrum corpus in comitatu perueniens pedibus gressum & corporis sanitatem Deo miserante recepit. Alia quaedam mulier de uilla que Britonia uocatur membris debilibus lecto decubens uisit in somnis beatum Claudium baculum sibi porrigere: quae euigilans & baculum in manu inueniens sum-

mo mane profectura surrexit, & praedictum baculum accipiens usque ad sanctum Claudium uiro suo comitante peruenit. Facta igitur oblatione & pedibus sancti uiri desculantis in oratione prociens debilitatis suae remedium profusus lachrymis postulat. Tunc ad caelum erectis manibus articulis innixa se nullum sentire dolorem omnibus circumstantibus indicauit, & glorificans Deum & beatum Claudium cum reliquis ad altare rectis pedibus properauit. Conuersa quaedam sancti Roberti de casa Dei graui percussa egritudine toto corpore imbecillis lectulo decubuit. Cui beatus Claudius in somnis apparuit sub episcopali habitu baculum pastorem baiulus sibi inuicem pro mittere. Quae surgens debilitatis immemor hilari gressu corpus sanctum expetit. Quae labijs & oculis contractis liberata morbi infestationem Deo miserante penitus euasit.

Vir quidam apud Annoras membris inferioribus ab adulescentia contractis nixu manuum miserabiliter incedebat. Qui ab uxoribus & parentibus equo collocatus & usque ad Grandifonum perductus ibidem descendit: affirmans se beatum Claudium qualicumque gressu sine ueliculo petiturum. Quo paulo longius egresso obuium habuit quam plurimos, qui uirtutes & miracula, quae ipsi oculis uiderant, eidem cum admiratione retulerunt. Igitur statim fide adiuuus adminiculo crura cum pedibus extendens innixus articulis surrexit: & praegaudij cursum. Lata hilarique facie cum uxoribus expedito gressu usque ad corpus sanctum peruenit gratias agens Deo, qui per famulum suum Claudium sibi sanitatem contulit.

Mulier quaedam Salinensis membris dissolutis triennio debilitata ad lectum Claudium in humeris hominum allata fuit. Quae manibus expansis ante altare prostrata ad sanctum Dei uoce lachrymabili reclamabat membris ualitudine in humilitate deposens. Quae statim oratione, & facta iustis crepantibus articulis innixa surrexit, recto gressu coram omnibus ambulauit. Erate uero ei qui talis miraculo non interfuerat casu superuenit: & uidens foream suam ambulantem nimio admiratione repletus dixit. Sama facta est soror mea. Et illa. Gratias ago omnipotenti Deo & domino meo beato Claudio per quem sanata sum, & rectis pedibus sicut tu ipse uides, incedo.

Super Arbosium agni ouium quos conuersus quidam custodiebat, nescio qua vertigine tremuli se omnino sustinere non poterant. Quarum infirmitati per se condolens debiliorem beato Claudio reddito si ceteros a praedicta clade liberaret. Quae redditu agni facta agmine cucurrerunt matrum. ubi uera cum omni hilaritate fugerunt. Tunc statim conuersus praegaudij currens agnum quem Deo & beato Claudio uouerat: in praesentia multorum qui aderant: ante sepulchrum eius gratias agens obtulit.

Rure Mariniaco uir quidam habitabat, cui ex superfluitate sanguinis natum apostema dextrum brachij torum occupauit: quod in breui tantum tumor excreuit: vt ab eodem uiro a latere quasi infantulus poneretur. Cunque continuo dolore excresceret, in ranam, vt praedictus uir omnem corporis quietem & ciborum saporem amitteret. Tandem quadam nocte in lecto iacens (vt ipse testatus est) clare uigilaret, uidit praegocu-

his assistere virum aspectu decorum: facie venerabile, indurata sola candida, & obstupuit. Qui quasi in ex-
tasi positus in vocem prorumpens: quis esset inquisi-
uit. At ille Claudius (inquit) seruus Christi sum: qui eius misericordia ad te debilem accessi. Et statim bra-
chium ipsum crucis signaculo facto muniens sanitatem plenariam reddens euauit. Tunc puella quaedam ip-
sus viri filia quæ non longe in lecto quiescebat, patrem cum quo loqueretur inquisiuit. Quam ille inerepans
acer eiussit. Et paulo post timore excusso brachium eri-
gens lætionem nullam sensit. Liberæ conditionis adu-
lescens quidam diuitijs præpotens in quadam villula
prope Lugdunum morabatur. Qui complexione vi-
uata guttam arcticam non absque magna membrorum
iuncturaturque contradictione incurrebat. Hic itaque
pedum destitutus officio totius patrimonij substan-
tia in medicos erogauit. Cum verò nil amplius quod
daret: haberet: omni spe salutis ab ipsis derelictus quid
iam facere debeat: ignorauit. Inter notos igitur men-
dicare erubescens relictis parentibus tristis vehiculū
ascendit. Dysionemque transuectus est. Vbi cum iam sex
annis in paupertate magnaque corporis debilitate
permanisset, tandem auctis miraculis quæ per sanctum
Claudium fiebant, fide concepit: ut si non corpus
saltem tamē sibi aliquam vestimentis eius con-
tingere posset, se saluum fieri credidit. Baculis igitur
innixus ire tentauit, sed minime potuit. Quapropter
vehiculis & quadrigis transeuntium Dolam vsque per-
uenit, atque iam firmiore spe sanandi roboratus san-
ctum Claudium inuocans solius baculi fulcramento vsque
ad optatum locum peruenit. Cūque oratoris intras-
set, & oratione facta pedes sancti corporis osculatus
fuisse, statim reiecto baculo sanus effectus cum gra-
tiarum actione ad parentes suos hilaris reuersus est.

Homo quidam in villa sancti Albani spiritu mali-
gno agitarus uxorem & filios minaci vultu deterre-
bat. Quem amici sui ligatum funibus superpositum
vehiculo ad sepulchrum viri Dei perducere satagebāt.
Cum igitur loco appropinquasset, & dæmoniacus pin-
naculū templi apexisset: continuo clamauit. Cur me
ceditis: aut me ligatum tenetis. Dei & beati Claudij
misericordiam sanatus sum: soluite me nihil timentes.
Quem statim soluentes in præsentiam corporis ami-
ci Dei cum oblationibus perduxerunt. In territorio
sancti Eugendij quædam puella. xv. annorum quadam
vice in visione nocturna adeo perturbata fuit, ut quin-
que annis in lecto decubens nihil omnino sibi vel po-
tius: nisi aliquando semel per mensem vel circa pomū
coctum deglutire posset. Et quia semper bonæ famæ
honestæque vitæ fuit, primo in firmitatis suæ anno sibi
confessa à proprio sacerdote corpus dominicum cum
magna reuerentia sumpsit. Egritudine igitur inuale-
scente quatuor annis sequentibus non solum loquen-
di, verū etiam visus beneficio in tota priuata fuit. Mul-
tæ verò honeste persone misericordia super ipsam mo-
tæ eam sæpius visitabant. Inter quas cum generosa do-
mina Katherina de Banfremont semel aduenisset, &
miseram illam inspexisset, amarissime flere cepit, at-
que flexis genibus diu orans tandem benignis exhor-
tationibus ad penitentiam prouocauit, dicens: etiam
ut omnipotenti Deo eiusque famulo Claudio se totā
committeret securam, ut qui tot & tanta miracula in re-

motioribus locis perageret, sibi tāquam propriæ eius
famulæ subuenire non dubitaret. Statim illa in signi-
ficantiam peruenire: mente concepit nullam deitatem
spiritu emisit. Sequenti igitur die iussu deuotæ ac nobi-
lij dominæ supradictæ ad monasterium sancti Clau-
dij multis comitantibus in grabato portatur. Tunc
ante sacrum altare posita multis effusis precibus ac
cunctantibus statim oculos aperuit: & hinc inde circum-
spiciens statim meritis sanctissimi confessoris Claudij
super poplites se erexit, & surgens velociter pedes sa-
cri corporis osculari non distulit cum lachrymis cla-
ra voce Deum in sancto suo magnificans. Cui est ha-
nor, & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

De sancta Barbara.

LEGENDA CLXXXVIIJ. A



Hic a tempore Maximiani imperatoris
vir quidam gentilis in Nicomedia nobili-
tate generis & præclarus, ac temporalitè
reus abundantia summus nomine Diocle-
tus: cui erat filia speciosissima nomine Barb-
ra. Ipsa autem, quia erat corpore pulcherrima, eam
ter plurimū diligebat: quapropter reclusit eam in tur-
ri altissima: quam eidē edificari fecerat, ne ab aliquo
homine videret. Erat beata Barbara ingeniosa & le-
nera: quæ vanas cogitationes relinquens cepit diu-
na cogitare. Cuius enim semel templum intraret: vi-
dens simulachra parentibus suis ait. Quid sibi volū-
tæ hæc similitudines hominū. Responderunt parentes. Ty-
ceas non hominū sed deorū sunt & volunt adorari per
illud quod nescitur: & quod non videtur. Barbara dixit.
Fuerunt quondam homines quos nunc colimus: Respon-
det ita. Ex hoc beata Barbara die noctuque replica-
bat tacita dicens. Si homines fuerunt dii nostri, ergo
nati sunt ut homines, mortui sunt ut homines. Si dii
essent: nec nati fuissent, nec mortui, quia deitas veni-
hi videtur, nec cepit nec desinit esse. Homo etiam ha-
bet originem terræ: quia terra est materia eius: si ergo
go homo de terra est: & homo Deus est, ergo aliquid
præcessit eū, quod eius origo dicitur. Si aptius dicerem-
mus: terrā Deum, sed quia nec terra à se est: nec calor
à se, nec aer à se nec aqua à se, ex quibus quatuor ele-
mentis cōstat homo, sed creaturæ sunt necesse est hūc
esse creaturæ. Ecce quæda sapiētia in tā iuuenili puella.
Tandē tradita diuis liberalibus alta trāscēdebat: sed
desiuit ei noritia veri Dei, vanos autem Deos occulte
spreuit, & cum vidit dijs. S. lignis & lapidibus: flectere
genua, sensibilia in sensibilibus mutis animo valde con-
rexit, idcirco venit rumor laudis Nicomediæ clamantem
sapiētissimū virorū Alexandriæ fore. S. originē: cuius di-
cundia totā terrā perfunderet: qui veris iudicijs daret
cognoscere verā Deitatem, & idolorū cōfundere vani-
tatem. Hæc audiēs beata Barbara multū gauisa est in do-
mo pectoris sui: & cepit sedule tractare quos gne pos-
set eū audire. Erat em̄ pater eius nobilis & valde po-
tēs: ergo mysteriū suū ei nō revelauit. Cū nemine cum
torē haberet, recurrit ad hoc cōsiliū, ut literas eidē
pientissimo Origeni dirigeret, & secretū ei patefac-
ret in hæc verba. Viro Alexandriæ nobilitate animi legē-
lateque cōsperso Origeni Barbara Nicomediæ, rōa

illa: Decus & honorem desiderij mei accepi fore te ve-
re diuinitatis ostensorem. A prima enim sciuit illa in-
genij mei cum toto corde concupsiui, ut ad veri Dei no-
genij peruenirem: mente concepit nullam deitatem
in se lignis & lapidibus: quæ humana arte compo-
sita sunt, quæ non recipiunt sensibilitatem: & nec lo-
qui nec audire possunt. Vnde semper pertractauit e-
fuit, non ergo vnaquam deos credere potuit, quos ho-
mines mortales cognouit. In multis tamen moribus
posita semper Deum nobis ignotum proculdubio ef-
se putauit, qui solus cuncta fecit, quem semper ama-
uit, huic me sepe deuoui à quo sum id, quod sum, nisi
me sententia fallit: cuius spiritu animatam me sen-
tiam, ne desistam donec ad eum pertingam. Quapro-
pter famæ tuæ tumultu percussa pater venerabilis
mentem meam his aptius voluerē cenfui illum Deū
solummodo vestigare, cuius cognitionem apud te
esse cognoui. Vnde si ita est (ut fama refert) supplices
offero preces, quatenus discutere digneris noctem i-
gnorantiæ: chaos confusions ab ancilla tua: & indu-
cere solem iustitiæ: lumen quæ discretione. Appeto e-
nim, verum Deum scire, qui fecit visibilia & inuisi-
bilia, & vtrum verè vnus sit, ut ipsa iam nunc dudum
mecum argumentata sunt &c. Hanc epistolam dire-
xit ad Alexandriam ad Origenem presbyterum, quæ
est in partibus Africæ caput regionis illius longe di-
stans à Nicomedia. Ne autem priuaretur legatione,
quæ legauerat, ad Deum quem nouerat in cubicu-
lo cordis sui lachrymas fundit dicens. Domine firma
pedem eius, quem ad famulum tuum misisti aut me,
aut illum mors præueniat vsque relegatio veniat. His
& alijs postulationibus quibus deuotè poterat, nun-
cius Alexandriam ingreditur: Origenem reperit in
palatio Mammæ maris Alexandriæ, Casaris, vbi occu-
patur in docendo Christianam religionem. Qui læti-
tia magna literas Barbara accepit laudens Deum, qui
huiusmodi temē suscipit, & talia operabatur. Et sta-
tim Origenes doctor prælatissimus accelerat: & edi-
dit desiderium Barbaræ in hunc modum. Origenes.
veri Dei indignus sacerdos, & ut possibile est, osten-
dit ei ad huc etiam Alexandriæ nunc degens. Bar-
baræ barbaricæ gentis adoptionem filiorum Dei &
lesu Christi veram salutem. Sicut scripseras scire te
velle verum Deum qui sit. Scire debes, quod vnus
est verus Deus in substantia, & trinus in personis. S.
pater, filius & spiritus sanctus. Quicūque hæc omnia
credidit, omnino habet quo ad Deum pertingere pos-
sit. Tu autem hæc intellige, & intellecta crede: si quid
desiuerit ad plenitudinem desiderij in legato require
qui te legem sanctam erudit: & libros, quos secum
desert, tibi leget. Non etiam dubites te pro nomine
Christi multos tormentis tradi. Ipse enim dicit. Lucæ
ix. Qui perdidit animam suam in hoc mundo pro-
pter me, in vitam æternam custodit eam. Origenes
misit vnum ex pluribus cum nuncio Barbaræ ad Bar-
baram, qui modum magno desiderio eius daret. Pre-
cessit nuncius Barbaræ, & nunciavit nunciū viri Dei
ad esse: fecit & permisit eum foris stare. vtrum conue-
niens esset eum intrare. Tunc illa hominem aduocari
cepit, qui ingressus offerens salutationem in Christo

illa assurgens inclinatur: & tam Dei nomen quā ho-
minem veneratur. Pater eius gratia visitationis ad eā
venit, videns virum ignotum tremens inquit. Quis
hic, & cur hic? Respondit Alexandrinus medendi arte
peritus: qui spondet magistrum te habere Alexan-
driæ, qui cōtra vsus medicorum etiam animas curat.
Pater audiens recessit: & concessit cum ea fieri collo-
quia. Tunc Valentius sacerdos & Barbara cōferunt in
ter se sua mysteria: ibi tunc perfecta epistola & bene-
dicta quod desuit epistola ad plenitudinem desiderij
à legato quæsiuit, & ad libitum inuenit. Cognito au-
tem quomodo pater & filius & spiritus sanctus sit so-
lus Deus, & quomodo filius missus sit à patre, & per
susceptam humanitatem hominem perditam reuocaf-
set, captiuum redemisset: & per sacrum lauacrum e-
ius peccata lauisset: accelerauit ad baptismi gratiam,
& ab eodem presbytero Valentio, quem Origenes ad
ipsam miserat, baptizata est in turri in qua pater eam
posuerat, amplius quæ Dei erant quæsiuit, & quæ sur-
sum sunt cupiens, libros quos ei Origenes miserat,
frequenter legit, & valde excreuit in scientia diuino-
rum etiā, sine magistro, & in sapientia diuina. Legitur
etiam de ea quod quia pulchra fuit, quidam de opti-
matibus terræ illius patri eius locuti sunt, ut virum
sibi acciperet. Ipse verò accedens ad eam in turrim per-
suadebat eam, dicens. Filia mea quidam de potentibus
commemorati sunt mihi de te, ut acciperent te
in coniugio: quid ergo vis de hoc. Ipsa vero iuncta
patrem cum ira dixit. Ne cogas me hoc agere pater.
At ipse recessit ab ea: descendensque instituit mul-
titudinem artificum, qui facerent lauacrum, & con-
struit quomodo fieri debuit tribuens singulis merce-
dem in integrum. Profectuque est in regionem lon-
ginquam: descendensque famula Dei de turri videre
opus quod factum est, vidit contra septentrionem
duas solimodo fenestras: & dixit artificibus. Quare
duas fenestras instituitis. Dicunt ei. Pater tuus dispo-
suit. Quibus illa. Facite mihi aliam fenestram. Cui
dixerunt. Timemus domina ne indignetur pater tuus
contra nos. Dixit eis famula Dei. Facite mihi fenestrā
ego de hoc quietere faciam patrem meum. Ipsi vero
fecerunt aliam fenestram. Perambulans verò Bar-
bara in natorio contra orientem instituit in mar-
moribus eius digito pretiosam crucem: De post ascen-
dens in turrim vidit simulachra, quæ colebat pater e-
ius: suscipiens spiritum sanctum in faciem
eorum: & dixit. Similes vestri fiant, qui faciunt vos:
& omnes qui confidunt in vobis. Finitoque opere re-
uerfus est pater eius de peregrinatione, & contempla-
tus tres fenestras, dixit artificibus. Quare tres fenestras
instituitis. Dicunt ei. Filia tua sic nobis præce-
pit. Ipse verò ait filia. Tu imperasti tres fenestras fieri.
At illa. Etiam bene feci, nam tres fenestras illuminat
totum hominem: Et assumens eam pater eius descen-
dit in natorio: & dixit ei. Quomodo abundantius
illuminant tres fenestras duabus. Illa respondit.
Tres sunt mundum illuminantes, & stellarum cur-
sum regulantes. Pater & filius & spiritus sanctus, &
hi tres vnus sunt in essentia. Tunc furor repletus
pater tulit spatam suam, ut eam occideret. Ipsa au-
tem orabat ad dominum: & abscessit est petra, & ius-
cepit eam intus, & cecidit eam super montem: 12

quo duo pastores erant pascentes oves suas: & illi considerauerunt, quod beata Barbara à facie patris eius, extra partem fugeret. Pater autem eius queritando discurrens venit ad predictos pastores inquirendo vtrum Barbaram filiam suam viderent. Vnus autem eorum considerans iram patris irauit se nescire eam: alter verò eam digiro prodidit. Beata autem Barbara pro ditori suo maledixit: & subito ipse versus est in statu armorum: & oves eius in locustas mutatae sunt. Hoc apocryphum est. At pater eam repetens flagellauit, & comā traxit eam carenis & clauē reclusit, vt non aperiret ei quisquam. Constituitque custodes vsque dum abiens nunciaret praesidi Martiano. Audiens ergo praeses iussit eam praesentari. Praeses autem videns miram pulchritudinem eius dixit ei. Quod vis: praece tibi osi & sacrificia dijs, aut acerrimis tormētis traderis? Cui illa. Ego habeo sacrificare Deo meo Iesu Christo qui fecit caelum & terram, mare & omnia quae in eis sunt. De daemōnibus tuis dicit propheta psal. cxlij. Os habent & non loquuntur, oculos habent & non vident & c. Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Tunc praeses furorē repletus iussit eam expoliare: & carnes eius neruis taurinis sine misericordia discerpere: ita vt omne corpus eius inquinaeretur sanguine. Et iussit eam in carcere recludi, quatenus tractaret qua poena eam consumeret. Media nocte circumfulsit eam lux de caelo, in qua apparuit ei Christus dicens. Confortare filia, quoniam copiosum sit gaudium in caelo & in terra super passionem tuam, nō ergo metuas minas tyranni, ego enim sum tecum, vt eruam te ab omnibus plagis quae inferuntur tibi, & statim omnes plagae nūquam apparuerunt. Gaudebat autem & exultabat sancta Barbara super exhortationem domini. Mane factio iussit praeses afferri eam & intruens quia illata ei tormenta nūquam comparuerunt dixit ei. Ecce quomodo propitiati sunt dijs tibi & diligunt te, quia plagas tuas sanauerunt. Respondit Barbara. Similes sunt tibi dijs tuis surdi: cœci & muti: & quomodo plagas meas currare poterunt, quia sibi ipsis remedium conferre non possunt: me autem qui curat, est Christus filius Dei viui, quem tu non vides, quia induratum est cor tuum à diabolo. Tunc praeses vt leo fremens iussit capere latera eius, & lampades ardentis applicari ei, & maleo caput eius caedi ipsa autem intuita in caelum dixit. Tu nosti cognitor domine, quia amoris tui occasione patior, me ergo ne derelinquas pro te vero habeo plagas fortiter sustinui. Tunc iussit impius praeses gladio abscidi mammillas eius. Quae aspiciens in caelum ait. Ne proijcias me à facie tua domine, & spiritum sanctum tuum ne auferas ad me. Cum autem hanc plagam fortiter sustineret: iussit eam nudam circūire regionem illam & plagis inferentibus flagellari. At martyr Christi videns in caelum ait. Domine Deus qui operis caelum nubibus adiutor & protector meus esto, & tege nudatum corpus meum, ne videatur ob oculis impiorum viro- rum. Haec dicens descendit angelus domini operiens eam stola candida. Hoc cum videret impius praeses, praecipit eam gladio trucidari. Tunc furorē repletus pater eius suscepit eam à praeside, & perduxit eam in montem. At verò ipsa gaudens super hoc festinabat, vt perfectum vitae aeternae brauium acciperet: & addu-

cta in montem ad dominum orabat dicens. Domine Iesu Christe, cui omnia obediunt, presta mihi hanc petitionem, vt si quis memor fuerit nominis tui & famularum tuarum faciens memoriam passionis meae domine ne memineris peccatorum meorum in die iudicii, sed propicius esto ei, tu enim scis, quia caro sumus. Et facta est vox de caelo ad eam dicens. Veni pulcherrima mea, & requiesce in cubilibus patris mei, qui est in caelis: quod postulasti, donatum est tibi. Quo facto martyr Christi ad locum supradictum venit, & ibi martyrium suum finiuit: à proprio enim patre decollata est. Pater ei de monte descendente ignis de caelo, descendit & obussit eum, ita vt nec puluis eius inueniretur. Finita est autem sancta martyr Christi Barbara cum sancta Iuliana quarta die mensis Decembris imperante Maximiano & praesidente Martiano. Fuit vir nobilissimus Saxoniae, qui inimicum suum captiuauit, quem statim in turrim reclusit fecit: & familiae suae sub poena magna mandauit, ne sibi aliquis cibum vel potum ministraret, vt sic eo citius moreretur fame. Cumque per aliquod tempus sine cibo & potu mansisset, custodem turris voce lugubri & lamentabiliter rogauit, vt ei modicum daret de pane ob reuerentiam gloriosae virginis Barbarae ne sic fame moreretur. Custos nec clamorem nec praeces aduertebat, & sic per aliquod tempus iacebat, & nemini responsum dabat. Custos verò estimabat illum iam mortuum. Rogauit ergo dominum, vt illum extrahi permitteret, priusquam corpus mortuum exalaretur: sciret enim iniecerunt igitur funem in collum detenti, & ad summitatem deducentes sic eum de alto proiecerunt. Qui cum ad terram peruenisset: statim se erexit, & omnes qui aderant hoc videntes in fugam conuersi sunt. Quos ille dulciter monuit, ac propter deum rogauit ne fugerent: sed vt propius accederent. Et cum accessissent ad eum, interrogauerunt eum, quomodo hoc fieret, aut quomodo viuere posset. Quibus ille respondit. Beata virgo Barbara me in omnibus angustijs meis custodiuit, & in eiectione turris suis sanctissimis manibus me sustentauit: & mori non possum, nisi confessus & sacra communione munitus & inuictus: Interrogatus vnde hanc gratiam haberet dixit: leuius & orationibus omni anno honorauit eam, & hanc gratiam mihi apud Deum obtinuit, vt mori non possum absque sacramentis, quibus perceptis statim spiritum exalabat. Aliud exemplum legitimus tempore serenissimi A. d. d. regis Romanorum. Accidit vt quidam comes ex mandato regis in partibus orientalibus praesideret. Labente verò tempore famulus quidam de propria militia, quod virginem violauerat, inculsatur, qui captus vinculis inclusus quouisque cogitare de consilio nobilium ac ciuitatis quae contra eum esset sententia facienda: & tempore statuto omnes conuenerunt, & iuuenis deductus est, qui intime rogauit vt consisteretur: vocatur confessor: audiens eum, innocentem ipsum inuenit. Vnde confessor eum induxit, vt beatae Barbarae perpetuum seruitium voueret, nec ad domum veniret: nec rediret nisi prius locum antiquum culmen in Priscia visitaret, quod & iuuenis fecit. Interea mulier clamaos iudicium implorans iuuenis ad iudicium ducitur. Iudex quærit de sententia, iuuenis iam de vita sua desperans. Quidam iu-

uis accessit, quem nemo nouit exhortas iuuenem, vt iudicem rogaret ipsum suum verbum loqui, quod factum est. Tunc tota vniuersitas cucurrit, quae & quæsierit ille despectus veller sari: & rationabiliter ostendens sententiam prolatam contra iuuenem esse nullam & constanter probans, quod omnes tam nobiles quam ciues & omnes qui aderant illud verum esse dicebant, & sententiam reuocauerunt: quia ultra humanum sensum protulit: cui nullus contradicere potuit: & dum praedictus iuuenis ante tribunal existeret: pre nimio gaudio inueniens se volens casu accidit, vt collum iudicis amplecteretur. Quod videntes serui iudicis hostiliter irruerunt in eum. Hoc pater & amici videntes desperati fientes & lamentantes quasi mortuum eum reliquerunt. Quod intelligens confessor considerat amicis suis ait. Nequaquam sic de beneficijs beatae Barbarae diffidatis. Quia veraciter scio quod sanus est: & nullam patitur corporis molestiam. Accedentes pater & amici eius cum festinatione nullum vestigium vulneris inuenierunt in eo: gratulabantur illi & meritis & beneficijs beatae Barbarae ei praestitis & manifeste laudauerunt eam: & sic iuuenis tandem in seruitio beatae Barbarae vitam finiuit.

De sancto Bernardino confessore.

LEGENDA CLXXXIX. A

BERNARDINVS confessor natione Tuscanus ex nobili familia Albirescorum procreatus patre Tolosano, matre Neoramassana Bindi filia post tertium eius natiuitatis annum defuncta infra sextum pater marcerer Dianae educandus remansit: qui anno. xi. à patris Senas aduocatus est, vbi liberalibus artibus imbutus canonico iuri vocauit, deuotas nunquam praetermittens orationes, quibus corroboratus Senis fraternitatis sanctae Mariae de schala sanctimonia celeberrimae ascribi se procurauit: vbi cilicio indutus super tabulas aut paleas dormiens circa laguen- tes erat officiosissimus. Interea anno domini. M. cccc. laeuente tenis epidemia mortuus ferè omnibus ministris hospitalis dictae sanctae Mariae: cum nullo pretio conuocari possent: Bernardino tyro Christianorum xx. languentem se gratis obtulit in ministrum: qui eum se ad tantum onus imbecilem fore perperderet, quosdam eiusdem fraternitatis consocios ad pium opus sibi assistere talibus procurauit. Euangelio ad- monemur. Regnum celorum vim patitur: & violenti rapiunt illud. Inferamus ergo violentiam nobis met- ipsis, nec pro Christo mori pertimescamus. Quid rā magnum atque pulcherrimum quod speractis tempore ad martyrij coronam peruenire? Si morimur, pro Christo certe morimur: qua morte & merces augetur, & omne crimen excluditur: omnis consummatio & status vitae martyrio decoratur: & hoc fundamentū vitae & fidei: hoc praesidium salutis, hoc vinculum libertatis & honoris. Mors quippe interiorem facit vitam. Mors magis ducit ad gloriam. Quid enim nobis eum haec luce, quibus lux aeterna promittitur? Quid

cū huius vitae naturaeque commertio, quos caeli altitudo deposcit? Intra omnium gloriam pulchrior est pro Christo mori titulus, & integrior corona signatur. Porro nobis contemanda mors est, quibus Christus occisus est ante oculos. Nobis quæso concurrant dominicae passionis exempla, concurrant & oblata premia: quoniam misericordiam praestantes: misericordiam consequentur. His inflammati iuuenes cuncti vnanimes confessione rite expurgati & communione ad festam illam domum non sine parentum & amicorum lachrymis se contulerunt: die nocteque sedulo infirmis ministrantes, quandoque mortuorum corpora sepelientes. Demum sedata pestilentia pluribus defunctis reliqui ad paternas domos remeant, quod fecit & Bernardino, qui statim febre consumsus, & non multo post saluti restitutus amplas facultate pauperibus erogata die natiuitatis Mariae virginis: cuius gratia à pueritia quoad vixit sabbato ieiunauit: beati Francisci factus est imitator: nihil praeter habitum femoralia & funiculum possidens. Et primo in locum Columbarij in Senensi territorio contemplationi aptissimum destinatur, vbi vigilijs: ieiunijs disciplinis ultra regulae praecipua & cilicio corpus macerabat. Illuc per multa miliaria nudis pedibus panis ac vini collectam elemosynam humeris afferebat praelatis obediens. Hic inter caetera passione Christi amarissime scindebatur, qui sacerdos ordinatus quotidie amore in Deum inflammatus celebrabat, sed altius aspiciens, & animarum salutem stitans graui sumpta cruce ex columbario Saggianum, vt ebrius spiritu praedicaturus accessit. Cuius integritate prius cognita à praelatis ordinis praedicandi officium conceditur: sed cum linguam haberet aliquantulum praepeditam facta ad dominum oratione igneus è caelo globus dimittitur: qui sic eius linguae raucitatem decoxit & exinde illud sanctissimum nomen Iesus Italię vrbes, caetella, villas quasque perustras expedire nō sine maximo fructu praedicauit. Tunc enim terras predones obfidebat: tūc tanta guelphorum ac gibellinorum rabies incaluerat: vt mutuo fraternoque cruore ruberet Italia Publica ludorum gymnasia frequentabantur: vsurarium voragine inhiabant: vigeat magia: religio parum colebatur: & festi dies à ferialibus nisi spectaculorum gratia, dignoscebantur: sed quo magis indigebat Italia: eo plus in Bernardino superae gratiae fauor & virtus fecundauit. Quis enarrare posset quantum boni per Bernardino consecuta est Italia. Per hunc sedatae cedes: erecta hospitalia, extirpatae feneratorum rapinae, adulterini foeminarum ornatus cremati, festi dies culti, & plures vtriusque sexus non sine miraculorum splendore ad Dei seruitium conuerſi. O virum Italicae frugi in his itaque operibus Bernardine perseverans apud Aquilam Aprucij urbem anno salutis milleſimo quadragesimo quadragesimo aetatis verò suae xliij. vitae terminum compleuit. Cuius corpus Aquila ni ciues pluribus diebus inhumatum tenuerunt odor simul & miraculis fragrans, & ibidem in monasterio sancti Francisci postmodum honorifice sepelietur. Et hūc Nicolaus pontifex quintus anno domini. M. ccccl. sanctorum catholico concueruauit. Solennis eius dies. xliij. Kalendas Iuni ioclitur. Translatum est au-

tem corpus eius in templum nouum ei dedicatum anno eiusdem. M. cccclxxij. vi. Kalendas Iunij. Sixto pontifice maximo eius pontificatus anno primo.

De sancto Bonaventura episcopo & confessore.

LEGENDA CXC.

BONAVENTURA episcopus Albanensis, & cardinalis de Balneo regio oriundus ex voto matris pro ipsius infirmitate adhuc puerili beati Francisci habitum suscepit: qui sub Alexandro de balis theologiae & morum sic euasit integerrimus: ut sepius de eo diceret Alexander. Verus Israelita est iste, in quo Adam non peccasse videtur. Hic annorum. xxxv. inter tot venerabiles religionis patres propter suam perfectionem factus minister regulam beati Francisci periclitantem Naibonæ in generali capitulo reformauit & magistri Gerardi apologeticum libellum contra minores subtiliter confutauit. Hic in beati Antonij translatione patauii. xxxij. anno obitus eius lingua recentia ac rubifcunda in manibus tenens inter lachrymas ait. O lingua quæ Deum semper benedixisti: & alios benedicere docuisti: nunc perspicue cernitur quanti meriti fueris, post Deum: & sic osculans depoluit. Laborante verò difficultatibus romana sede à Gregorio pontifice. xj. & sacro senatu cardinalis & episcopus Albanensis quauis reuensus proclamatur & statim ad concilium Lugdunenle cum Rothomagenle & Triplirauo episcopis de rebus arduis pertractandis destinatur: in quo adeò prudenter Græcorum hæreses composuit: quod omnes præfente tunc Paleogo eorum imperatore libere se deinceps Romanæ cedi parere velle profitebantur. Hic libros edidit intitolatos. De septè visionibus. Sententiæ. Sententiarum. Super euangelij præferim lucæ. Officium beati Francisci: & de eius vita. De sex alis seraphin. Itinerarium mentis in Deum. Alterum in seipsum. Defensorium religionis mendicantium. Arbor crucis Breuiloquia. Sermones dominicales super euangelij & epistolis per anni circulū. Compendium veritatis sacræ scripturæ. De institutione nouitiorū. De stimulo amoris pharetra. Multa in officio reformauit & addidit. Et alia plura opuscula vsq; ad tricennarium numerū: quæ in partibus Galliarū frequenter in manibus habentur. Et sic in pari sanctitate & operū fructu proficiens ex humanis sublat' est anno domini. M. cclxxiiij. tertio idus Iulij: ætatis sue. liij. Lugduni in ecclesia beati Francisci sepultus, miraculis radiens. Cuius cor reliquo. corpore incinerato incorruptum inuentū est, à Sixto pontifice. iij. anno salutis M. cccclxxxij. sanctorum pontificū numero ascriptus est. Eius festum dominica. ij. Iulij celebratur.

De sancto Rocho confessore.

LEGENDA CXCII.

ROCHVS confessor genere Narboneñ. apud Montem pessulanum ex patre Ioāne, matre Libera progenitus annorum xij. corpus suum cepit abstinentia castigare: qui mortuis parentibus amplissi-

ma hæreditate pauperibus distributa, à principatu abdicaus opidis paternis patruo cōmēdatis, bienni veste indutus cū pileo, pera, & baculo in Italiā peregrinus deuenit. Et cum Romā aquam pendente celsam aliāq; plurima loca truci pestilentia vexata signo opacis liberasset. Placentium eadē lue infectam ad quoddam egrorantium hospitale diuertit, quibus omnib; similiter sanitatis statim sinistra coxa sagitta transigitur. Sed post a serbam passionem salutem consecutus in galiam armis tunc vexatam remeauit, & in paruo captus opido, vt explorator carceri detruditur: noqua exacto quinquennio in maxima patientia & vitæ austeritate dominum orans & inuocantes nomen suum à læuissima pestilentia protegerentur, in pace obdormiuit anno domini. M. cccxxij. ætatis sue. xxxij. xvj. Kalen. Septē. Ad cuius latus reperta est tabella, his litteris inscripta. Peste laborantes ad Rochi patrocinium confugientes cōtagionem illam truculentissimā euasuros significo: quo à patruo cognito inter multas lachrymas peractis lōgo tractu exequijs sanctorū commendat' tradidit sepulcræ eidē tēplum magni sumptus exigens. Huius verò nomē redeūtes cōcilio Constantiensi ab eo recēter à, fureti pestilentia liberati. Anno salutis. M. cccxcv. detulerunt in Italiā: in qua ob eius innumera bilita miracula basilicæ & sacella vbiq; indies eriguntur, & anno eiusdem. M. cccclxxxv. corpus eius furtim Venetias delatum à senatu deuotissime susceptum est: & eius nomini templum celeberrimum fabricatum. Festum ipsius. xvij. Kalend. Septembrii veneratur.

De sancta Anna.

LEGENDA CXCIII.

POSYLASTIS filia Hierusalem inquit beatus Hieronimus postulat' sorores dilectissimas: vt si quid alicubi forte in græcis voluminibus de sancta & beatissima Anna matre Theotocō, id est Dei genitricis inueniam, ad eius laudem & gloriam latino sermone deponam. Sed me non arguat sanctitas vestra, si statim petitioni vestræ non obtemperauit, & grecum depositatum, quod Dei providentia in manus nostras incidit, in latinum sermonem non transtuli. Fateor enim pro rei magnitudine ad tenti negotij translationem me indignum fore, sed è celo petimus auxilium, & cum Moysē eleuate manus vt petitiōes vestræ labore superato vestrarū orationū sit fructus. Nā de qua agim' res est p̄clara, & oī laude dignissima. Et nēpe san. Anna illa arbor bona de qua virga excisa per se diuinitus floruit. Hæc est celum excelsum, de qua stella maris processit ad ortum. Hæc est sterilitatis scēuda & simplicitas sancta. Hæc est radix oī laude collata, de qua egressa est virga de radice Iessæ. Hæc est inter mulieres benedicta, & inter matres beata, ex ea namq; templū domini, sacrariū spiritus sancti, mater dei mūdo illuxit, & merito Anna dicitur. gratia Dei: Mariæ quæ gr̄a plena fuit, genuit. Ob eā rē hodie fratres charissimi bte Annæ matris sanctæ Dei genitricis ac perpetuæ virginis Mariæ festinā celeberrimam memoriā: in qua carnis reliquit ergastulū: & subuecta est venerabiliter ad celos sanctorū obsequio angelorū ad æterorū, quidē patriarcharū ac pphetarum gloriosa & felix puenit cōturberniū: ex quorū carne carnis cōtraxit originē, vt p ventris sui fructū populo suo Deas mitteret redēptionē. Gaudet ergo sacrosancta mater ecclesia hui' sanctæ matronæ munita a suffragijs, & in ei' laudibus cū deuotiōe exultat. Hæc est enī illa superne benedictiōis terra, de qua celestis sigillus illi spei nostræ cōposuit beatissimā virginē mariā. q̄ ex diuini rotis imbre cōceptū Dei verbo humano generi pculit incarnatū. Gaudet igit' & letare oī felix mater & ceteris matrib; foelicior, quæ meruit tauræ plis gaudere p̄uilegio: p quā capiti' redēptionē: egercurationē, tristis cōsolationē peccatorū veniā, iustus gratiam, angelus letitiā, deniq; tota trinitas gloriā, atq; filij plonæ carnis substantiam ex sua mīa infinita accepit. Omnes ergo hodie gratulemur in domino, matricque genitricis Dei famulantes, vt eius protegamur auxilio, exultate in tanta matrona vos virginis corde letabundo, exultate & vos viduæ & omnes vxorate in tanta domina pio affectu gaudeant & omnes viri, in sanctæ annæ festo exultet etiā orbis totius, quia ex ea prodijt virgo, in qua verbum caro factū est. Idcirco omnes sanctam Annā orate maiores & paruuli mēte deuota in omnibus nostris necessitatibus & periculis, vt apud filiam impetret nobis veniam. Legitur enī quod mater Dei virgo intemerata cuidam viro sancto suo famulo, qui ei sedulus & deuotus seruebat, apparuit dicens. Et ecce tu & innumerabiles homines & fere oēs Christiani me propter filium meū honorāt, sed pauci sunt qui matrē meam sanctā Annā propter me honorant, quare si bene mihi seruire cupis, & summe placere desideras, amodo volo vt etiam meam matrem meam dulcissimam aliqua specialī deuotione honores: eiusque festum deuote per amplius celebres: quod quādiu vixit fecit, & deuote adimpleuit. O domina & sancta Anna, quibus in celis, ex ultas gaudijs ibidem permanens iue sine. Præcunctis enim sanctis sola in celis dicere poteris Christo Iesu domino nro. An iste est Deus meus & ego tñ quo ad hūanitatē ip' aua sum: Ad virginē benedictā dicere pōt. Hæc est mūdi dñā: calorū regina, Dei electa mater, ac tñ veri mei filia. Fas est ad apostolos loqui & dicere ipsa pōt. Isti sunt senatores orbis principes apostolorū iudices seculi sed mearum filiarum sunt filij, vnde ad eius deuotionem dicere libet. Pia mater & humilis de qua Maria prodijt, tuas adesto famulis, quos culpa grauis deprimit, quam sceleris emerita manes cum summo iudice lucare mater inclita, vt viuamus pacifice, vt quicquid hic delinquimus per vitam mundiciam, abstergas illud penitus per diuinam clementiam, q̄ præstare di. filius gnetur pater & ac spiritus sanctus. Amē.

De visitatione gloriosæ virginis Mariæ.

LEGENDA CXCIII.

SANCTVS euangelista Lucas describens gratiosam visitationē lacrimis virginis Mariæ in primo capite ait. Exurgens Maria abiit in Mōtana cum festinatione: & intrauit domū zachariæ & salutauit Eli-

zabeth. Quinq; si quæ de causis beatissima virgo post angelicā salutationē abiit in Mōtana ad salutandū Elizabeth, & primò ppter pietatē. Pietas enim ipsam ad hoc induxit, q̄ Salomō in spū preuidēs cātorū. iij. ait. Que est ista q̄ ascendit p desertū sicut virgula sumi ex aromatib; mirræ & thuris & vniuersi pulueris pigmētarij fuit, siquē bñ virgo virgula. i. flexibilis ad pietatē, & si habuerit ad oēs vniuersaliter, p̄ticulariter, tñ & p̄cipue exercuit eā circa cognatā suā Elizabeth. Dicit autē ex aromatib;: qm̄ fuit plena odorib; oīm gr̄arū. Nec mirū quia vt habet Horati', lib. ij. epistolariū. Quo temel est imbuta recēs serua bit odorē: Testa Vas enī quādiu in principio suæ nature fuit repletū aliquo bono odore, seruabit diu odorē illū: quia q̄ noua testa capit, inueterata sapit. Sic virgo semper bñdicta ab exordio suæ cōceptiōis Deo plena fuit, in quo sunt omnes virtutes. Remāsit semper oīm aromatizatiū virtutū reserua. Secūdo, eā visitauit ppter sc̄ritatē. Maria enī venit ad Elizabeth, & Christus Iesus ad Ioānē, vt ipsū sanctificaret, sicut etiā postmodū venit ad baptis mū Ioānē: vt eū sanctificaret, vt inq; Ambro. sup. Lucā. Et petr' Rauēn. in quodā sermōe sic ait. Idcirco etiā Maria post cōceptū ad Elizabeth pperat, q̄ Christum dñs: q̄ in vtero suo erat. Ioānē adhuc paruulū in vtre matris positū sanctificare festinat. Hæc ille. Tertio eā visitauit propter cōgratulationē & officiositatē. Ideo Ambrosius ait in omilia. Morale. est omnib;: vt qui si dē exigūt: fidē astruāt. Igit' cū angelus abscondita nunciaret: vt fides astrueret, ex p̄lo senioris feminæ steriliq; cōceptū Mariæ virginis nūciavit, vt possibile Deo omne quod ei placuerit, assereret. Vbi autē hoc audiuit Maria nō quasi incredula de oraculo: nec quasi dubitās de ex p̄lo, sed quasi læta de voto, religiosa pro officio, festina præ gaudio in Montana perrexit. Quarto visitauit eā propter impellentē charitatē: siue propter spiritus sancti gratiā eleuatē. vnde Ambr. vbi supra. Quo enim iam Deo plena: nisi ad superiora virgo cū festinatione conscenderet, nescit enim tarda molina spiritus sancti gratia. Quinto eam visitauit propter humilitatē. Eandē quippe humilitatem quā angelo Maria exhibuerat, dicens. Ecce ancilla domini fiat mihi secūdū verbū tuū, hominibus etiā exhibere curabat, & ideo festinante abiit in Montana, & zachariæ domū intrauit, vt Elizabeth visitaret, ac prægnātī vetulæ iuencula ministraret. Origenes inq; Iesus qui in vtero virginis erat, festinabat adhuc in vtre matris Ioānē positum sanctificare. Pro fidelium autē consolatione debemus & nos surgere: quoniam exurgēs Maria Debemus nempe surgere à somno culpa ad quod nos hortatur apostolus dicens ad Roma. xij. Hora est iam nos de somno surgere, in peccatis enim pmanēs dicit dormire, quia in somno dormiēs: nil meritorij operis agit, quia vltus liberi arbitrij est litigat': ita quod licet peccator in tali statu opus agat de genere bonorū, nihil tamē mere t quo ad vitā æternā cōsequēda. Et sicut dormient' in somnis videt sibi aliquñ hñe multas pecunias & delicias & in eis gaude re, sed euigilās: se illis vacuū videt & quasi illusum inde tristatur, ita peccatori videt: quod ista bona munditeneat & possideat, & dum sperat se in eis pmanere in morte quasi euigilat: & tūccernit illa bōa fallacia suis se & trāitoria: & eis carere seu illa dimittere p mortē:

& sic multum affligitur & doler. Psal. Dormierunt somnum suum & nihil inuenerunt &c. Aliquādo etiā dicitur surgere poenitens in spe veniæ. Quando quis de peccatis poenitentiam agit: dicitur sedere per humiliationem sui. Nam vt ait Ambrosius de poenitentia distinctione. j. ca. nemo. Nemo inquit potest dignè agere poenitentiam: nisi qui sperauerit veniam. Vnde dicitur psal. de ipsi poenitentibus. Surgite postquam sederitis: qui manducatis panem doloris: Idem vos qui pacimini dolore & lachrymis: contritionis postquam sederitis vos humiliando, surgite ad spem veniæ. Tertiò quis dicitur surgere ad profectum gratiæ eleuando se ad contemplanda celestia, & ad alia festinando. Et isto modo loquitur spiritus sanctus anime à Deo dilectæ. Cantico. iij. dicens. Surge propera amica mea: columba mea, formosa mea, & veni. Valeret ad contemplationem supernorum, & perfectionem virtutum. Iam enim hyems peccatorum transiit: imber passionum abiit: & recessit. Flores scilicet sanctorum desideriorum apparuerunt in terra nostra, in anima sancta. Et isto tertio modo surrexit virgo semper benedicta: cum dicitur. Exurges Maria abiit in Montana cum festinatione. vnde dicere possumus, quod abiit primò in Montana diuinorum, scilicet sanctissimi trinitatis. Nam tota trinitas in eas suas excellentissimas proprietates posuit. Secundo abiit in Montana angelorum, omnes enim eorum dignitates: & omnia eorum mysteria ipsa vna & sola in se comprehendit. Tertiò abiit in Montana celorum: quoniam recte dicitur cælum propter sui amplitudinē. Quarto abiit in Montana patriarcharum: omnes nempe gratias: quas habuerunt patriarchæ, quibus Deo fuerunt accepti: multo excellentius habuit virgo Maria. Quinto abiit in Montana prophetarum. Ipsi enim quando que prophetabant de præterito: aliqui de futuro: alij autem de presenti occulto. Benedicta autem virgo de his omnibus modis excellentissimè prophetauit. Sexto abiit in Montana foeminarum, omnes enim benedictiones quas habuerunt dominæ veteris testamenti sparsim & sigillatim: hæc vna virgo complexa est. Septimò abiit in Montana omnium creaturarum, recipiens in se perfectiones omnium earum. O igitur sancta sanctarum. O pulcherrima & prudentissima foeminarum. O singularissima auxiliatrix omnium hominum, ne nos desolatos relinquant propter magnam benignitatem tuam: sicut non dimittis sperantes in te. O domina nostra mediatrix nostra tuo filio nos commenda: vt ergo nos omnes deuotè Christifera virginis benedictæ deseruiamus. & deuotè eius patrocinia imploremus. Notate quæ quomodo cuidam fratris ordinis prædicatorum & conuentus Lugdunens. & eiusdem ciuitatis filius natiuus succurrerit in suis maximis periculis & necessitatibus. Nam anno mille quingentis vno addito prænominatus frater veniens Aurelianis cum decenti comitiua ad oppidum Gerguyo: superque fluuium ligerim ascendimus: vt facilius ad nominatam ciuitatem descenderemus. Cumque portam ex inundantia aquarum, tum lex impetu ventorum etiam ex impericia nautæ ad litus peruenire minime possemus in medio aquarum fluctuantis, quid agere opus esset, discernere non poteramus, paulatim siquidem tam vehementes vn-

de & tanta abundantia aquarum ingressæ sunt: vt omnes in nauis existentes in medio fluminis essent. Cuiusque extra nauis essent, quoniam subuersa erat: videtur dicitur frater Claudius se auxilio humano destitutum cum cæteri essent iam subuersi ad auxilium diuinum recurrere curauit: spouissime tamen ad auxiliatricem & virginem spem suam ponens: & si propter labores non semper ore, corde tamen illi virgini Mariæ se commendabat, & gloriose sanctæ Virgulæ, quæ fuit caput sanctarum vndecim milium virginum, illud habens in mente quod diuus Bernardus ait in quodā sermone sic eam dominam nostram alloquens. Tu benignissima peccatorem toti mundo celoque despectum materno affectu amplecteris, foveas nec deseris, quouique horrendo iudici miserum reconcilies. Sileat ergo misericordiam tuam ò virgo benedicta, quicumque in suis necessitatibus te inuocauerit, senserit desuisse. His præcibus indignis fufis ad dulcissimam matrem Dei oculos suæ misericordiæ super famulum suum & illum fratrem aperuit, alijsque submersis à domina nostra auxilium habuit, & in columis extra aquam sui medio positus fuit, & sanus postmodum per multa tempora vsque etiam hodie permansit. Magisteriū quoque sacræ theologiæ ea interueniente accepit, obnixè etiam idem sacræ theologiæ professor exorat omnes legentes, ne propter nominis sui expressionem suis oblocutionibus lacerent: sed cum eo virginem semper benedictam magnificent, quoniam ipsa est quæ saluos facit sperantes in se (vt inquit Anselmus) sicut omnis à te auersus & despectus necesse est vt pereat, ita omois ad te conuersus & à te respectus impossibile est vt intereat. O igitur sanctissima virgo que tantum te humiliasti, vt tuam cognatam visitares tuo interuentu digneris nos visitare illuminare & protegere, vt tecum vna cum filio in æternum te videre possimus. Amen.

De sacratissimo corpore Christi.

LEGENDA. CXCIII. A

MARIANVS pontifex summus huius nominis quartus celeberrimi huius sacramenti affectus pie statuit, & festum sacratissimi corporis ordinari prima quinta feria post octauas pentecostes à cunctis fidelibus celebrari, vt qui per totum anni circuitum hoc sacramento vtimur ad salutem eius institutionem, illo specialiter tempore recolamus, quo spiritus sanctus corda discipulorum edocuit ad plene cognoscendum sacra mysteria huius sacramenti, & vt prædicta solennitas deuotius à Christi fidelibus celebrior habeatur, loco distributionum materialium, quæ in ecclesijs cathedralibus largiuntur, existentibus in canonicis horis nocturnis pariterque diurnis præfatus Romanus pontifex eis, qui huiusmodi horis in hac solennitate personaliter in ecclesijs extiterint, stipendia spiritualia apostolica largitione concessit, quatenus fideles ad tanti festi celebritatem auidius & copiosius aduenirent. Omnibus igitur vere poenitentibus & confessis qui maritinali officio Dei aderunt centum dies, qui verò missæ totidem, illis autem

antem qui interfuerunt in primis huius festi vesperis similiter centum, qui verò in secundis totidem eos: quoque qui primæ tertix sextæ nonæ ac complectorij aderunt officijs pro qualibet horarum ipsarum quadraginta. Illis verò qui per ipsius festi octauas in maritinalibus vesperis missæ ac horarum prædictarum officij præsentibus singulis diebus octauarum ipsarum centum dies de iniunctis poenitentij relaxādo, indulgentiā tribuit perpetuis temporibus duraturā. Hoc profundissimus doctor sanctus Thomas de Aquino, qui ad huius solennitatis deuotionem & honorem totum officium composuit ad gaudium & læticiam spiritualem cunctos sanguine Christi redemptos hortatur, dicens. Sacris solenni iuncta sint gaudia, & ex præcordijs sonent præconia recedat vetera: noua sint omnia corda voces & opera. Noctis recollitur cœna nouissima qua Christus creditur agnum & azima dedisse fratribus iuxta legitima: priscis indulta patribus. Post agnum typicum expletis epulis corpus dominicum datum discipulis. Sic totum omnibus, quod totum singulis eius fatemur manibus dedit fragilibus corporis ferculum. Dedit & tristibus sanguinis poculum dicens, accipite quod trado vasculum, omnes ex eo bibite. Panis angelicus sit panis hominum. Dat panis cellicus figuris terminum: O res mirabilis manducat dominum pauper seruus & humilis. O igitur sacrum conuiuium in quo Christus dominus sumitur, recollitur memoria passionis eius, mens impletur gratia, & future gloriæ nobis pignus datur, Ob eam rem doctor genium beatus Paulus & vas electionis nos admonet, vt dignè ad illud dignissimum conuiuium cum honore, reuerentia, & deuotione accedamus, quando dixit primè Corin. xj. Prober autè seipsum homo, & sic de panæ illo edat & calicè bibat, qui em manducat & bibit indigne iudicium sibi manducat & bibit, Deuotè siquidem tria debet probare. Primò seipsum quantæ sit puritatis, quæ debet esse purus, iustus & sanctus: vt dicit dominus Deus Leui. xix. Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Neque debet esse mundus & purus à carnali delectatione à terrenorum affectione, & à vana cogitatione etiā à negligentia & Corpore. Secundò debet probare corpus dominicū quantæ sit maiestatis: non enim recipit panem materialē, sed cælestem illum videlicet, qui dixit. Ego sum panis viuus qui de celo descendit, panis enim iste habet summam & gloriosam conditionē: quia descendit de celo, habet magnam & fluctuosam perfectionem: quoniam panis viuus habet longam & virtuosam durationem: quia ego sum. Enimverò tria in re qualibet considerantur esse, operario & finis. Tertiò prober recipiendi modum: quantæ sit sanctitatis considerare siquidem debet vnusquisque quantæ sit sanctitatis: quoniam illud saluificum sacramentum est recipiendum cum conscientie puritate: cum vera fide: cum multo desiderio & magna deuotione: si enim beatus Ioannes baptista sanctificatus in vtero, vt dicitur in sancto euangelio: timebat, quando debebat eum baptizare, & non audebat sanctum Dei caput tangere, quanto magis homo debet time- re, qui non est sanctificatus in vtero: sed est totus cœceptus in peccatis, natus: & nutritus, qui non solum tangere eum debet, sed intra se recipere. Debet equidem cum magna humilitate, fide & deuotione dicere

illud quod cetero dicebat domino. Matth. viij. Domine nō sum dignus vt intres sub tectum meum, sed tantū dic verbo & sanabitur puer meus: id est anima mea. Sancti autem doctores querunt. Vtrū institutio huius dignissimi sacramenti fuerit necessaria. Respondet doctor sanctus. B. Theo. in. iij. di. viij. & arti. iij. & dominus Petrus de Tarentasia pontifex, innocentiū quintus eiusdem ordi. prædica. quod fuit talis institutio huius sacramenti necessaria propter tres causas. Prima vt memoriā semper habeamus de passione: vnde Paulus ait. Hoc facite in meam cōmemorationē, ideo. b. Tho. dicitur, immensa largitas beneficia exhibita populo Christiano, inestimabilem ei cōferat diuinitatem, neque enim est aut fuit aliquādo tā grādis natio: quæ habeat deos appropinquantes sibi, vt adest nobis deus noster vnigenitus. Si quidem Dei filius suæ diuinitatis volens nos esse participes, nostrā naturam assumpsit, vt homines Deos faceret factus homo. Et hoc in super quod de nostro assumpsit, totū nobis cōtulit: ad salutem corpus nāque suū pro nostra reconciliatiōe in ara crucis hostiam obtulit Deo patri, & sanguinē suū fudit in pretium simul & lauariū: vt redempti à miserabili seruitute à peccatis omnibus mundaremur. Secunda causa. vt sicut homo primus incurreret mortem ratione cibi vetiti sumpti cōtra voluntatem. Dei Genesis. ij. nunc autem vitam æternam possideat ratione huius cibi: id est corporis Christi, quoniam teste Euangel. Ioan. vj. si quis manducauerit ex hoc pane, vitæ viuet: in æternum. Tertia: vt sicut quotidie peccamus saltem venialiter: ita quotidie eum recipere aut adorare debemus: quoniam eum adorando deuotè peccata venialia remittantur. Ideo Ambrosius de poenitentia di. ij. Quotiescunque qui semper pecco, semper medicinam recipere debeo. Ad hanc sacratissimā hostiā cōsecratā: sub qua cōtinetur verum corpus & sanguis Iesu Christi domini nostri deuotionem non modicā Ludouicus. xij. Francorum rex habebat: qui à medicis per plures dies derelictus dominum Iesum inuocauit, & ab incurabili egritudine conualuit, ordinauit que vt in regno Franciæ ob reuerentiam sacræ hostiæ in eleuatione corporis Christi in missa deuotè oratio cantaretur videlicet. O salutaris hostia quæ cæli pandis ostium. bella premunt hostilia, da robar fer auxiliium. Amen.

De sacratissima domina nostra de pietate.

LEGENDA. CXCIV.

NIL LAUDIBVS virginis benedictæ aliquid loquamur dilectissimè: licet de ea quicquid dixerimus, minoris sit laudis, quam dignitas eius mereatur. Nā perfectissima Dei matris opera in operum sanctorum omnium cōpassione excellentis sanctitatis prerogatiuam habent, de qua loquitur diuus Hieronymus dicens. Si directe attēdas, nihil est virtutis, nihil gratie: nihil splendoris, quod totū nō resplendat in virgine gloriosa. Porro Greg. teste. Tanto quis perfectior est, quanto pietas alienos perfectius sentit dolores. Non igitur ipsius, quæ est piarum piissima, silenda est virtus pietatis: in quo nō videtur sanctorum aliquem habere su-

periorum nec parem. Quis enim ampliori agnitione internarum compassionum lamentationis super mortem saluatoris sciuit edificare prudentis matris eius doctissima, autem quis intentiori dolore plangendo lugere potuit Mariam inuestigatissimam. unde postmodum ait virgo hæc rem fulget clarissima inter virgines & candidior inter martyres. iure enim plusquam martyr est, quæ nimio amore vulnerata tristis extirrit saluatoris: & præmerore in animo cruciatum sustinuit passionis. Aug. Christus Iesus carnem & Maria virgo immolat mentem. Ad tempus igitur prout colenda solennitas his diebus exoptulatur in futura Dei genitrix Maria immensa pietas, quæ in spiritu fuit passa consideranda admiranda laudandaque, ac imitanda est. Ipsa equidem virgo Maria (vt Ioannes testatur capi. xix.) stabat iuxta crucem mater Iesu non insensibilitate vel immutabilitate, sed sanctitate: stabat enim fide eleuata: stabat peccato non inclinata: stabat Dei voluntate conformata. Prima equidem rectitudo mentis est vera fides fundamentum virtutum. Tempore etenim passionis omnes discipuli Christi Iesu domini nostri, qui prius stabant fide eleuati ad istum credendum non solum verum hominem, sed & verum deum. Unde Petrus pro omnibus dixerat. Matth. xvj. Tu es Christus filius Dei viui omnes prostrati sunt in infidelitatem: sola enim beatissima Maria stabat fide eleuata de eius diuinitate expectans indebile suam tertia die resurrectionem. In huiusmodi signum triduo officio dominicæ passionis cum quindecim candelæ accensæ firmentur ante altare & paulatim omnes extinguuntur sola vna accensa absconditur, quæ post officium omnibus profertur ad illuminandum. Ille quindecim candelæ accensæ significant. xij. apostolos & tres Marias Magdalena Saloma & Alphæ: quæ pre cæteris videbantur fide illustratæ & firmatæ. Sed in illo triduo omnes extinctæ sunt lumine fidei deitatis Christi Iesu: solum in virgine benedicta remansit tamen fidei occultum, quod postmodum omnibus patefactum est: ad omnes suo exemplo illuminandum. Stabat secundo à peccato non inclinata non iacebat: non sedebat: non denique curua erat sed stabat. Iacebat quis in peccato per prauam operationem: sedet per mentis consentionem: inclinatur per sensualem dilectionem. Omnes nos cecidimus quasi solum, scilicet à perfectione virtutum: saltem quo ad complacentiam sensualem, vbi consistit veniale: quoniam si dixerimus. Quod peccatum non habemus: veritas in nobis non est. Etiam tertio stabat firma voluntate Dei conformans se: ideo stabat Non murmurabat, quod filius innocentissimus patereretur. Non blphemabar Iudeos, quod ab eis, quibus tot beneficia fecerat, tam crudeliter tractaretur. Non vindictam à Deo petebat, quod illi à terra viui absorberentur, vt merebatur. Non capillos vel vultum scindebat: quia vidua & sine filio consolatore remanebat. Sed stabat verecunda: modesta: lachrymis plena: doloribus immensa. Ideo Anselmus ait. O domina quos fontes lachrymarum dicam erupisse de pudicissimis oculis tuis, cum attenderes vnicum filium tuum innocentem coram flagellari: mactari & carnem de carne tua ab impijs crudeliter difficari: & tamen ita diuinæ voluntati conformis fuisti, vt saluti humani generis

audissimam esses: vt conformis & fixa in Dei voluntatem esses, quanuis tunc implera etiam illa prophetia sancti Symeonis dicerent. Luc. ij. Tuam ipsius animam pertransibit gladius. O domina dicebat iustus ille Symeon. Vos fuistis sine dolore in partu: sed tempus veniet: quod quando eritis iuxta crucem filij vestri & c. videbitis morientem: gladius tunc penetrabit cor vestrum. Ipsa enim virgo Maria habuit singularem communicationem omnium dolorum passionis filij sui propter fidem: propter cognitionem: & propter satisfactionem. Iuxta crucem equidem erat meliissima mater: & quo non poterat, tentabat exigere. Manibus cupiebat amplecti filium in alto pendentem: sed quodammodo frustra extensa manus complexæ redibant. Postquam verò suscepit corpus Christi Iesu à cruce depositum, quæ lachrymabili voce dicebat. Quid fecisti O Iesu fili mi charissime, quare Iudæi te crucifixerunt. Que causa mortis tuæ O fili, quam dura & amara est tibi humani generis redemptio, pro qua tuum Deo patri & tibi, tum spiritu sancto gratias ago. Unde ecclesia deuotissime nos inuitando ad huius diei compassionem cantat dicens. Mentes iuuet fidelium dolores & suspirium matris Christi reuolueret cum gratiarum munere. Casta parentis viscera peccata torquentur aspera, diuili quæ genuerat: virginitatis pueri vel berat Iesum ligant, crudeliter cedunt: cruentant acriter, & eius matris maxime sic augentur tristitia. Quæ verò Dei filium genuerat puerpera stat gemens ad supplicium cernendo crucem misera, tantum sibi compatitur, quod ferè secum moritur nullus dolor amarior, nam nulla proles carior. Cuncti ergo Matris seruuli cultores veræ fidei Iesum occisum colite, & cum Maria plangite, & deuotionem decætero accipite, sicut quidam doctor in vtroque iure de parlamento Parisien. Qui audiens prædicationem cuiusdam fratris ordinis prædicatorum concionantem de pietate virginis gloriosæ, cum infirmus esset vsque ad mortem: & loquelam per plures dies perdidisset, vocatus prædicator à sua vxore: vt eum visitaret & facta visitatione frater ille illico ad cõuentum missus: vt fratres diceret oratione ante dominam nostram de pietate, qua dicta aperiens oculos infirmus loqui cepit, meritisque virginis confessus est, quæuis intra spacium. x. annorum non fuisset verè confessus: & post per aliquos dies superuixit. Hi sunt dolores quos virgo habuit. Disce saluator nostrus meminit dolores virginis septenos, vt tibi quoque die proficiat. Dolores virginis prædixit Symeon animam mucrone ferri, & matrem nati vulnera ferre sui. Secundus: huic cum caesa fuit puerorum turba piorum pertulit in Agyptum non bene tuta meum. Tertius, & dolui quærens puerum diuina docentem in templo. Quartus hunc captum huius ferre pondera crucis eum vidi. Sextus, & ligno fixum eum morte soporim deponi. Septimus inquit, petra, relinquere pulsa fuit: hos igitur nostros quisque filius meditatatur dolores, percipiet natum ferre salutis opem: quod ipse præstare dignetur. Amen.

De sancto Ioseph sponso virginis Mariæ.

LEGENDA CCXIII.

Nobilissima res est nobis miseris mortaliibus in hoc mundo habere singularem deuotionem non solum Deo eterno, sed etiam suis gloriosis sanctis, & hoc propter nostram inopiã, quia nil ex nobis meremur coram Deo: imò pleni peccatis demeremur supplicia: propter quod ad sanctos opus est nos refugere quatenus eorum meritis Deus placeat, & quod perimus efficaciter consequamur. Huic Iob. v. Ad aliquem sanctorum conuertere. Tum eis etiam propter Dei nostri reuerentiam, quæ Deus qui in habitat, honoratur, qui nepe sancti honoris tribuit: illi specialiter honorat: qui eos in habitando per gratiam sanctificauit. Tu etiam tertio, propter eorum virtuositatem & gloriam, propter quæ digni sunt honore. Nam teste philosopho in. ij. ethi. Honor est præmiū virtutis, & virtuti perfectæ non fit cõdignus honor. Debent ergo sancti honorari tanquam virtuosissimi & gloriosissimi nostri patroni spirituales, quoniam vt habetur. xj. q. vij. c. qualis. Qui patronum siue patrum spirituales non honorat, plus videtur peccare: quæ patre carnalem contemnit. Et quoniam sanctus Ioseph est vnus de gloriosioribus sanctis paradisi, cui dominus tantam gratiam contulit, vt suam dilectissimam matrem ei in custodia & sponsam daret, ideo ad ipsum meritò deuotione magna mouemur: Habet enim ipse sanctus Ioseph plurima priuilegia. Primum dicitur nobilissime generationis, quoniam erat teste euangelio, de domo & familia David. Matth. j. Ioseph filius David nolit timere accipere Mariam coniugem tuam, ex qua domo dauid Christus Iesus descendurus erat. Si autem quis modum genealogie scire vellent, secundum Ioanem Damascenum notandum foret, quod per cathenam ipse Ioseph. vt pater Lu. ij. Et Melchi est ipse Ioseph auus autem Melchi verò habuit fratrem nomine Panthera qui genuit Barpanthera, & hic genuit Ioachim, qui genuit gloriosam virginem Mariam per cathenam autem ipsius Salomonis filij David naturalis descendit Natham, qui fuit auus sancti Ioseph. Ipse autem Natham habuit vxorem: ex qua genuit Iacob patrem Ioseph. Ex his omnibus aperte monstratur nobilitas tam beatæ virginis, quæ eius sponsi Ioseph, quoniam fuerunt propinquæ. O igitur quam nobilissimus est iste sponsus, vtique est propinquus multorum sanctorum videlicet Ioannis baptiste, & multorum apostolorum domini nostri Iesu Christi. Secundum priuilegium ipsius sponsi gloriosæ virginis Mariæ est euangelicæ commendationis, quoniam in sancto euangelio, ipse Ioseph commendatur iustus fuisse. Matth. j. Cum esset Ioseph iustus, nolēbat traducere. Quia vt testantur doctores: catholice veritatis commendatur à perfecta virtuositate: præcipue in talibus scriptis accipitur iustitia in quantum est virtus generalis omnes virtutes comprehendens. In ipso siquidem videre potuissimus virtutes ferme omnium patriarcharum & prophetarum. Et certe haud dubium: quia in ipso erat obedientia prompta, quæ fuit in Abraham immolando filium suum dilectissimum, patientia Ioseph patriarche: humilitas David, deuotio prophetarum, sanctorum patrum,

& deuotarum mulierum ex quibus reddebatur sponsus virginis. Tertium priuilegium virginæ electionis, resulget nempe gloria & aureola virginitatis. Fuit enim electus virgo incorruptus, quam virginitatem vouerat mutuo consensu vna cum virgine benedicta. unde Hiero. sanctus contra Heluidium ait. Grata gratia & florida fuit virginis matris & Ioseph societas, & sicut amatores puritatis in matrimonio virginitatis fuerunt à spiritu sancto electi. & Aug. in lib. de coniugali bono. Ioseph nisi virgo fuisset, virgo mater Dei nequaquam in sponsam sibi à Deo data fuisset, alias hoc sanctum coniugium claudicasset. Quartum fuit priuilegium dilectionis & sanctæ conuersationis. Fuit enim inter benedictam virginem Mariam & sanctum Ioseph amor sanctissimus & conuersatio sancta. Generalis enim regula est, quod cum sancto sanctus eris: & cum persona mala & peruersa peruerteris. psalmus. Cum autem sanctus Ioseph sanctissimam societatem habuerit Mariam filium dei, sentente enim virgine flebat etiam sanctus Ioseph, eunte in ægyptum etiam ibat. Sunt etiam alia priuilegia dulcissima consolationis, angelicæ frequentationis & visitationis: peritissime impetrationis & suffragationis. Quisquis ergo ei deuote seruit, quisquis eius suffragia exposcit, absque dubio exaudietur in suis precibus apud dominum nostrum Iesum Christum, non enim est sua negare, quam petit propter honorem suum: quoniam fuit pater putauimus. O igitur virorum scilicet & sancte Ioseph rogamus ora pro nobis vna cum tua sponsa virgine benedicta, vt nos perducatur ad celestia regna. Amen.

De sancto Hyreneo archiepiscopo Lugdunensi dignissimo.

LEGENDA CCXVII.

SANCTVS Policarpus discipulus beati Ioannis euangelistæ zelator fidei maximus audies quod Antonius de galliarum provincijs nomē cuperet extinguere Christianum: ac sanctum Photinum episcopum Lugdunensem cum suis quantoscunque habuit Christianos diuersis supplicijs mæceratos per martyrij palmam euolasse ad cœlum sanctum Hyreneum presbyterum de quo multa magnifica in ecclesiastica narratur historia de latere suo ad Lugdunem urbem angelo duce transfudit: vt Christianos latentes per loca diuersa confortaret: & gentium multitudinem suæ prædicationis Christi domini nostri Iesu aggregaret. Veniens autem sanctus Hyreneus cum zacharia diacono & duobus comitibus nobilissimis Lugdunensem ingressurum urbem virtutibus autem & signis & prædicationibus eius tota ciuitas illa in proximo tempore credidit Iesu Christo domino nostro. Quo autem ire non valuit: suas epistolas transmittēbat: & per eas Christo auxiliante gentium multitudo conuertebatur. Ingegensis super his calliditas diabolica sæuere imperatoris peccatis intravit: & in Christianorum persecutio nē exardescens, quo ipse non ibat: epistolas suas mittebat data sententia, vt Christiani: qui non sacrificarent idolis, diuersis supplicijs interirent. Cum aurem

tunc temporis Cæsar esset in extremis finibus Galliarum: sanctus Hyreneus à papa Romano pontificalis assumpit gratiam apud Lugdunum & gaudentes cœperunt ecclesiam construere Christiani. Audiens autem iniquissimus Cæsar quòd beata ciuitas illa suis renunciatet. cerimonijs, ferocissimos gladiatores elegit: & veniens vndique ciuitatem circumdari præcepit, dicens. Præcurrit portas: circundate domicilia: & quicunque dijs non sacrificauerunt: gladio iubeo finire vitam. Verum Christi pietas ante misit angelum suum ad sanctum Hyreneum futura nunciantem. Medio igitur ferè noctis tempore angelus dñi locutus est ad eum facie ad faciem zacharia presbytero audiente, & ait. Hyrenee sancte Christus dominus noster te post multos labores tuos cum populo tuo per martyrij coronam ad caelestia regna inuitat: expectant te cum tuis militibus patriarchæ & prophætæ: gaudet de te apostolorum chorus, quorum prædicationis sonus exiit in vrbem istam preclaram: stant angeli ante tribunal Christi tuam proouertiantes constantiam. Angelus rursus ait. Agit tibi gratias sancta Maria cum sanctis virginibus: quarum virginitatem per populos annuntias: pro te & martyrum petit exercitus, vt cum his militibus, quos socios passionis esse fecisti, agminibus paradisi iungaris in gloria. Expectant vos triclinia varijs insignibus ornata: in quorum atrijs collocatus est antecessor tuus sanctus Photinus. Conforta ergo fratres: nec timeas eum qui occidit corpus: animam autem non potest occidere: zachariam verò cum duobus diaconibus latentem per loca paulisper reseruat, vt sicut tu post beatum Phorinum prædicasti & fecisti: ita & ipse post modum confortet iterum fratres in Christo quos similis coronam triumphus expectat: & qui corporis tui membra recondat in sepulchro. Hæc audiens sanctus Hyreneus ait. Gratias ago tibi domine Iesu Christe fili Dei: lumen æternum splendor iustitiæ fons & origo pietatis, quòd ita me per angelum tuum iustificare dignatus es. Da huic populo tuo domine Deus constantiam, vt nullus sit, qui à tua confessione recedat: sed tua virtute confirmati promissionis tue brauium consequantur. Et completa oratione cœpit fratres confortare, quorum viscera sic spiritu sanctus repleuit, vt nemo à recto itinere deuiaret, sed vnusquisque alium confortaret. Data igitur sententia felicissima vrbis à militibus circumdata est, frater verò fratrem & pater filium materque filiam afferebant pro Christo domino, ac vniuersi sexus conditionis & ætatis summam martyrij coronam accepit. Tyrannus nempe vocato sancto Hyreneo cum toto populo, ait. Aut dijs nostris sacrificas, & tali loco ydolum adoras & vias cum populo tuo, aut ex altero elige mortem adorando crucem. Mox populo iterum admonito ad crucem cum populo cucurrit. At satellites dæmonum totam illam sanctam societatem ad caelos per martyrij palmam miserunt. Currebant per plateas riuus sanguinis pretiosi. Sanctum verò Hyreneum tanta crudelitate vexauerunt, quòd vix valeat enarrari, & in tormentis ipsius foelicem animam laudans Deum emisit. Ipse vero sepultus est à beato zacharia in cripta abditiissima. Septimo autem die à passione sua cum multitudine martyrum sancto Policarpo apparuit, dicens ei. Agnosce filium quem emisisti pater sanctæ. Ecce

accepimus promissionem quam nobis promisit rex caelorum & terræ qui est Deus benedictus in saecula saeculorum amen. Hic siquidem gloriosus martyr ad sanctæ matris nostræ ecclesiæ constructionem & ædificationem præclara scripsit volumina aduersus gentes de disciplina contra hæreses libros. v. ad Blasium de scismate, de monarchia Dei: de ogleade, de pascha ad Victorem papam, de prædicatione apostolica & alia multa. Coronatus est autem quarto kalen. Iulij sub Marco Antonino anno, saluationis. clxxv.

De sancto Fortunato.

LEGENDA. CXCIII. A.

FORTVNATVS episcopus Tuderius in effugandis spiritibus malis, immensè virtutis gratia pollebat, ita vt semper obsessis corporibus legiones dæmonum pelleret, vt diuus dicit Gregorius in primo libro dialogorum de quadam muliere per eum sanata. Alio etiam tempore Dei famulus ex obsesso quodam homine immundum spiritum excussit, qui malignus spiritus cum vesperalcentem iam secretam ab hominibus horam cernebat peregrinum quempiam esse se simulans currere cœpit ciuitates plateas & clamare. O fortunatus episcopus vir sanctus est, quid fecit, me hominem peregrinum de hospitio suo expulit, quæro vbi requiescere debeam & in ciuitate eius non inuenio. Tunc quidem in hospitio suo cum vxore sua & filio parulo ad prunas sedebat, quocumque eius audiens, & quid ei episcopus fecerit requirens, eum inuitauit hospitio, & sedere eum iuxta prunas fecit. Cunque vicissim aliqua confabularentur paruulum eius filium idem malignus spiritus inuasit atque in eisdem prunis, proiecit ibique animam eius excussit. Qui orbatus miser, vel quem ipse susceperit, vel quem episcopus expulisset, agnouit. Alio quoque tempore dum oculorum quidem lumen amisisset, adhuc deductus intercessionis eius opem petijt & impetrauit. Marcellus etiam mortuus ad preces suas & suarum sororum sententiam suscitatus est, & oculos aperies respiciensque sanctum Fortunatum ait. O pater & quid fecisti, heu domine quid fecisti. Ille ait. Duo hesternæ die venerunt, qui me eiicientes ex corpore in bonum locum, duxerunt. Hodie autem vnus missus est, qui dixit reducite eum, quia Fortunatus episcopus in domum illius venit, & diutius post in hac vita mansit. Beatus vero episcopus in veneranda sua senectute plenus bonis operibus migravit ad dominum.

De sancto Honorato.

LEGENDA. CXCIX. A.

VENANCII quondam patricij in Saurinus partibus villa fuit, in qua colonus eius filium Honoratum nomine habuit, qui ab annis puerilibus ad amoris celestis patriæ per abstinentiam exarsit. Cunque tam

tam magna conuersatione polleret: seseque iam ab otioso sermone restringeret, multumque vt præfatus suam per abstinentiam carnem domaret: quadam die parentes illius vicinis suis conuiuium fecerunt, in quo ad vescendum carnes paratæ sunt. Quas dum ille ad esum contingere pro abstinentiæ amore recusaret: cœperunt parentes eius irridere & dicere. Comede nunc quid piscem in his montibus allaturi sumus. Illo vero in loco audiri pisces non consueuerant, nec videri. Sed cum his sermonibus beatus honoratus irridere: repente in conuiuium aqua ad misterium defuit. Cunque situla linea sicut illic mos est mancipium ad fontem perrexit vt hauriret aquam, piscis situlam intravit: reuersumque mancipium ante ora discumbentium piscem cum aqua effudit, qui ad totius diei victum potuisset Honorato sufficere. Admirati omnes totaque illa parentum irrisio cessauit. Namque cœpere in Honorato venerari abstinentiam, quam ante de ridebant. Sicque à Dei homine irrisiois deterit opprobria piscis de monte: qui cum magnis virtutibus cretasset à prædicto domino suo libertati donatus est: atque in eo loco, qui fundus dicitur, monasterium construxit: in quo ducentorum ferè monachorum pater exiit: ibique vita illius circumquaque exempli eximie conuersationis dedit. Quadam enim die ex eo monte, qui eius monasterio in excelsum prominet, in gentis saxi moles erupta est: quæ per deum ex montis lateris ueniens totius ruinam cellæ omniumque fratrum interitum minabatur: quam cum venientem, de super vix sanctus vidisset: post nominis Iesu Christi in uocationem, signum crucis ei opposuit: & in montis latere cadentem fixit: & post plures annos in domino requieuit.

De sancto Fusciano.

LEGENDA. CC.

RECTIONARVS in cathedra pestilentie residens post mortem datam per eum & adeptam coronam martyrij à beato Quintino sancto Dei Fusciano cum beato Victorico fraternam charitatem succensit: & in fide domini nostri Iesu Christi fundati præses tyrannus, allocutus est: vt à domino Christo recedentes idolis & dijs suis sacrificarent. Quod cum illi penitus abominantes respuerent: eunque tandem ad inferenda supplicia qualia vellet absque mora inuitarent: tyrannus ille fudes ferreas in nares eorum & aures cudendo iussit immitti: & clauis cadentibus eorum capita trāsfigi: oculos quoque eorum à foraminibus suis pelli: hincque manus lato crispans hastilia ferro ad sanctorum corpora transforanda ea direxit: eisque adhuc palpatibus capita amputari, præcepit: optatoque potitus solito letior & quasi de quadam placidens victoria celementer ambiens regressus est: moxque ultione diuina percussus intestinorum dolore repletus est, & per totam ciuitatem clamare cœpit ac dicere. Heu heu heu quid agam aut quid mihi misero denique restat, qui propter Dei sanctos Fuscianum & Victoricum, quibus dira in tali supplicio intolerabili cruciata: ea que die quo decollati sunt, ingens fulgor super eorum co-

pora apparuit: extincta quoque cum iacerent truncata capitibus ipsi super pedes erecti sunt, & animabus recipientes propria capita firmo rectoque gradu ad hospitium beati Gentiani, de quo educti fuerant, redierunt, vt cum eodem in domino simul dormirent.

De sancto Iusto archiepiscopo inclytæ ciuitatis Lugdunensis.

LEGENDA. CCI.

BEATVS Iustus Lugdunensis vrbs primo sacerdos factus: nunc verò apud dominum nostrum Iesum Christum eximius patronus & intercessor. Cuius cum recolo in expugnabilem in operibus fidem: præcipuum in victa rigorem: longinquam in solitudine commemorationem: incunctanter affirmo hunc non impleta passione palmam martyrij non amisisse. Fuit enim antistes Lugdunensium à Deo & clero creatus & electus cum tanta puritate, modestia, pietate, patientia, pauperum cura, diuinorum mandatorum obseruatiâ, vt etiam magnificos domini sacerdotes omni preiret gratia virtutum. Iustus autem nomine & re officium dignitatis deserere, & peregrina quo late ret, expetere voluit & decreuit: & comitem sui itinere egregie indolis puerum: qui in ecclesia officium lectoris gerebat assumpsit. Pueroque recepto in solatium suæ peregrinationis eremum petens in Aegyptum nauigauit iactata in domino omni cogitatione soli adherens animo: qui est spes omnium finium terræ & in mari longe. Cum vero multo iam tempore morum in eremo ac multorum exemplar traxisset: sanctus Antiochus tunc presbyter Lugdunensis pio incitatus officio vsque ad visendum episcopum suum beatum Iustum peregrinatio animo intendit vir discretione præcipuus: & qui non immerito tempore interiecto ad eiusdem pontificis culmen est assumptus. Hic ergo cum desiderio tanti antistitis terras & maria transuagaret, prænuittasse eius aduentum & dixisse ita fertur. Charus noster Antiochus hodie illic moratur, etiam die qua ad ipsum venit, hunc venturum esse nouit spiritu prophetico illustratus. Verum cum aliquot annis in eremo & angelis proximam egisset vitam dignus adesset finis tantis laboribus regnum spondens caelorum: atque illis iam extremis sanctæ commigrantis animæ flets & consternatus mente viator & sibi astans ait. Cui me domine relinquas. Iustus deuotus pastor ecclesiæ respondit. Fili charissime ne turberis quasi desiturus solatio: quia breuitate tempore exacto ipse me sequeris, quam vtique prophetiam ac reuelationem cito transitu sancti iuuenis constat fuisse completam. Sed in gloriam tanti patroni nostri illam Lugdunensium gratiam tacitus præterierint quod in referendo sancto eius corpulculo post dignam sacramentorum susceptionem vsque in australem plagam venerabilem se ciniu cura porrexit: qui scrutati illas penè inaccessas ardoribus solitudines & ab ipso ad modum solis occasu prope vicinia loca deuotione currentes, totum pene orbem pietatis suæ restem fecerunt: quantumque se abegerat verecundissimi

mi & sancti sacerdotis fuga intantum se fidelium studia tetenderunt: vt qui deseruerat despectione delicti approbarunt se tam præclaro non indignos antistites cum gratia eius magnitudinæ officij gloriam æqui parauerunt. In tanto egregij iusti exemplo factum quoque fidelissime plebis exhibitum est, quod non minus mirum videretur illa reuerendi sancti tenis ofsa à remotis terrarum partibus cum alacritate & religione exhiberunt: cum lachrymis & eximio cultu susceperunt. Atque elaborauerunt: vt qui iam cum ipsis spiritu erat cum ipsis etiam corpore esset in honore domini nostri Iesu Christi filij Dei benedicti: cuius potestas gloria, & imperium, cum patre & spiritu sancto in secula sæculorum. Amen.

De sancta katherina de Senis sacri ordinis prædicatorum.

LEGENDA CCII.

LORIOSA virgo & sponsa domini nostri Iesu Christi dilectissima; beata katherina de Senis (v. Pius papa secundus testatur) patrem Iacobum, matrem verò nomine Lappam in ciuitate Senensi virtute fideque probatos habuit. Hæc dum ætatis suæ vnde cum annum ageret, virginitatis votum emisit, ducta virginis benedictæ beatæ Mariæ exemplo. Quæ cum votum emitteret: rogabat atterius, vt sibi dignaretur filium suum Iesum dominum nostrum in sponsum adhibere. Cum autem peruenisset ad ætatem, xij. annorum parentes eius nescientes votum constituebant eam nupti tradere. Quod virgo audiens capillos radicibus incidit, & eis votum suum reuelauit. Hoc factò vigilijs orationibus & ieiunijs, multiplicibusque bonis operibus die noctuque vacabat, adeo vt fama eius inciperet circumquaque diffundi. Agens autem xv. annum ipsi tantisper obdormienti apparuit beatus Dominicus prædicatorum ordinis dux & pater inclutus, eique suasis, vt habitum suæ religionis hoc est de pœnitentia eiusdem patris beati Dominici reciperet, viueretque secundum eius ordinis instituta. Et ipsa libenter perfecit, & habitum requisit, & cum deuotione accepit, & in eo vsque ad mortem cum maxima pœnitentia & admirabili abstinentia & austeritate perdurauit. Qui modus viuendi fuit approbatus per pontificem maximum. Indies multæ personæ nobiles & deuoræ ipsam profitentur. Nihil enim huic virginis sanctius: nilque dignius in rerum natura visum est quam Iesu Christi domini nostri præcepta & vitam æternam omnibus persuadere. Ciborum frugalitate imò abstinentia tanta vtebatur, vt etiam per plures menses solo corpore saluatoris & nullo alio cibo recrearetur. Discipulis durissimis se affligebat vsque ad sanguinis effusionem infirmitatibus maximam cum charitate seruebat, aliquando proprijs & necessarijs vestimentis se exuebat, & ea pauperibus erogabat, propter quod à domino meruit etiam in hac vita inuisibili veste regi cum semel vni pauperi propriam tribuisset clamidem. Cumque abiurgaretur à familiaribus quod vestem necessariam sibi tribuisset alteri. Virgo benignè respondit. Vestimento carere possum, misericordia nequaquam. Quan-

dam verò sororem sui ordinis infirmam & impatientissimam eiusque famæ atque morum præstantiæ detrahentem ita humiliter tolerauit & seruiuit, quod admirabile esse credendum. Quanta autem erga animarum salutem charitate mouebatur, ex multis eius operibus liquidè apparet. Nam cum quidam nobilis Perusinus, qui capitali sententia à Senensi senatu plectendus erat. Dolore mortis affectus à Iesu christo domino nostro animum penitus aduerteret, & à nullo posset ad pœnitentiam reuocari: huius virginis exhortatione conuersus ad cor more christianorum se christo recommendans patienter mortem sustinuit. Fuit enim maxima sapientia prædicta literis lepidissimis, quæ nunc extant testantibus insuper dicta sanctorum afflante sancto spiritu ita dilucidabat: vt etiam ipsos summos theologos superaret. Nam cum semel duos peritissimos viros theologos alterum minorum alterum verò eremitarum haberet contra se alacriter disputantes, adeo eos publice vicit: vt illi diuinam virginem non hæmanam crederent. Quamobrem postmodum innocentissimam vitam deinceps aggressi sunt, eoque in proposito ab hac luce migrarunt. Apud Gregorium. xj. & apud vrbano. vj. pontifices maximos luculentissime perorauit. Propetia etiam spiritum inter cetera suæ virginitatis insignia consecuta est. Signis autem atq; miraculis quæ plurimè fuit à Deo priuilegia. Nam matrem propriam impœnitentem mortuam ad vitam suis precibus reuocauit: spiritus malignos ex corporibus obsessis expulit, & multa alia per eam suam sponfam dominus est operatus. Tandem cum Rome esset, à domino euocata: cum seiret sibi diem mortis imminere, discipulis discipulæque longa oratione suam inuitata sponsum consolata est atque ad bene sancteque viuendum omnes hortata, denique iam illum prorumpens versiculum. In manus tuas domine commendo spiritum meum, innocentissimam animam emisit. Anno ætatis suæ. xxxij. Saturnis autem nostris. M. ccc. lxxx. ad cuius corpus accedentes à diuersis infirmitatibus curabantur. Sepulta est autem in ecclesia sanctæ Mariæ super minorum honorificè & à Pio secundo pontifice summo anno. M. ccc. lxxj. sanctorum virginum cathalogo ascripta. Hæc katherina virgo monumenta laudis, que tuis læti Dei sponfa sacris, hoc quiddam pacto modulatur omnes per fert olimpo. Si satis digue nequeant referri, annuas nobis veniam precamur, non sumus tanti ingenij fatemur optima virgo. Quis fuit dignas modulatur nunquam virginum iudes, quis in orbe toto scemine inuictæ paritura niqua carmina pande. Prædicta ex plis katherina earis moribus prestans, sapiens ab hūde: tēperans, fortis quoque iuxta prudens æthera scandis. Quem latens virtus facinusque clarum, quo nequit dici sanctus per orbem vulnerum formā miserata christi exprimit ipsa. Nā breuis mœstia miseræque vitæ, & malis cunctis penitus, referte, fortiter spēs preciosa queque sydera adisti. Xode cum tempus properat ipsum, quos sacros artus, cineresque busto linqueres celos aditura stent ipsa docebas. Sic sacrum christi venerata corpus, hostiam libans lachrymis abortus dixerat cunctis docu menta vitæ voce suprema. Sic ad sedes regni faciat transire superni virgo fouens meritis nos katherina suis. Amen.

De sancto Vincentio confessore sacri ordinis prædicatorum.

LEGENDA CCIII.

SANCTVS Vincēcius clarissima Hispaniæ ciuitate Valentia ex ferrariorum antiqua honestaque familia duxit originem. Quæ tus aures & qualis futurus esset, duplici iudicio matri ostensum est. Primum fuit, quod cum mater eius si ngulos filios quos genuerat, nō sine magna vteri molestia gestasset. Vincentio grauidæ oneris molestia carebat: & rāta erat ei ventris agilitas, & corporis robur: ac si prægnans non fuisset. Alterum fuit, quod cum de eodem grauida foret: tantquam latrans canis voces ex vtero suo emittit læpius adiuuit. Cum autem à multis Dei seruis: & presertim à Valentino episcopo peteret, quid huiusmodi latratus significarent, responsum est. Ei nihil aliud fore, nisi si quod esset infantem paritura: qui suo tempore futurus esset verbi Dei prædicator tam doctrinæ quam vitæ integritate ac famæ celebritate in tanto terrarum orbe clarissimus. Nato denique infante & quodam diuino præfatio ei nomine imposito, postquam attigit ætatem que literis & moribus informari potuit: mirum in modum breui tempore clarus euasit: tam morum elegantia quam peritia literarum. Tantæ religionis erat quod inter seculares Valentia nemo erat, qui eo sapius ecclesiarum limina frequentasset: aut auditis prædicatorum doctrinam audisset, vel crebrius ieiunasset. Proborum hominum vestigijs inherebat prauorum vestigia deuitans. Pauperibus ac miseris corde compatiebatur facultatem suarum portio nem administrans. Postea verò cælesti rore perfusus agens decimum octauum annum attigit sub regula & institutis fratrum prædicatorum viuere: sumptuose habitu singularissime legere studuit sancti patris sui dominici gesta, vt illa in primis intelligeret in quibus suū dulcem esset imitaturus. Deinde ob eius virtutes mirificas & eximie sanctitatis nomen effugere non potuit: quo minus per duos annos summum pontificem sequeretur essetque confessor suus & magister sacri palatii. Deinde apud Auiationem, ei gratissimis febribus occupato dominus Iesus Christus miris quadam claritate coruscans apparuit: mixtens eum ad se euangelizandum per vniuersas occidentis regiones, maxime vt nunciaret iudicij diem temporibus nostris esse propinquum. Est post multa quibus christum consolatus est, & instruit extrēdēns manum maxillam eius leuiter terigit in signum singularis familiaritatis: quo descendente ab eo surrexit ex lectulo sanus: mōsque se succinxit, vt christi domini nostri legationem diligenter exequeretur. Paragratus autē Galliciarum & Hispaniarum locis vniuersis verbum Dei vbique disseminando peruenit ad Italiam: discursusque aliquibus Lombardiæ ciuitatibus venit ad regem. Grandæ, & verbum Dei prædicans magnam multitudinem Saracenorum conuertit. Secundus verò Vincentius suis precibus multa miranda fecit: & miracula dominus per eum operatus, est: & in patria Tholo-

sana & in varijs locis. Nam tholose cum mulier lunatica filium peperisset: diuisit ipsum & coxit. Vir autem eius cum lachrymis portauit ipsum ad sanctum Dei, ad cuius preces filium suscitauit reseruat in signijs in corpore vsque ad mortem in signū miraculi. Illud non est prætereundo quod actum est in ciuitate Illardenfi prouinciæ Aragoniæ. Cū enim predicasset, omnes que meretrices conuertisset ad Deum: indeque recedens societas quæ eum comitabatur, videns lenones earum meretricum armatos contra sanctum Dei, ei quæ sitius insinuarē festinant. Quibus dixit. Isti sunt lenones earum, qui querunt me interficere: sed prædatis me, & ego vos sequar. Appropinquantem autē illis arma contra sanctum Dei parant. Vir sanctus signo crucis se muniens dixit. Per signum crucis de inimicis nostris libera me domine. Illico armis depositis in terram se prosternunt veniam petentes, & mirantur omnes de seruo Iesu Christi. Cū enim Benedixus. xj. papa & ordinis sui videlicet prædicatorum vellet eum cardinalem facere ex sua humilitate renuit, sciens illud verum quod ponitur di. iij. c. mult. Quicumque primatum desiderat in terra: inueni confusorem in cælis. omnem sanè dignitatem refutat. Verborum eius fructus tantus fuit: vt flagitiosorum hominum ferme innumeram multitudinem ad Deum conuerterit. Contra Iudæos acutus copiosus acerbique prædicator fuit scripturarum enigmata quantum homini fas est eisdem referans: propter quod in diuersis Hispaniarum locis supra viginti & quinque milia ex ipsis baptizari fecit. Saracenorum etiam octo milia ad verè dei cognitionem sua sancta prædicatione traxit. Discordes quoscumque inuenit: non prius deseruit: donec concordēs faceret. Inter cetera verò spiritus sancti dona linguis varijs loqui promeruit. Nam cum multis & diuersis populis materna lingua prædicaret ab omnibus & singulis distinctè intelligebatur: ac si singulorum lingua prædicasset. Et habuit etiam donum prophetiæ. Cū enim prædicaret Valentia auunculus papæ Calixti dictus Ferrandus eduxit paruum Calixtum ad eum, vt vir Dei daret sibi suam benedictionem. Cui sanctus Vincentius ait. Miraris hunc puerum ad scholas, quia magnus adhuc erit. In ecclesia videlicet erit papa: qui me honorabit quia ipse fuit, qui eum postmodum canonizauit. Etiam de illo qui caput sui fratris ab eo dem interfecti sub clamide ferens credens habere caput vituli prædixit eum mori: ibente iustitia. Omnibus amabilis: venerabilis: gratus & carus, pater erat orphanorum ac pupillarum, viduarum defensor: pauperum & miserorum optimus consolator. Receptis demum ecclesiasticis sacramentis agens annum septuagesimum octauum coram positus fratribus & orantibus sui ordinis & illustriissima Ducissa Britannicæ obdormiuit in domino. Anno domini. M. cccc. xvij. Sepultus est autem Vannes coruscans varijs signis. Vincenti prædicator veritatis & doctor maxime quem angelorum cum ordinibus triumphantem facti animæ prosequuntur: nos tuis soue precibus sublimes in regnis cælestibus. Amen.

De sancto annemundo.



DILECTVS Deo & hominibus sanctus Annemundus Lugdunensis archipresul & inclutus martyr & illustri profapia ducens originem: inter aulicos Dagoberti Francorum regis nutritus fuit, sed eorum dem euitans consortia viam mandatorum Dei cucurrit: qui ob vitæ sanctimoniam ad Lugdunensis vrbis archiepiscopatum meruit promoueri. Is itaque pontificali decoratus infula omnibus tum regni incolis, tum peregrinis pergratus extitit. Quod nonnulli proceres egre ferentes eum quasi regni euersorem læsæ maiestatis criminis apud regem accusauerunt: quam ob causam ab episcopali sede exulauit. O maledicta inuidia: per te Abel iustus occiditur: per te Ioannes baptista decollatur: per te Iesus Christus filius Dei verus cruci figitur: per te diuus presul Annemundus apud regem accusatur. Sed vir Dei omnia equo ferens animo elemofynis, ieiunijs: & orationibus: ceterisque pietatis operibus cum clero semper instabat. Fuit enim martyrium huius gloriosi presulis beati Annemundi & sua passio similis passioni saluatoris domini nostri Iesu Christi in quinque. Primo, in traditione: sicut nempe ut testatur sanctum euangelium dominus noster traditus propter inuidiam. Sciebat (inquit) Pilatus, quod propter inuidiam tradidissent eum. Sic beatus Annemundus accusatus est & mortuus. Secundo, fuit similis in inimicorum dilectione. Saluator noster in cruce expensus omnium ferme dolorum in memorauit ad patrem pro suis inimicis, ita dicens. Pater amantissime, pater benignissime ex corde exoro ignosce eis: quia nesciunt quid faciunt. Beatus Annemundus sic orauit pro suis persecutoribus & malis. Tertio in sancta oratione. Christus Iesus sciens horam sui transitus orauit ad patrem, ut suos quos dilexerat: custodire dignaretur, sic gloriosus martyr sciens horam suam vicinam esse ad orationem fugit: & cum ciuitas esset circumdata cohorte ex mandato principis diuinis celebratis mysterijs ad suum populum ait. Quæso vos fratres mei, & omnes ut si in aliquo vos offenderim: aut quicquam violenter abstulerim, non indigne feratis, sed remittatis pacifice: quoniam neminem vestrum grauare volui. At illi vnanimiter responderunt. Nunquid pastor bene nobis ingratus extitisti, à minimo enim vsque ad maximum tuis beneficijs releuatos atque ditatos esse censemus. Tu nostra indulge facinora: & pro nobis Dei clemenciam petimus exora. Et fidelibus dans benedictionem orauit, ut deus dignaretur populum suum preseruare. Quarto iudicis presentatione ostenditur similitudo: quoniam dominus ante iudicem Pilatum presentatus fuit, nam victoriosus pontifex Annemundus ad eos qui eum querebant: accessit. Quibus salutaris dicens eis. Pax vobis. Furor repletus tyrannus cum sua turba dixit. Volumus ut ad presentiam regis protinus venias. Et eductus ab inimicis pergunt Matisconem. & visitato episcopo ad territorium Cabilonense veniunt. Quidam vero sanctus sacerdos eum visitando animauit ad tolerantiam passionis, ut angelus in orto saluatorem nostrum animauit. Quinto est similis in finali consummatione. Nam expleto die nox vicina successit, in qua vir dei post lo-

gas orationes & psalmodum iubilo fatigatus ex itinere repositum in stratu refecit corpusculum: & cunctis humanis absentibus duo sunt miseri viri nequitia pleni, qui sanctum Dei virum gladio necauerunt, & palma martyrij beatus est coronatus. Consummato autem martyrio sanctum corpusculum fidei familia defertur araris vehiculo: & ad suam Lugdunensem ciuitatem remeavit, in sua ecclesia cum maximo honore sepultura traditum est: & sepultura decentissima cum magnis miraculis ad fidei probationem ostenditur.

De beato Firmino.



FVIT tempore diocletiani & Maximiani in vrbe yberienfis, quæ alio nomine vocatur. Pompilonia, senator in ordine primus nomine & opere firmus, qui filium suum nomine firminum honesto presbytero tradidit diuinis literis inuendum. Qui Firminus beatus annorum decem & septem in sanctitate & doctrina proficiens ac pro honesto iam sellæ predicæ ab ipso ad honoratum episcopum Tholosanum missus est, vt ab eo ordinatus episcopus episcopum Iesum omnibus gentibus predicaret. Quo facto Firminus episcopus rediens ad honestum magistrum suum: anno gratis sue. xxxj. relictiis omnibus ad Gallias properans Andegauis villam venit: ibique anno & mensibus tribus multos predicando conuertit, & Beluacæ contra Valerium presidem pugnaturus pro fide salutis perrexit. Vnde multoties flagellatus vsque ad mortem Sergij successoris Valerij in carcere clausus fuit. Sed tunc à populo solutus ibidem predicauit, & baptizatis omnibus ecclesijsque constructis inde Ambianis perrexit: & in .xl. diebus tria milia hominum baptizauit. Hæc audientes Longulus & Sebastianus presides ab vrbe Treuerensi ad Ambianensem veniunt, & iussu eorum cõuenientibus cunctis sanctum Firminum coram se grauiter accusatum: dum firmissimè cõfiteretur Christum dominum: timens præses seditionis populi, beatum iussit in carcere decollari. Faustianus autem senator, qui eum receperat: domumque eius cum eo ad gratiam baptismi aduocauerat: corpus eius nodera piens in suo cimiterio sepeliuit: neque verò preses Sebastianus post modicum à ciuibus Beluacensibus occisus est. Huius gloriosi sancti passio celebrat vij. Kale. octob.

De sancto Lazaro.



LAZARVS interpretatur à Deo adiutus, & signat penitentiam vitam in die salutis, hoc est in die penitentiae: quando quidem penitentibus verus sol iustitiæ illuxit. Auxiliatur tunc Deus & adiuuat conferendo gratiam suam iustificando in hoc mundo, & vitam æternam in alio. Sanctus Lazarus ex nobili & regali progenie, cum maria Magdalena & Martha soribus suis Iumpherunt originem: Syro patre & Eucharria matre nati sunt. A beato Maximino discipulo

populo domini baptizati sunt. Lazarus autem ptem vt bis Hierusalem possidens operam dabat militiæ. Qui quantum fuerit dilectus à domino nostro Iesu Christo secretarius eius beatissimus Ioannes capitulo .xj. descripsit: dicens. Quod erat quidam læguens Lazarus. Miserunt autem dicte sorores ad dominum dicentes. Domine ecce quem amas infirmatur. Iesus autem mundi salutem respondit. Infirmitas hæc non est ad mortem: sed pro gloria Dei & vt glorificetur filius dei per eam. Et post hæc ait discipulis. Lazarus amicus noster dormit: sed ego respondeo ei. Cum autem ad locum accessisset, & sorores sancti Lazari cum maximis lachrymis eum adorassent, querulose dicendo hæc. Domine si fuisset hic frater meus non fuisset mortuus. Ad locum accessit, & beatum Lazarum iam quadriduanum mortuum cum suis sororibus & Christianorum magna copia cuperentes in nauis absque remis posuerunt: diuino verò nutu & angelo regente veniunt ad Massiliam. Predicās verò Christum saluatorem nostrum primus eps Massiliensis exiit. Et ipse post laudabilem vitam & totius patrie conuersionem tertio decimo imperij Claudij anno secundo morte migravit ad dominum. Huius quippe sanctissimi viri Lazari reliquia: apud vrbe Massiliam præcipuo venerantur obsequio. Eius festiuitas. xvj. Kalen. Ianuarij deuotissime celebratur.

De sancta Clara.



CLARA scemina: admirabilis vocabulo & virtute de ciuitate Assisij carolofatis genere traxit originem. Beatoque Francico primo cõcuius in terris postmodum cõregnans in excelis. Pater eius miles, & tota vtroque parente progenies militaris domus abundans, mater verò eius Ortulana dicta est. Cui autem prægnans esset ipsius sanctæ futuræ, & ante crucifixi imaginem in ecclesia pro salubri partus expeditione deuotius exoraret: audiuit vocem dicentem sibi. Ne paueas mulier: quia quoddam lumē salua parturites, quod ipsum mundum clarum illustrabit. Quo edocta oraculo natam in baptismo clarā nominari voluit. Adhuc infantem libenter extēdebat manus ad pauperes: & de abundantia domus sue supplebat in opias plurimorum egenitum, proprio corpusculo delicata subtrahebat cibaria: sub vestibus autem pretiosis & mollibus ciliciorū gerebat absconditum, & mundo exterius florēs Christi Iesum interius induebat. Denique suis eā nuptiis tradere volentibus nunquam acquieuit: sed virginitate suā domino cõmittebat: hinc timor bonitatis eius cepit in populo diuulgari. Audiens autem sancta puella post mulierum iniuriam Iatratus monasterium sanctum instituit, pauperum dominarū ordinē inchoauit: & in alto reclusorio per .xlj. annos. frangit sui corporis alabastrum: vt domus ecclesiæ repleatur fragrantia vnguentorum. Spargitur paulopost opinio sanctitatis virginis Claræ, festinant virgines eius exemplo. seruare Christo domino: que sunt maritata, castius agere satagunt: nobiles: & illustres amplius contemptis palatijs,

alta sibi monasteria construunt, atque pro Christo filio Dei in cilicio & cinere viuere magnā gloriam ducunt. Mater filiam: filia matrem inuitat ad Christum: soror sorores allicit causam manens clara tota clarescere mundo incipit, & laudum titulis preclara resulget. Hæc gloriosa beata Clara sui ordinis lapis primarius ac nobile fundamentum in fundamento humilitatis virtutum omnium fabricam ab ipso principio studuit collocare, carnē per crebra ieiunia macerabat: orationi instabat, sæpissime ad orationem prostrata terram infundit lachrymis osculisque demulcet: vt semper suum dominum Iesum christum tenere manibus videretur. Lachrymanti semel profunda nocte affuit angelus tenebrarum in forma nigri pueruli dicens. Ne tantum flores: quoniam cæca fies. Cui cum illico responderet: cæcus non erit: qui deum videbit. Confusus ille discessit. Cum in Atisium hostilis semel furor irrueret, & ipsius portus exercitus appropinquaret. Sacracenorum gens pessima sanguinem semper sitiens Christianorum apud sanctum Damianum intra loci terminos, imò intra claustrum virginum influxerunt: liquecunt dominarū corda timoribus & ad matrem sanctā Clarā referunt fletus suos: quæ se infirmā in pauido corde ad hostium agmē duci iubet: & ante hostes poni præcedente ea capula argentea: in qua erat sacramentū eucharistiæ. Cunque se totam in oratione subtraisset. Christo domino cum lachrymis ait. Placet mi domine mermes ancillas: quas tui amoris enutriui, manibus tradi paganorum: custodi domine has famulas, quas ipsa in presenti articulo custodire non possum. Vox quasi puerilis de propitiatorio ad aures eius intonuit, dicens. Ego vos semper custodiam mi domine. Addidit illa. Et hanc ciuitatem si placet proteget: quæ nos pro tuo amore sustentat. Et: vox ad eā. Graua mina sustinebit, sed meo munere defenderet. Tunc surgens clara flentes confortat, dicens, fidei uobis pro vobis filiorum: quod nihili mali patiemini: nec mora statim canum illorum repressa pauescit laudacia & per muros quos ascenderant descendentes celeriter exeunt orantis virtute turbati: & post multorum nationem & exhortationem & sacramentorum summptionem in domino quieuit.

De sancto Philiberto confessore.



SANCTVS Philibertus cum esset bonæ indolis adolescens regi Francorum Dagoberto nuntiatu aduocatur in palatium, ceptusque est in ordine nobilium eorum confortium. Qui sub aureo baltheo Deū valde diligens postmodum præfulgentibus virtutibus suis cathedram subit Rothomagensis ecclesiæ. Cui autem esset Philibertus annorum viginti diuinā præcepta audiens elegit discipulus Christi domini nostri Iesu fieri, agnitioque Dei milite Agilo nomine, qui præerat Tretbacensē cœnobio. Illuc veniens Comam deposuit: omnibusque suis in elemosinā erogatis iugū domini suae recepit. Vbi cum multo religionis & abstinentiæ culmine cresceret: ita vt virtus perfectioribus imitabilis fieret, antiquus hostis inuidens pulla-

re animum cupit, vt ampliora edulia sumeret, sed Dei iurū detectus Dei viro per somnium est ostensus. Nā cum quadam nocte fuisset cibo refectus: ille ventris eius palpare & dicere cepit modo hoc est bene. Tūc ille inimici iacula cognoscens rigore abstinentiæ cepit triplicare, & contra arma tyrāni Dei auxilium implorare. Cūque singulis noctibus ecclesiam frequentaret: in tribus contra ipsam tentationibus se diris anguis exarsit. Nam vrsi specie eum intra ecclesiam tentauit primum terrere, & nocte alia de ferro candelabri visus est eum transigere: & nocte tertia osium ecclesię expās brachijs voluit prohibere. Sed omnia eius machinamenta beatus Philibertus expulit virtute diuina per sanctę crucis præsidia. Cū autem beatus Agilus obiisset in domino: fratrum consensu sanctus Philibertus regiminis curam suscepit, & domum sibi, strenuē gubernandam nullius personę acceptione inuenta vitia radicibus extirpabat. Cū quidam ex fratribus assumpta rebellione sanctum Dei de ecclesia præsumpserunt extrahere, sed vltrix manus domini hoc impunitum non pertulit. Nam vnus ex eis ictu fulguris interijt, alius etiam more Arrij in sterquilium omnia intestina eius deposuit, indignamque vitam indigna morte finiuit. Postquam constructionem cænobiorum & miraculorum multorum operationem: & post labores immensos pro domino felicem exitum fecit.

De sancto anselmo episcopo.

LEGENDA CCIX.



ANNO domini. M. lxx. floruit gloriosus archiepiscopus Cantuarię sanctus Anselmus. Hic fuit ex confinio Lōgobardię & Burgūdię oriundus, literis traditus didicit, & in breui multū profecit. Necdū. xv. gratis suę aonum contigerat, cū iam qualiter vitam suam secundum Deum instituere posset, melius mente tractabat. Expleto autem aliquo tempore patriam egressus: cū in transensu montis cuiusdam fatigatus corpore deficeret, vires suas inueniri mandando reparare tentabat, neque enim tunc illic quo vesceretur, presto erat: quōd minister eius videns doluit, & ne forte quid edendum in saculo eorum haberetur diligenter, inuestigare cepit, & mox contra spem in eonitidissimum inuenit panem: qui illo refectus & recreatus est: & vix incolumis redonatus: & factus monachus religionis: per omnia seruauit. Cuidam enim ex antiquioribus: qui veteri odio plurimum erat infestus beato Anselmo: nec poterat eum vllatenus respicere simplici oculo, infirmitate præssus ad extrema est ductus. Cumque fratres in meridie in lectis ex more quiescerent, ipse in domo infirmorum iacens cepit miserandas voces emittere, & quasi quorundam horrendorum aspectus subtergere palens & tremens vultum suum delirescendo hinc inde commutare. Territi fratres qui aderat, quid haberet, querebat. At ille. Geminos immanes lupos inter brachia sua me tenere cōpressum, & guttur meū impressis dēribus iā iā suffocare videatis, & qd mihi sit queritis quo audito quidā ex eis: ad beatū Anselmū cōcitus perrexit: & cęi singula

patefecit. Tunc ille in secretiore locū orationis secedens, & post ad domū in qua infirmus erat ingrediens: leuata manu signum crucis edidit: dicens. In nomine patris & filij & spiritus sancti: ad quod factum eger cōquieuit, & ex hilarato vultu intimo cordis affectu deo gratias agere cepit: & beato Anselmo: quia malignos spiritus expulit: & inde monuit, paternam demū auctoritate absolutum dixit: hora qua fratres surgerent ad nonas presenti vita decessurum, quod & factum est. Quadam die cū esset in vita occurrente sibi quodam monacho Breici quid consilij de hospicio sibi ferret, interrogauit. Qui respondit. Habemus non longē hospitium: sed non est quod nobis & fratribus apponatur præter panem & caseum. At ille subridēs ait. Ne timeas vir bone, sed cito præcede, & misso thetate vicinam amnem inuenies piscem: qui sufficiet omnibus nobis. Illi mandato accepto præuolās nunciati piscatori: qui ad rideodum potius quam ad tentandum: quod dicebat fore pronuncians tandem a fratre coactus, contra spē thetate iecit: & ilico truitam insolite magnitudinis cum quodam alio pisciculo cepit. Scripsit gloriosus Anselmus monologium. i. soli loquū de sancta trinitate: de veritate, de processione spiritus sancti, de concordia liberi arbitrij & prescientię diuinę: de casu diaboli: de peccato originali, de incarnatione verbi, cur deus homo: & multos alios libros deuotissimos, & potissimē hanc orationē. Terret me vita mea. Nam diligenter discussa apparet mihi aut peccatum, aut sterilitas: vel infructuosa: & si quis fractus in ea videtur, aut est simularus, aut imperfectus, aut aliquomodo corruptus. Quid ergo restat mihi vt in tota vita mea ploreum vitam meam. Cerrus sum Deus meus: quia peccata mea merentur æternam damnationem. Certior, quia penitentia mea non sufficit ad satisfactionem. Certissimus, quia misericordia tua superat omnem offensionem. Fac ergo domine mecum misericordiam, & concede mihi ex gratia tua omnium peccatorum meorum remissionem: quia meritū meū misericordia esto domine Deus. De inuocatione filij Dei sic ait. Domine iesu Christe redemptio mea: misericordia mea, salus mea te laudo, tibi gratias ago: quāuis valdē impar es tuis beneficijs, quāuis multum expectes dignę deuotionis, sed sicut potest conari tibi psaluit anima mea &c. Postquam laudabilem vitam finiuit, introiuit ad veram requiem præstante domino, cui est honor & laus in sæcula sæculorum. Amen.

De sancto Eligio.

LEGENDA CCX.

BEATVS Eligius in territorio Lemouicę vrbis fuit oriundus: patre Eucherio matre Terrigia natus. Quē cū mater adhuc haberet in vtero: vidit in somnio aquilā volāre sup lectū suū, & se tertio inclinātē, & ei nectio quid pmittentē, que cū ex voce aquilę euigilasset, præterita nimis cepit cogitare de somnio, quid hoc esset. Cūq; postea in partu periclitaretur: mādauerunt ad quendam sanctum virum, vt veniret & oraret pro ea. Qui cū venisset, ait ei. Ne timeas mater, quia puer iste sanctus erit & magnus in ecclesia Dei. Cū autem esset inuenis fecit eum pater sub artificibus erudiri. Et cū iam sciret totā illā artē in Frā-



eam venit: & cuidam aurifici, qui faciebat opera regis, se coniunxit. Quodam tempore cū rex perquisisset, quis sibi sellam de auro & argento faceret pulcherrimam. Respondit ei magister sancti Eligij se inuenisse artificem, qui regi faceret: quicquid veller. Et accipies à rege auri magnam massam tradidit Eligio sancto, qui ex eodem pondere fecit sellas duas pulcherrimas. Et deferēs vnā: regis alteram se retinuit. Quā cū omnes mirarentur: rex eū copiose remunerat. Tunc Eligius alteram proculit & regi presentauit, dicens quod de residuo auri alteram fecisset. Et rex amplius stupefactus quęsiuit ab eo quomodo ex eodem pondere ambas facere potuisset. Bene inquit ex gratia Dei. Ei excreuit fama eius in curia regis. Diligebat autē tantum pauperes, quōd quicquid poterat, etiā vsque ad nudita rem suam eis erogaret. Postmodum electus est beatus Eligius ecclesię Nouiomensis post acharium eiusdem vrbis antistitem singulis diebus xij. pauperes: & cum ipsis hora congrua reficiens dans aquam manibus, panem & omnia quę erant necessaria conferens. Sunt autem hæc sepulchra quę auro argento & gemmis fabricauit. Germani, Seuerini, Piatonici, Quintini, Luciani, Genouesē: Columbę Maximiani, Iuliani & precipuē beati Martini Turonensis. episcopi Dagoberto Francorum rege præbente impensas, & mausoleum beati Dionysij martiris miro opere auro & gemmis decorato. Mortuus est autem gloriosus præsul anno vitę suę. lxx. qui cum anno euoluto de suo loco transferretur: ita pulcher & incorruptus inuentus est: vt semper in tumulto vixisse videtur. Et quod mirabilius est, barba & capilli tempore obitus sui rasi mirum immodum creuisse in tumulto videbantur. Quomodo autem per eum fuerit in beatum corpus beati Quintini sequitur. Clericus qui dam nomine Mauricius sæpius iactare solebat se & martyris locum nosce, & eum locum sine mutatione inuenire posse. Quod cum auditoribus probare gestaret, facta sui periculum aggressus est. Sumpto ergo ligore dum pauimentum basilicę martyris violare præsumpsisset: manubrium ligonis infixum suis manibus adhesit. Quod cum dimitti, nec auferri posset, ceperunt manus computrescere, vermibusque scaturire. Quæ pena multatus sequenti die miserabiliter finiuit vitam. Huic tantus pauor in cunctis excreuit, vt nemo post hunc quanuis probatissimæ vitę fuerit præter sanctum Eligium Nouiomensis episcopum huiusmodi negocij tentaret hoc sumere. Is quippē pontifex sanctus præfati martyris cepit frequētare locū, vnde & diuina doctus reuelatione triduanum ieiunij cum lachrymis peragens, & attentius orans in loco vbi nulla suspicio habebatur, quod ibi corpus inueniretur sanctus, manibus effodere cepit & corpus factū inuenit: quo tenebrata tantus odor cum immani lumine ex eo prodijt, quōd etiam ipse pontifex præ splendore luminis & fragrantia odoris vix sustinere posset. Tunc sanctus Eligius corpus lachrymis deuotulans, posuit in loco dignissimo ad laudem summi Dei & sanctorum eius.

De sancta Radegunda regina Franciæ.

LEGENDA CCXI.

SANCTA Radegunda natione barbarica fuit patre rege Berengario. Quæ cum exisset vt sclaua de patria venit in sortē Lotarij regis. Cum autem eam successio nis direxisset, vt reginam erigeret, illa euitabat pompā regalem, ne sæculo cresceret, sed cui etiam debeatur humana gloria, non mutatur æterna. Nupit ergo terreno principi, non tamen separatur à cælesti. Ac dum sibi accessisset secularis dignitas. Timensque ne à Deo degradasset, cum mundi gradu proficeret: se cum sua facultate elemosynę ditauit. Nam cum aliquid de tributis accideret: ex omnibus quę venissent ad eam, ante dedit decimam, quōd recepit: deinde quod superat dabat monasterijs: & quo ire pedo non poterat, misso munere circuibat. Item nocturno tempore cum reclinarer cum principe rogans se pro humana necessitate velle consurgere, & leuans egressa cubiculo tandiu ante secretum orationi incumbat iactato cilicio, vt solo cadens spiritu iaceret. Genu penetrata tota carne ferme præmorta de Aqua regi dicebatur habere magis ingalem monacham, quam reginam. Diebus verō quadragesimę satis est scire qualiter rexerit se inter vestes regias singulariter penitens. Igitur appropinquante ieiunij tempore ad religiosam monacham nomine Piam mittebat: cui sancto proposito illa dirigeret, & cilicium mitteret, quod sancta induens ad corpus per totam quadragesimam vberibus vestem regiam portabat sacriam. Si autem rex deesset, quis credat qualiter se orationi infunderet: qualiter se tanquam presentem Christi Iesu pedibus alligaret: & quasi repleta delictijs sic longo ieiunio satiaretur in lachrymis, cui despecto ventris edulio Christus dominus erat tota refecta. & tota famens erat ei in Christo illud quod pietate agebat solita. Porro prædictę sanctę Radegundis mens intentata ad Christum Pictauis inspirante & cooperante Dei gratia monasterium sibi per ordinationem præcessi regis Lotarij construxit. In quo gaudens ingressa est, vbi & præfectionis ornamenta conquireret: & magnam congregationem puellarum Christo nunquam morturo sponso aggregaret. Quæ electa abbatissa & iam constituta tam se quam sua omnia eius tradidit potestati ex proprio iure nihil sibi referuans, vt post vestigia Christi curreret. Expedita vt tantum plus sibi augeret in cælo quantum sibi subtraxisset in sæculo. Languidis & cæcis non cessabat ipsa cibos cum coclearibus porrigere. Mulieres varijs lepræ maculis persulas comprehendens in amplexu, osculabatur in eo eas toto in Deo diligebat affectu recedētibus pbebat auri vel vestimēti solatia. De officijs autē monasterij nihil sibi placuit: nisi seruire prima. Post tot labores quas sibi pœnas itulerit: ipsa vos quę referet phorescit. Quadā vice translato sibi circulos ferricos diebus. lx. collo vel brachijs inuenit: & tres cathenas inferēs circa corpus dū alligasset: astricte inclusit durū ferrū caro tenera subcrecēs: & trāfacto ieiunio cū voluisset sub cute clanas cathenas extrahere, nec valerēt: nō tamē hoc factū est absq; magna sanguinis effusione. Extant eius præclara miracula quorū narratio lōga esset, & apud Deū est maximi meriti. Et tandē fideliter à Deo est remunerata in cælo. Huius sanctę trāsitus recolitur Idibus Augusti. Quædam enim famula quę ausa temera

ro in cathedra beatæ reginæ sedere presumpsit: quæ percussa ardebat, tribus diebus clamabat Domina Ra degundis peccavi, male egi, ignosce mihi, refrigera mihi membra. Et post multas orationes & populi exaudita est & sanata.

De sancto Seruatio episcopo.

LEGENDA CCXII.

BEATVS Seruati in quarto gradu attingens Christo Iesu natus fuit in Armenia ex patre & matre Iudæis. Hic sede vacante in Tongris ciuitate Teuto-niæ ordinatione diuina per angelum de Hierusalem perductus Longris, & ibidem ordinatus episcopus per eundem in lingua materna intelligebatur ab omnibus quâdo spiritualia tantummodo pertractabat: sed à nullo penitus intelligebatur, nisi per interpretem, quando de cura temporalium agebatur. Vir ipse sanctus post receptionem domini corporis ipso die nullo corporali cibo utebatur. Ciborum suorum reliquijs leprosos mundabat: aqua lotionis maouum suarum infirmos curabat: infirmi quocunque tactu manuum vel pedum suorum continuo sanabantur. Eiectus autem de Tongris propter militiam inhabitantium venit Traiectum vbi excidium Galliarum per Hunnos futurum diuina reuelatione cognouit. Episcoporum autem Gallicorum rogatu pro uenia impetrata apostolorum limina petijt. Cui scienci in via fontem dominus aperuit, & angelus ciphum pretiosum attulit. Eo equidem Romam intrante canapne omnes sine humano adminiculo pulsatae sunt. Tandem eidem oranti à domino reuelatum est iram Dei in populum propter eorum scelera confirmatam. Traiectate tamen opidum quod ipsum pie exceperat seruaretur. Reuersus igitur populum ad poenitentiam exhortans, dum diuina celebraret angelus à dextris altaris eiusdem suum obitum nunciavit, qui statim post missam astante populo eleuatis in caelum oculis in domino feliciter obdormiuit: & statim cunctis videntibus velamen sericum super corpus eius angelicis manibus est delatum. Gaudens igitur gloriose presul nunc cum Christo domino exoramus, vt tuis sanctis precibus efficias: vt cum eo & tecum in æternum late-mur Amen.

De sancta Dorothea virgine & martyre.

LEGENDA CCXIII.

GLORIOSA virgo Dorothea nobili senatorum sanguine progenita, & secundum morem Christianorum occulte baptizata spiritu sancto repleta, virtutibus ac Christianæ religionis disciplina imbuta formosa valde super omnes puellas regionis illius fuit. Quod castitatis inimicus diabolus non sustinens Fabricium terræ prefectum in amorem, prefatæ virginis stimulans, vt ipsam carnali concupiscentia appetere, instigauit. Qui promittens innumerabile thesaurum pro dote ipsam à legitimo thoro copulanda postulauit. Hęc audiens sancta Dorothea quasi luto terræ despiciens terrenas diuitias intrepida se Christo Iesu desponsatam esse fatebatur. Fabricius igitur furore

succensus mox eam in dolium plenum feruentis olei mitti iussit. Ipsaq; adiutorio Dei illela manens ac si balsa-mo ungeretur, fragrabat milia paganorum conuertit. Fabricius verò credens magicis artibus hoc fieri, ipsam in carcerem retrusit, atque noue diebus sine ciborum alimentis custodiri iussit. Quæ à sanctis angelis nutrita dum ad tribunal duceretur pulchrior quam vnquam visa fuit, aparuit, vnde cuncti admirabantur quod tandiu absque cibo ac potu sustentata tam formosa videretur. Fabricius verò dixit, nisi deos in presenti adores, eculei pœnas nõ euades. Dorothea sancta respondit. Deum adoro non dæmonē: dii enim tui dæmones sunt. Prostrata in terram eleuatisq; oculis in caelum orauit ad dominum, vt ostenderet potentiam suam, & quod ipse sit solus deus & non alius prater eum. Et ecce multitudo angelorum cum imperu veniens conterit idolum, quod Fabricius super magnam colunam erexerat: ita quod nec particula colunæ inueniretur. Et audita est vox dæmonū per aera clamantium Dorothea cur nos deuas, multiq; gentilium cõuersi sunt. Deinde Dorothea in euleo est suspensa versis pedibus in altum, vncis laceratur corpus eius, virgis castigatur, flagellis ceditur. Deniq; ad mille millas virgineas faces ardentis applicatæ sunt, & ipsa semimortua stat vsq; in crastinum ad carcerem inclusa. De mane verò producta neq; vlla macula, neq; lætio in suo corpore apparuit: vñ p̄ses vehemēter admirans ait. Cõuētere ò amena puella, satis nãq; castigata es. Tunc videns præfectus qd nec verberibus, nec carceribus, nec minis, neq; blâditijs ipsam posset à fidei proposito reuocare, misit ad eam duas sorores. s. Criste & Caliste, quæ metu mortis à christo recesserant: vt Dorotheam sororem suâ similitur à domino & christo reuēterent. Sancta verò Dorothea suauiter aures cœcitatē mentis & cordis ab eis ambas ad fidē christi reduxit, quas Fabricius dorso tenus colligata incendio tradidit corona martyrij laureandas. Premes ex hinc Fabricius Dorotheæ dixit. Quousq; malefica nos protrahis. aut sacrificia vt viuas, aut capitali sententia plecteris. Illa aurem læto vultu respōdit. Quicquid vis passura sum pro christo Iesu domino & sp̄so meo, in cuius orto delitæ rosas cum pomis colligauit & lætabor cū christo in æternum. Quod audiens tyrannus faciem eius cœdi iussit, itaq; nec vestigia faciei ipsius apparerent, & in carcerem seruari vsque in crastinum. De mane itaque educta de carcere vndique sanata sententia capitali adiudicatur. Cūq; duceretur ad mortē. Theophilus protonotarius regis quasi illusoriè rosas de viridario sponsi sui mitti sibi petiit, quod illa promissit. Cū autem venisset ad locum decollationis, rogauit dñm pro omnibus illâ veneratibus, vt in omnibus tribulationibus præcipue à recundia, à paupertate & à falso crimine liberentur, & in fine vitæ contritionem & remissionē omnium peccatorū obtinerēt, & mulieres partu laborantes, & cetera inuocates celerius sentiret profectū. In his verbis inclinans se ad idem apparuit puer crispo crine purpura stellis aureis inserta indut⁹ ferens in manu sportellam cū tribus rosis & totidem malis. Cui Dorothea. Obscuro dñe mitte rosas Theophilo scibe. Et statim post decollata est & passa. anno dō. cclxxxvij. Idus februarij. Stans autem Theophilus in palatio præfatis

accepit rosas & credidit in Christum: & pro fide sumptis martyrium.

De sancta Brigida virgine.

LEGENDA CCXIII.

IN SCOTIA refulsit sanctitate & miraculis admiranda sancta Dei virgo Brigida. Hęc siquidem de Christianis & nobilibus parentibus orta à pueritia bona rum rerum studijs inoleuit pudicitia & sobrietati temper intenta: & de bonis ad meliora cre-scens ab ipsa puerili ætate si quis exiit admiranda. Cū à matre sua transmissa esset vt de vaccarū lacte butyrum congregaret, & ad pondus redderet: sicut alia puella in illis regionibus facere cõsueuerat. Hęc virgo iã hospitalitati dedita magis volens deo quam hominibus obedire, pauperibus & hospitibus tā lac-quam butyrum largiter distribuere cepit. Et cum res pus aduenisset: vt omnes redderent fructus vaccarū, cooperatrices eius monstrauerunt opera sua. ventum est Ad Brigidam vt redderet opus suum, quæ pauida non habens quid redderet, quia totū pauperibus erogauerat: timore matris pauida tota se conuertens ad Deum ad sanctam orationem cucurrit, quem dominus exaudiuit: & mox post orationem super omnes cooperatrices suas opus suum in butyro amplius abundans assignauit matri suæ. Non multo post cū parētes eius more humano eam despondere voluissent: illa cœlestis inspirata virginem castam se volens ac uouens Christo Iesu exhibere ad episcopum sanctissimum Machillam nomine perrexit. Qui pallium albū & vestem candidam super eius caput imposuit: quæ coram deo & episcopo genua flectens humiliter ad altare & suam virginalē coronam domino offerens: vt fundamentum ligneum altaris terigit, statim viride factum est: & vsque ad presens sic virens languoreta fidelibus pellit, leprosis ab ea petētibz ceruissā in pocum cū illa non haberet equam puram benedicens conuertit in ceruissam optimam, & illis dedit. Lapidem in salem cõuertit cuidam ab ea sal propter Deum postulanti. Cæco nato visum restituit. Quidā nequissimi cū ei fuissent furati boues, & fluuium cum eis transire vellent, submersi sunt bobus saluis & reuertentibus per se ad domum sanctę Brigidę. Sed & alia miracula per eam dominus operatus est, & post obdormiuit in domino.

De sancta Tecla.

LEGENDA CCXV.

PAULUS apostolus de Antiochia Ichoniu venisset: & secū Damā & Alexandrū herariū comites, sed simulatos discipulos haberet (vt ipse refert in epistolis suis). Audiens Honefirus aduentum eius, eicū familia sua obuiauit: & ad signa quæ ei Tyrus prædixerat, vidēs eū inter ceteros statura breui, naso aquilino vultu angelico ipsum solum humiliter salutauit. Et cū indignarentur prædicti, qui Paulum comita-

bant, cur & eos non salutasset, respondit Honefirus: quia in eis fructum iustitiæ non videret. Cū autē Paulus domum eius introisset, & semper de cūctis fructibus virtutum prædicasset. Tecla virgo iam Tamirum desponsata sedentes ad fenestram domi illi propinquissimam Paulum prædicantem audiebat & ira sermone eius quem facie non agnoscebat, affecta & deuicta est quod per triduum à fenestra vt audiret eum non recessit. Quod cernens mater eius Theodira misit ad Tamirum sponsum Teclæ. Qui iugens filiam seductam Paulum accusauit. Cūque est à proposito fidei Christi Iesu conceptę eā reuocare mater & cõiunx nõ possent. Paulus captus ad carcerem ductus est, quem Tecla ad carcerē secuta est, propter quod videntes eā, ad Paulum affectam accusarunt vtrūque iudici presentantes. vnde Paulus flagellatus de ciuitate expellitur. Tecla autem igni adiudicata in flammis sp̄te profiliit, sed statim imber de cælo ignem extinxit, & tantus terremotus factus est, vt multi morerentur. Sic igitur Tecla euadēs domum in qua paulus absconditus manebat, accessit, & gaudio repleta ex visōe eius voluit se tondere: & habitum viri assumere: vt libere eū sequeretur: sed Paulus hoc nõ permisit, erat enim pulcherrima, & post eum iuit Antiochiam. Sancta enim Tecla mittitur in caueam ante leenā, quæ tamē omnia omni ferocitate pedes eius lingebatur cuncto populo vidente & admirante, mittitur leo ad eam laceradam, sed leena obuians ei diu cum eo confignens pariter moriuntur. Post verò multorum conuersionē per suas predicationes, in Solētiā pergēs in pace quieuit.

De corona domini nostri Iesu Christi.

LEGENDA CCXVJ.

NON MIRETUR orthoxorū quispiam si iocunda dominicæ solēnitatis die hęc expendat in laudibus redemptoris nostri Iesu Christi: quia & si hæc corona capiti saluatoris ad pœnā & ludibrium in die parasceues fuerit applicata: tamen quia dies illa non est gaudij sed meroris: quando membra capiti cõpatiantur, differt. Interim hæc gratulabūda festiuitas in qua recolimus salutis nostræ aue siquidem de spinarū semine propagatam: ideo æterno regi glorię deuotauludum cantica fideles soluant. Hodie pro corona dominicæ coronat regem omnium corona contumeliæ cuius nobis opprobrium coronam confert glorię, de spinarum aculeis christi corona plectitur, qua ministris tartareis mundi potestas tollitur. Corona Christi capitis sacro perfusa sanguine pœnis solutis debitis reos purgat à crimine, viro enim modo deiecto capitis obtinuit veniam: & gratiam corpori: & percussio vertice solidata sunt membra. Synagoga siquidem mater Christi secundum carnem nouerca se exhibēs affectu crudelitatis & affectu nostrum Salomonem corona spinea coronauit. Pudeat ergo sectari gloriā membra, quibus caput suum tam in gloriosum exhibetur peccatorum nostrorum spinis circūdatū. Pudeat sub spinato capite membrum fieri delicatum. Coronat enim Iudæa regem eorum sero spineo, stat inter spinas illium vernans cruore roseo spinarum culpæ

nescium spinę puctu aculeo. Scripsit naque Ioanes euāgelista. Exiuit Iesus portas spinę coronā & purpureū vestimētū vt quasi pugil noster inermis vestimētis tuis appareat. Exeamus ergo ad eum egredientē extra castra improperium eius portātes, erūnam eius nostram reputantes, & dicamus cū dauid. Confixus sum in erūna mea dum configitur spina. O felix spina, cuius aculei guttis rubent roris sanguinei, vires frāgūt regis tartarei: seras pandunt regni syderei. O spinarū immensa gloria, que tot nobis prestat remedia. O decus ecclesię gloriosa spina sertum regis glorię, mundi medicina, presentis angustię dulcor, & resinate laudantes hodie serues à ruina, quod prestare dignetur. Iesus Christus pro nobis passus. Amen.

¶ Vita & conuersio sancti Romani abbatis.

LEGENDA CCXVII.



VIR Dei Romanus à pueritia Monachus disciplina monasterialibus eruditus est. Alluescebat enim adhuc puerulus crebris subdere colla ieiunij, sanctis interesse assidue vigilijs, & in tenero corpuseculo, senū cruce ac mortificationibus durebatur adhuc in annis iuuenilibus experiri. Iam verò trāscursis adoleſcentię metis, cum ad robur virilis euassisset ætatis: ex omni parte in virtutū studio probaturū spectabilis habebatur a deo, vt suo exemplo multos ad contemptum seculi, ac desiderij sancti propoliti prouocaret. Quod itaq; tempore cū sanctus recolēdus Benedictus spretū seculi actibus abiurgataque mundi gloria eremum peteret, hūc de quo loquimur, sanctū obuiū habuit, qui quo tēderet ab eo inquisiuit. Cuius cum desiderij cognouisset, & secretum tenuit: & adiutoriū impedit, eique sanctę conuersationis habitū tradidit, & inquantū licuit ministravit. Vir autē domini ad destinatū locū perueniēs in artissimo specu se tradidit: tribusque annis excepto beato isto Romano monacho hominibus incogitatus māsit. Qui beatus Romanus nō lōgē sub Deo dati patris regua degebat: sed pie eiuidem patris sui oculis furabatur horas, & quę sibi ad māducandū subripere poterat: diebus certis Benedicto panē ferebat. Ad eūdē verò specū à beati Romani celi iter nō erat: quia excelsa desuper rupis eminebat, sed ex eadem rupe in longissimo fune religatum Romanus panē deponere contueuerat. In qua etiam reſte paruū tintinabulum inferuit, vt ad sonitum tintinabuli vir Dei cognosceret: quando sibi alumnus eius panem preberet, & criptam exiens eū acciperet. Et licet antiquus hostis eius charitate inuidens tintinabulū fregisset, vt eā sic à charitate retraheret. Pius tamē & religiosus ac Deo dilectus beatus Romanus minimē cessauit: quin modis congruentibus ei semper ministraret vsque ad tempus. Nil aliud quo diuine placuit voluntati eum à labore suo liberare: & ipsum cui seruebat mundo declinare. Interea autem cum grauissima persecutionis procella per totam Italiam ac penē per omnem Romanū imperij terrā insurgeret: Gothis: Alanis & Vuādalibus armis & ferro cuncta cōsumentibus: vir domini Romanus non cessabat deprecari dominum vt suam reperceret ad ecclesiam, quam sibi suo acquisierat san-

guine, sed eam in fide nominis sui cōseruaret illesam. Propterea audit sibi iuberi à domino: vt relicta Italia ad Gallias tenderet, & verbi diuini pernam longēlate que spargeret, ac sanctę conuersationis exempla cunctis præberet. Commouetur etiam nequaquam esse formidandum auxilio præueniente diuino profectū fore iter: & mercedem fidelis serui erigantis conseruis mensuram tritici à domino recepturum. Igitur hoc spiritus sancti accepto responso pater Romanus conuocatis fratribus sic eos allocutus est. Fratres amici mei dulce lumen oculorum meorum maximūque pignus mei amoris & gaudium audite me Christi seruum, sanctę fraternitatis vestrę commilitonem & socium. Cernitis quibus mundus malis præmitur, quibus cladibus perurgetur, vbique enim luctus: vbique pavor & plurima smortis imago, non hæc casu, verum manifestissima Dei ira contingit. Peccatis enim hominum. Dei patientia exacerbata versa est in furorē: mansuetudo est in seuiretate mutata, adeo vt mirum sit: quod adhuc tolerat leuiores peccatoribus inferens quam merentur, & non sicut quōdam Sodomitas & Gomorreos, ita nunc sceleribus plenam terram ymbribus exurat fulmineis. Cum hæc ita sint fratres, non debemus de mundi percussione dolere, quem scimus ipsi sui percussione interire. Vita enim alia à Christo promissa est: cuius duratio incōuulsa atque immobilis permanet finis ignara, doloris nescia, in qua gaudium est & epulatio, vbi beata immortalitas, & immortalis beatitudo, vbi æterna securitas, & securia regnat æternitas. Hanc expectanter aduersa seculi non debemus pauescere, sed magis appropinquantem nostram redemptionē exhilaratis cordibus expectare. Me si Deus meo voto ageret, & secundum mentem velle viuere sineret, optarem sanctissimi fratres, vobiscum omnia seculi discrimina perferre: quæcunque prospera, quæcunque aduersa contigissent intolerato vobiscum robore sustinere, & simul patienter viuere simulque delectabiliter mori. Sed quia non est in hominis potestate via eius, sed in illius: qui magna tranquillitate disponit omnia, quæso ne me retinere velitis. Deus præcepit vt pergamus ad Gallias. Parere debemus: eundem est, vos oro vt mei benigne memores sitis: quia & ego dum spiritus hoc luteum inhabitando vasculum vegetauerit, vos in corde meo & in visceribus meis, prout fas est & decet: semper habeo. Deus autem omnipotens vos sanctę suę custodię circūuaret, atque à presenti seculo nequam ereptos, saluos faciat in regnum suum cæleste: concedatque mihi ex igno & humili vos in illa beata vita sine confusione videre.

¶ Hæc dicens beatus pater Romanus & vale faciens eis profectus est: ac relicta Italia Galliam ingressus peruenit tandem in padum Antiodorensē in locum: qui fons rogus appellatur: vbi aliquanto tempore commoratus fauente domino monasterium statuit ibique domino auxiliante plurimos à seculi vanitate conuersos ad quietem & sobriā cōuersationē monitis simul & exemplis prouocatos adduxit. Quo loco habetur Basilica eius nomine titulata, quam miraculorum quę per eum dominus ad laudem nominis sui operatur, priuilegio nobiliter insigniuit. Tempore autem vitę suę expleto beatissimus Romanus Dei

omnipotentis famulus post gloriosam & plenam virtutibus vitam, post innumeram multitudinem vitæ æternæ acquisitam, ac miraculorum multorum perpetrationem consummato viriliter monasticę professionis curriculo, & dudum exoptato trāitu felici cęlestia captans, terrena derelinquens, pridie calendas Martij migravit ad dominum. Sepulcus verò est in ipsa sua Basilica à fratribus suis, & in eodem loco beati viri corpus per aliquod annos digna veneratione seruatum est. Verum quia inconueniens & damnosum erat sacratissimi corporis thesaurum diu in loco minus celebri minusq; noto latere, crescente fidelij deuotione corpus beati viri de loco primarię sepulturæ ad urbem Antiodorum, & in ecclesia sancti amarij honorifice conditum est. Postremo denique post aliquot annos cum odis & lampadibus, ac diuinorum hymnorum melodia ac cœnobium beati Germani eiusdem vrbs quondam pontificis miraculis coruscantibus deportatum est, atque honorifice collocatum

est per gratiam domini nostri Iesu Christi, cui sit honor & gloria per infinita seculorum secula. Amen.

¶ **H**ic finem deo dante occipit mellistum & aureum opus habentis in hoc nostro clymate in usum nuncupatum *Aurea legenda* edita per eximium virum sacre theologie professorem fratrem iacobum de Voragine sacri ordinis fratrum predicatorum cum quibusdam legendis sanctorum ac sanctarum nouiter superadditis, recensetque à mendis quam plurimis purgatis cura eruditij & religiosi viri fratris claudij de Rota eiusdem ordinis & promotionis conuentus.

Lugduni,

Excudebat Guilelmus Regnierius.

1554

